


Tertius tomus Theosophiæ Ioannis Arborei Laudunensis, Doctoris Theologi Parisiensis, complectitur sanam & luculentam in omnes Diui Pauli epistolas explanationem, in qua sacrorum & scholasticorum Doctorum sententiæ discutiuntur, & quæ ad Fidei robur, & Christianorum mores summopere conducunt, abunde tractantur.

AD CHRISTIANISSIMUM GALLARVM REGEM
Henricum, huius nominis secundum.

Adiectus est huic operi laboriosissimo index rerum arcanarum locupletissimus.



PARISIIS,

Apud Ioanneni de Roigny, via Iacotæa, sub insigni
quatuor Elementorum.

1553.

Cum priuilegio Regis.

Tertius tomus Theosophiae Ioannis Arborei Laudunensis, doctoris Theologi Parisiensis, complectitur sanam & luculentam in omnes Diui Pauli epistolas explanationem, in qua sacrorum & scholasticorum Doctorum sententiæ discutiuntur, & quæ ad fidei robur, & Christianorum mores summopere conducunt, abundè tractantur.

AD CHRISTIANISSIMVM GALLIARVM REGEM
Henricum, huius nominis secundum.

Adiectus est huic operi laboriosissimo index rerum arcarum locupletissimus.



P A R I S I S,

Apud Ioannem de Roigny, via Iacobæa, sub insigni
quatuor Elementorum.

1553.

Cum priuilegio Regis.

¶ Christianissimo Galliarum Regi, Hen-

rico, huius nominis secundo, Ioannes Arboreus, Doctor
Theologus Parisiensis, S. D.

¶ Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, aux Preuost de Paris Bailly de Rouen, Seneschal de Lyon, Grenoble, Tholoze, Bordeaux, Poictou, Berry, Champagne, Iuge d'Aniou & du Maine, & à tous noz autres iusticiers & officiers de nostre Royaume, ou leurs lieutenans, & chacuns d'eulx, sicomme à luy appartiendra Salut. Receu auos l'humble supplication de nostre bien aymé Iean de Roigny, Libraire iuré de l'vniversité de Paris, Contenant que puis aucun temps en ça, il a recouert les Commentaires sur toutes les Epistres Mösieur saint Pol, composées par nostre aymé Maistre Iean Arboreus Docteur en Theologie en l'vniversité de Paris. Lesquelz Commentaires ont esté veuz & visitez par plusieurs Docteurs en Theologie, députez par ladie faulté de Theologie: Lesquelz les ont referez à ladie faculté de Theologie de Paris, estre bons & catholicques, & vtiles à la Republique. Lesquelz Commentaires ledict suppliant vouldroit voluntiers faire imprimer, vendre, distribuer & mettre en vente & lumiere: mais il doublet qu'autres Libraires, Imprimeurs ou autres personnes les voulissent pareillement imprimer ou faire imprimer. Et par ce moyen se roit frustré de son labeur, fraiz & mises, si par nous ne luy estoit furce pourueu de nostre grace, humblement requerant iceluy. P O V R Q V O Y Nous ces choses considerées desirans les bonnes lettres estre promeues par tout nostre Royaume, à l'vtilité & condition de noz subiectz, inclinant liberalement à la supplication du dict suppliant, ne voulant le merite de son labeur luy estre tollu, ne le recouuremēt de ses fraiz & mises luy estre empeschez. Pour ces causes, auons de nostre grāce espiale, audict Iean de Roigny, donné priuilege, congé, licence & permission d'imprimer ou faire imprimer, & mettre en vente lesdictz Commentaires cy dessus mentionnez. Et auos fait & faisons deffences à tous libraires, Imprimeurs & autres qu'il appartiendra, de non imprimer ou faire imprimer & mettre en vente lesdictz liures cy dessus mentionnez, sans le vouloir & consentement dudit Iean de Roigny, dedans le terme de six ans cōsecutifz, commençans au iour & datte que lesdictz liures seront achieuez d'imprimer, sur peine de confiscation desdictz liures, & d'amende arbitraire. De ce faire à vous, & à chascun de vous, si comme à luy appartiendra, Donnons plain pouoir, commission & auctorité. Mandons & commandons à tous noz iusticiers, officiers & subiectz de nostre Royaume, que à vous & à vn chascun de vous, en ce faisant soit obey, car tel est nostre plaisir. Nonobstant quelzconques lettres à ce contraires. Donné à Paris, le douziesme iour d'Octobre, L'an de grace mil cinq cens cinquante trois. Et de nostre regne le septiesme.

Par le Conseil.

De Thou. 30

A M E T S i omnibus virtutibus, quæ magno principe dignæ videri possunt, ornariis Rex illustrissime: nihil æquè tamen tuam augustissimam maiestatem decolare, & cohonestare potest, & in omnem posteritatis memoriam tam latè disseminare & propagare, quām studium, & amor pacis, quæ præsertim inter principes Christianos, Christianæque religionis fautores, & propugnatores coalescere debet & efflorescere. his etenim studiis, his conatibus, his denique affectibus imitantur Dominū nostrum I E S V M C H R I S T V M sinceræ & euangelicæ pacis authorem vnicum, de quo dicit Psalmogra- Psal.71. phus, Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Erat enim cōgruum vt rex pacificus pacis tempore nasceretur, & cùm Romanum imperium (quod totius orbis finibus circumscribebatur) esset pacatum, sedatique essent omnes bellorum fluctus, quibus antea iactatum & pene attritum fuerat. Nec illam pacem Octavius Cæsar Augustus virtuti suę & felicitati arrogare debet: sed ea Christo attribuenda est, qui pacem illam quasi nuntiam aduentus sui & ortus præmisit, quam in mundo viuens docuit, & exiens, discipulis suis reliquit. Vnde Esaias vocat Saluatorem mundi, principem pacis. Nam propter eius in cruce Esa.9. oblationem, in nobis (qui aliquando fuimus filii tenebrarum, filii iræ, filii peccati & dissensionum) pacata sunt omnia, & contritus est Diabolus & profligatus, qui fæuissimos bellorum tumultus, ac inueterata odia, pertinaciaque dissidia inter Iudaicum & Gentilem populum cōcitauerat. Quod affirmat Diuus Paulus, Ipse est pax nostra qui fecit v- Ephes.2. traque vnum, & medium parietem maceriaræ soluens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Quanti autem Christus pacem fecerit, die suæ resurrectionis declarauit, qui accedens ad suos discipulos, qui propter metum Iudeorum congregati erant, & fores clausæ essent, stetit in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis. O sancta & admiranda pax, & omniū votis expetēda salu Ioan.20. tatio, quę nos ad integrum amicitię fœdus, ac mutuā fraternamque charitatē (sine qua nec subsistere nec pię viuere possumus) prouocat & pellicit! At nūc (proh dolor) quidā principes Christiani qui suis subditis trāquillè & quietè p̄fesse deberēt, parū minūsque diligēter huic floren-

E P I S T O L A

tissimo pacis authori auscultant, quandoquidem odio plusquam Vatinianno inuicem exardescunt, & pro rebus haud magni momenti bellorum tragædias districtis vndique gladiis in publicam Christianismi pernicié concitant, & non minus fœdis quam feralibus bellis inter se conflictantur: cùm inter omnia mala, quibus vita humana discruciatur, nihil sit bello sceleratus, nihil nocentius, nihil quod grauius & atrocius exitium importet hominum facultatibus, corporibus, & moribus. Nam agri vastantur, pauperum domicilia expilantur, aduruntur: Virgines corrumpuntur, honestæ & castæ mulieres rapiuntur, & quod maximè dolendum est, sacræ ædes profanantur, polluuntur, dripiuntur, aduruntur, vrbes munitissimæ solo æquantur, ferro & flammis omnia vastantur. Nec ideo minus bellum est execrandum & detestandum, quòd maxima pars malorum recidat in tenues & humiles, qui expilantur, affliguntur, eiiciuntur, exuruntur, opprimuntur, occiduntur, pro quibus redimendis Dominus I E S U S C H R I S T U S non minus sanguinis effudit, quàm pro illis magnatibus & summis monarchiis. Quòd si pacis commoda cum bellorum incommodis conferrent, nunquam ita in pugnas ruerent, nec inuicem odiis pertinacibus digladiarentur: sed cederent arenæ gladiatoriæ, vt pro Christo & eius fide conseruanda & augenda (quæ passim oppugnatur) fortiter pugnarent. Dum pax viget & dominatur, agri placidè & quietè coluntur, vrbes tutò habitantur, in suas domos & tuguriola pauores securè se recipiunt, ad ædes in quibus fiunt Deo sacrificia facilis patet aditus, fruuntur & libero otio & quiete atque amabili tranquillitate principes, & qui principibus subiiciuntur, augmentur opes hominum industria partæ. facetiæ, sales, ioci exeunt in publicum, colloquia hominum fiunt, & commercia vigent. Sic in pace lœta sunt omnia. Cùm verò Mars sæuit & arma vndique perstrepunt, cessat agricultura, intercluditur nauigatio, deseritur negotiatio, tolluntur commercia hominum, passim luctus & mœror inuadit omnia. Quæ cùm ita sint, gloriosius esset, si principes Christiani aliquo ditionis suæ dispendio pacem ac Reipublicæ tranquillitatem redimerent, quàm si victoriam tantis hominum malis & incommodis partam reportarent, atque si in animum sibi inducerent magis esse sublimis ac excelsi animi iniurias negligere, quàm acceptas vlcisci: Cùm Deus dicat, Deute.32. Mihi vindictam & ego retribuam. Quāquam Dominus permittit bello exoriri, propter pertinacem hominum malitiam, execrandas blasphemias, nepharias voluptates, fœdas libidines, profanos idolorum cultus, inexplicabilem habendi cupiditatem, impias hæreses, intestina & capitalia odia, sceleratam iræ vindictam, & alia vitia detestanda, quæ passim in totum orbem inundant, quæ si essent sublata, radices bellorum exciderentur.

E P I S T O L A.

ciderentur. nec tot tumultus in Republ. Christiana identidem repululascerent. Quòd si Deum diligemus syncero corde puraque conscientia, vltro pax nobis daretur. Quod affirmat regius Propheta, Pax Psal.118. multa diligentibus Deum, & non est illis scandalum. Cui astipulatur Esaïæ 32. illud Esaïæ, Opus iustitiae pax. Et alibi, Non est pax impiis. Tum quoque numerosa cœlestis militia multitudo occinens Deo laudes in die natalis Domini, dicebat, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax ho-Luc.2. minibus bonæ voluntatis. Hæc sunt Rex serenissime quibus principes ad pacis studium debent impelli: quæ ad te scribere non dubitaui, quòd sentiam te erga pacem optimè animatum esse, qui pacem ardentes & auditis votis exoptas, infractumque pacis vinculum cum omnibus retinere cupis. Tamen si Christo auscultas (qui te ad pacem inuitat) ad arma prosilire, aut cum tuo hoste congregari non debes, nisi te summa necessitas vrgeat. Sunt enim incerti ancipitesque pugnarum exitus, mars varius & communis, qui saepe spoliantem iam, & exultantem cuerit, & perculit ab abiecto. Et licet Rex inuitissime superioribus annis lectissimum ac numerosissimum exercitum paraueris, & duxeris in eos qui Monarchiam immoderatius ambient, vt Germanos ab eis oppressos in pristinam libertatem restitueres, restitutos & reductos in unitate fidei & obseruatione sacramentorum ecclesiæ nobis copulares: tamen caput & autor illius belli non fuisti. Nec mei munera partes sunt aut scire aut detegere, quinā regibus inter se tumultuantibus vltro faces, ac bellorum semina suppeditauerint. Precor Dominum nostrum Iesum Christum totius orbis monarcham, cui diuinitus data est potestas in cœlo & in terra, & in cuius manu sunt corda principum, vt omnes Christiani principes inter se sub communi principe Iesu concorditer viuant: illudque sibi ante oculos proponant, Concordia res paruas crescere, discordia verò res magnas dilabi. Quamobrem Rex Christianissime syncerus & ardens Christianæ religionis amor, quem Deo optimo maximo debeo, ne videar esse personarum acceptor, me impellit, vt te currentem (vt aiunt) incitem ad pacem cum hostibus tuis faciendam, ne religionis & fidei Christianæ synceritas sensim veniat in præceps: aut ne nauicula Petri tot dissensionum procellis & errorum tempestatibus iactata elidatur, aut ne lupus rapacissimus Turca (qui grassatur & sæuit in Christianismū) liberius in ouile Domini irrumpat, & oues pretiosissimo Christi sanguine redemptas discerpatur. Nullus enim pacificator exoritur qui huiusmodi impios bellorum motus componat. Sed in his diuturnis bellorum iactationibus, nobis omnibus ex tua clementia & innata bonitate propensoque in fidem Christianam animo, atque promptissima in ecclesiam Christi tuendam voluntate, aliqua pacis serenitas affulget, qui pacem iniquam amplecti, quàm bellum æquissimum persequi *

EPISTOLA

malis, expendásque tecum bellum nullis tam iustis de causis suscipi posse, quod non secum ingens scelerum & calamitatum agmen trahat. Taceo quām dolenter feras virorum illustrium mortem qui in urbium oppugnationibus, vel in hostili conflietu occumbunt, cūm etiam tenuum & humilium te commoueat interitus, quod pii & humani principis est argumentum. Et propterea non desinam Deum interpellare, donec videro tua potentia, tua sapientia, tua fœlicitate tranquillitatē redditam tum ecclesiæ, tum vniuerso populo Christiano. Non dico (ne videar constantissimo principi ad blandiri) quanta cura cæmonias & ritus ecclesiasticos obserues, à tuisque aulicis ieunia obseruari iubeas. Hinc videris more Salomonis à Domino sapientiam postulauisse, vt scires & intelligeres quoniam pacto oporteat te tuis præesse subditis, quos non virga ferrea (nisi sint admodum rebelles) sed virga lenitatis & æquitatis regis & moderaris. Omitto cæteras tuas innumeratas virtutes, (ne te occupatum curis grauissimis prolixiore epistola offendā) & quām iustitiæ præsertim studium apud te vigeat: quæ tanta est, vt qui sub te militant strenuè, amplissimis stipendiis & præmiis donentur. Qui verò tuos subditos expilant & concutiunt, pœnam luant acerrimā. Cæterum pro gloria Euāgelii & integritate fidei fortiter incubis vt hæretici & hæreticorū fautores vtricibus flāmis adurātur & de medio tollātur: ne tuum regnū florētissimū & religionis Christianæ alumnū, pernicioſa & contagiosa doctrina inficiatur, néue candor ille Bibliorum, qui per tot secula effloruit & adhuc efflorescit, istis zizaniis marcescat. quæ omnia nobis spem pacis afferunt. Sed quoniam Rex Christianissime opus meum in Prouerbia Salomonis editum, & nomini tuo nuncupatū, fronte tam porrecta excepisti: eo lubentius ansam atripui vt cōmentarios nostros in omnes diui Pauli epistolas, confessos & editos, tuæ augustissimæ maiestati dedicarem. Hoc quicquid est elucubrationis æqui bonique consules. Interim precor vt celsitudinem tuam in columem ac florentem nobis quām diutissimè seruet Princeps ac Dominus noster Iesus Christus.

Bene vale.

Ex sacro Sorbonicæ domus musæo.

PRAEFATI

PRAEFATIO IOANNIS ARBOREI LAVDV-

nensis, doctoris Theologi, in epistolam Pauli ad Romanos.

Ihi duæ videntur esse Aquilæ, etiam admodum insignes, in tractandis rerum diuinarum arcanis, abstrusisque mysteriis, nempe Ioannes Euangelista, & Paulus. Ille diuino numine afflatus, & sacris precatiōnibus addictus, ad propagandam Iesu Christi fidem, fæliciter distinxit gladium aduersus Ebionitas & Cerinthios, quod nihil Christo quod non esset humanum tribuerent, vnde pestilentissima hæc doctrina in Arrium Arrianosque irrepit, longoque tempore Ecclesiam non tam fastidiuit quām lafit, diuino tamen auxilio fuit ab orthodoxis patribus, sacrificisque concilis euicta, fracta & extincta. Hic verò qui viuam & germanam illius imaginem refert, abditissimum Trinitatis mysterium in suis sacris, diuinis, doctis & lepidis epistolis affirmat, comprobat & afferit, & ex antiquo veteris Testamenti & præser-tim prophetiarum promptuario dilucidè probat Christum esse filium Dei, ei-que per omnia consubstantialem. Adde quod per difficilem præscientiæ, præde-stinationis, vocationis & iustificationis disputationem, quam nunquam Ioannes abundè expresserat, discussit, enucleauit, & explicuit. idcirco à Domino vocatus est & quidem singulari vocatione, vt magnum & salutiferum Christi no-men per vniuersum terrarum orbem Gentibus annuntiaret & inuulgaret, Euā-gelicæque Philosophia sementem admodum vberem, longè latèque spargeret: & adeò promptus erat & paratus ad euangelizandum, vt sibi malum imprecaretur nisi euangelizaret. Et ne in aliorum fines irrumperet, sibi que usurparet Euā-gelium Circumcisionis (quod Petro concretum fuerat) Euangelium præputij docuit & prædicauit, non enim afferuit se esse doctorem Iudeorum sed Gentium, tametsi Iudeis plurimum profuerit, & eo amore in Christum flagravit, post-quam maturè resipuit, ac ex lupo factus est agnus, & ex persecutore Ecclesia propugnator acerrimus, vt omnes sui ingenij vires, conatus, denique studia omnia ad euehendam ac propagandam Christi fidem contulerit. Siquidem nihil unquam potuit sibi persuadere conducibilius esse & optabilius, quam Christum induere, Christum sectari, Christi fidem amplexari, Christum prædicare, viuāmque Christi imaginem humanis cordibus insculpere, ne quod mysterio viuificæ crucis erectum fuerat, hominum negligentia & incredulitate periret & collaboretur. Denique inquietis studiis, indefessisque laboribus sudauit vt Gentiles prophanis & vanis spurciissimorum idolorum cultibus addictos, pertinacique in-fidelitatis errore obtenebratos, ad fulgidissimum fidei iubar, luménque splendidif-sum adduceret. O fælices conatus, o laudata studia, o iucundi labores. Insuper, quis non agnouit eum totum cælestia spirantem, nihil non egisse nullumque la-pidem non mouisse vt fidei candidatos abūdè doceret, nulli nisi per Iesum Chri-stum, factum fuisse ad regnum cælorum aditum, & certissimam nostræ salutis anchoram in Christo figendam esse? Tum quoque sacramento fidei obsignatos, ad-hortatur vt quod suæ militiæ donarium susceperunt, non deserant, sed probitate

PRÆFATIO

vita, pietate, religione, modestia, mansuetudine, castitate, humilitate, prudentia, sapientia, patientia & obedientia, ceterisque virtutibus exornent. Et quis non magnopere commendaret Paulum, quod innumera mala & supplicia inuicto animo pro defensione fidei pertulerit? nullumque vitae discrimen ac periculum, ob tuendam Christianam religionem exhoruerit? Nouimus quamplurimos eius labores, duros carceres, innumeris plagas, cædes multas, intolerabilia flagella, varia naufragia, cruentam vnam lapidationem, insuper pseudoprophetarum & simulatorum fratrum infidias, eius quoque erumnas & vigilias multas, famem, sitim, inediem, frigora, nuditatem, tribulationem, gladium & persequitionem? verum subortas huiusmodi procellas animi constantia & ardentiissimo amore, quo in Christum astuabat, superauit. Dic quæso, *Quis vno Paulo ad sectandam Christi charitatem, patientiam & obedientiam ardenter inflamat?* *Quis sublimius, uberior & latius de rebus diuinis disputationat?* *Quis porrò acrius & liberius turpisima scelerorum flagitia detestatur, arguit & increpat?* *Quis nodosa & inexplicabilia scripturarum inuolucra & ænigmata faciliter & aperiens detegit, edifferit & explicat?* Nec tamen me latet in Paulinis epistolis multa esse admodum obscura & intellectu difficultia, quæ tamen Grammatici, Rhetores, Poetæ, Philosophi, Historiographi, Geographi, Cosmographi, Medici, & literaria antiquitatis studio summi, putant etiam elato cum supercilie se facile posse assequi: sed hallucinantur, totoque cælo aberrant. *Quamobrem scite dixit beatus Petrus de Paulinis epistolis ferens exactum iudicium, in quibus sunt quædam difficultia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Hieronymus in proæmio epistole ad Galatas ad Paulam & Eustochium dicit eandem esse materiam huius epistole, & illius quæ est ad Galatas, sed in ista altiori sensu & profundioribus argumentis vñus est Paulus: in epistola vero ad Galatas ad eos scribens de quibus in consequentibus ait, *O insensati Galatae, tali sermone moderatus est quod increparet potius quam doceret.* Intelligamus epistolam Pauli ad Romanos interpretatione indigere, & tantis obscuritatibus inuolutam esse, vt ad eam intelligentiam Spiritus sancti indigeamus auxilio. Hoc autem sentit Hieronymus Tomo 3. quæstione 10. Verum sciamus oportet ut bonis aubus auspicemur, quidnam Paulus in sua epistola ad Romanos, abditissimorum sacramentorum refertissima, traet. Primum quam maximas agit gratias Deo, quod Romanorum fides toti orbì innotesceret. Deinde increpat Gentiles quod sacerdo Dei cultu, idolis sacrificauerint, & flagitia plusquam inaudita perpetrauerint. Iudeos, & præsertim Iudaicæ nationis antistites reprehendit, quod cum in aliorum vitia inueherentur, suis indulgebant. Docet utrumque populum lapsum, gratia Dei indigere. Probat exemplo Abrabæ, iustificationem à fide primum pendere. Exprimit & summam Dei erga nos charitatem, quod ei simus per mortem Christi reconciliati. Commonstrat quam nobis beneficis fuerit Christus, quod corpus peccati destruxerit, ne post hac vitius inseruiremus. Dilucidè monstrat violentiam carnis nos plerunque impellere ad quidpiam faciendum quod nolumus, quam nemo sine Christi praefatio

PRÆFATIO:

dio frangere potest & domare. Acceptum Deo referant omnes quod grātuitò sint in filios Dei adoptati. Deplorat Iudeorum obstinationem, & obstinatam execrationem, pro quorum tamen resipiscientia & salute non cessat orare. Subindicat Gentium vocationem à misericordia profectam esse. Nos cohortatur ad vitæ sanctimoniam, vt probemus quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Vult vt sublimioribus potestatibus obtemperemus, ne obſtendo, iram Dei vindicem sentiamus. Ostendit summopere nobis esse præcauendum, ne pusillos & infirmos in fide scandalizemus & offendamus. Ad mutuam concordiam, & ad retinendum pacis vinculum nos prouocat. Cupit ardentibus votis: ingentique desiderio Romanos inuisere, quorum subsidia & precatio[n]es deposita, vt ab infidelibus qui erant in Iudea liberaretur. Concludit extremum caput salutationibus, etiam congestis multorum nominibus.

VITA DIVI PAVLI PER SANCTUM Hieronymum.

P AVLVS Apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Beniamin, & oppido Iudeæ Gischalis fuit: quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Cilicie commigravit, à quibus ob studia legis missus Hierosolymam à Gamaliel le viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epistolis, ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis, de persequiturore translatus est. Cumque ad prædicationem eius Sergius Paulus Proconsul Cyprini credidisset, ab eo quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus, & iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertensque Hierosolymam, à Petro, Iacobōque & Ioanne, Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de eius conuersatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem Domini viceximo quinto anno, id est secundo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Iudeæ successit Faæli, Romam vicitus mittitur, & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudeos de auentu Christi quotidie disputauit. Sciendum autem in prima satisfactione, nem dum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historie, Paulum à Nerone dimissum, vt Euangelium Christi in occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum, eo tempore quo & passus est, de vinculis dictat epistolam. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per me prædicatio cōpleretur, & audirent omnes gentes, & liberatus sum de ore Leonis: manifestis

P R A E F A T I O .

sime leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore Leonis. Et statim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœleste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam in eadem epistola præmiserat, Ego enim iam immolator, & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo 14. Neronis anno eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo septimo. Scripsit autem nouem ad septem Ecclesiæ, Epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Collofenses vnam, ad Theffalonienses duas. præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebraeos, non eius creditur propter stili sermonisque distantiam, sed vel Barnabæ, iuxta Tertullianum, vel Lucæ Euangeliste iuxta quosdam, vel Clementis, Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone: vel certè quia Paulus scribebat ad Hebraeos, & propter insidiam sui apud eos, nominis titulum in principio salutationis amputauerat. Scripserat ut Hebraeus Hebraicè, id est suo eloquio disertissimè, ut ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebreo, eloquentius verterentur in Græcum. & hanc causam esse, quod à ceteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

¶ Antonius Vignon Casteldunensis,
candido Lectori.

D'Elicias horti cesset iactare superbas
Alcinous, fileant, Lector, & Hesperides.
Hæc vna effudit, quod non persolueris, Arbos,
Sitibi Pactoli diuitis vnda fluat.
Nam concinnat iter tranquillum ad tecta Tonantis,
Hæresis & mira discutit arte dolos.
Quid mage mortali querendum, quidue sequendum est,
Quam quod ad æternas peruehat usque domos?
Huic appende igitur, firmis & viribus insta:
Quosque tulit fructus, hos tibi, Lector, habe.

¶ Argumentum primi capituli Epistolæ ad Romanos.

PAULUS, cœlestis orator & verus Christi internuncius, Romanos à pseudapostolis male institutos & circunuentos, ad Euangelicam fidem, Euāgelicāque philosophie cognitionem reuocat. Gestit prægaudio quod fidei tyrocinia & seminaria in Romanorum cordibus efflorescant, suæ legationis munus obeundo conatur pro viribus Græcos ac Barbaros, doctos & indoctos ad cœlestem Christi sapientiam accersere, ut in Christum credentes, æternam salutem assequantur. Antiquos Philosophos sibi rerum omnium peritiam vendicantes, omniumque gentium profanas nationes subnotat, quod cum Deum à pulcherrimo & ornatisimmo rerum omnium opificio cognouissent, non tamen ut Deum glorificauerunt, & ut muta rerum corruptibilium simulachra venerarentur, gloriam Dei incorruptibilis præterierunt & suppresserunt. Idcircò in reprobum sensum traditi, & in nephandas libidines proiecti, ignominiosa flagitia, quibus digni erant morte æterna, perpetrarunt.

¶ Epistola Pauli apostoli ad Romanos.

Caput primum.

PAULUS, seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Euangelium Dei quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.) Qui fœliciter Pauli cognomen adeptus est, prius Saulus dicebatur: itaque diuinitus factum est, ut ex Saulo, hoc est inquieto & turbulentio, Paulus siue pacificus diceretur. Ex Actis Apostolorum comperimus Saulum consensisse neci Stephani, & Saulum deuastasse ecclesiam, ac in carceres intrusisse illos qui nomen Iesu Christi profitebantur. Quod autem fuerit durus, inquietus ac turbulentus tentator, ac acerrimus Christianæ religio- Aet. 7. nis expugnator, indicat vox illa è coelo delapsa, Saule, Saule, quid me persequeris? So- Aet. 8. nat & Græcis σάυλον, dumtaxat abiecta, commotionem ac tumultum maris & flu- Aet. 9. ētuū. Paulus verò quietum, à verbo παύομαι, inde & παύλας, quietem appellant. Augu- stinus tomo. 10. sermone. 74. dicit Paulum nomen esse minimi & humilis, nam ex Saulo, id est arrogante & superbo, dictus est Paulus, hoc est humilis & minimus. Testatur & Lucas eundé dici Saulum & Paulum, qui Elymam magum, conantem auertere à fide Sergium Paulū Procofulem, confutauit. Seruus Iesu Christi.) Verè & scitè dicit Iesu Christi, & non hominum. Si enim hominibus placere voluisset & adulari, seruus Christi nō fuisset. seruus est illius cui per omnia morem gessit, & pro cuius fide & gloria, egregiam mortem oppetiit. Et quia fuit Christo seruus fidelis, amplissima mercede donatus est. Vocatus Apostolus.) Optatissima fuit Pauli vocatio, siquidem ecclesiæ fructum attulit uberrimum, & quamplurimos ad fidem Christi accersuit. Et quod Paulus fuerit à domino vocatus, hoc, dono vocantis, & non suis meritis tribuat. Nec solùm fuit in vocatorum numerum ascitus, sed & electorum. Nam gratiam suæ vocationis magnitudine virtutum cumulatissimè locupletauit, dicit enim de seipso, Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laborauit: non ego autem, sed gratia Dei mecum: & de hoc genere vocationis & electionis dicit Petrus, Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Sunt nonnulli vocati etiam ad salutem æternam, qui tamen non sunt electi, quia dono suæ vocationis abutuntur, & negligunt gartiam Dei adaugere. 1. Cor. 15. 2. Petr. 1. a. j.

COMMENTARII IO. ARBOREI

Cap. i.

- Matt. 20. Vnde dicebat Christus, Multi sunt vocati, pauci vero electi. Vocatus est & Paulus Apostolus, hoc est, legatus siue ab alio missus. Nam a Christo fuit accessitus ad Apostolicam functionem, & ad afferendum Euangelij gratiam, quam qui recipit, vnicum suum salutis autorem amat & veneratur. *Segregatus in Euangelium Dei.*) hoc est, praeceteris Apostolis peculiariter a domino electus, ut Euangelicam Iesu Christi sementem ubique spargeret. Et de huiusmodi segregatione dixit Spiritus sanctus Prophetis & doctribus qui erant Antiochiae, Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Et de hoc eximio & electo organo, ac singulari viro in munus Euangelij praedicandi seposito, dicitur, *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel.* Fuit & segregatus in Euangelium Dei, sicut alibi ipse de se dicit, *Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae, & vocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus, continuo non acquieci carni & sanguini.* Et sicut idem dicimus, Christus est verbum, & Deus est verbum: ita idem dicimus, Euangelium Dei, & Euangelium Christi: si quidem in diuinis pater & filius unum sunt. De hoc autem Euangeli quod Deus olim promiserat de suo filio per Prophetas suos in scripturis sanctis dicit Esaias, *Spiritus domini super me, eò quod unxerit me, ad annunciatum mansuetis misit me.* siue ut scribit Lucas, apertissime demonstrans hanc de Christo intelligentiam esse Proprietatem, *Ad euangelizandum pauperibus misit me, ut sanarem contritos corde, praedicarem captiuis remissionem, & cæcis visum, dimitterem confractos in remissionem, praedicarem annum Domini acceptum & diem retributionis.* Item, Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon, exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Hierusalem, exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iudea, Ecce deus vester, Ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Tum quoque dicit Psalmographus, Dominus dabit verbū euangelizantibus virtute multa. & de Apostolis qui longe latèque verbum Euangeliū seminarunt, dicit alibi, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ versa eorum. scribit & Naum Propheta, Ecce super montes, pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Adde quod dicit Hieremias praedicens quænam esset virtus Euangeliū noui Testamenti, Ecce dies venient dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda secundum non secundum pactum quod pepigicūm patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus, sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel, Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, Cognosce dominum: Omnes enim cognoscet me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus, quia propiciabor iniurianti eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. Praecedentibus haec subnecit Paulus, *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.*) Qui fuerat segregatus in præconium Euangeliū. Hoc loco dilucidè monstrat Christum esse verum hominem: Nam factus est ex semine Dauid secundum carnem. & alibi dicit, Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. factus est & patri coelesti ex semine Dauid secundum carnem: nam pater coelestis voluit ut eius filius pro salute nostra inciperet esse homo, suamque humanitatem a nobilissima Dauidis familia sumeret, Etenim Ioseph, & sacratissima virgo Maria, de regia Dauidis stirpe descendenterū. Accedit & huic Paulinæ doctrinæ illud Matthæi, Liber Generationis, Iesu Christi, filii Dauid. Tum quoque scriptum est, *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Dicebat & Gabriel angelus virginis Mariæ, cum ei manifestauit mysterium incarnationis filii Dei, Dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius. Nec afferit Paulus Christum simpliciter esse factum: Nam firmissime credimus cum esse genitum, & non factum, sed adiecit, ex semine

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

- femine Dauid secundum carnem. Nec dicitur ex semine Dauid, quod Christus ex semine Ioseph natus sit, sed quod eius parentes Ioseph & virgo Maria, ex semine Dauid descenderint. Et quia Christus quatenus homo, solo spiritus sancti opificio, & non virili semine, ex pudicissimo Virginis utero prodit, dicitur factus, & quidem secundum carnem. Intellige quod Christus, ut filius Dei, factus est homo.
- ” Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri, per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis, & pax a Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo.) Hunc locum enarrans Origenes de prædestinatione filij Dei, dicit, *Quanvis in Latinis codicibus & Origenes, exemplaribus, prædestinatus soleat inueniri, tam quod interpretationis veritas habet, destinatus scriptum est, non prædestinatus: Destinatur enim ille qui est, prædestinatur vero ille qui nondum est: sicut de his quibus dicit Paulus, Quos autem præficiit, illos & Roma. 8.*
- ” *prædestinavit. Præsciri ergo & prædestinari possunt illi, qui nondum sunt: Ille autem qui est, & semper est, non prædestinatur, sed destinatur. Haec ille. Nitar ego hac ratione ad persuadendum filium Dei, non esse prædestinatum. Qui prædestinatur, vocatur a Deo ad asequendam æternam gloriam, quod manifestat Paulus dicens, Quos prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit, quos autem iustificavit, illos & glorificavit. absurdum autem esset dicere authorem virtutæ æternæ, qui quos vult prædestinat & vocat ad immortalitatem, esse prædestinatum & vocatum. Et prædestinatio magis pendet a gratia Dei, quam a meritis hominum, & viribus liberi arbitrij. Habent quoque & Græci codices ὁ θεός οὗτος, id est, qui definitus erat, siue pronunciatus, demonstratus ac declaratus. Nam filius Dei, licet ab æterno fuerit filius Dei, tamen id erat ignotum mundo. Deinde euidentissimis & pulcherrimis miraculis quæ sua propria virtute ædidiit, vna cum sua cœlesti sapientia, quam ut potestatem habens, docebat, fuit declaratus & manifestatus vniuerso orbi, quod erat filius Dei, & Deus. Itaque Paulus bisarium demonstrat Christum fuisse definitum & declaratum filium Dei: In primis per potentiam siue virtutem spiritus sanctificationis, siue spiritus sanctificantis, cui per omnia erat æqualis. Et hic spiritus nihil non sanctificat, visibiliter in forma columbae apparuit in baptismo Christi, cum vox coelestis repente intonuit dicens, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Et quia sua propria virtute nihil non operabatur, in uulgatum fuit toti orbi quod erat Deus & Dei filius. quod planè communis illa Euangelica scriptura, Si opera non fecisset in eis quæ nemo aliud fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt & me & patrem meum. Secundo fuit declaratus filius Dei ex resurrectione a mortuis. Nam seipsum propria virtute excitauit a mortuis. Quod manifestando se esse filium Dei, dicebat suis aduersariis, Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Tum quoque, Pono animam meam, ut iterum sumam eam: nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ambrosius hunc eundem locum edifferens legit prædestinatus. Hic ergo, inquit, qui incarnatus quid esset latebat, tunc prædestinatus est secundum spiritum sanctificationis, in virtute manifestari filius Dei, cum resurgit a mortuis, sicut scriptum est in Psalmo, Veritas de terra orta est. omnis enim ambiguitas & diffidentia, resurrectione eius calcata est & compressa, legendo autem prædestinatus, non quidem spectando propriam & exactam vim prædestinationis. interpretabimur cum aliquot viris doctis hunc locum, qui prædestinatus est filius Dei &c. hoc est ostensus, confirmatus & iudicatus. Ab vniuersis nāque assertum est, hunc Dei filium esse, in virtute nimis, id est, ex signorum quæ factitabat, potentia. haec Theophylactus. Nec dixit Paulus, Qui prædestinatus est filius Dei ex resurrectione mortuorum Iesus Christus, Dominus noster, sed ex resur-*

rectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri: tanquam si diceret, qui prædestinatus est filius Dei ex resurrectione mortuorum suorum, hoc est, ad se pertinentium in vitam æternam. Hoc sentit Augustinus libro uno expositionis Epistolæ Pauli ad Romanos, inchoatæ. Perspice autem quam modè de se loquatur Paulus, cùm dicit, per quem accepimus gratiam & Apostolatum, nihil sibi tribuens, sed omnia Christo, cuius gratia ad munus Apostolatus ascitus est. Accepit autem à Christo gratiam cum omnibus fidelibus: vnde alibi dicit, Gratia Dei sum id quod sum. Item, Quid habes quod non acceperis? si autem acceperis, quid gloriaris, quasi non acceperis? Acceptip & à Christo Apostolatum, hoc est, legationem, siue missionem, non tamen cū omnibus, sed cū suis selectis fratribus. Nemo itaque dicat se meritis vita prioris, ad Euāgelicam functionem perductū esse. Sed attendamus cuius rei gratia acceperit Paulus à Christo Apostolatu: vt scilicet obediret fidei in omnibus gētibus pro nomine Christi, pro quibus potissimum suę legationis munus obibat, & vt omnes crederent in Christo, ac inuocantes nomen Domini nostri Iesu Christi, saluarētur. Et quis non tenetur obsequi fidei? & præsertim qui curā animarum gerit. Episcopi, Ecclesiastici quoque viri, & doctores, & qui missi sunt ad prædicandū Euāgelium, debent pro virili conari, vt animas (quę discrimine salutis iactātur) Christo lucrificant. De numero autem gentilium, quorum salutē sitiebat Paulus, erant Romani, vocati Iesu Christi, id est, vt essent eius Iesu Christi, qui omniū gentium salus est. Deinde subnectit more epistolæ quibus scribat, *Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis, & pax a Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo.* Cùm autem dicit Paulus Romanos dilectos Dei, aut potius à Deo dilectos, & vocatos sanctos, potius benignitatē Dei, quām meritū illorum significat: non enim dicit diligentibus Deum, sed dilectis Dei: siquidem Deus prior nos dilexit, ante omnia merita: vt & nos dilecti reciproco amore eū dilige remus, & agnosceremus summam charitatem qua nos dilexit. Huic loco suffragatur i. Ioan. 4. illud Ioānis, In hoc est charitas, nō quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationē pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrū diligere. Deinde concludit, Nos ergo diligamus Deū, quoniam Deus prior dilexit nos. Et cū dicit Paulus Romanos esse vocatos sanctos, nō ita intelligas eos esse vocatos sanctos, quia erant sancti: nā vocatio Dei omnē nostræ vita sanctitatē præcedit: sed quia votati sunt, idcirco sancti effecti sunt. Hanc autē veritatem, illa Paulina doctrina confirmabo. Elegit nos Deus ante mundi constitutionem vt essemus sancti, nec dicit quia sancti eramus, nos elegit, sed vt futuri essemus sancti, nos elegit. Tribuas itaque oportet tuam sanctitatem vocationi Dei, siue Deo vocanti: & non vocationem Dei tuæ sanctitati. Sit itaque gratia à Deo pater, & Domino nostro Iesu Christo, qua nobis omnis culpa condonatur, & pax ipsa, qua Deo recōciliāmur. Et cùm vocat Iesum Christum, Dominū nostrum, eum vt patrem colit, siquidem illi subiecta sunt omnia. Vocavit & David diuino nūmine afflatus, Christum, suum Dominum, Dixit dominus Dominus meo, sede à dextris meis.

„ Primū quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christū pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mūdo. Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo, in Euāglio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationib⁹ meis, obsecrās „ si quo modo tandem aliquando prōsperum iter habeā in volūtate Dei „ veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis „ gratiæ spiritualis, ad confitmandos vos, id est, simul consolari in vobis, „ per eā quæ iniucem est, fidem vestram atque meam.) Cùm sint omnibus in rebus agenda Deo gratiæ, eò quod eius præsidio semper indigemus, in primis agit quām maximas deo gratias per Iesum Christū, quod nō solū Romani in Christū crederunt, sed quod ita fides illorum syncerè suscepta propagetur, vttotum terrarum orbem

orbem peruaferit, vel si potius maius, multis mundi partibus inuulgata sit. Addidit autem merito. Per Iesum Christum, quod sine eo nihil possimus facere: tum quod per eū habemus accessum per fidem in gratiam istam: denique quod inutiles & vanæ sunt orantis preces, nisi gratia Christi fulciantur. Si enim Iudas per Christum orasset, fuisse exauditus: & quia per Iesum Christum nō orauit, eius oratio versa est in peccatum. Adde quod ad Christum configimus, cùm quidpiam à Deo obtinere cupimus: quod pulchrè monstrat Diuus Ioannes, dicens, Si quis peccauerit, adiudicatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nobis autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Quod si Roma gentilium omnium vrbs florentissima & antiquissima, suos mutos & falsos deos detestetur, vanamque & falsam suam religionē auersetur, & colat integra fide Christum, quid non aget gentium ciuitatulæ, oppidula & castella? Itaque sancta Romanorū conuerſio innueras gentium nationes ad fidem pellexit. Quod autem adiicit Paulus, *Testis est mihi Deus,* Scias hoc iuramenti loco assertum esse, vt liberius, firmius & ardentius scribendō loqueretur: licet enim iurare (tametsi ex se nō sit appetendum iuramentum) vt fides verbo dicentis adhibeat, & vt controversia omnis dirimatur. Et quia Paulus in afferenda rerum diuinorum veritate inconcussa, neminem habebat præter Deum, cor diūm humanorum scrutatorem, per Deum iurauit, siue Deum in testem infallibilem & irrefragabilem assumpsit, cui spiritu sincero, & nulla hypocrisi vitiato seruiebat, cultu quidem latrī. Hinc illud scripturæ, Dominum Deum tutum adorabis, & illi soli seruies. Adde quod Christus dicebat Samaritanæ, eam docens quomodo deberet Deum adorare, Venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate: nam & pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eū, in spiritu & veritate oportet adorare. Et quām feruenti affectu ardeat Paulus in Romanorum & eorum qui Romæ agebant, charitatem, exprimit, dicens, *Quod sine intermissione memoriam vestri faciam semper in orationibus meis,* Siquidem vt à Deo quod postulamus, facilius extorquere possimus, nobis cōuenit semper orare, & nunquā deficere: exēplo illius prudentissimę viduę, quę inhumanū, flagitosum & inexorabilē iudicē permolestis & assiduis interpellationibus exorabilē reddidit. Nec ita semper orandum est vt non sit ab oratione feriandum & cōquiescendum, sed præscriptis horis semper orandum est, & vbi potissimum scopus nostræ orationis in Dōe defigitur: nec quicquam versamus animo quod diuinam maiestatem offendat. Obsecrat & Paulus siue per sacra obtestatur, quo affectu cupiebat Romanos inuisere, vbi clementia cœli & prosperū iter per voluntatē Dei, sibi arrideret: id autē votis ardentibus optabat vt Romanis nō nihil gratiæ spiritualis impartiretur, siue exhortando illos vt de virtute ad virtutem adolescerent, siue fidē illorum suis precationibus stabiliret, aut quod eos à quibusdam vitiis nondum extinctis auocaret. Ad confirmādos vos, inquit, & explicat quæ nam sit hæc confirmatio, id est simul consolari in vobis per eam quę iniucem est, fidem vestram atque meā. Cupido itaque vos visendi mihi incessit, vt vos multis molestiis affectos consolarer: cupio & quidem vehementer, vt mutuum sit in nobis solacium. Sed forsitan hoc non dixit Paulus, quod solamine aut sodalitio Romanorū indigeret, sed ne acerbiorem epistolam redderet, ne vīlos durius laceſſeret. aut interpretare consolationem, lātitiam, quæ ex adiuncta Romanorū fide suscepta sit, & quam Paulus existimat in ædificationem ecclesiæ sibi esse necessariam: & cum dicit, Per fidem vestram atque meam, existimes vnam & eandem esse fidem omnium credentium, licet in vno sit infirmior, in alio vero firmior & ardentior: vnde dicit alibi Paulus, Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.

„ Nolo autē vos ignorare fratres, quia sāpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc, vt aliquē fructū habeā in vobis, sicut & in cæteris gētibus, Græcis ac barbaris, sapientibus & insipiētibus debitorum, sum, ita quod in me promptū est, & vobis qui Romæ estis, euāgelizare: a. iii.

Cap. i. COMMENTARII IO. ARBOREI

„ Non enim erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salute omni credenti, Iudæo primum & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuit.) Hoc loco declarat Paulus sibi frequenter in animo suis Romanos inuisere, quos ob fidem suscepit, fratres vocat. Verum per impedimenta quæ inciderunt, non licuit: nec ociose dicit se esse prohibitum, nam effrenata & inaudita Romanorum vitia obstabant, quod minus coelestem Pauli doctrinam tunc exceperint. Fuit & prohibitus à Deo, siquidé alibi dicit, Et cum tentaremus ire in Bithyniam, prohibuit nos spiritus Iesu. Poteſt forsitan prohibitus usque adhuc referri ad illum, de quo alibi dicit, quia impediuit nos satanas, & præterea sine intermissione insistit orationibus, ut deuictis satanæ impeditatis possit eos qui Romæ agebant inuisere. Ob id autem tantopere cupiebat ad Romanos proficiſci, vt inter eos nonnihil fructus reportaret, quemadmodum in cæteris nationibus antehac fecerat, & sicut Christi Euāgelium ex æquo ad omnes pertinet, sicut Deus ex æquo est omnium Dominus & Deus: ita fatetur Paulus hāc sui muneric operam omnibus debere, nec ſolum Græcis, verum etiam & barbaris: nec eruditis tantum, verum & rudibus & illiteratis, ſi modo ſint ex animo Euāgelium Iesu Christi ſuscipit. Græcos autem, vocat Gentiles, Barbaros, & plusquam Scythes, qui nec ratione nec lege reguntur, à Græcorum & Romanorum numero excludit. Sapientes illos appellat qui ſecularibus & mundanis disciplinis tota ſua ſtudia, omnēmque ſuæ vitæ operam impendunt, quales olim fuerunt Grāmatici, Rhetores, Poētæ, Philosophi, Astrologi, Astronomi, Geometræ, Arithmetici, Musici & Medici, qui cū tumido ſuperclilio dicerent ſe esse sapientes, ſtulti facti ſunt. Inſipientes illos vocat, qui mundanarum rationum & ſecularium literarum ſunt prorsus ignari & imperiti. Et adeo feruet Paulus lāta hæc cœleſtis ſapientiæ nuncia fidei candidatis annuciare, ut eius animus geſtit omnibus qui Romæ agunt, Euāgelium ſiue iuſtificationem per fidem in Iesum Christum, prædicare. nec quicquam eft quod poſſit eum deterrere & auocare, quomodo nus ſuum munus strenuè obeat, neque pudendam ſibi ducit hanc functionem, ſi prædicet Euāgelium Christi: nam vt incredulis videtur eſſe res friuola & ridicula, ita credenti virtus eft Dei efficax ad aſsequendam ſalutem. quod de Mosaīca lege dici non potheſt. Vnde alibi dicit Paulus, Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidē ſcadalum, Gétibus autem ſtultitiam, ipsiſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Et licet in initio prædicationis multa eſſent probra & conuicia aduersus Euāgelium exorta: hæc tamen paruifecit & contempſit Paulus, Philipp. 3: vt humilitate & patientia animas perditas Christo lucrifaceret. Vnde alibi dicit, Existimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Christum lucri faciam. Nec erubescit Euāgelium, hoc eft non eum pudet prædicare, quod Christus ignominiosum crucis ſupplicium pro ſalute noſtra pertulerit. Et quod impij & increduli in opprobrium & dedecus vertunt, loco ſummi honoris & ornamenti recipit & exofculatur. Et licet Euāgelica Philosophia æquè proſit omnibus, tamē ut iuſſit Dominus honoris cauſa, per tantæ rei præcones erat Iudæis primum inuulganda, multis quidem de cauſis, quod Iudæi leges à Deo acceperint, Græci vero ab hominibus. Adeo quod Iudæi colebant vnum Deum, quod manifestauit Christus dicens Samaritæ, Nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eft. Item, Notus in Iudæa Deus. Gentiles verò colebant Idola. Erat & potiſſimum prædicandum Iudæis Euāgelium, quia Christus ab eis exortus eft. Denique quod promiſſiones regni cœleſtis primū factæ ſint Iudæis, vnde dicebat Christus ſuis apostolis, cum eos primum misit ad prædicandum, In viam Gétium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: fed ite potius ad oues quæ perierunt domus Israël. Tum quoque probando fidem, hu[m]ilitatem & patientiam Cananæ, dicebat, Non eft bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. tacite vocans Iudæos, filios, ſicut aliquādo dixit auersando Iudæos ob ſuam

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

ob ſuam incredulitatem, Filii regni elicientur in tenebras exteriores. Adde quod scri- Matth. 8: ptum eft, Primogenitus eft mihi Israël. Verum obiicit aliquis, Alibi dicit Paulus, Exo. 4: Nō eft diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui Roma. 10: inuocant illum. facile eft hanc obiectiunculam diluere. Si finem Euāgeliū aut ſalutis ſpectemus, fatebiſur inter Iudæos & Græcos non eſſe diſtinctionem neque differen- tiam. Nam æqualem vtrique pro ſuo labore mercedem recipient, ſicut qui & primi & Matth. 20 nouiſimi veneſunt ad excoledam patrifamilias vineam, eundem denarium recepe- runt. Si tamen conſideremus ordinem ſalutis, Iudæi ſunt primi, eo quod primū pro miſſiones ſunt eis facte. Siquidē alibi dicit Paulus, Dico Christum Iesum, miniftrum Roma. 15: fuſſe circuſcifionis propter veritatem Dei, ad conſirmandas promiſſiones patrum. Iuſtitia autem Dei quæ nō eft ſita in ſuperſtitione aut hypocriſi, aut antiquis Iudæo- rum ceremoniis, oblationibus & ſacrificiis: ſed in puritate & integritye fidei, reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eft, Iuſtus ex fide viuit: fide in quaum quæ per charitatem Abac. 21: operatur, & non mortua, neque manca, neque mutila, neque frigida. nam id Deus nūc preſtat quod olim per ſuos prophetas promiſerat. Itaque fides primo in loco ſumitur pro pollicitis Dei in quibus ſtetiſt, ſicut dicimus, Liberat fidē ſua, qui preſtat quod pro miſit. Ediuero fidē violat, qui nō preſtat conuenta. Secūdo verò in loco, pro fide qua in Deū creditur, quæ ſuccelſu temporis, & ſacris cōcionibus, piisque exhortationibus propagatur. Apposite autem dicitur Iuſtitia Dei & non hominum: nam gratis iuſtifi- cat impium per fidem, ſine operibus Mosaīcæ legis, ſicut alibi dicit, Vt inueniar in illo Philippi. 3: non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eft, ſed illam quæ ex fide eft Christi, quæ ex Deo eft iuſtitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius. Iuſtitia autem Dei, authore Ambroſio, reuelatur in Euāgelio, dum donat homini fidem per quam iuſtificetur. Ostenditur enim in eo veritas & iuſtitia Dei, dum credit & pro- fitetur, iuſtitia eft Dei, quia quod promiſit, dedit. ideo credens hoc eſſe ſe consecutum quod promiſerat Deus per prophetas ſuos, iuſtum Deum probat, & testis eft iuſtitia eius, ex fide in fidem. Quid aliud eft ex fide in fidem, niſi quia fides Dei eft in eo quod de ſe repromiſit, & fides hominis qui credit promittenti, ut ex fide dei promittentis, in fide hominis creditentis, Dei iuſtitia reueletur? In credente enim iuſtus Deus appetet. Hæc ille. Ex quo inferre poteris iuſtitiam Dei non reuelari ex fide in fidem, niſi eſſet qui crederet Deum præſtitiffe quod promiſerat. Itaque reuelatur iuſtitia Dei ex fide Dei promittentis in fidem creditentis. Reuelatur quoque Dei iuſtitia & aperitur, quia obtecta prius velabatur in lege. Reuelatur autem in his qui ex fide veteris testamenti ad fidem nouam Euāgeliū veniunt, ut ſcribit Origenes. Et quod Paulus adduxit ex propheta de fide iuſtificante & viuificante, plane monſtrat neminem vitam aeternam aſſequeturum niſi crediderit, ſiquidē alibi dicit Paulus, Eſt autem fides ſperanda- Hebræi. rum ſubſtantia rerum.

„ Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorū qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, quia quod notum eft Dei, manifestum eft in illis. Deus enim illis manifeſtavit. Inuſibilita enī ſipius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita ut ſint inexcufabiles. quia cum cognouiffent Deum, non ſicut Deū glorificauerunt, & gratias egerunt, ſed euauerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eft inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapien- tes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimi litudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadru- dum, & ſerpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cor- dis eorū in immunditia: ut contumelij affiant corpora ſua in ſem- a. iiiij.

„ ipsiſis, qui cōmutauerunt veritatē Dei in mendaciū, & coluerūt & seruie-
runt creaturæ potius quām creatori, qui est benedictus in secula. Amē.

Paulo antè dixerat iustitiam Dei reuelari ex fide in fidem ob salutem credentium: hunc verò dicit iram Dei reuelari & detegi etiam de cœlo, ob ruinam & duram animaduersiōnem impiorum. Ex eo de cœlo dixit, quia à magnitudine cœli potissimum virtus creatoris, siue remunerando siue puniendo cognoscitur. Intelligamus plane iram Dei in sacris literis pro vindicta sumi, & dicitur ira Dei, nō quod in Deum perturbationes animi cadere possint, sed quod in similitudinem hominum irascentium, & vindictā appetentiū, vlciscatur scelera & atroces iniurias sibi factas. Vnde in Exodo

Exo. 32. legimus, quod Dominus animaduersurus in nephanū scelus sui populi qui adorauerat vitulū conflatiū, dicebat Moysi: Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos,

& deleā eos, faciāque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deū suum, dicens, Cur Domine irascitur furor tuus cōtra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robustā? Ne quāso dicant Aegyptij callidē eduxit eos vt interficeret in montibus, & deleret è terra, quiescat ira tua & esto placabilis super nequitia populi tui: & placatus est Dominus precibus Moyssi ne

faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Ira Dei fecit vt terra deglutiret Dathan & Abiron. Et quia filii Israēl seruierunt sculptilibus Gentium, & immolauerunt filios suos & filias suas dēmoniis, & effuderunt fanguinem innocētem, iratus est furore Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatē suā,

Esa. 43. Est & ira Dei de cœlo, gladius, famēs, pestis, & huiusmodi vltices plагe: vnde per Esaiam dicit Dominus, Inebriatus est in cœlo gladius meus. Et per Hieremiam: Ecce

Hierec. 29. ego mittam in eos gladium, & famem & pestem. Reddit autem Paulus rationem cur super impios ira Dei accendatur, eò quod veritatem Dei, siue veram Dei cognitionē in sua pertinaci malitia, & obstinata iniustitia, tanquam captiuam detinuerunt, nec eā vtcunquē cognitam ad piē viuendum accommodarunt, sed in suis flagitiis perseuerarunt. Et licet Deus, quatenus Deus est, & quicquid in Deo est, nullis hominum ingenii etiam perspicacibus cognosci posse & comprehendendi, tamen suis præclaris operibus, & interno sui vultus lumine hominibus innotescit. Tum quoque, Vnum quodque opus, suum opificem probat & commendat: & cùm nullum opus sit creatione mundi excellentius & admirabilius, colliges creationem mundi, vnum crea-

Sapien. 13. torem, vñūmque Deum commendare. Hoc autem pulchre commonstrat illud Sa-

pientiæ, A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Denique, licet Deus non esset Mosaica lege & prophetiarum vaticiniis, gentibus locutus: per ea tamen quæ facta sunt, & per structissimam ac pulcherri-
mam mundi fabricam tam mirifice conditam locutus est, & seipsum tantę rei miraculū illis manifestauit. Quod autem subnequit Paulus, Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, à creatura mundi, ab homine scilicet, qui cùm omni creatura communicat, aut si mauis cum Græcis, à creatione mundi, intellecta conspicuntur, hunc habet sensum: Essentia Dei, bonitas, sapientia, consilium & virtus, licet in se, & in vnitate diuinitatis sint nobis incognita, nostrisque sensibus imperuia, tamen per quasdam similitudines in creaturis repertas, nobis fiunt cognita & explorata: & vnitatem diuinæ essentiæ ratione bonitatis, sapientiæ, virtutis & clementiæ, quæ in nos dimanat & diffundit, agnoscimus. Sicut enim subsistimus participatione diuinæ essentiæ & substantiæ, ita boni sumus & sapientes & clementes, participatione diuinę bonitatis, sapientiæ & clementiæ. Tum quoque Deus sempiternam suam virtutem & diuinitatem, quæ nec initium ullum habuit, nec finem habitura est, tam celebri artificio, & si dicam cum philosophis, à posteriori, conspicuum reddidit. Et propterea scelerati Gentiles, & arrogantes philosophi, non possunt sibi prætexere excusationem ignorantia: Nam huiusmodi ignorantia à culpa procedit, sicut non excusat à culpa qui per ebrietatem homicidium committit, nam deliquit temulentia vacando. Et licet ex ordine gentium seculares philosophi duce ratione, & interno lumine, ac mundanae fabricæ opificio, Deū

cogno-

cognouerint, non tamen vt Deum glorificauerunt & cohonestarunt, neque illi, vt bonorum omnium auctori gratias egerunt, sed humanarum scientiarū persuasione, inanique gloria tumidi, suis vanis inuentis, & cogitationibus frustrati sunt, & ignorantia nubecula obtenebratum est cor eorum: ita vt cùm iactarent se esse sapientes, stulti facti sint. De istis arrogantissimis sapientibus dicit Esaías, Væ qui sapientes estis in ocu- **Esa. 5.** li, vestris, & coram vobis metiōpis prudentes. Tum quoque dicebat Christus Pharisæis, sese à Mosaicæ legis peritia magnopere iactantibus, & negantibus se esse cæcos, quod nichil non intelligerent: Si ceci effetis non haberetis peccatum, nunc verò dicitis, **Ioan. 9.** Quia videmus: peccatum ergo vestrum manet. Et cùm debuissent summo cultu Deū incorruptibilem, & immortalem reuereri, adumbrata corruptibilium hominum, & volucrum, & quadrupedū, & serpentium imagine, diuinam maiestatem obscurarūt, & adulterarunt. Primi Babylonij Deum vocauerunt figmentum Beli cuiusdā, quoniam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur egisse. Coluerunt & serpentem **Danie. 14.** Draconem, quem occidit Daniel, homo Dei, cuius similitudinem habent. Aegyptij autem colebant quadrupedem, quam dicebant Apin, in similitudinem vaccæ, quod malum imitatus est Hiēroboam, vaccas instituens in Samaria, quibus sacrificarent Iudæi, & volucres, quia Coracina sacra habent Pagani. Hæc refert Ambrosius. Tū quoque Origenes in Celsum dicit, Apud Aegyptios magnifica tépla, lucus, propyleorūmque moles visuntur, delubra insuper admiranda tabernaculis obducta superioribus: vbi verò ad penetralia ipsa peruentum est, crocodylum, canem, hircum, simiam & huiusmodi adorare conspicuntur. Insuper ea dementia, eoque insano errore laborauerūt Iudæi, vt cùm Deum Abraham, Isaac & Iacob coluerint, sciréntque ex lege vnicum Deum esse adorandum, coluerunt vitulum cōflatilem, de quibus dicit **Psalmographus.** Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt scuptile, & mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedētis foenum. Sribit & Hiēremias cap. 2. Populus meus mutauit gloriam suam in Idolum. Tum quoque dicebat Deus Ezechie- li, Ingridere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hīc: Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animaliū abominatio, & Idola vniuersa domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum, Ezech. 8.c. & propterā digni erant majori supplicio, quām gentiles. Nam seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, plagis vapulabit multis. Adiicit Paulus, immo concludit, quod gentiles ob suam prophanam, vanāmque religionem, traditi sunt à Deo in desideria cōdis eorū, in immunditiā &c. ac si innueret: Idcirco ob hanc affectatam cæcitatem & stultitiam, prodigiosūmque Dei cultum, in spurcissima vita, probrosāsque cupiditates prolapsi sunt, & sua corpora etiam citra cuiuspiam impulsū & violentiā, contumeliosos probris affecerunt. Nec simpliciter & absolutē tradidit eos Deus, siue adegit in foedas concupiscentias, sed permisit vt suopte vitio cloaca tantorum vitiorum foedarentur. Denique passus est Deus eos ire præcipites, quod vbi debuissent Deum omni laude, omnique honore superiorem colere, statuas arte confictas adorauerunt, & impensis ac diligentius seruierūt creaturæ, quām creatori, qui est benedictus in secula seculorum.

„ Propterea tradidit illos Deus in paliōnes ignominiæ, nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contraria naturam: similiter autem & masculi relicto naturali vnu fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsi recipientes. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentionē, dolo, malignitate, susurriones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuento-

Deute. 6.
Exo. 32.
Psalm. 105.

„res malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incōpositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cùm iustitiam Dei cōgnouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.)

Non desinit Paulus in detestandum Idololatriæ vitium exclamare, ex quo vnius veri Dei contemptus proficiscitur, & plusquam bruta & prodigiosa scelera ebulliunt, quod miro consequio demonstrat Paulus, dicens, Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae, furias scilicet omnium libidinum, & malorum omnium sentinas: Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam, &c. Viro cum muliere congredi, est naturale, & huiusmodi congressum natura vehementer appetit. Virum autem cum viro effrenata libidine congredi, natura abhorret: & ita abhorret, vt qui tam probrosum & ignominiosum scelus perpetrat, dignus sit vt viuus absorbeatur, & absorptus in vulcanios ignes, & flammā ignis æterni vtricem intrudatur.

Gene. 19. Ob hoc execrandum facinus, ignis coelestis combusit Sodomitas & Gomorrhæos. Perpetrarunt & fœminæ Græcorū fœdissimam turpitudinem, & turpisimam spurcitiam, quod naturalem fœminei corporis vsum mutauerint in eum qui præter naturam est, nimirum exemplo masculorum, qui relicto naturali vsu foeminarum, & mutuis inter ipsos cupiditatibus deflagrantes, abominandam turpitudinem patrarunt. Delictum autem mulieris commutantis vsum naturalem in eum qui præter naturam est, cùm brutorum more cum masculo congreditur, conspirat cum delicto masculi turpitudinem suam cum masculo operantis. Nam vtraque voluptas est contra naturam, & prorsus abominanda, & ob id dicitur esse contra naturam, quia ex huiusmodi salacissimo congressu, non potest fieri generatio. Contaminat & polluit fœmina fœminam alia tabe, sed dicere pudet: Idcirco ob hanc contumeliam Deo irrogatam, suæ turpitudinis mercedem receperunt. Et quia oblii sunt Dei, nec Deo quam oportuit, gloriam dederunt, nec piis virtutum officiis notitiam Dei probauerunt: in mentem reprobam abierunt, ita vt omne genus scelerum commiserint, madentes omni iniustitate, versutia, scortatione, auaritia, nequitia, liuore, cede. Etenim inuidia quæ nusquam conquiescere potest, compellit hominem ad homicidium. Nonimus

Gene. 4.. Cayn ob inuidiam, fratrem suum Abel enecasse. Filij Iacob accensi liuore, conspiraverunt aduersus Ioseph. Saul quoque concitatus inuidia, frequenter voluit lanceis Da-

1. Reg. 18. uid confodere. Et ex inuidia nascuntur cōtentiones, & propterea addidit contentione, dolo, vt proximo noceat, fratreque suum aliquo negocio circunueniat, insuper pessimis moribus imbuti fuerunt susurriones, siue clam ad aures hominū susurrarunt, seminando inter eos discordias, obrectatores, numinis osores, contumeliosi, superbi, tumidi, scelerum omnium inuentores, parentibus immorigeri, sensus & intelligentia expertes, incompositi siue infidi, non stantes conuentis & pactionibus, vacantes omni pietatis & clementiae affectu, fœderis & amicitiae insectatores, siue foedifragi, & imisericordes. Et licet cognoverint Deum esse summè iustum, non tamen intellexerunt. Nam vtrò perpetrabant, quæ tamen diuina iustitia vetabat: sciebant enim duce ratione, & lege naturali, nullum scelus esse perpetrandum: & propterea illum æquissimum iudicem agnoscebant, qui vindex est in eos qui turpisima flagitia committit, non tamen intelligebant, quia non credebant Deum debere peccatum mortale poena æterna punire. Cognoscit iustitiam Dei, qui suum peccatum agnoscit, non tamen intelligit, cùm non timet illum qui potest & corpus & animam perdere in gehennam.

Matth. 10. Verū Paulus in subsequentibus demonstrat, enormia scelera esse digna morte & quidem æterna, cum dicit, Quoniam qui talia agunt digni sunt morte, nec solum qui huiusmodi flagitia commiserunt, verum etiam qui cōmittentibus assenserunt. Et cuique emunctæ naris compertum est Paulum minimè loqui de prima morte, quæ solū abducit animam à corpore, & in probis & improbis hominibus: sed de secunda, de qua Apoc. 20. dicit Ioannes, Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hęc est mors secunda.

Et qui

Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis: in beatis autem & sanctis, secunda mors non habet potestatem, sicut autem in illos, qui sine vlla resipiscientia suis vitiis occæcati, è vita miserè decedunt. Et de hoc genere mortis locutus est Dominus dicens, Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Et qui consentiunt patrantibus scelera, grauius peccant quām qui patrant. Siquidem longè grauius est aliorum malefacta comprobare, quām labi in peccatum: Nam hoc infirmitatis est, illud verò pestilētissimæ adulatio-^{Ioan. 8.}nis, vel deploratissimæ malitiæ. Tum quoque patrocinari aliorū malitiæ, morbus est immedicabilis. Et magis peccat ecclesiasticus prælatus, aut concionator, qui quod debet reprehendere, non reprehendit, sed tacet, quām qui vitium perpetrat: Nam adulatur malè agenti, & præbet somitem aliorum delictis.

2. Argumentum secundi Capitis.

Qui alios obiurgat, & de aliorum vitiis sententiam pronunciat, diuinum iudicium non effugiet, si eadem perpetret vitia quæ in sceleratis reprehendit. Qui peccatum peccato accumulat, & si dicam vitiorum syluam in se congerit: nec à pristinis vitiis desuescit, in summum suæ animæ detrimetum suppliciumque æternum, iram Dei prouocat. Quod si sine lege deliquerit, & sine lege peribit: si verò in legē deliquerit, & per legē iudicabitur. Et licet Ethnicis defuerit Mosaicæ legis cognitio, prophetarumque præsidium: tamen lege naturali suis cordibus insculpta, sciebant quid prosequi aut fugere debebant. Mosaicæ legis antistes & primarij viri, qui exactam legis peritiam sibi tribuebant, & confidenter iactabant se prælucere iis qui in tenebris versabantur, digni erant graui animaduersione, quod patrarent scelera quæ in aliis notabant. Arbitremur non in carnali circuncisione, sed in spirituali sitam esse creditum salutem.

Caput secundum.

Dropter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, te ipsum cōdemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiae & longanimitatis, conténis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit?)

Arguendi sunt diuini verbi buccinatores, qui cum toto stomacho in aliorum vitiis inuehuntur, eaque inclamat ad populum acriter punienda, suis propriis delictis indulgent: in alios, me hercle, morosi & seueri, in seipso verò clementes. Tum quoque culpandi sunt magistratus & iudices, qui cùm mala vetant, & in aliorum crimina ferant sententiam, eadem committunt. Propter quod, inquit Paulus, inexcusabilis es, ô homo, qui iudicas: Poteris ne tibi prætexere excusationem, & mereri veniam, si in aliū animaduersionis sententiam pronūciaueris, & eodem crimine damnaberis? In quo enim alterum iudicas, te ipsum cōdemnas: Eadem enim agis quæ iudicas. Siquidem qui in alterum pronunciāt sententiam, in seipsum pronunciat, cùm eidem aut consiliū culpæ sit obnoxius. Vnde mihi præclare visus est dixisse Seneca libro 3. de ira, loquens de vlcere publico, Quicquid in alio reprehenditur, id vnuquisque in suo finu inueniet. Hoc autem loco Paulus, Qui nō est acceptor personarum, indiscriminatim

Seneca.

- loquitur, & Gentium & Iudæorum magistratus, Iudices, & personas publicas taxat, & liberè arguit, qui cùm in alium dicunt, eiisque crimen supplicio quodam puniunt, non sunt liberi ab omni crimine. nec tamen qui quempiam iudicat, semper sibi condemnationem acquirit. nam si eius crimen etiam piaculo dignum, fuerit occultum, non peccat puniendo scelus alterius, quo, aut cōsimili laborat, vbi potissimum à suo peccato resipiscere conatur. Nam illi ex officio incumbit ferre sententiam aduersus peccatum alterius, etiam forsitan dignum morte. Si verò peccatum Iudicis sit publicum, & quod neminem penè lateat, parit sibi scandalum, alium iudicando: in tali au-
tem hypothesis debet suum, & alterius scelus deplorare. Hinc pulchra est illa Christi
Matth. 7. adhortatio, Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condé-
nabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi
fueritis, remetietur vobis. Hæc fuisus in Euangelium Matthæi disseruimus. Quòd au-
tem non euident ultricem Dei manum, qui aliorum vitia castigat, sua autem non ca-
stigant, declarat Paulus, dicens, *Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veri-
tatem, in eos qui talia agunt.* Existimas autem hoc, ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt,
& facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? A ppositè dicitur iudicium Dei secundum ve-
ritatem: Nam, is est qui scrutatur omnia, & cuius oculis conspicua sunt omnia, nec
fallere potest nec falli. Hominum autem iudicium plerumque est fallax, & secun-
dum speciem & conjecturam, & non secundum stabilem & solidam veritatem.
Ioan. 7. Hinc illud Christi verbum, Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium
iudicate. Adde quòd humana iudicia dictis, & verbis testium innititur, que plerum-
que à veritate discrepant: Hæc auté in diuino iudicio inueniri non possunt: nā Deus
est & iudex & testis. Dabit itaque Deo poenas, nec ab eius iudicio elabi poterit, qui-
quis malè sibi cōscius, de alterius crimine fert iudicium. Oportet enim vnumquèque
de sua prius conscientia iudicare, & tunc eius quem iudicat, gesta discutere. Iudicium
Dei, improbis & impiis irrogat poenam æternam, bonis autem & probis, salutem im-
pertitur. Et falso causatur peccator, dicens, Deus non me puniuit, neque me punit: &
propterea eius iudicium effugiam: Nam licet non te punierit, vtendo erga te sua leni-
tate & patientia, grauius tamen te puniet, nisi opportunè ad meliorem frugem resi-
pueris. Nec ob id absque timore perpetres mala, quia non citò diuina sententia con-
tra te profertur: Nam aliquando ob tuam impudentiam, & obstinatam malitiam, sen-
ties quām metuenda sit Dei ira. Et propterea Paulus apertè monstrans Dei erga nos
bonitatem & patientiam, nostrāmque ignauiam & oscitantiam damnans, dicit, *An-
diuitias bonitatis eius, & patientie & longanimitatis contemnis?* Et quia neque angelorum,
neque hominum virtus & bonitas, cum Dei bonitate, & beneficentia conferri po-
test, exuberantissimum diuinæ bonitatis fontem, qui nunquam exhaustetur, cumula-
tissimis tantæ bonitatis opibus tribuit. Alio in loco dicit Paulus, Quòd si Deus vo-
lens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia va-
sa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, que præ-
Eccles. 5. paravit in gloriam: Et alibi, Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam cha-
ritatem suam qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos
Christo, cuius gratia estis saluati. Quòd autem Deus vtatur patientia erga illos qui cō-
tumaci malitia delinquunt, ostendit propheta dicens, Deus iudex, iustus, fortis, & pa-
Roma. 9. tiens, nunquid irascetur per singulos dies? Item, Miserator & misericors Dominus, pa-
tiens & multum misericors. Agnoscamus autem diuinam erga nos longanimitatem,
cùm diu tolerat peccatum carnis, in quod ob infirmitatē cecidimus, & in quo diu volu-
tamur. De hac autem Domini longanimitate, de qua nemo diffidere debet, dicit beatus Petrus, Domini nostri longanimitatem, salutem arbitramini. Et quod subnecit
Eph. 2. Paulus mirum in modum præcedentibus cohæret, *Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit?* Quasi diceret, Sordide peccator, non ignoras, aut te latere nō ope-
Psal. 7. tet, lenitatem siue benignitatē Dei te ad resipiscientiā alliceret: de qua dicit Ezechiel, Si
Psal. 144. impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit
omnia

omnia precepta mea, & fecerit iudicū & iustitiā, vita viuet & nō morietur. Omnia iniquitatū eius, quas operatus est, nō recordabor. Denique Dominus Parabolavnius **Luc. 15.**
ouis erratis, quā pastor sedulò requisivit, & inuentā ad ouile reduxit, declarat maius esse gaudiū in cœlo super vno peccatore poenitentiā agente, quām super nonaginta nouē iustis, qui nō indigent poenitentia. Nec est voluntas patris cœlestis, vt vnuſ pu-
Matth. 18. fillorū pereat. His autē testimoniis arridet illud Petri, Nō tardat Dominus promissi,
2. Pet. 3. sicut quidā existimat, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiā reuerti. Quòd si liceat pensiculatius Paulinam hanc doctrinā excutere, forma cuiusdā digressiunculæ, nequaquā poenitendę, hęc adiciemus: Quot sunt qui principatum in alios gerunt, qui non satis agnoscunt, quot mala in sua vita perpetrarunt, quòd suos subditos seuerè tractarūt, quòd suum populum rigidis exactionibus oppræsserunt, qui nō ad dirimēda bella, sed potius fouenda, à suis subiectis subsidiaria munera petunt: qui vt suam ditionē latius extendant & dilatent, aut vt soli cæca ambitione ducti imperare videantur, rempublicam perturbant, & plerunque sua potestate nimium freti, malè suo regno prospiciētes, multarum aduersum se seditionum, & rebellionum fomenta ministrant? Ignorant huiusmodi Principes in superbiam elati, quòd benignitas Dei eos ad resipiscientiam prouocat, ne amplius in suos sequiāt, ne etiam durissimo posthac iugo suum populum premant. Denique qui latifundia latifundiis cōgerunt, nec desinunt in pauperum detrimentum, prædia, agros, magnificas ædes, possessiones, redditus, & sordidas opes adaugere, nesciūt quibus malis pre-
mantur, abutuntur & lenitate Dei, quòd gladium sui furoris, quo cōfoderentur, non distrinxit, cùm iure distringere potuit. Et licet benignitas Dei blandè eos inuitet ad poenitentiam, nunquam tamen suorum malefactorum eos poenitet. Adde quòd ex ordine militum quamplurimi sunt qui simplices concutiunt, calumniis nihil non intentant, agros depopulant, prædia vastant, domos incendunt, pauperum tugurio-
la subuertunt, expilant omnia, sacrilegia patrant, & execrandis blasphemias diuinam maiestatem offendunt: qui, licet digni sint morte æterna, non tamen se suāque scelera cognoscunt. Tum quoque quot sunt scortatores, adulteri, incestuosi, raptiores, & virginum defloratores, qui cùm merito in fornacem ignis æterni ardenter intrudi de-
buerant, mansuetudine Domini abutūtur? Et licet sciāt se grauiter Deum offendisse, adeò cēcutiunt, adeò insaniunt, adeò delirant, vt nulla resipiscientia compungi pos-
sint. Insuper, Quot sunt mercatores & negociatores, qui suum fratrem fraudulentis negociis & conuentis circuenerunt, furtisque multis suas domos locupletarūt, qui nunquam à suis sordidis & pericolosis negotiacionibus resipiscere volunt? Impuni-
tatem omnem sibi pollicentur, quòd Deus differendo poenam, multa toleret: Verūmi Dominus iudex æquissimus, tarditate supplicium compensabit. Præterea quot sunt Prælati ecclesiastici, qui oues suæ fidei cōcreditas deglubunt, dilaniant, viuāmque ad cutem detondent? qui suo gregi præficiuntur, non vt pastorem agant sed lupum? non vt pascant, sed deuorent? quibus nulla est suæ salutis cura: & cùm deberent mature re-
sipiscere, & ad suum Deum admodum misericordem, multis cum suspiriis & lachry-
mis reuerti, sui officij immemores, in assuetis vitiis perseuerant?
„ Secundum autem duritiam tuam & impoenitens cor, thesaurizas ti-
„ bi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique
„ secundum opera eius, iis quidem qui secundum patientiā boni operis,
„ gloriam & honorem & incorruptionem querunt, vitam æternam: iis
„ autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt
„ autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & angustia in omnē ani-
„ mam hominis operantis malum, Iudæi primū & Græci: gloria autē
„ & honor & pax, omni operanti bonum, Iudæo primū & Græco, Nō
„ enim est acceptio personarum apud Deum.) Necesse est iusto Dei iudicio

pœnā subsequi culpā: quod si culpa fuerit grauior, erit & maior pœna: Secundū enim mēsurā delicti, erit & plagarū modus. Quod autē dicit Paulus. Secundū duritiā tuā & impœnitēs cor, thesaurizas tibi irā. Hoc aduersus homines obstinate & deploratæ malitię vibratur, qui in die iusti iudicij Dei, adiudicabuntur suppliciis eternis, quod s̄aepe ac s̄aepe iram Dei prouocantes, à suis vitiis conquiescere noluerunt. Vnde dicit Hie-

Hiere. 8. remias de his qui ambulant in prauitate cordis sui, Nullus est qui agat pœnitentiā super peccato suo, dicēs, quid feci? Et cūm scribit Paulus, Thesaurizas tibi iram, vult innuere, tu tibi reponis & recōdis ac paulatim accumulas diuinam iram, vt tādem vni-

Iaco. 5. Siphi, & haec est perfractis reatu, ac in die recte vellet, inducato tuo animo, obitum nataque tua malitia tibi ipsi poenam aeternam aceruasti. Huic loco suffragatur illud Iacobi, The saurizastis vobis ira in nouissimis diebus. Thesaurizant & fibi ipsis reprobi ira in die

Sopho. I. illæ, illæ ferunt iræ dies), qui futuræ est dies iræ, dicitur & vindictæ (vnde dicit P. propheta, Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarū & caliginis: Deinde adiicit. Nec aurum nec argentum poterit eos liberare in die iræ Domini: Et hic quoque dies erit dies reuelationis iusti iudicij Dei: nā tunc iustum Dei iudiciū sese prodet in

Matth. 25. quo alij resurgēt in resurrectionem vitæ, alij verò in resurrectionē iudicij. Et in eodē die ante filium hominis qui sedebit super sedē maiestatis suæ, congregabútur omnes gentes, & separabit eos ab inuidem, sicut pastor segregat oves ab hoedis, & statuet oves quidē à dextris suis, hoedos autē à sinistris. Hac autē duritia & impoenitētia cordis, exprimitur peccatū in spiritū sanctū, quod neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur. Et in illo die iudex omniū æquissimus, reddet vnicuique secundū eius opera, iusū marcas etiā copias rapendatur, iniuria verò & impunitate fundicium atropum.

Luc. 21. Itis merces etia copioſa rependetur, iniuris vero & impis supplicium eternum: & hoc latius edifferit Paulus, dices, Reddet gloria nostra quidem vanam & caducam, sed sempiternam, honorum denique perpetuum, & immortalitatem iis, qui secundum patientiam boni operis querunt vitam eternam. De hac fœlici patientia, dicit Christus, In patientia vestra possidebitis animas vestras. **Ea** quoque magnopere commendat Paulus dicit, Tribulatio patientie

A&t. 14. **2. Thim. 3.** qui n*on* volunt vivere in Christo Iesu, persecutio*n*e patientur. C*on*tentios*s*is aut*em* & se-

qui pro veritate vivere in Christo relinqueant paternitatem. Contentio autem & reminiscitibus discordias inter fratres, ac pugnacibus aduersus veritatem cognitam, rependetur ira, furor, vindicta, indignatio, tribulatio & angustia. Animaduertas nullum scelus a contentione non proficiendi, cades & strages innumeratas, scismata multa & scandala, insuper & contagiosas haereses. Hinc alioin loco dicit Paulus, Stultas & sine disciplina quaestiones deuita, sciens quia generant lites: Serum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Adhuc dicit Iacobus, Vbi zelus & contentio, ibi in-

Hier. 7. constantia, & omne opus prauum. Indignatio autē de qua hic agit Paulus, est irā tu-
mor, & per singula quæque commotio, & si dicam, diuinæ vindictæ declaratio, de
qua dicit Hieremias, Ecce furor meus & indignatio mea conflatur super locum
istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ,
& succédetur & non extinguetur. Nec tribulatio de qua hīc agit Paulus, ea est quæ

patientiam operatur, sed est summa afflictio & miseria, & quæ secum intolerabilem angustiam aduehit, & de illa loquutus est Sophonias, quem nunc citauimus. Cùm autem dicit Paulus, *Redder Deus unicuique secundum opera eius*, Non intelligas secundum æqualitatem operum, nam præmium excedit meritum, sed secundum proportionem, siquidem bonis retribuet bona, & melioribus ampliora bona. Idem dicas de malis. Et hæc Paulina doctrina ex Diametro pugnat aduersus quosdam hæreticos.

Hac obser ticos, qui omnino tollunt hominum merita: Si enim non mereremur, non afferemus
ua. cum Euangelio Matthæi, Reddet vnicuique secundum opera eius: Grauius autem
Matth. 16. punietur Iudeus quam Græcus, si diuinam legem, quam à legislatore Mosæ accepit,
transgredia.

transgrediatur. Nam seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, plagiis vapula-
bit multis. Græcus autem siue Ethnicus, neque Mosaïcæ legis neque prophetarū præ-
fidiis adiutus fuit, vt diuinam voluntatē agnosceret, sed duntaxat duce ratione, intrin-
seco lumine & lege naturali, Deum cognouit: idcirco minus dabit pœnas Deo, si tur-
piter viuat, & scelera perpetret. Ediuerso si Iudæus Dei iussis ex animo obsequatur,
& vitæ sanctimonia suum Deum colat, maiori præmio donabitur quām Græcus: hoc
autem exprimit Paulus dicens, *Gloria & honor & pax omni operanti bonum, Iudeo*
primum & Græco: Non enim est acceptio personarum apud Deum, Nam omnibus Chri-
stia nam & puram vitam agéibus, æternam felicitatem pollicetur, quod exprimit ali-
bi dicens, Non est distinctio Iudæi & Græci: Nam idem Dominus omnium, diues in
omnes qui inuocant illum. Tum quoque Petrus concionando dicebat, In veritate cō-
perio, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eū, & ope-
ratur iustitiam, acceptus est illi. Græcis vnica est vox, quæ significat respectum perso-
næ, προσωποληψία, cùm huic magis fauemus quām illi, magis spectantes personam quā
personæ virtutem. Personarum acceptio opponitur iustitiæ distributiæ, per quam
aliquis distribuit vnicuique secundum dignitatem personarum: quòd si plus vel mi-
nus præter dignitatem alicui dederis, censeris acceptor personarum.

„ Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribūt, & qui-
„ cunque in lege peccauerunt, per legē iudicabuntur. Non enim auditio-
„ res legis iusti sunt apud Deū, sed factores legis iustificabuntur. Cū enim
„ gentes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciūt, eiusmo-
„ di legē non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū
„ in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorū, & inter-
„ se inuicē cogitationibus accusantibus, aut etiā defendētib', in die cū iu-
„ dicabit Deus occulta hominū, secundū Euāgeliū meū, per Iesū Christū.)

Hæc sententia priori cohæret, qua manifestè demonstrat Paulus Iudæum magis esse puniendum quām Ethnicū. Nā qui sine lege peccat, & sine lege peribit, & hic est gentilis, qui suis voluptatibus adactus, aut idōlis & diis alienis libans, peccat sine lege, Mosaïca scilicet lege minimè eruditus, nec in ea versatus, nec Euāgelica philosophia institutus: Idcirco sine lege peribit & damnabitur, nisi mature resipiscat. Nec putes eū sine lege periturum, quòd absque villa mensura, ac in immensum punietur: sed quòd eum lex Mosaïca Iudeis data, suppliciis adiudicabit. Verum quisquis in lege peccauit, & Mosaïcæ legis præscripta violauit & prævaricatus est, per legem iudicabitur. Et quoniam Iudæi inueterato incredulitatis errore contenebrati, Mosaïcæ legis sancta transflierunt & contaminarunt, eiusdem legis edicto puniētur. Vnde Christus superbis & incredulis Iudeis dicebat, Nónne Moïses dedit vobis legem, & nemo ex vobis I facit legem? Itaque qui in lege Moïsi peccauerunt, & per legem Moïsi iudicabuntur, & qui in lege Christi peccauerunt, & per legem Christi iudicabuntur. Hoc tamē verbū (peribunt) quod terribilius sonat quā iudicabūtur, videtur planè innuere quòd acrius punientur Ethnici, quām Iudæi. Nā de Iudeis dicitur (iudicabuntur), de gentibus verò (peribunt). Oppositum tamē demonstrat locus ille. Tribulatio & angustia in omnē animā hominis operantis malū, Iudei primū & Græci. Dicam ego perire & iudicari, hoc loco sumi pro eodem, peribunt siquidē impij & suis vitiis obdurati, eò quòd talis futurus est exitus, qualis fuit vita. Quòd autem iudicari in sacris literis, plerunque sumatur pro damnari, siue affligi poena æterna, commonstrat Christus dicens in Euangelio Ioannis, Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij: vbi planè monstrat Dominus iudicium sumi pro gehēna siue supplicio æterno: & alibi, Qui nō credit, jam iudicatus est, cùm scilicet exhortanti ad credendum non auscultat, sed pertinaci animo aduersatur.

- Ioan. 8.** Et quia Iudæi audientes Mosen vera dicentem contempserunt, prophetas quoque à turpissimis flagitiis eos reuocare cupientes, neglexerunt, contradixerunt & Christo nihil non agenti pro eorum resipiscencia, eumque trucidarunt, & eius apostolos ad necem usque persequuti sunt, reuera perennibus poenis cruciabantur. Non immerito dixit Christus Iudæis nolentibus ab errore incredulitatis resipiscere, In peccatis vestris moriemini. Non absurdè igitur sumetur (iudicari) pro perire, siue damnari. Et licet Iudæi Mosaïcæ legi auscultauerint quantum ad corporales ceremonias, carnaliæ & bruta sacrificia, non propterea iusti erunt apud Deum. Quoties in hanc sententiam etiam omnium calculis descenderunt? Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit, nec tamen quod promiserant, præstiterunt: sed fidem violarunt, & digni erant qui maledictionem æternam incurrent. Hoc autem aperit Paulus dicens, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: Ex quo loco tibi perspicuum erit, solam fidem non perducere hominem ad vitam æternam: Quod affirmat Iacobus dicens, Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipso: Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natuitatis suæ in speculo, cōsiderauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanferit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Et alibi dicit, Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Denique Christus eleganti similitudine declarat auditum diuini verbi non satis habere momenti ad assequendam vitam æternam, nisi probitas vitæ adfuerit. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et in eodem Euangelio reiiciens fidem languidam & emortuam dicit, Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum: Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetaimus, & in nomine tuo dæmonia eiecumus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, discedite à me omnes qui operamini iniqitatem. Verum obiiciet quispam, Quonam pacto hæc duæ Pauli sententiæ inuicem cohærebunt, Factores legis iustificabuntur, & Ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro coram illo. Vt hæc diluatur obiectiuncula, intelligamus in sacris literis verbum hoc (iustificari) variis modis sumi. Quispam iustificatur quād iustus reputatur:
- Ezech. 16.** Hinc illud Ezechielis de ira Dei aduersus Hierusalem idolis sacrificantem, Iustificasti forores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es, hoc est, reputasti forores tuas iustas: Iustificantur quoque qui opera iustitiæ exercent & exequuntur.
- Luc. 18.** Vnde dicit Dominus commendans orationes cuiusdam Publicani, nihil sibi tribuitis, Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, & hunc in modum factores legis iustificantur. Tertiò iustificatur, qui recés, siue de nouo, vt fertur, iustitiæ accipit, ita quod nō prius erat iustificatus, sed loco Ethnici habebatur. Et de hac iustificatione alibi dicit Paulus, Iustificati ex fide, pacé habeamus ad Deū, per Dominū nostrū Iesum Christū, nec hoc dicēdi genere iustificatur qui sunt factores legis, nō enim per opera legis iustitiæ acquirunt, siue sint opera ceremonialia siue moralia, nā illa nō cōferebat gratiā iustificantē, neque ex his habitus iustitiæ acquiritur, sed per habitum iustitiæ infusum, huiusmodi opera facimus. Itaque hoc tertio iustificationis modo, intellige illū Pauli locū, Ex operibus legis nō iustificatur omnis caro. Et in hac sententia stat diuus Thomas omnium scholasticorū doctoru peritissimus, & omnis literarię antiquitatis peruestigator diligentissimus, quem ob suam incredibilem doctrinam nullis enco-

miis satis extollere possum. Poteris dicere quād qui Mosaïcam legem obseruabant, iustificabātur, sed non virtute legis, sed fidei Iesu Christi vēturi. Hinc collige quād ex operibus legis, vi scilicet legis, non iustificatur homo. Et licet gentiles legem naturalem suis cordibus insitam (quā eos docebat prosequi virtutes, & fugere vitia) sua prophana religione, siue foeda libidine, & aliis id genus vitiis calcarint & obscurauerint: tamen aliquando merebantur laudem, cūm diuinitus inspirati, iustitiā & pie-tatem colebant, castimoniam vitæ sectabantur, & præclara cæterarum virtutum officia exercebant. Hoc autem præclarè demonstrat Paulus, dicens, Gentes cum legem non habent naturaliter ea quā legis sunt, faciunt, &c. Nam sequentes naturam ducē, & rationem totius æquitatis magistrum, honorabant patrem & matrem, senioribus assurgebant, mutuis amicitiæ officiis, sibi ipsi succurrebant, horrebant quoque adulteria, furta, falsa testimonia & homicidia. Et lex naturalis hominum cordibus insculpta, cum Euangelica lege conspirat, & ab eadem multis in rebus consuminatur, vbi cuncta ad naturalem equitatem referuntur. Nihil enim ita accedit equitati & iustitię, quām quod facias alteri, quod optares tibi fieri, nec facias alteri, quod noles tibi fieri. Hoc autem expressit Christus dicens, Omnia quæcunque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis: Hæc est enim lex & prophetæ. Et hæc veritas mirè co-heret cum hac Paulina doctrina, Naturaliter ea, quā legis sunt, faciunt, nam naturam ducem & rationem, & lumen diuinæ imaginis intrinsecum, ipsamque naturalem legem, loco scriptæ legis obseruant. Et quicquid lex diuina, etiam scripta, ipsis præscribere posset & præcipere, quantum ad præcepta moralia, quā sunt de dictamine ratio-nis naturalis, nativa lege, siue naturaliter faciunt. Quandoquidem lex naturalis illis indicat, quid prosequendum sit, aut vitandum. Vnde sanctissimum Iob, qui ab æquitate rationis naturalis nunquam deflexit, magnopere commendamus: Siquidem de eo dicit scriptura, Erat vir ille simplex & rectus, actimens Deum, & recedens à malo. Vnde Augustinus libro 13. de ciuitate Dei capite 47. ostendens planè ex sacris literis quosdam ex ordine gentium ante tempora Christi, extra Israëliticum genus, ad coelestis ciuitatis consortium pertinere, Iob virum sanctum & admirabilem magnopere commendat, dicens, Qui nec indigena, nec profelytus, id est aduena populi Israël fuit, sed ex gente Idumea genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus est, qui diuino sic lauda-tur eloquio, ut quād ad iustitiam, pietatemque attinet, nullus ei homo suorum tempo-rum coæquetur. Tum quoque Hieronymus in epistola ad Demetriadem de Virginitate, loquens de lege naturali, quē vice legis docet iustitiam, dicit, Est in animis nostris naturalis quādam sanctitas, quā velut in arce animi præsidens, exercet mali bonique iudicium: & ut honestis rectisque actibus fauet, ita sinistra opera condemnat, atque ad conscientiæ testimonium diuersas partes domestica quadam lege diuidicat: nec vlo prorsus ingenio, aut fucato aliquo argumentorum colore decipit, ipsis nos cogitatio-nibus fidelissimis & integerrimis sanè testibus, aut arguit, aut defēdit. Hac leges si sunt omnes, quos inter Adam atque Moisem sanctè vixisse, atque placuisse Deo, scriptura commemorat. Nam Abel, Enoch, Noë, Melchisedech, denique sancti patriarchæ, hanc secuti magistrum, Dominū promeruerunt. Hæc autem lex humanis cordibus à Deo scripta est, non atramento, sed spiritu Dei vivi: nec scripta est in membro corporis, quod cor appellatur, nam huiusmodi substantia non ratiocinatur, non præuidet nec cogitat quid prosequendum sit aut fugendum, nec consultat, nec opinatur, nec ad virtutem allicit, nec à vitiis perpetrandis nos deterret. Sed hoc loco cor sumitur pro parte animæ rationalis, aut pro virtute animæ rationali, Nec conscientia quā nos aliquando iustificat, & aliquando reprehendit, sicut scriptum est, Si conscientia non reprehendat nos, fiduciam habemus ad Deum. Et iterum, Gloriatio nostra hæc est, testi-monium conscientiæ nostræ, sumitur pro corde aut anima, sed pro spiritu animæ asso-ciatu, tanquam sit eius pædagogus aut rector, vt eam de melioribus moneat, vel de cul-pis castiget. Vnde dicit Paulus, Quis enim hominum scit quā sunt hominis, nisi spiri-tus hominis qui in ipso est? Et alibi, Ipse spiritus, testimonium reddit spiritui nostro, Roma. 8. b. iii.

COMMENTARII IO. ARBOREI

quod sumus filii Dei. Quidam dicunt conscientiam esse applicationem cognitionis habitæ ad iudicandum de aliquo, vtrum sit benè vel male factum: cogitationes autem quæ accusabunt animam vel defendant in die iudicij, non sunt illæ quæ tunc erunt. Nam vnicuique tunc erit explorata sua salus vel dñatio, sed sunt illæ, quæ nunc sunt in nobis. Cùm enim cogitamus aut bona aut mala, in corde nostro tam bonarū quam malarum cogitationum notæ relinquuntur, quæ in occulto nunc pectoris positæ, in illa die reuelabuntur à Deo, qui solus est cordium scrutator. Vnde dicit Paulus, Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Iudicabit autem Dominus per Iesum Christum: non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Tum quoque constitutus est à Deo iudex viuorū & mortuorū. Vocat autem Paulus suum Euangelium, quod scilicet ab eo, gratia Iesu Christi, prædicatum est. Dicit autem & affirmsat suum Euangelium, quanvis non diceret suum baptismum, quia in baptismo nihil confert nihilque operatur industria hominis: at prædicando & inuulgando Euā gelium, plurimū confert industria concionatoris, qui nouit omnia in ordinem digerere, & exactè locos sacræ scripturæ ad inuicem conferre.

Si autem Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicas non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est: Si igitur præputium iusticias Dei custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te qui per literam & circumcisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne, est circumcisione: sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisione cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.) Increpat acriter Iudæos, qui sibi cognomento Iudæi, placebant, & non erant verè Iudæi: & præfertim taxat doctores legis, qui se iactabant apud homines, & venditabant de lege, Deo autore, sibi ipsis data, quam tamen non obseruabant, sed suis improbis factis Deum dedecorabant & dehonestabant. Hoc autem cognomen à Iuda patriarcha filio Iacob, desumpserunt. Nā

Gene 49. in Genesi legimus: Iuda, te laudabunt fratres tui, Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui: Catulus leonis Iuda. Quod autem significatum est in Iuda, futurum erat in Christo, qui secundum carnem ex Iuda ortus est: & verè ac propriè dicemus de Christo, fratres tui te laudabunt, videlicet apostoli,

Matth. 28. de quibus dicebat Christus post suam resurrectionem sanctis mulieribus, Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Tum quoque cùm se manifestauit die suæ resurrectionis, Mariæ Magdalenæ, dixit, Vade ad fratres meos, & dic eis,

Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Sunt & omnes Christiani, fratres Christi, si modò Christum (cuius beneficio viuunt) laudent. Et quia Iudæi sœuierunt in suum regem, scilicet Christum, qui ex tribu Iuda, ex qua erant reges, descendit, indigni erant qui vocarentur Iudæi, licet essent carne Iudei.

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM

10

dæi. Nec Paulus eos verè & propriè vocat Iudæos, sed dicit quod sibi vendicabant cognomen Iudæi. Propriè autem Iudæus est, qui in occulto Iudæus est, & is est circumcisus spiritu. Quod autem adiicit Paulus, Requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum &c. Per Ironiā id dictū putas, non enim, quod profitebantur, vitæ sanctimonia prestabat. Ex eo Iudei requiescebant in lege Mosaïca, quia totam suam spem & certitudinem in lege collocabant, cùm in agendis, tum in credendis, cùm tamen vera & firma spes collocanda erat in illo, cuius sanguine sanctificati sumus & abluti. Gloriabantur & in Deo, quia asserebāt se colere vnum Deum, & quem dicebant se cognoscere, eò quod Deus in Iudea notus erat, quorum tamē iactantiam depresso Christus, dicens: Neque me scitis, neque patrem meum: si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Tum quoque: Si Deus pater vester esset, diligenteris vtique me, ego enim ex Deo processi & veni, neque enim à meipso veni, sed ille me misit. Nouerant & voluntatem Dei, auditu quidem Mosaïcae legis, non tamen ei obtemperabant, & propterea non absolutè nec syncerè voluntatem Dei nouerant: Et sicut mendax est, qui dicit se nosse Deum, & mandata eius nō seruat, ita mendax est, qui dicit se diuinam voluntatem nosse, cui tamen non obsequitur. Probabant etiā omnium calculis vtiliora, cùm asserebant vna cum quodam legis perito (qui Christum tentando, percontabatur quid sibi foret necessarium, vt vitam æternam possideret) Diliges Dominum Deum tuū in toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximū tuum sicut teipsum. Nec tamen hæc præcepta, in quibus sita est Christianæ religionis summa, obseruabant. Confidebant & se esse duces cæcorum, vt profunda vtiliorum caligine obtenebratos, illuminarent, & à deuio tramite abducerent: Verum de huiusmodi ducibus dicit Christus in Euangeliō: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Et cùm iactarent se prælucere iis, qui in tenebris versabantur, magis caligabant, quām qui imis tenebris densabantur. Vnde dicit Dominus: Si lux quæ in te est, tenebre sunt, ipse tenebræ quantæ sunt? Confidebant quoque se esse eruditores insipientium & magistros parvulorum, quos tamen suis sordidis moribus inquinabant. Et qui ex litera legis acceperant formam scientiæ & veritatis, vt alios docerent, neque virtute pietatis, neque studio veræ religionis retinebant. Et illi sunt de quibus alibi dicit Paulus: Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes: Hoc autem exacto ratiocinandi artificio concludit, dicens, Qui ergo alium doces, teipsum nō doces. Qui prædicas non furandum, furaris: Qui dicas non mœchandum, mœcharis. Qui in sugestu & cathedra veritatis ad populum concionatur, & in scelerorum vitia excandescit, sibi male conscius, suisque peccatis indulgens, dignus est qui omnium sibilis explodatur: audiēdus est tamen pro fana doctrina, quam profitetur: Vnde dicebat Christus: Super cathedram Moysi federunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Furantur & heretici verba Dei, cùm germanum sacræ scripturæ sensum, in adulterinum vertunt: Et qui abominantur idola, quæ sciunt præscripto legis non esse colenda, sacrilegium committunt. Nam abutuntur his, quæ ad diuinum cultum spectant: impetunt & multis blasphemis virtutem Christi, dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Porro is est sacrilegus, qui negat Christum quem lex & prophetæ significarunt: Et propterea Iudæi persuasione legis admodum tumidi, præuaricando legem, Deum inhonorabant: Etenim Deus pietate, religione, castimonia, & cæteris virtutibus cohonestans est. Vnde Petrus nos cohortans ad seclandom honestam conuerstationem, ne gentiles detrectent de nobis, tanquam de malefactoribus, dicit: Ex bonis operibus vos considerantes, glorificant Deum in die visitationis: Et hoc exprimit Paulus dicens: Nomen Dei per vos, imo propter vos blasphematur inter gentes: Nam cùm Ethnici animaduerterent Iudæos, à recto trami te deflectere, turpissemque vitam agere, suspicabantur legem à Deo ipsis traditam,

b.iii.

- non satis esse rectam neque iustum: quod si recte fuissent in lege educati, non cecidissent. Denique gentiles parati suscipere fidem Christi, cu videbant Iudeos nihil Christo, quod non esset humanum, tribuere, à fide suscipienda auocabatur. Sed accuratius disquiramus vbi memorie mādatū sit, quod dicit Paulus, *Sicut scriptū est*. Scribit Esaias.
- Esa. 52. Dominatores eius iniquè agūt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meū blasphemarunt nomen sanctum meum. Deinde adiicit Paulus, ostendens planē non esse fidendum circuncisioni carnali: *Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem praevaricator legis sis, circuncisio tua preputium facta est*. Sicut Baptismus parum aut nihil prodest Christianis malè viuentibus, ita Circuncisio parum aut nihil proderat Iudeis malè viuentibus: Quandoquidem Circuncisio erat quādam professio astringens Iudeos ad legem obseruandam, quod planē alibi demonstrat Paulus, dicens: Te iustificor autē rursus omni homini circūcidenti se, quoniā debitor est vniuersae legis faciēdæ. Circuncidi autem post euangelicam legem abundē promulgatam, nulli prodest, sed officit: vnde dicit ibidē Paulus, Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: Verū antequā sanguine Christi mundaremur, & Euāgelium illucesceret, circuncisio Iudeis plurimum proderat: nam erat sacramentum institutum ad remittendum peccatum originale, & primō datū antiquis patribus, quod commonstrat scriptura, dicens, Dixit Deus ad Abraham, Tu custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis, hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem preputij vestri, vt sit in signum foederis inter me & vos, infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quām empticius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra, in foedus aeternum. Masculus, cuius preputij caro circuncisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meū irritum fecit. Legimus & in Leuitico, Muli, si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus, ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Iubebat itaque Moses filiis Israel obseruare institutum circuncisionis, quod prius antiquis patribus erat præceptum: Vnde dicebat Christus confutando suos calumniatores, qui obmurmurabant quod sanas et vñ paralyticū in sabbato, Propterea dedit vobis Moïses circuncisionē, non quia ex Moïse est, sed ex patribus, & in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moïsi, mihi indignamini quia totum hominem sanguis feci in sabbato. Nec aliud significabat Circuncisio, quām vetustate exuta, naturam renouatam, nec aliud octauus dies, quām Christum, qui hebdomada completa, hoc est post sabbatū, resurrexit: vt dicit Augustinus libro 16. de ciuitate Dei, cap. 26. et cap. 27. diluit illam quæstionem, Cur paruuli erant culpandi, ac dissipabant testamentum Dei, si non circuncidebātur octauo die, cum non nascitur peccatores. Paruuli, inquit, non propriè nascuntur peccatores, sed nascuntur originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur. Ac per hoc, quia Circuncisio signum regenerationis fuit, non immerito parvulum, propter originale peccatum, quo primū Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Et concludit animam paruuli incircunciſi perire, non sua negligētia, sed obligatio ne peccati originalis. Circuncisio itaque, vt ad Paulum redeam, prodest, si legem obserues, hoc est si præcepta legis, quā decalogo continentur, obserues. Sit & circuncisio spiritalis, defectio carnalium affectuum, & honesta prosequi legē obseruare. Non enim quis censetur esse perfectus, si nihil mali admiserit, sed si quid boni egerit, quod ostendit Psalmographus dicens, Declina a malo, & fac bonum. Si autem prævaricator sis legis, circuncisio tua, preputium facta est, hoc est, non plus tibi proderit quām preputium, quia non præfas integritate vitæ, quod per Circuncisionem profensus es, ac si planē & apertè diceret Paulus, Tu qui eras Iudeus, violādo legem, efficeris aut repu-
- Ezech. 36. matur: Adde quod dicit Ezechiel: Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierūt, & poluerunt nomen sanctum meum. Deinde adiicit Paulus, ostendens planē non esse fidendum circuncisioni carnali: *Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem prævaricator legis sis, circuncisio tua preputium facta est*. Sicut Baptismus parum aut nihil prodest Christianis malè viuentibus, ita Circuncisio parum aut nihil proderat Iudeis malè viuentibus: Quandoquidem Circuncisio erat quādam professio astringens Iudeos ad legem obseruandam, quod planē alibi demonstrat Paulus, dicens: Te iustificor autē rursus omni homini circūcidenti se, quoniā debitor est vniuersae legis faciēdæ. Circuncidi autem post euangelicam legem abundē promulgatam, nulli prodest, sed officit: vnde dicit ibidē Paulus, Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: Verū antequā sanguine Christi mundaremur, & Euāgelium illucesceret, circuncisio Iudeis plurimum proderat: nam erat sacramentum institutum ad remittendum peccatum originale, & primō datū antiquis patribus, quod commonstrat scriptura, dicens, Dixit Deus ad Abraham, Tu custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis, hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem preputij vestri, vt sit in signum foederis inter me & vos, infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quām empticius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra, in foedus aeternum. Masculus, cuius preputij caro circuncisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meū irritum fecit. Legimus & in Leuitico, Muli, si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus, ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Iubebat itaque Moses filiis Israel obseruare institutum circuncisionis, quod prius antiquis patribus erat præceptum: Vnde dicebat Christus confutando suos calumniatores, qui obmurmurabant quod sanas et vñ paralyticū in sabbato, Propterea dedit vobis Moïses circuncisionē, non quia ex Moïse est, sed ex patribus, & in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moïsi, mihi indignamini quia totum hominem sanguis feci in sabbato. Nec aliud significabat Circuncisio, quām vetustate exuta, naturam renouatam, nec aliud octauus dies, quām Christum, qui hebdomada completa, hoc est post sabbatū, resurrexit: vt dicit Augustinus libro 16. de ciuitate Dei, cap. 26. et cap. 27. diluit illam quæstionem, Cur paruuli erant culpandi, ac dissipabant testamentum Dei, si non circuncidebātur octauo die, cum non nascitur peccatores. Paruuli, inquit, non propriè nascuntur peccatores, sed nascuntur originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur. Ac per hoc, quia Circuncisio signum regenerationis fuit, non immerito parvulum, propter originale peccatum, quo primū Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Et concludit animam paruuli incircunciſi perire, non sua negligētia, sed obligatio ne peccati originalis. Circuncisio itaque, vt ad Paulum redeam, prodest, si legem obserues, hoc est si præcepta legis, quā decalogo continentur, obserues. Sit & circuncisio spiritalis, defectio carnalium affectuum, & honesta prosequi legē obseruare. Non enim quis censetur esse perfectus, si nihil mali admiserit, sed si quid boni egerit, quod ostendit Psalmographus dicens, Declina a malo, & fac bonum. Si autem prævaricator sis legis, circuncisio tua, preputium facta est, hoc est, non plus tibi proderit quām preputium, quia non præfas integritate vitæ, quod per Circuncisionem profensus es, ac si planē & apertè diceret Paulus, Tu qui eras Iudeus, violādo legem, efficeris aut repu-
- Gala. 5. matur: Adde quod dicit Ezechiel: Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierūt, & poluerunt nomen sanctum meum. Deinde adiicit Paulus, ostendens planē non esse fidendum circuncisioni carnali: *Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem prævaricator legis sis, circuncisio tua preputium facta est*. Sicut Baptismus parum aut nihil prodest Christianis malè viuentibus, ita Circuncisio parum aut nihil proderat Iudeis malè viuentibus: Quandoquidem Circuncisio erat quādam professio astringens Iudeos ad legem obseruandam, quod planē alibi demonstrat Paulus, dicens: Te iustificor autē rursus omni homini circūcidenti se, quoniā debitor est vniuersae legis faciēdæ. Circuncidi autem post euangelicam legem abundē promulgatam, nulli prodest, sed officit: vnde dicit ibidē Paulus, Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: Verū antequā sanguine Christi mundaremur, & Euāgelium illucesceret, circuncisio Iudeis plurimum proderat: nam erat sacramentum institutum ad remittendum peccatum originale, & primō datū antiquis patribus, quod commonstrat scriptura, dicens, Dixit Deus ad Abraham, Tu custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis, hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem preputij vestri, vt sit in signum foederis inter me & vos, infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quām empticius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra, in foedus aeternum. Masculus, cuius preputij caro circuncisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meū irritum fecit. Legimus & in Leuitico, Muli, si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus, ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Iubebat itaque Moses filiis Israel obseruare institutum circuncisionis, quod prius antiquis patribus erat præceptum: Vnde dicebat Christus confutando suos calumniatores, qui obmurmurabant quod sanas et vñ paralyticū in sabbato, Propterea dedit vobis Moïses circuncisionē, non quia ex Moïse est, sed ex patribus, & in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moïsi, mihi indignamini quia totum hominem sanguis feci in sabbato. Nec aliud significabat Circuncisio, quām vetustate exuta, naturam renouatam, nec aliud octauus dies, quām Christum, qui hebdomada completa, hoc est post sabbatū, resurrexit: vt dicit Augustinus libro 16. de ciuitate Dei, cap. 26. et cap. 27. diluit illam quæstionem, Cur paruuli erant culpandi, ac dissipabant testamentum Dei, si non circuncidebātur octauo die, cum non nascitur peccatores. Paruuli, inquit, non propriè nascuntur peccatores, sed nascuntur originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur. Ac per hoc, quia Circuncisio signum regenerationis fuit, non immerito parvulum, propter originale peccatum, quo primū Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Et concludit animam paruuli incircunciſi perire, non sua negligētia, sed obligatio ne peccati originalis. Circuncisio itaque, vt ad Paulum redeam, prodest, si legem obserues, hoc est si præcepta legis, quā decalogo continentur, obserues. Sit & circuncisio spiritalis, defectio carnalium affectuum, & honesta prosequi legē obseruare. Non enim quis censetur esse perfectus, si nihil mali admiserit, sed si quid boni egerit, quod ostendit Psalmographus dicens, Declina a malo, & fac bonum. Si autem prævaricator sis legis, circuncisio tua, preputium facta est, hoc est, non plus tibi proderit quām preputium, quia non præfas integritate vitæ, quod per Circuncisionem profensus es, ac si planē & apertè diceret Paulus, Tu qui eras Iudeus, violādo legem, efficeris aut repu-
- Gen. 17. matur: Adde quod dicit Ezechiel: Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierūt, & poluerunt nomen sanctum meum. Deinde adiicit Paulus, ostendens planē non esse fidendum circuncisioni carnali: *Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem prævaricator legis sis, circuncisio tua preputium facta est*. Sicut Baptismus parum aut nihil prodest Christianis malè viuentibus, ita Circuncisio parum aut nihil proderat Iudeis malè viuentibus: Quandoquidem Circuncisio erat quādam professio astringens Iudeos ad legem obseruandam, quod planē alibi demonstrat Paulus, dicens: Te iustificor autē rursus omni homini circūcidenti se, quoniā debitor est vniuersae legis faciēdæ. Circuncidi autem post euangelicam legem abundē promulgatam, nulli prodest, sed officit: vnde dicit ibidē Paulus, Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: Verū antequā sanguine Christi mundaremur, & Euāgelium illucesceret, circuncisio Iudeis plurimum proderat: nam erat sacramentum institutum ad remittendum peccatum originale, & primō datū antiquis patribus, quod commonstrat scriptura, dicens, Dixit Deus ad Abraham, Tu custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis, hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem preputij vestri, vt sit in signum foederis inter me & vos, infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quām empticius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra, in foedus aeternum. Masculus, cuius preputij caro circuncisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meū irritum fecit. Legimus & in Leuitico, Muli, si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus, ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Iubebat itaque Moses filiis Israel obseruare institutum circuncisionis, quod prius antiquis patribus erat præceptum: Vnde dicebat Christus confutando suos calumniatores, qui obmurmurabant quod sanas et vñ paralyticū in sabbato, Propterea dedit vobis Moïses circuncisionē, non quia ex Moïse est, sed ex patribus, & in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moïsi, mihi indignamini quia totum hominem sanguis feci in sabbato. Nec aliud significabat Circuncisio, quām vetustate exuta, naturam renouatam, nec aliud octauus dies, quām Christum, qui hebdomada completa, hoc est post sabbatū, resurrexit: vt dicit Augustinus libro 16. de ciuitate Dei, cap. 26. et cap. 27. diluit illam quæstionem, Cur paruuli erant culpandi, ac dissipabant testamentum Dei, si non circuncidebātur octauo die, cum non nascitur peccatores. Paruuli, inquit, non propriè nascuntur peccatores, sed nascuntur originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur. Ac per hoc, quia Circuncisio signum regenerationis fuit, non immerito parvulum, propter originale peccatum, quo primū Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Et concludit animam paruuli incircunciſi perire, non sua negligētia, sed obligatio ne peccati originalis. Circuncisio itaque, vt ad Paulum redeam, prodest, si legem obserues, hoc est si præcepta legis, quā decalogo continentur, obserues. Sit & circuncisio spiritalis, defectio carnalium affectuum, & honesta prosequi legē obseruare. Non enim quis censetur esse perfectus, si nihil mali admiserit, sed si quid boni egerit, quod ostendit Psalmographus dicens, Declina a malo, & fac bonum. Si autem prævaricator sis legis, circuncisio tua, preputium facta est, hoc est, non plus tibi proderit quām preputium, quia non præfas integritate vitæ, quod per Circuncisionem profensus es, ac si planē & apertè diceret Paulus, Tu qui eras Iudeus, violādo legem, efficeris aut repu-
- Psalm. 30. matur: Adde quod dicit Ezechiel: Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierūt, & poluerunt nomen sanctum meum. Deinde adiicit Paulus, ostendens planē non esse fidendum circuncisioni carnali: *Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem prævaricator legis sis, circuncisio tua preputium facta est*. Sicut Baptismus parum aut nihil prodest Christianis malè viuentibus, ita Circuncisio parum aut nihil proderat Iudeis malè viuentibus: Quandoquidem Circuncisio erat quādam professio astringens Iudeos ad legem obseruandam, quod planē alibi demonstrat Paulus, dicens: Te iustificor autē rursus omni homini circūcidenti se, quoniā debitor est vniuersae legis faciēdæ. Circuncidi autem post euangelicam legem abundē promulgatam, nulli prodest, sed officit: vnde dicit ibidē Paulus, Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: Verū antequā sanguine Christi mundaremur, & Euāgelium illucesceret, circuncisio Iudeis plurimum proderat: nam erat sacramentum institutum ad remittendum peccatum originale, & primō datū antiquis patribus, quod commonstrat scriptura, dicens, Dixit Deus ad Abraham, Tu custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis, hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem preputij vestri, vt sit in signum foederis inter me & vos, infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quām empticius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra, in foedus aeternum. Masculus, cuius preputij caro circuncisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meū irritum fecit. Legimus & in Leuitico, Muli, si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus, ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Iubebat itaque Moses filiis Israel obseruare institutum circuncisionis, quod prius antiquis patribus erat præceptum: Vnde dicebat Christus confutando suos calumniatores, qui obmurmurabant quod sanas et vñ paralyticū in sabbato, Propterea dedit vobis Moïses circuncisionē, non quia ex Moïse est, sed ex patribus, & in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moïsi, mihi indignamini quia totum hominem sanguis feci in sabbato. Nec aliud significabat Circuncisio, quām vetustate exuta, naturam renouatam, nec aliud octauus dies, quām Christum, qui hebdomada completa, hoc est post sabbatū, resurrexit: vt dicit Augustinus libro 16. de ciuitate Dei, cap. 26. et cap. 27. diluit illam quæstionem, Cur paruuli erant culpandi, ac dissipabant testamentum Dei, si non circuncidebātur octauo die, cum non nascitur peccatores. Paruuli, inquit, non propriè nascuntur peccatores, sed nascuntur originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur. Ac per hoc, quia Circuncisio signum regenerationis fuit, non immerito parvulum, propter originale peccatum, quo primū Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Et concludit animam paruuli incircunciſi perire, non sua negligētia, sed obligatio ne peccati originalis. Circuncisio itaque, vt ad Paulum redeam, prodest, si legem obserues, hoc est si præcepta legis, quā decalogo continentur, obserues. Sit & circuncisio spiritalis, defectio carnalium affectuum, & honesta prosequi legē obseruare. Non enim quis censetur esse perfectus, si nihil mali admiserit, sed si quid boni egerit, quod ostendit Psalmographus dicens, Declina a malo, & fac bonum. Si autem prævaricator sis legis, circuncisio tua, preputium facta est, hoc est, non plus tibi proderit quām preputium, quia non præfas integritate vitæ, quod per Circuncisionem profensus es, ac si planē & apertè diceret Paulus, Tu qui eras Iudeus, violādo legem, efficeris aut repu-

taris Ethnicus. Sumimus preputium pro incircuncione: vocamus autem preputium glandem membra genitalis cuticula contectum. Quod si preputium, hoc est gentilis in circuncisus, iusta legis præcepta custodiat, preputium illius in circuncisione, & quidem spiritalem, reputabitur. Denique gentilis consummans natura, hoc est, duce natura & naturali ratione, præcepta legis, iudicabit Iudeum transgressorem legis, licet litera & carnali circuncisione sit circuncisus. Deinde Paulus affirmat duplē Iudeum, vnum secundum carnem, & alterum secundum spiritum. Duplē quoque Circuncisionem, vnam carnem, alteram spiritum. Iudeus secundum carnem est manifestus, cui triuenda est carnalis circuncisio: Sed Iudeus secundum spiritum, est occultus, & cum spirituali circuncisione conspirat, & hic est propriè Iudeus, qui mortificavit suos affectus carnales, operāque iustitiae & fidei facit, & hic laudatur à Deo, diuinoque calculo comprobatur. De Circuncisione cordis in spiritu, scriptum est in Deuteronomio, Circuncidite preputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius, Deut. 10. quia dominus Deus vester, ipse est Deus Deorum, & dominus dominantium: Tū quoque, Circūcidet dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas dominum Deut. 30. Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis vivere. Scribit & Hieremias, Circuncidimini Domino, & auferte preputia cordium vestrorum. His quoque Hier. 9. testimoniiis suffragatur Paulus dicens, Nos sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo. Quod autem ex Circuncisione carnali nemo promereatur laudem à Deo, facile Philipp. 3. est suadere de iusto Abraham, qui non fuit iustificatus, quia circuncisus, sed fuit iustificatus credendo Deo, & postea fuit circuncisus.

Argumentum tertii Capitis.

Licer, aut nihil, aut parum proderat Circuncisio Iudeis, Mosaicā legem transgredientibus, non tamen reiiciendum erat Circuncisionis sacramentum: Nā erat signum fœderis Dei, cum suo populo, quem peculiariter in sua sacra officia delegerat. Nec Iudei, ob sua scelera, erant prorsus despiciendi: nam diuina eloqua illis primū fuerunt credita. Nec pertinax quorundam Iudeorum incredulitas, fidem Dei extinxit, aut irritam reddidit: Siquidem adeò iustus est, vt semper paratus sit stare pollicitis: Et quia, & Iudei, & Græci in multa scelera, aut ignorantia, aut infirmitate, aut obstinata malitia prolapsi sunt, indigent omnes (si resipiscere velint) gratia Dei: qui si primū iustificantur, nō suis prioribus meritis, nec Mosaicā legē, sed gratis diuina beneficia, ex fide Iesu Christi iustificantur.

Caput Tertium.

„  Vid ergo amplius Iudeo est? aut quæ utilitas circuncisionis? „ Multum per omnem modum, Primum quidem, quia credita sunt illis eloqua Dei. Quid enim, si quidam illorum non crederunt, Nunquid incredulitas illorum fidem Dei evanescit? Absit, Est autem Deus verax, omnis autē homo mendax, sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis

„ quam peccator iudicor? & non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt qui-
„ dam nos dicere) faciamus mala, vt veniat bona, quorum dānatio iusta est.)

- Obiicit Paulus, præcedentia cum subsequentibus conferendo, Si Circuncisio red-
dat causam Iudæi peccantis deteriorē: & pietas, morūque integritas, & fides æquāt
circuncisum, & incircuncisum, quid contulit Iudæum fuisse circuncisum, aut quonā
genere laudis Iudæus præcellit Ethnicum? Hanc tamen obiectionem hunc in modū
diluit dicens, *Multum per omnem modum*. Nam diuina & oracula & eloquia, fuerunt
primūm Iudaicæ nationi concredita, quod affirmat Psalmographus dicens, Notus in
Psal. 75. Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. & alibi, Non fecit taliter omni nationi,
Psal. 147. & iudicia sua non manifestauit illis. Tum quoque in Actis Apostolorum legimus,
Act. 1. Vobis oportebat primūm loqui verbum Dei: sed quoniā repellitis illud, & indignos
Esa. 49. vos iudicatis æternā vitæ, ecce cōuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Domi-
nus, Posui te in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extreum terræ. Adhèc, cū
Matth. 10. primūm misit Christus suos apostolos ad prædicandum Euangelium, dixit eis, In viā
gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad
Deute. 7. oues quæ perierunt domus Israel. Fuerat & hic populus peculiariter à Deo electus,
quod scriptura illa commonstrat, Te elegit dominus Deus tuus vt sis ei populus pe-
culiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero
vincebatis, iunctus est dominus, & elegit vos, cū omnibus sitis populis pauciores,
sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus ve-
stris, eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis
regis Ægypti. Itaque colligamus oportet, Iudæos quantum ad prærogatiuam Mosai-
Roma. 10. cæ legis, & intelligentiam prophetiarum, fuisse priores, quantum vero ad Euangelicā
gratiam, non est potior Iudæorum quam gentium conditio: non enim est distinctio
Iudæi & Græci, Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.
Roma. 9. & alibi, Quos & vocauit, non solūm ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus. Denique attē-
dendo ad ceremonias, & ritus, & sacrificia, habent & Iudæi amplius per omnem mo-
dum, sed inspiciendo ad feruorem, & integratatem fidei, habent quidam gentiles &
multo amplius per omnem modum, vnde dicebat Christus non satis commendans
Matth. 8. fidem Centurionis, qui erat gentilis, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in
Matth. 21. Israel, Item, Auferetur à vobis regnū Dei, & dabitur genti faciēti fructus eius. Dicit &
quispiam, Si quidam Iudæorum ob contumacem ingratitudinem, non crediderint
neque legislatori, neque propheticis oraculis, neque Christo, nunquid incredulitas il-
Hebr. 10. lorum diuinam pollicitationē irritam fecit? Absit, inquit Paulus, Nam Deus semper
paratus est exoluere quod promisit, fidelis est qui repromisit: Et quicquid Deus pol-
licitus est, quantum ad prophetiā prædestinationis, omnibus modis impletur. Sed
quando promittit aliquid, aut pronunciat, vel prædictit, quantum ad prophetiam cō-
minationis, non omnibus modis impletur, sed duntaxat vt exigunt humana merita,
quæ sunt mutationi obnoxia. Quòd si non fiat quod per prophetiam comminatio-
nis promissum est, non officit neque præiudicat diuinæ iustitiæ, sed indicat duntaxat
mutationem humanarum actionum: Vnde Ionas prophetando dixerat: Adhuc qua-
draginta dies, & Niniuæ subuertetur, quod tamen non evenit, evenisset autem nisi Ni-
niuitæ à pristinis vitiis resipuisserent: & huiusmodi prophetia erat cōminatoria, quod
Hier. 18. hæc subsequentia verba indicant, Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de
via sua mala, & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis,
& non fecit. Tum quoque dicit Dominus per Hieremiā, Repete loquar aduersus gé-
tem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam & disperdam illud. Si poenitētiam
egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitētiam
super malo, quod cogitauit vt facerem ei: Itaque Deus, iustus & fidelis, quātum est in
Psal. 115. se, semper stat pollicitis, hoc autem exprimit Paulus dicens, *Est autem Deus verax, om-
nis autem homo mendax*. Hoc autem ex Psalmographo desumpfit. Ego, inquit, dixi, in
excessu

excessu meo omnis homo mendax, hoc est, humanus intellectus, nisi à supra veris-
itate illuminetur, semper est in se mendax, siue mendacio obnoxius, sed solus Deus est na-
tura verax, & fons uberrimus totius veritatis: vnde dicebat Christus, Ego sum via, veri
tas & vita. Ob id etiam censetur homo mendax, quia plerunque non potest præstare,
ob suam infirmitatem & imperfectionem, quod pollicitus est. Sunt & rhetorum,
& poëtarum & philosophorū dogmata vana, & mendaciorum refertissima, tametsi
pulcherrimis eloquentiæ floribus vestiantur. Iustificatur & Deus in suis sermonibus,
& vincit cū iudicatur. In Proverbiis legimus, Iusti sunt omnes sermones mei, nō est **Prou. 8.**
in eis prauum quid, neque peruersum: Scribit & propheta, Fidelis dominus in omni-
bus verbis suis: & cū Dominus exoluit quod pollicitus est, vincit, licet iudicetur ab
hominibus, quòd non sit suam promissionem ob nostra delicta, impleturus. Quòd si
de homine dicatur, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum, à fortiori de iustissi-
mo Deo dicetur. Denique iniustitia hominum reddit iustitiam Dei commendatio-
rem & testatiorem, & peccatorū probra in gloriam Dei cedunt. Verum obiicit Pau-
lus aduersus locum illum, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
Si iniustitas nostra iustitiam Dei commendat, nunquid ini quis est Deus qui infert iram? hoc est,
qui vlciscitur peccatum? Secundum hominem dico, hoc est non meo sed hominis car-
nalis & errantis iudicio: Absit quod Deus censeatur iniustus & ini quis. Nam scriptū
est, Iustus es domine, & rectū iudicium tuum, Tum quoque, Deus autem fidelis est, **Psal. 118.**
absque vlla iniuitate. Adhèc, In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam red-
det mihi Dominus in illa die, iustus iudex, non solūm autem mihi, sed & iis qui dili-
gunt aduentum eius. Et si Deus esset ini quis, quonam pacto ex æquo & bono, iudi-
caret hunc mundum? non enim esset supremus mundi iudex, si iniuitas in eo repe-
riretur. Animaduerte tamē peccatum nō esse dignum poena, sed præmio, si proximè
& directè ordinaretur ad extollendam & commendandam diuinam iustitiam, opor-
teret & ad hunc sensum, peccatum esse deo necessarium, vt eius bonitas & iustitia ma-
nifestaretur, quod illi scripturæ aduersatur, Non concupiscit multitudinem infidelium
filiorum, & inutilium. Hoc autem pulchrè deducit Paulus dicens, *Si veritas Dei, in meo
mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego iudicor tanquam peccator?* quasi in-
nueret, Non sum iudicandus peccator si directe & immediatè meum mendacium
ordinetur ad illustrandam Dei gloriam. Denique blasphemaremur, siue male au-
diremus quòd prædicaremus nō esse facienda mala vt eveniat bona, effutienda scilicet
mera mendacia, vt gloria Dei illustrior fieret. Verum iusta est illorum damnatio, qui
falso afferunt perpetrandæ esse flagitia, vt eveniant bona. Sed forma consequutionis
siue per accidens, dicimus iniustitiæ hominū, iustitiæ Dei cōmendare. Peccato David
accidit vt iustitia Dei commendaretur, qui bonis præmia rependit, & malis suppliciū
irrogat. Quare hæc particula (vt) hoc in loco Vt iustificeris in sermonibus tuis,
non exprimit causam, sed consequutionem & euentum: Sicut legimus, Nemo ex eis
periret nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Non enim necesse erat absolute
scripturam impleri peccato Iudæ, sed ita evenit vt eius peccato sit impleta, idcirco (vt)
in hoc loco non indicat causam, sed euentum. Nec in hac perdifficili disputatione
quam mouit Paulus, fit peccatorum nostrorum beneficio, sed ipsius rationis conse-
quētia, vt contraria ex contrariis approbentur. Itaque artificio ratiocinandi, iustitia Dei,
nostra iniustitia approbatur: sicut sanitas ex ægritudine, lætitia ex tristitia, & ita dices
de aliis contrariis. Existimo diuinum hunc fuisse Paulo genium, ex eo quòd pecca-
tores sumus, solus Deus iudicatur esse impeccabilis.

Quid ergo præcellimus eos? Nequaquam, causati enim sumus Iu-
dæos & Græcos, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est, *Quia non*
est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum: Om-
nés declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum,
non est usque ad unum: Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis

, suis dolosè agebant. Venenum aspidum sub labiis eorum, quorū os mā-
» ledictione & amaritudine plenum est , veloces pedes eorum ad effun-
» dendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pa-
» cis non cognoverunt, non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus au-
» tem quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur, vt
» omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex ope-
» ribus legis, non iustificabitur omnis caro coram illo . Per legem enim
» cognitio peccati.) Licet demonstrauerit Paulus Iudæos gentibus præstare, quantū
ad prærogatiuam Mosaïcæ legis, nunc tamē dilucidè ex multis scripturæ testimoniis
colligit Iudæos, neque quantum ad statum peccati aut gratiæ, neque quantum ad ne-
gotium Euangelij , & fidei sacramentum, præcellere gentiles. Causati, inquit, sumus
Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse, hoc est causam prædiximus, & Iudæos &
Gentiles suis vitiis diuinam maiestatem offendisse. Etenim gentiles legē naturæ vio-
larunt: Iudæi quoque Mosaïcam legem transgressi sunt. Quòd si scriptura concluse-
rit omnia sub peccato , vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus , non est
quòd Iudæus tanquam fastuosus, cristas suas aduersus gentilem attollat. Nec gentilis
à seculari sapientia se iactans, debet se Iudæo præferre: nam afferens se esse sapientem,
stultus factus est, sed vterque populus multis vitiis obrutus, suam salutem diuinæ mi-
sericordiæ tribuere debet. Congerit autem Paulus multa sacrarum literarum testimo-
nia, ad probandum omnium nationum homines sub peccato venūdatos esse. In pri-
mis illud Psalmographi profert, licet non omnino in eisdem verbis, Dominus de cœ-
lo prospexit super filios hominum , vt videat si est intelligens aut requirens Deum,
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum , non est vs-
que ad vnum. Adnotemus magnam fuisse Paulo autoritatem, quòd sacræ scripturæ
testimonia proferendo, non verba, sed sensum & intelligentiam verborum proferat.
Hoc exordium, *Non est iustus quisquam*, non est in illo psalmo citato , licet consimi-
les huic loco sententiæ in scripturis passim legantur. Siquidem Micheas propheta di-

Gala.3.

Psal.13.

Mich.7.

Eccl.7.

Prou.20.

3.Reg.8.

2.Para.6.

Job.9.

Job.15.

Exo.34.

Danie.9.

Esa.56.

Sapien.4.

cit, Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Accedit & huic testimonio
illud Salomonis, Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet: Item,
Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato: Adhæc, Non est ho-
mo qui non peccet. Dicebat & sanctus Iob, Si iustificare me voluero, os meum me cō-
demnabit, Si innocentem ostédero, prauum me comprobabit. Denique, Quis est ho-
mo vt sit immaculatus , & vt iustus appareat natus de muliere? Et rursum , Coeli non
sunt mudi in conspectu eius , quāto magis homo inutilis? Cùm autē dicit Paulus, Nō
est iustus quisquam, vult innuere quòd nullus mortalium ex se iustus est, sed ex se for-
didus est peccator, & panno menstruato perfamilis: Dei autem gratia iustus redditur.
Denique nullus est omnibus iustitiæ numeris absolutus præter Deum : Hoc autē ad-
firmat scriptura illa, Nullus apud te per se innocens est. Arridet & huic sententiæ Da-
niel dicens , Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem
tuam, sed in miserationibus tuis multis . Solus itaque Deus ex se, suaque natura, iustus
est, qui sua misericordia nos iustificat: Nec hanc reticuit veritatem Psalmographus di-
cens, Nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis homo viuēs, quandoquidē quantūlibet
homo censeatur esse apud homines iustus & sanctus, in conspectu tamen Dei reputa-
tur iniustus. Attollat liberum arbitrium & de eius viribus præsumat, qui aduersus fa-
cram scripturam audet pugnare. Adiicit Paulus *Omnes declinauerunt &c.* Declinat qui
à recto tramite deflectit, & à rectitudine diuinæ iustitiæ , ad lævum peccati iter detor-
quet, sicut Adā de recta Paradisi via ad anfractuosas & prauas mortalis vitæ semitas
deflexit. Legis in Esaia quod propemodū huic sententiæ accedit, Omnes in viam suā
declinauerunt: & quia declinauerunt, potes colligere quòd facti sunt inutiles. In libro
sapientiæ hoc compieries, Multigena autem impiorū multitudo non erit vtilis, Quod
verò

verò subnectit, *Non est qui faciat bonum, nō est usque ad vnum*, ex Psalmo 13. deprompsit:
Et sensus est, vix ullus hominum reperitur qui sit per omnia bonus , & omnibus vir-
tutum numeris absolutus . Etenim scribit Hieremias , Circuite vias Hierusalē, & aspi-
cite & considerate, & querite in plateis eius , an inueniatis virum facientem iudiciū &
quærentem fidem, & propicius ero eis, Comperimus & hæc, in Psalmis, *Sepulchrum pa-
rens est guttur eorum, Linguis suis dolose agebant, Venenum aspidum sub labiis eorum*. Sepulchrū Psal.13.
omnem immunditiam defuncti cadaveris contegit . Vnde dicebat Christus de simu-
latis Scribis & Phariseis, Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocrite, quia similes estis se-
pulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossi-
bus mortuorum, & omni spurcia, sic & vos à foris quidem pareatis hominibus iusti,
intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate . Est autem illis sepulchrum clausum,
quos pudet palam delinquere: patet verò iis, qui sunt perfictæ frontis, & quos non pu-
det suas immunditias in publicum proferre . Patens est & guttur conuicatoribus,
qui in propatulo probis viris detrahunt . Et propterea bellè subnectitur, Linguis suis
dolose agebant . Intentatur dolus cùm aliud quis lingua loquitur , & aliud volitat
in corde. Hinc illud, Ore suo benedicebant , corde autem maledicebant , & hoc vitio Psal.61.
penè notantur omnes. Etenim beatus censetur qui peccatum non fecit, nec inuentus Esa.53.
est dolus in ore eius . Nec abs re nos admonet Petrus vt deponamus omnem malitiā i. Pet.2.
& omnem dolum, & simulationem & inuidiam & detractionem, si velimus æternam
salutem assequi. Afferit & Iacobus linguam ignem esse, & vniuersitatem iniquitatis, Iaco.3.
quæ maculat totum corpus: quòd autem vix ullus hominum reperiatur, qui suam lin-
guam coérceat, subindicat, dicens, *Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & ser-
pentium, & cotorum dominantur, & domita sunt à natura humana: Linguam autē nul-
lus hominū domare potest, inquietum malū, plena veneno mortifero: In ipsa benedi-
cimus Deū & patrē , & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginē & similitudinē
Dei facti sunt: ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Et cōgerendo in immen-
sum vitia vitiis, adiicit Propheta, *Venenum aspidū sub labiis eoru*, Aspidis morsus, suo ve-
neno enecat corpus: Linguæ verò virulētæ morsus, animā intermit. Illorū autē os ve-
nenatum, qui probos viros cōuiciis incessunt, plenū est maledictione & execratione &
amaritudine, potius amarulentia, quæ ex felle iracūdiæ depromit, cū quis concitatū
iracundiæ incendiū extinguere nequit. Nec hīc agit Propheta de illa cōtritione qua
quis pro sua resipiscētia affligitur & demordetur: de qua alibi dicit, Cor contritum &
humiliatū non despicies, sed de oppressione pœnæ, quæ impiis irrogatur, & hac cōtri-
tione dicūtur peccatores cōterere iugum domini, & proiicere à ceruicibus suis. Intel-
lige infolicitatē hoc loco sumi pro miseria, siue pœna dāni, quā incident qui æterna
fölicitate priuabuntur, *Et viam pacis non cognoverunt*. Pura fides, pietas vitæ, morūque
integritas ad solidā pacem nos perducit: nec quis hanc nancisci potest, nisi Deū dili-
gat. Quod pulchrè monstrat propheta dicens , Pax multa diligentibus legem tuā, &
non est illis scandalū. Illis autē est timor Dei ante oculos, qui semper de timore Dei Psal.118.
cogitant, quid ei placet, aut displicet, nec sine hoc timore poterit quispiam iustificari.
Hunc autem Pauli locum, *Scimus quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt loqui-
tur*. Quidam docti interpretes explicant, tam de iis, qui ante Mosaïcam legem sub na-
turali lege vixerunt, quām de Iudæis Mosaïca lege eruditis: nam subsequentis loci
argumento mouentur, *Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo*, ne quis
suis meritis se iactet, nec quicquam de libero arbitrio sibi præsumat, Sed fiat omnis
mundus Deo obnoxius, agnoscātque vnuſquisque suam culpam, vt ad tutissimum a-
nimarum medicū configiat. Et cum Iudæus agnoscit se multis vitiis constringi, om-
nis mundus fit Deo subditus : Nam cuique cōpertum est gentiles fuisse multis vitiis
obrutos. Sunt autem Iudæi & Gentiles totus mundus Deo prostratus, vt possit ad in-
dulgentiam peruenire. Sit quoque omnis mundus Deo debitor, vt nullus sibi, sed
Deo tribuat suæ iustificationis honorem . Alij putant hanc assertionem solū de
Iudæis intelligendam esse, quòd illis lex scripta, data fuerit, quæ propriè lex cen-
c. i.*

Actetur, & non interna legis inscriptio, quam existimat Paulus non esse dicendam legem, Gentes, inquit, cum non haberent legem, naturaliter faciebant quae erant legis. Lex itaque Mosaica Iudeos alloquebatur, ut obsecratione diuinæ legis Deo placeret: comminabatur & eidem populo supplicium, si sancta legis præuaricaretur: Et quod omniū supercilium deiici debeat, nec quis censeatur plane suo libero arbitrio iustificatus, subindicat Paulus dicens, *Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro corillo*, hoc est omnis homo, siue sint Mosaiç legis opera ceremonialia, siue moralia, nā opera illa nō causabat ex se iustitiam. Quandoquidē in hac eadē epistola, concludit Paulus aduersus illos qui nimiū extollunt liberum arbitriū. Si autem gratia, iam non ex operibus. Et alibi, Cūm autē benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Denique si per legem esset iustitia, gratis Christus mortuus esset. Adiicit, *Per legem enim cognitio peccati*. Nam lex scripta, de qua hīc potissimum agit, te docet quid prosequi & vitare debeas: Siquidem tibi lucerna est, lux & via vitae. Et licet ante Mosaicam legem cognoverint homines vitandum esse peccatum, sicut legimus de Cain, qui dixit, postquam suū fratrē Abel occidit, Maior est iniquitas mea quā vt veniā merear: tamē magis innotuit per Mosaicam legē cognitione peccati, quę & homicidiū & moechiā, & falsum testimoniu, illicitamq; cōcupiscētiā vetabat. Dicit & alibi Paulus, Peccatū nō cognoui nisi per legē, nā concupiscentiam nesciebā, nisi lex diceret, non concupisces.

„ Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem Dei, per fidē Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eū, non enim est distinctio: Omnes enim peccauerunt, & egēt gloria Dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redēptionem quae est in Christo Iesu, quē proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suę, propter remissionem præcedentiū delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiae eius, in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio vestra? Exclusa est. Per quam legem? factorū? Non, sed per legem fidei: Arbitramur enim iustificari hominem per fidem, sine operibus legis. An Iudeorum Deus tantum? Nō ne & gentium? Imo & gentium, quoniam quidem unus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus.) Ostendit Paulus tētiam dilucidè Mosaicam legem neminem iustificasse. Licet de diuina iustitia exactissimum una cū prophetiis testimoniu tulerit, Nūc, inquit, sine lege iustitia dei manifestata est, & hēc est iustitia, qua Deus iustificat hominē per fidē Iesu Christi. Et huic loco accedit quod ad Galatas scribit, Euacuati estis à Christo qui in lege iustificamini, nō enim Christianū peccatus exerit, qui Mosaicā legem existimat iustificationē creasse. Scribit & alibi Paulus, afferitq; se nō habere suā iustitiā quae sit ex lege, sed illā quae ex fide est Christi, quae ex Deo est iustitia, in fide, ad cognoscendū illū. Ex quo colliges duplē esse iustitiā, unā ex lege, & alterā ex fide Christi: illa erat temporanea, & bona téporalia pollicebatur his qui eā seruarent: Qui enim fecerit quę sunt legis, viuet. Hēc verò est perpetua & absolute dicenda iustitia, nec absque fide sincera mediatoris quis vñquam iustificatus est, quod subindicauit Esaias dicens, Iuxta est salus mea, vt veniat & iustitia mea, vt reueletur. Et de hac salutifera iustitia, lex testimonium dicit, quod affirmat Christus in Euangeliō Ioannis, dicens, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Quod autem prophetæ testati sunt de Christo solidam veritatem, declarat Lucas in Actis Apostolorum dicens, Huic omnes

prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Et alibi manifestans dominum increpatē incredulitatē duorum discipulorū, qui die dominicæ resurrectionis ad villulam Emmaus proficiebantur, dicit, O stulti & tardi corde ad credendū in omnibus quae locuti sunt prophetæ, nōne hēc oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moïse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Hēc autē iustitia credentibus vltro oblata, omnibus ex æquo confertur, qui firmissimè credunt Christū esse filium Dei, & redemptorē totius mundi. Non enim est Roma. 10. distinctio Iudæi & Græci. Nā idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illū: Et hēc fides causat nostram salutē: quod explanat Paulina illa doctrina, Gratia Eph. 2. estis saluati per fidē, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Animaduertas hanc fidē Iesu Christi, qua iustificamur nō esse languidam, tepidam & informem de qua dicit Iacobus, Fides sine operibus mortua est, sed Iaco. 2. est Euangelica, integra, perfecta, & omnibus suis numeris absoluta, de qua dicit alibi Paulus, Fides quae per charitatem operatur. Quod autem indigeat omnes & Iudæi & Gala. 5. Græci gratia Dei, vt suam salutem a sequantur, explanat Paulus dicens, Omnes enim peccauerunt, & egēt gloria Dei, hoc est dono iustificationis, quod in cōmendationem diuinæ iustitiae magnopere cedit. Et ad Galatas dicit, Cōclusit scriptura omnia sub pec- Gala. 3. cato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: & ex eo dicit Paulus, Omnes egent gloria Dei, quia iustificatur Deus in hoc, quod ex sua bonitate seruat huma num genus. Quod verò liberum arbitriū non debeat se in sua iustificatione attollere, subindicat hic locus, Iustificati gratis per gratiam ipsius, hoc est absque prioribus meritis, non enim hominis opera quantumuis bona & meritoria, primam iustificationis virtutem antecedunt. Vnde dicit Propheta, Gratis venundati estis, & sine argento redēmemini. Et ad Titum scribit Paulus, Cū autem benignitas & humanitas apparuit sal- TIt. 3. uatoris nostri Dei, nō ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tribuamus itaque neceſſe est primas nostrę iustificationis partes gratiæ & misericordiæ Iesu Christi. Innitur & hēc gratuita iustificatio redēptioni, quae est in Christo Iesu: Redimūtur ab hostibus captiui, vt pristinæ libertati restituantur. Et quia natura humana ob peccatū primi parentis intrusa erat in carceres dæmonū, oportebat vt is, qui ab omni prorsus criminē erat immunis, eam à tam violento & permolesto ergastulo educeret, eductam ad spiritalem libertatem accer- feret. De hac quoque redēptione alibi dicit Paulus, In quo habemus redēptionē Eph. 1. per sanguinē eius, remissionē peccatorum, secundū diuitias gratiē eius. Huic loco acce- dit illud Matthēi, Filius hominis nō venit ministrari sed ministrare, & dare animā suā Math. 20. in redēptionē pro multis. Tū quoque Zacharias spiritu sanctō afflatus De Christo prophetauit dicens, Benedictus dominus Deus Israel, quia visitavit & fecit redēptionē Luc. 1. plebi suæ. De hac quoque redēptione, sanguine Christi cōsummata, dicit Petrus, Nō i. Pet. 1. corruptibilibus auro vel argento redēpti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incōtaminati. Et hic redēptor fuit cōstitutus & ordinatus à Deo propiciator, siue propiciatio per fidē in sanguine ipsius, quandoquidē solus filius Dei pro peccatis totius mūdi effundēdo suū sanguinē satisfecit, & satisfaciēdo, Deū peccatis nostris propiciū reddidit, eiūsque irā sedauit. Vnde salutiferū hoc mun̄ postulādo, dicebat Psalmographus, Propicius Psal. 78. esto peccatis nostris. Scribit & Ioānes, Si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrem, I. Ioan. 2. Iesum Christū iustū, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, nō pro nostris autē tantū, sed etiā pro totius mundi. Propiciatoriū Iudeorū quo archa operiebatur, nostri Christi propiciatoris, aut propiciatoriij typū gerebat. Nam Christus præficitur archæ, Exod. 25. hoc est Ecclesiē: Siquidē Paulus affirmat Christū esse caput ecclesiæ. Et cū Christus Ephe. 5. constitutus est suo sanguine propiciator, patefecit diuinam iustitiam, qua quis fide huius sanguinis iustificatur, propter remissionem præcedentiū delictorum, quae neq; lege Mosaica, neque sanctimonia puri hominis remitti poterant: nō enim facta est re-

Heb.9.
Apo.1.

missio peccatorum, sine effusione sanguinis Christi, quo emundatur conscientia nostra ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti. Hoc idem attestatur Ioannes dicens, Laut nos à peccatis nostris in sanguine suo. Adiicit Paulus, *In sustentatione Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.*

Legunt Græci ἐν οὐρανῷ, id est in patientia & tolerantia. Siquidem Deus admodum patiens & longanimes, antequam vexillum crucis proderetur, sustinuit & tolerauit multa flagitia perpetrari, vt soluto pro nostra redemptione precio, ostenderet suam iustitiam: & quoniam pacto sua benignitate gratis iustificat illum, qui fidem Iesu Christi amplexatur. Bonus latro, vt scribit Origenes, hac sola fide Iesu Christi,

M. Luc. 23. mento mei Domine dum veneris in regnum tuū, & absque ullis operibus, fuit iustificatus. Nam dominus hanc fidei confessionē remunerando dixit, Amen dico tibi, ho-

In Origenem. die mecum eris in paradiſo. Volo tamen dicere contra Origenem, huic sinceræ fidei adiectum fuisse bonum confessionis exterioris opus. Etenim dicebat increpando suū

socium, Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es. & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit: hic Dei gratia adiutus, agnoscit suam culpam, & ore confitetur Iesum Christum esse immunem ab omni crimine,

Roma. 10. vt æternam salutem assequatur. & hoc suadet Paulus dicens, Corde creditur ad iusti-

tiam, ore autem fit confessio ad salutem. Intelligamus itaque hominem iustificari per fidem Iesu Christi, & quidem consummatè, si modò sit fides illa quæ per charitatem operatur: alioqui quoniam pacto Euangelica illa doctrina cum hac Paulina assertione

Matth. 7. cohæreret? Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nónne in nomine tuo dæmonia eie-

cimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, Quia nun-

quam noui vos, Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: *Vbi est gloriatione tua?* *exclusa est, per quam legem factorum? Non, sed per legem fidei.*

Hunc autem locum enarrans diuus Thomas, è numero scholasticorum doctorum peritissimus, dicit exclusa est, hoc est sublata: & ad id comprobandum adducit scripturam illam, Et ablata est glo-

ria de Israel. Ego ipse pedibus & manibus eo in hanc sententiam. Secunda autem ex-

positio est ridicula, & explodenda, cui forsitan non omnino accedit. Vel exclusa in-

quit, id est, expressè manifestata est, gloriabantur enim Iudæi in gloria & cultu vnius Dei, & hanc eorum gloriam dicit exclusam, id est, expressam per Christum, sicut arti-

fices qui aliquam imaginem in argento exprimunt, exclusores vocantur. Existimo eū hanc ieunam expositionem ab Augustino desumpsisse, libro uno de spiritu & litera,

cap. 10. cui haud me hercle parum fauet Augustinus: nam sequēdo saniorem opinio-

nem, dicit gloriationem vitiosam esse exclusam, id est, eiectam & abiectam per legem fidei. Nec pictores eximij, elegantissimæque picturæ factores aut expressores, dici

solent exclusores, sed exsculptores aut effigiatores, nec accurate citat illud Psalmographi, vt hanc veritatem afferat, vt excludant eos qui probati sunt argento: Nā pro-

pheta illic reprehendit sœuissimos Christianorū persequutores qui conabātur abduce-

re à fide milites Christi, & qui magis erant probati in fide, quām argētum in fornace. Propriùs itaque & accuratiū ad Paulinam intelligentiam accedendo, dicemus, Iudai-

ca gloriatione erat in operibus legis, & præsertim ceremonialibus sita, sed illa erat fucata,

& nō vera. Iusta autē & vera glorificatio collocanda erat in fide crucis Christi. Itaque

Paulus deiiciens arrogantiā Iudæorū, qui sibi ab operibus Mosaicæ legis iustitiam aut iustificationem tribuebāt & venditabant, dixit, O Iudæi admodum insolens & superbe, vbi est gloriatione tua? Nunquid non per legem factorum exclusa est & extincta?

Non, inquit per ironiam, quia nimium tuæ legi, tuisque ceremoniis indulges. Quòd

si elatus in tumorem Iudæus suam gloriam Mosaicæ legis operibus tribueret, con-

cludendum esset Mosaicam legem quempiam viuificasse, & hoc dato consequio,

verè hominem iustificasse, quod negat Paulus in epistola ad Galatas. Attenda-

Gala. 3. mus igitur quomodo depressa sit Iudæorum gloria; ne quis tantopere suis ope-

ribus

ribus fidat, & imitetur pharisæum orantem cum publicano in templo. Exclusa est per legem fidei, quæ legi factorum siue operum antiqui testamenti, longè præferenda est. Tribuant itaque omnes primariam suæ iustificationis radicem & originem fidei Iesu Christi, ne libero arbitrio plus satis fidendo, ad Iudaicam præsumptionem relabantur. Hoc autem planè demonstrat Paulus hoc subsequenti loco, *Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis,* operibus quidem præcedentibus, & non subsequentibus. Nam opera fidem subsequentia confirmant hominis iustificationem. Si quidem dicit Iacobus, Abraham pater noster, nónne ex operibus iustificatus est, offe Iaco. 2. rens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est. Adde, si post iustificationem quis iniuste agat, iustificationis gratiam spernit. Quòd autem pateat omnibus aditus ad hanc fœlicem iustificationem, aperit Paulus dicens, An Iudæorum Deus tantum? Nónne & Iocl. 2. Gentium? Imò & Gentium: Non enim est distinctio Iudæi & Græci, sed omnis qui Aet. 2. inuocauerit nomen Dei, saluus erit. Iustificat autem unus & idem Deus circuncisionē Roma. 10. ex fide, hoc est, Iudæos ex fide mediatoris iustificat, & præputium per fidem, gentiles scilicet. Quòd si Circuncisio fidei Messiae non inniteretur, neque præputium, nullius prorsus essent momenti, quod ostendit alibi dicens, In Christo Iesu neque Circunci- Gala. 5. sio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Item, Cre- Heb. 11. dere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fuit itaque fides primaria causa ex qua prodiit Circuncisio. Gentiles autem quibus nō fuit Circuncisionis lex præcepta, immediate per ipsam fidem iustificantur. Et licet lex ne- minem iustificaret, nō propterea erat abolenda aut destruenda, sed lex per fidem Iesu Christi, eiūsque Euangelium confirmatur: siquidē dicit Christus in Euangelio Matth. 5. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas, non veni soluere sed adimplere. Confert & plurimū fides Christi, vt quis moralia legis præcepta adim- pleat. Adiicit quoque Euangelica fides quædam consilia, quibus firmius eadem legis præcepta conseruantur.

Argumentum quarti capit. .

Afferit Paulus Abraham fide primū iustificatum fuisse, idque ex veteri scri- ptura confirmat, & licet fuerit iustificatus antequam circuncideretur, non tamen illi obfuit circuncisio, sed plurimū profuit, nam tantæ rei sacramentum declarabat eum fuisse pura fide iustificatum. Promeruit & hac fide vt hæreditatē regni cœlestis assequeretur, eique Deus polliceretur, quòd in eius semine gentes omnes benedicerentur. Denique licet Mosaica lex fuerit sancta & iusta, non tamen hæreditatem vitæ æternæ pollicebatur, sed iustitia fidei.

Caput quartum.

Vid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secū-
dum carnē: Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, ha-
bet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit scriptura?
Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: ei verò qui non operatur, credenti autem in eū qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secūdum propositū gratiæ Dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinē hominis, cui Deus accepto fert iustitiā sine operibus, Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata: Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum,

„Beatus ergo haec, in circuncisione tantum manet, an etiam in praeputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est in circuncisione, an in praeputio? Non in circuncisione, sed in praeputio.) Subtiliter & argutè disputat Paulus de iustificatione Abrahæ, & post succinctam disputationem concludit & affirmit Abraham fuisse iustificatum ex fide, & non ex operibus: verum de quibusnam operibus loquatur paulò post explicabimus. Censetur Abraham pater Iudæorum secundum carnem, propter circuncisionem carnalem, quam primus iussu Dei recepit. Hoc autem argumento nititur Paulus ad suadendum, Abraham fuisse sola fide iustificatum. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum, qui intima cordis scrutinia conspicit, sed apud homines, qui de externis factis & operibus ferunt iudicium. At ridiculum est, dicere Abraham patrem multarum gentium, ob suam firmam fidem ab hominibus venari gloriam: igitur, si ob suam commendatissimam fidem promereatur gloriam, à Deo promeretur. Et ex antiqua scriptura, quod prætentit apertissimè commonstrat. Dixit Deus ad Abraham tacito versantem animo, si nā Elyeser famulus eius admodū fidelis, futurus esset eius hæres, Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitque eum foras, & ait illi, Suspice cœlum, & numera stellas, si potes: & dixit ei, Sic erit semen tuum, credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Attende quæso, candide lector, ad scripturam, & penitulatius tecum considera verba sacræ scripturæ: Iustus coram Deo apparuit, non quia opus meritorum prius fecerat, sed quia credidit Deo, vt proprius & germanus fidei actus exprimeretur: ac si planè diceret scriptura, Pura fide Abrahæ adhæsit Deo. Huic sententiæ arridet Chrysostomus sermone 33. de fide Abraham, & de immolatione Isaac, dicens, Tantum de me, tua meruit fides, tantum tua obsequia valuerunt, vt & quid desideres norim, & facere quod mereris decreuerim. Nāmque tibi nascetur filius, cuius semen diffunditur in millia, vt & similitudini siderum coæquetur, & arenæ immensitatibus comparetur. Credo, inquit Abraham, domine, credo quia potes, facturum te confido quod spondes, nec enim confessam senectutem marcescentis mætatis considero, aut sacræ coniugis sterilem effœtamque conditionem attendo, sed tuæ maiestatis potentiam traxi, nec cui talia promittantur, sed à quo promittantur, agnosco, Hæc ille. Affirmat & Augustinus in explanatione Psalmi 31. Abraham fuisse iustificatum ex fide, & non ex operibus, ne quis de suis operibus glorietur, sed in domino gloriatur: & connectit Jacobum cum Paulo, licet videantur omnino pugnare adiuicem: Jacobus extollens humana opera, à radice fidei dimanatio, dicit, Abraham pater noster nōne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est. Abraham, inquit, filium suum immolandum Deo obtulit. Magnum opus, sed ex fide, Laudo superædificationem operis, sed video fidei fundatum. Laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem: & planè docet neminem ante fidem, bene operatum esse, opere quidem digno vita æterna: ea enim ipsa opera quæ dicuntur ante fidem, quanvis videantur hominibus laudabilia, inania sunt. Et paulò post dicit, Licet opera non præcesserint fidem Abrahæ, tamen secuta sunt: Et libro 8. quæstionum, quæstione 76. afferit Paulum loqui de operibus præcedentibus, & Jacobum de operibus sequentibus fidem. Huic suffragando sententiæ dicimus Abraham primum fuisse iustificatum ex fide, & non ex operibus præcedentibus, siquidem opera fidem præcedentia, nullam laudem apud Deum merentur: eo quod fides, est substâlia rerū sperandarū: Et sine fide, impossibile est Deo placere: opera vero fidé subsequentia, fidé ipsam absoluunt & cōsummât, de quibus affirmat Jacobus Abrahæ fuisse iustificatū, cùm obtulit Isaac filium suū superaltare. Adnotemus duplē esse iustificationem, vnam interiorem, & alteram exteriorem, Interior, à gratia Dei & misericordia, vna cum fide credentis dimanat, & hæc vocari solet prima iustificatio,

Exte-

Exterior verò, ab extertis operibus proficiuntur, & hæc vocatur secunda iustificatio. De prima contendit Paulus, de secunda verò Jacobus. Confirmat & Paulus radicem totius iustificationis, dicens, minimè detrahendo humanis operibus, *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*, Hoc est, facienti opus meritorum, merces non rependetur solum secundum gratiam, sed etiam secundum debitum. Hinc illud sapientæ, Reddidit iustis mercedem laborum suorum. Sap. 10. Tum quoque dicit Christus in Evangelio Matthæi, Amice, non facio tibi iniuriam, Matt. 20. nōne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Verum obiicit quispiam, probando mercedem non reddi secundum debitum. Scribit Paulus in hac Rom. 6. epistola, Gratia Dei est vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro: quod si vita æterna, sit Dei gratia, quoniam pacto quis audebit se suis operibus extollere? Et alibi, Roma 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Intelligas, vt hæc obiectio diluatur, Opera humana bifariam posse considerari. Vno modo in se: & hac ratione, non rependitur eis ex condigno merces vita æternæ: quid enim habes quod non acceperis, si autem acceperis, quid gloriaris, quasi non acceperis? Et ne quis tantopere erigat cristas liberi arbitrij, frequenter dicit Augustinus, Merita nostra si sunt bona, sunt dona Dei: quantumlibet igitur mercaris, & innumera supplicia æquo animo, pro nomine Christi, toleres, tribuas oportet gratiæ dei vitam æternam. Alio modo considerari possunt, vt spiritu Dei prædestinantis aguntur, & impelluntur, & hac ratione, debetur eis quodammodo merces, secundum debitum: Etenim iusti ibunt in vitam æternam, iniusti verò, & impij in supplicium Mat. 25. æternum. Tum quoque Paulus de suis præclaris agonibus hæc affirmit, Bonum certamen certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die. Adiicit & præcedentibus doctor gentium. *Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei.* Siquidem is qui non habuit tempus faciendi bona opera exteriora, si modò sincere crediderit in Christum, gratuitò iustificantem impium, iustus coram Deo censebitur: potest enim fieri vt baptismo lotus, etiam vñ rationis præditus, confessiū enecetur. Et id adfirmat Paulus ex Psalmographe dicente beatitudinē esse hominis, cui Deus accepto, hoc est gratis sine operib⁹ fert iustitiam. Beati quorum remissæ sunt iniquitates: Futuros existimat propheta illos beatos, quibus Dominus sua gratia culpam condonavit, & iij potissimum sunt qui puris Psal. 1. simo baptismi fonte sunt abluti. Nā hoc sacramento remittitur iniquitas peccati originalis, de qua dicit scriptura, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea, Paruulis itaque hoc viuo sacramento regeneratis, tribuitur beatitudo, absque ullis meritis præcedentibus: Licet ausim affirmare, hunc locum posse indiscriminatim de omnibus peccatoribus intelligi. Qui enim vitiis maduerunt, si modò resipiscant, spe dicuntur beati, quia dimissa sunt illis peccata, magis domino Dei, quām eorum resipiscientia. Sunt denique Beati illi quorum tecta sunt peccata. Quidam interpres hunc locum exponunt de peccatis mortalibus, quæ dicuntur obtegi in conspectu Dei, quia Deus sua immensa clementia, illorum non recordatur. Vnde dicit David, Remisiisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum. Psal. 84. Est denique beatus ille, cui Dominus non imputauit peccatum: & is est, qui leuisi- mis, siue venialibus peccatis Deum offendit, & ex eo Dominus non imputat ei peccatum, quia peccatum veniale non est propriè peccatum, vt quidam scribunt, aut rectius, quia in se non continet perfectam peccati rationem, cùm non sit dictum, vel factum contra legem Dei, licet sit præter legem Dei. Et licet peccatum veniale nō auferat diuinam gratiam, tamen pondus multorum peccatorum venialium, hominem à Deo separat, & elongat: quod scriptura illa subindicat, Dominus bonus propitia- bitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum, & non imputabit eis quod minus sanctificati sunt: Existimo illum fuisse Paulo genium, vt ex sacris scripturis collegerit fideles omnes, & Christianos, magis gratia Dei & boni- c. iiiij.

tate, quām suis operibus iustificari: ne nimis efferendo vires liberi arbitrij, diuinę gratię simus immemores. Et quia paulò ante diximus Abraham, integra fide, quodammodo promeruisse gloriam & beatitudinem apud Deum, nunc sciscitatur Paulus, An hæc beatitudo fuerit solum in circuncisione, an in præputio: Nunquid non etiā fuerit Abraham, ante circuncisionem iustificatus. Et concludit fidem ei reputatā fuī se ad iustitiam, etiam in præputio, hoc est, ante quam circuncideretur. Quod facile est ex Genesi desumere. Hic locus, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, deponitur ex capite 15. Geneseos. Verum præceptum Abrahæ factum de circuncisione, habetur capite 17. Cur autē fuerit circuncisus, nunc Paulus manifestabit.

” Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiae fidei, quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt repūtetur & illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis, non iis tantum qui sunt ex circuncisione, sed iis qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio: ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omniū nostrum, sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, qui contra spem in spem credidit vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei, Sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli, & arena maris) Paulò antè cōcluserat Paulus Abrahām fuisse iustificatum ante circuncisionem. Et ne cuipiā videretur circuncisio nullius esse usus & momenti, ostendit cur fuerit circuncisus. Circuncisio (inquit) erat signum & non causa fidei iustificantis: Nam Moses declarauit in libro Geneseos, Circuncisionem fuisse signum foederis inter Deum, & illum qui octauo die circuncidebatur. Denique circuncisionem accepit Abraham vt sit pater non solum circuncisorum, sed etiam credentium in præputio. Itaque hunc sanctum Patriarcham intelligimus fuisse patrem Hebræorum per circuncisionem, & gentilium in præputio, hoc est, in fide illorum qui non fuerant circuncisi, nec circuncidi volunt. Et fides præcedens circuncisionem, auferebat peccatum originale, cum proposito tamen sumendi posthac circuncisionem, quod de Abraham compertum habemus, qui syncera fide ante sacramentum circuncisionis, apparuit coram Deo iustus: nec iustus apparuisset labe peccati originalis infectus, sicut dices de fide adulti piè credentis in Christum, quæ aufert peccatum originale, cum proposito sumendi baptismum, si suppetat tempus, & non desit occasio. Adde quod baptismus flaminis siue pœnitentiæ supplet vires baptisimi aquæ: Plus tamen virium habebat baptismus quām circuncisio: nō enim cōferenda sunt sacramēta veteris legis cū sacramentis nouæ legis. Quod autē lex nihil contulerit Abrahæ vt iustificaretur, planè demonstrat dicens, Non enim per legē, Abrahæ, aut semini eius promissio facta est, cū lex neminem ad perfectum adducat, sed per fidem iustificantem. Adde quod priusquam Mosaïca lex sanciretur, promissio futuræ hæreditatis facta fuerat Abrahæ & eius semini. Siquidem eius obediētia hanc à Deo optimo & maximo benedictionem extorsit, In semine tuo benedicunt omnes gentes. Nec dixit seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Denique lex post quadringentos & triginta annos facta est, antequā è vita decesserat Abraham. Et ratiocinatur argumento validissimo, demonstrans vitę æternæ hæreditatem non tribuendam esse legi, Si inquit ex lege hæredes sunt, exinanita

Gene. 17. Genu. 17. Gal. 3. 17.

Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cūm iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarra. In repromotione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcumque promisit Deus potens est & facere: Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrū à mortuis, qui tradidit propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostrā.) Probat quod paulò antè diximus, de ratione secundæ spei, quæ diuinæ reuelationis

nita est fides, abolita est promissio: Etenim fides esset vana, & irrita promissio, si lex nos efficeret hæredes Dei: Et ad Galatas dicit, Si ex lege esset hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromotionem donauit Deus. Præterea, Quoniam pacto lex nobis conferret hæreditatem vitæ æternæ, cūm iram Dei operatur, hoc est, diuinā vindictam? Nam lex abundè diuulgata, & à subditis fidelibus non obseruata, facit hominem dignum vindicta Dei. Hinc illud, magna ira Domini succensa est cōtra nos, quia non audierunt patres nostri verbalib[us] huius, vt facerent omne quod scripsit Paulus, Vbi non est lex, nec præuaricatio, Et ad Galatas dicit, Lex propter transgressionem posita est. Verū dicet quispiam, nunquid ante legem Moysæ erant præuaricatores, vt Adam, Cain, Sodomitæ, & plerique alij, qui in diluvio perierunt? Nunquid etiam erant puniendi qui legem naturalem suis cordibus insculptā ad prosequendū bonū, & vitandū malū, calcarunt & oppræsserūt? Tū quoque scriptum est de omnibus peccatoribus, Præuaricantes reputauit omnes peccatores terræ. Respondebo, Paulum nō hīc sumere præuaricatoris nomen generaliter, sed propriè. Et ille cēsetur hoc loco præuaricato, qui præter legem naturalem Mosaïcam præscripta transgreditur. Nec existimat Paulus legem naturalem, dici propriè legem. Et enim prius dixerat, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. Idcirco promissio facta est omni semini ex fide, quam gratia antecedit, non solum iis qui Mosaïcam legem amplexati sunt, sed iis qui in præputio firmam Abrahæ fidem sectantur, vt cum fideli Abraham benedicantur à Domino, qui viuificat mortuos, hoc est, per fidem & gratiam viuificat illos & ad cœlestem vitam reuocat, qui suis peccatis erant mortui, & digni pœnis æternis. Vocat autem Deus sua benignitate ea quæ non sunt, hoc est, gentiles, tanquam ea quæ sunt, Iudeos scilicet, quod affirmat propheta dicens, Vocabo non plebē meā, plebē meā, & non dilecta, dilecta, & nō misericordiam consequuntam, misericordiam consequuntā. Vocavit & sua gratia Hieremiam, Ioannem Baptistam & Paulum, ante quam ex vtero materno egredierentur. Intelligamus in diuina præscientia, necdum facta, iam facta esse. Quod verò subnecit Paulus de Abraham, Quod contra spem in spem credidit vt fieret pater multarum gentiū, secundum quod dictum est ei, Sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli & arena maris, hanc intelligentiam recipit: Qui contra spem à causa naturali & humana proficiscentem, in spē diuinæ promissionis credidit: ita quod sperabat in rebus desperatis, & sibi ob senium diffidēs, Deo fidebat. De prima autē spe, qua fuit Abrahā destitutus, antequā Domin⁹ Gen. 15. ei reuelaret quod generaret filiū promissionis & verū hæredē, dicit scriptura, Ego vādā absque liberis, & filius procuratoris dom⁹ meę iste Damascus Elyze: Addiditq; Abraham, Mihi autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus, hæres meus erit. De secunda autem spe, gratia Dei firmata, subiungit scriptura: Statim sermo Domini factus est ad eum dicens, Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitque eum foras, & ait illi, Suspice cœlum & numerā stellas, si potes. & dixit ei, Sic erit semen tuum. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

” Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cūm iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarra. In repromotione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcumque promisit Deus potens est & facere: Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrū à mortuis, qui tradidit propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostrā.)

Osee. 2: Act. 9: Hier. 1: Luc. 1: Ephe. 1: Gene. 15: Gen. 15:

ni innititur: Licet Abraham esset admodum prouectæ etatis, & centesimum penè annum attigisset, non tamen arbitratus est suum corpus esse ineptum ad sobolem procreandam, nec in fide hæsitauit, nec desperauit se habiturum verum & germanum hæredem, qui filium Dei adumbraret. Et cùm dixit, Putásne centenario nascetur filius? non id dixit hæsitando, sed demirando diuinum beneficium: non enim natura finit centenarium gignere liberos. Nec ita animaduertit vuluam suæ pudicissimæ vxoris conclusam esse & emortuam, vt quem promiserat Deus filium, non conciperet. Et enim potens est Dominus rerum naturas immutare, & quod sterile est, fœcundum reddere, & quod exanime est, ad vitam reuocare. Et hac viua & integra fide se consolabatur Abraham, occinens Deo laudes, & firmissimè credens quòd nihil pollicetur Deus, quod non possit præstare. Et quia credidit nihil esse Deo impossibile, reputatum est illi ad iustitiā, cuius fidē qui sectari volet, iustus corā Deo apparebit. Et quispiè credit Deum suscitasse Iesum Christum à mortuis, iustus censemitur, & salutem æternam (si modò sit inculpatæ vita) aſſequetur. Intendamus quæſo aciem mētis ad hæc verba, Christus traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iuſtificationem nostram: Sanguis Christi eā ob causam effusus est, vt deſtruetur corpus peccati, & delicta nostra remitterentur: Resurrexit autem Christus & de morte triumphauit, vt iuſtificaremur, potius glorificaremur & anima & corpore. Si enim non resurrexisset, nec ad gloriam & immortalitatem resurgeremus. Siquidem Christus est primitiæ dormientium.

Argumentum quinti capit. 20

Qui pura & ſolida fide iuſtificat hominem, pacem, gratiam & gloriam impertit iis potiſsimū, qui nihil non finiſtri pro eius nomine tolerant. Infundit & cordibus noſtris inauditam charitatem per ſpiritum ſanctum, quam magnopere commendauit & declarauit in nobis, cùm filium ſuum vnigenitum pro noſtris commiſſis diluendis in mortem tradidit. Et licet primi parentis ſcelus per totum mundum diſeminatum fuerit, noſtrāſque animas fœdauerit & poluerit, ita vt mortem ſecum accerſuerit, non tamen hominem prorsus enecauit. Nam gratia & beneficentia Dei per Iesum Christum nos ad vitam ſpiritualem reduxit.

Caput quintum.

„ **V**iftificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.) Quantum virium habeat fides, & quid nobis pollicetur, hoc loco demonstrat Paulus. Integra & syncera fides nos Deo reconciliavit, qui nobis erat ob noſtra delicta infensus: ſed putemus hoc beneficium Iesu Christi preſidio nobis collatum fuiffe. Intelligamus & nulli vñquam fidē quidam contuliffe, niſi credendo in Iesum Christum venturum, aut qui iam venit, expreſſe vel tacite, explicite vel implicite, mediate vel immediate. Vnde in Euangelio Ioannis legitimus, Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit &

gauifus eſt. Scribit & Paulus, Credere oportet accedentem ad Deum quia eſt, & in- quirentibus ſe, remunerator eſt: remunerator autem nomine, intelligimus mediato- rem Dei & hominum, Iesum Christum. Nam hic eſt totius ſalutis princeps, qui ſe- metipſum dedit redemptorem pro omnibus. Et alibi, Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit Ephe.2. vtraque vnum, & medium parietem maceriarum foliuerit inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum ho- minem, faciens pacem, vt reconciliat ambos in uno corpore Deo, per crucem, interfi- ciens inimicitias in ſemetipſo. Tum quoque angelus dicebat paſtoribus excubias agentibus ſuper gregem ſuum, Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator qui eſt Christus Dominus. Et ſubit facta eſt cum angelo multitudine militiæ coeleſtis, laudantium Deum & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Nec cuipiam fit acceſſus ad euangelicam gratiam, niſi per Iesum Christum, cuius fides in nobis gratiam & conſolationem operatur. Et huius redemptoris fides nos ad ſpem coeleſtium bonorum allicit. Denique hec indubitata ſpes animos noſtrós ſubrigit ad aſſequendam filiorum Dei gloriam. Sumus autē gratia & dono Christi, filij adoptionis Dei. Vnde paulo post dicet Paulus, Non accepisti ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed ac- cepisti ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Et qui ſperat ſe ad gloriam regni coeleſtis euheendum, afflictiones multas & aduersa quæque, inui- cta animi magnitudine tolerat iucūdium multo, quām qui amarum poculum ſpe in- columitatis recuperandæ babit. Non itaque ſolum gloriamur de ſpe futuræ gloriæ, ſed etiā de tribulationibus & perfequutionibus omnibus, quas pro tuenda fide perpe- timur. Si enim ſuſtinebimus, & conregnabimus. Et omnes qui piè volunt viuere in Christo Iefu, perſecutionem patientur. Denique per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Etenim afflictio & quæuis tribulatio, quam conſtantि animo toleramus, patientiam efficit, patientia probationem: Verus enim Christianus patientia probatur & examinatur. Licet ex Iacobō, probatio fidei, patientiam opere- tur: Nam ardens & syncera fides nihil non tolerat, probatio verò ſpē. non enim quipiam ſperare debet ſe in numerum electorum aſciscēdum, niſi in multis pressuris, do- loribus & anguſtias probatus fuerit. Spes autem nō confundit, nec deiicit ſperantem. Hinc illud Psalmographi, In te Domine ſperauit, non confundar in æternum. Tum quoque dicit Eccleſiaſticus, Nullus ſperauit in Domino, & confusus eſt. Et ex eo, Spes non confundit, quia charitas Dei diſfusa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, & hic ſpiritus eſt amor patris & filij, & totius dilectionis artifex & autor. Datur autem nobis cùm Deum diligimus, eūſque præcepta obſeruamus. Quando- quidem Christus dicebat ſuis diſcipulis, Si diligitis me, mandata mea feruate, & ego Ioan.14. rogaro patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobis ſanctum in æternum, ſpiritum veritatis. Effunditur & gratia ſpiritus ſancti in omnes credētes in Christum, ſiue Iudæi ſint, ſiue gentiles: Nam Cornelius Centurio, vir admodum pius & religio- ſus, licet eſſet gentilis, tamen poſtquam a Petro inſtructus credidit in Christum, rece- pit abunde donum ſpiritus ſancti.

„ **V**t quid enim Christus, cùm adhuc infirmi eſſemus: ſecundum tem- pus pro impiis mortuus eſt. Vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundum té- pus, Christus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magis, nunc iuſti- cati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm ini- mici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortē filij eius, multò magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Nō ſolū autem, ſed & gloria- mur in Deo per Dominum noſtrum Iesum Christum, per quem nunc

Matth. 12:

1.Pet. 3.

Ioan. 15.

1.Ioan. 3.

Ioan. 3.

Ephc. 2:

Roma. 4.

2.Cor. 13:

reconciliationem accepimus.) Quod nostram salutem debeamus vni Christo acceptam referre, eique pro beneficiis nobis impensis, perpetuas laudes occinere, & semper animo versare singularem eius erga nos amorem, manifestat Paulus dicens, *Vt quid enim Christus?* Nunquid cum natura humana cruciaretur morbo spiritali penè immedicabili, & innumeris peccatis dissolueretur, vt reuiuisceret & Deo reconciliatur, egregiam mortem secundū tempus oppetiit? Et appositi dicitur secundū tēpus, quia duntaxat tribus diebus in monumento dormiuit. Sicut enim fuit Ionas in

vētre cāti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus, & tribus noctibus. Nec tā Christus pro bonis & iustis immolatus est, quā pro impiis, iniustis, sceleratis, parricidis, homicidis, lascivis, plagiariis, mendacibus, perjuris, & alia vitiorum labe pollutis. Etenim semel oblatus est ad exhausta multorum scelera. Denique, dicit Petrus, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Nec pugnat hāc assertio. Vix enim pro iusto quis moritur, cum hac subsecente,

Nam pro bono quis forsitan audeat mori. Nam prior assertio ad veterem legem spectat, in qua erat iustitia, & vix pauci inuenti sunt qui suum fuderint sanguinem. Posterior verò suam veritatem in nouo testamento in quo est bonitas & clementia retinet. Siquidem innumerabiles martyres extiterunt qui suum sanguinem pro optimo Christo fuderunt. Quod si difficile sit homini mortem eligere, etiam pro tuenda viri iusti innocētia, multò magis difficile est se obiicere morti pro liberandis impiis, qui mortem, mortisque supplicium non modicum ob sua scelera meruerunt. Itaque quis non animaduertit summam charitatem qua Dominus nos adamauit, quod pro nostris admissis diluendis vtrō, morti se obtulerit? Siquidem nullum est amoris argumentum efficacius, quām quod pro nobis crucis tormentum elegerit: Quod haud dubiè affirmat locus ille, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quām vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tum quoque, in hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Denique sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Adde quod Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis conuiuficauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. Et quia Christus suo sanguine nostras noxas diluit, lauit & abstergit, & iram sui patris vehementer offensi, sedauit, bene speremus oportet de salute æterna. Denique si profligatis & deieciis inimiciis, quas cōtra Deum ob nostra delicta exercuimus, sanguine Christi reconciliati sumus, multò magis reconciliati, & ad pacem & concordiam reducti, in vita & resurrectione Christi salui erimus. Etenim plus nobis profuit eius resurrectio, quām mors: Nam traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et quod eius resurrectio fuerit morte præclarior, indicat scriptura illa, Crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Itaque non solū nobis gloriandum est in spe gloriae, quam posthac expectamus, sed in Deo, cui nunc, sumus amplissimo Christi beneficio reconciliati.

Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moïsen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit: Et non sicut per vnum peccatum,

tum, ita & donū. Nā iudicium quidē ex vno, in condēnationem, gratia autem ex multis delictis, in iustificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiae accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnius delictū in omnes homines in cōdēnationē, sic & per vnius iustitiā in omnes homines in iustificationē vitæ. Sicut enim per inobedientiā vnius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obediētionē, iusti cōstituentur multi. Lex autem subintravit vt abūdaret delictū, vbi autē abūdauit delictū, superabūdauit & gratia, vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum.) Ostendit quantum detrimenti nobis attulerit iniustitia, superbia, inobedientia & intemperantia primi parentis, dicens, Per vnu hominem, terrenū scilicet Adā, peccatum in mundū irrepsit, & irrependo mortē secū aduexit, quæ suis telis neminē non confudit, & tantū sceleris semen adeò cōputruit, adeò obsorduit, vt etiam paruulos materno vtero inclusos infecerit & contaminauerit: & hoc est peccatum originis, quo nemo viri & mulieris semine conceptus non intabescat & polluatur: de quo dicit propheta, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Nam semen viri & foeminae est dispositio ad recipiendam animam rationalem, quæ corpori satis disposito infunditur: & in hoc subiecto est peccatum originale, etiam in paruulo non peccante voluntate propria, neque peccato proprio, sed peccato à vitiata primi parentis radice cōtracto. Nam sicut iustitia originalis primi parētis, si nō offendisset Deum, fuisset in posteros propagata, ita eius iniustitia, maledictio & inobedientia, in omnes disseminata est. Hoc autē vitiū exprimit Paulus dicens, In quo omnes peccauerūt, peccato scilicet originali, qui cōcepti sūt ex semine virili, quod dico propter Christū, in quo nō fuit peccatum originale. Nā fuit cōceptus sine semine virili. Nec descēdit ab Adā per rationē seminalē sicut descēdimus, sed dūtaxat secūdū corpulentā substātiā: Nec in virgine Maria fuit peccatum originale, licet fuerit cōcepta semine virili, quia fuit prēseruata. Quod autem Paulus hīc loquatur de peccato originis, sic suadeo: Si loque retur de peccato actuali quod nobis innascitur per imitationē principis totius superbiae & malitię, nō diceretur, per vnu hominē intrauit peccatum in hunc mundū, sed per diabolū, quem peccantes peccato mortifero imitātur. Hinc illud sapiētię, Inuidia dia-boli, mors introiuit in orbē terrarū. Imitantur autē illū qui sunt ex parte illius. Huic plaudit sententia Augustinus libro primo de peccatorū meritis & remissione, contra Pelagianos, capite 9. & 10. Verū decertabit quispiam, cur dicit Paulus, Per vnu hominē peccatum intrasse in hunc mundum, & non potius per vnam mulierem, cūm i. Timo. 2 Adam non fuerit seductus, sed mulier in præuaricatione. Denique quod à muliere fuerit initium peccati: Respondebo cum Origene Paulum naturae ordinem tenuisse. non enim genealogiæ mulieribus ascribuntur sed viris, eò quod vir non est ex muliere, sed mulier ex viro, & Adam primū formatus est, deinde Eua. Idcirco succes-sio posteritatis humanæ, quæ huic morti succubuit ex peccato venienti, non mulieri, sed viro ascribenda est. Quod autem subnēctit Paulus, Vsque ad legem peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur cū lex non esset, videtur includere pugnantia. Si enim vsque ad legem, Mosaīcam intellige, peccatum erat in mundo, igitur ante legē erat peccatum, sicut compertum est de peccato Adæ, & Euæ, Cayn, & illorum qui diluicio perierunt. Denique de flagitiosissimo Sodomitarum peccato. Quod si ante legem erat peccatum, cur non deputabatur? nōne diuinam maiestatem suis grauiissimis vitiis offendentes, digni erant vindicta Dei, & animaduersione æterna? Deinde, Si vsque ad legem regnauerit peccatum in mundo, non igitur vigente lege regnauit peccatum. Quod si sub lege nō regnauerit peccatum, cur dicit Paulus, Pecca-tū nō imputabatur cū lex non esset. Animaduerte pro hac ratione diluēda particu-

Iam hanc (vsque) non excludere legem, sed includere. Huius enim Paulini eloquij sensus est, Etiam sub lege erat peccatum & actuale & veniale: fuit enim in ipsis paruulis peccatum originale, vsque ad legem naturæ, hoc est, vsque ad vsum rationis, in quo homo est capax legis. Et accrescit hoc peccatum adiectione peccati actualis. **Hec obserua.**

Rom.7. posthac dicet Paulus, Cōcupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces, Exo.20. hoc est nesciebam internam & malorum & bonorum extenorū concupiscentiam esse peccatum, nisi lex vetaret, & diceret, Non concupisces. Regnauit autem mors ab Adam vsque ad Moïsen, hoc est, à primo homine vsque ad ipsam etiam legem, quæ diuinitus promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum enim mortis vult intelligi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, vt eos ad vitam æternam, quæ verè vita est, venire non sinat, sed ad secundam etiam, quæ poenaliter æterna est, mortem trahat. Hoc regnum mortis, sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris. Hæc Augustinus libro primo de peccatorum meritis & remissione, capite vndecimo. Loquitur itaque Paulus nomine mortis, de peccato mortali, quod secum attrahit secundam mortem, quæ non solum dicit priuationem diuinæ gloriae, sed & perpetuum in inferis cruciatum. De qua dicit Ioannes, & infernus & mors miseri sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Beatus Thomas enarrans hunc Pauli locum, dicit, Regnauit mors, hoc est peccatum ab Adā vsque ad Moïsen exclusiū. Nam per Moïsen data est lex, quæ incepit regnum peccati dimnuere, incutiens timorem diuini iudicij. Hinc illud Deuteronomij, Quis det talē eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum? Sed facile est hanc opinionem refellere. Si enim vsque ad legem etiam inclusiū, peccatum erat in mundo, & peccatum morte secum attrahit, iuxta illud Pauli. Stipendia peccati mors, igitur vsque ad ipsam etiā legē inclusiū, mors erat in mundo. Adde quod lex Mosaïca non poterat auferre peccatum, licet quodammodo inciperet regnum peccati imminuere, incuties peccatoribus terrorem diuini iudicij, nisi mature resipiscerent. Nec solū regnauit mors ab Adam vsque ad Moïsen in eos qui peccauerant voluntate propria, & proprio peccato, sed & in eos qui non peccauerant voluntate propria, proprioque peccato, licet in primo homine peccassent, vt prius diximus, & hoc in similitudinem præuaricationis Adæ, hoc est, quatenus similitudinem illius peccati, per originem ab Adam traxerant, vñā cum similitudine naturæ: sicut enim ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, & ex morituro morituri, & damnato damnati generantur. Itaque creati sunt homines Adæ similares, qui est forma futuri, cœlestis scilicet Adæ Iesu Christi, sed per contrarium. Nam sicut terrenus Adam fuit origo totius iniustitiae, ita cœlestis Adam fuit origo & fons totius iustitiae. Denique sicut per Adam, peccatum & mors intrauerunt in hunc mundum, ita iustitia & vita & gratia per Iesum Christum in hunc mundum intravit. Vnde dicit Paulus, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabūtur. Denique, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Sunt & quedā expressæ similitudines inter Adā & Christū. Nā sicut corpus Adæ fuit sine coitu formatum, ita & corpus Christi. Tum quoque sicut de costa Adæ dormientis

prodiit

prodiiit mulier, ita de latere Christi dormientis fluxit sanguis cum aqua. Deinde ostēdit Paulus, gratiā Christi & donū plus nobis profuisse ad saluādum, quām obfuerit delictū Adę ad perdendum. *Non sicut delictum ira & donum,* Nam gratia dei quæ multo fortior est & valentior delicto primi parentis, ad plura se extendit quām delictū. Si enim delicto Adæ multi sint mortui, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures exundauit: non enim solū Deus gratia Iesu Christi, nostra scelera diluit, sed multa bona nobis contulit. Hinc illud, Dedit dona hominibus. Tum quoque, Multos filios in gloriam adduxit. Adde quod de plenitude eius, nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Adiicit Paulus, *Non sicut per Ephe.2. vnum peccatum ita & donum.*)Nam diuino iudicio condemnati sunt omnes ob delictum primi parentis, sed gratia Iesu Christi, & donum gratuitū ab omnibus nostris Ioh.1. delictis nos iustificauit & perfectè emundauit: Non enim Christus suo sanguine nos solū lauit à peccato originali, sed & ab omnibus peccatis actualibus, quæ originali adiecimus. Insuper, Si vnius delicto mors in omnes sœuierit, multo magis qui abūdātiā gratiæ & iustitiæ accipiunt, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Deinde Paulus quadam similitudine cōfert adinuicem peccatum primi parentis, & iustitiam Christi. Sicut enim primi parentis delicto cōdemnātur omnes, ita Christi iustitia iustificantur omnes, vt vitā æternam assequātur. Et hīc agimus de iustitia aut iustificatione Christi, quæ à fide Iesu Christi dimanat. Ita quod aperte volo dicere, iustitia aut iustificationē Christi, esse Christū per fidē iustificantē omnes spiritualiter renatos. Vnde dicit alibi Paulus, Qui est saluator omniū, maximè fidelium. Et sicut per inobedientiā primi hominis, peccatores cōstituti sunt multi, ita per Christi obedientiā iusti cōstituētūt multi. Etenim primū Adæ peccatum fuit inobedientia, secundū interiore superbiæ motū, quo voluit aduersari diuino præcepto. In Genesi cōperimus maledictionē, quā Adam sua inobedientia incurrit, Quia audisti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. De laudatissima Christi obedientia dicit Paulus ad Philippenses, Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et alibi, Didicit ex iis quę passus est, obedientiā. Quod autē subnecit Paulus, Lex subintravit ut abundaret delictum, non mediocrem mihi scrupulum ingerit. Si enim lex subintrauerit, siue obiter irrepserit ut abundaret delictum, consequens est legem Mosaïcam, de qua hīc loquitur, fuisse malam, cuius enim finis malus est, ipsum quoque malū est, at finis legis malus est, scilicet abundantia delicti, igitur lex mala est, quod tamen illi scripturæ aduersatur. Lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Tum Rom.7. quoque, Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. Hūc scrupulū hac I. Thim.1. adnotatiuncula dilues. Particula, vt, non exprimit causam, sed consequitionem, sicut in plerisque sacræ scripturæ locis adnotauimus. Non enim quia data est lex, exundauit delictum, sed data est lex vt ostenderet peccatum, & ostensum prohiberet ac refrēnaret. Siquidem per legem est cognitio peccati. Tum quoque dicit Daud, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, sed data lege, accidit & consequuta est abundantia delictorum. Cūm enim lex prohibuit concupiscentiam peccati, is qui cōcupiscit quod sibi prohibitum est, vehementius in concupiscentiam exardescit: Et difficile est admodum internis affectibus mederi. Homo etiam carnalis, & sub peccato venundatus, existimat concupiscentiam sibi prohibitam, quasi esse extra vires sui liberi arbitrij. Potest & quispiam dicere quod lex subintravit ut abundaret delictum, hoc est vt plenius & apertius peccatum agnosceretur, sed presentē habemus antidotum aduersus copiam delicti, gratiam scilicet Iesu Christi, quod dilucidè monstrat Paulus dicens, Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Etenim quo magis sequit peccatum, hoc magis eluēt eius beneficiū, qui à peccato liberat. Et vbi summus est morbus, & summo medicamento opus est. Et sicut regnauit peccatum in morte, Roma. 6. & temporalē & eternā, ita & gratia Dei regnet in vitā eternā per Iesu Christū Dominū nostrū. Etenim ipse est vita nostra, salus, redēptio & iustificatio. Et in subsequēti capite d. ij.

Amb.

Ioann. I.

Iaco. 2.

dicit Paulus, Vita æterna, est gratia dei in Christo Iesu domino nostro. Hinc exploratū est effectum gratiæ iustificantis esse maiorem effectu peccati: Nam effectus peccati, est mors, effectus verò gratiæ iustificantis, est vita æterna. Ambrosius libro 9. suarum epistolarum, epistola 71, doctè & lepidè exponit hunc locum, Lex subintrauit, vt abundaret delictū, Subintrauit inquit, quod vtique non ordinarium, sed velut fortūtum significare videtur introitū, eo quod in locū naturalis legis intrauerit. Itaque, si illa suū seruasset locū, hæc lex scripta nequaquā esset ingressa. Et paulò antè dicit, Superabundauit peccatū per legem, quia per legē agnitus peccati, & cœpit mihi obesse scire id quod per infirmitatē vitare non possem. Ad cauendū enim prodest præscire, sed si cauere non queam, obfuit nosse. Superabundauit autem gratia per Iesum, quia postquā totus mūdus subditus factus est, totius mundi peccatū abstulit, sicut testifica tus est Ioānes dicens, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatū mūdi. Et ideo nemo glorietur in operibus, quia nemo factis suis iustificatur, sed qui iustus est donatū habet, quia post lauacrum iustificatus est. Hæc ille. Sed intellige nemine primariò & principaliter suis factis iustificari, secūdariò tamē homo suis bonis operibus fidei coniūctis iustificatur. Nā autore Iacobo, Ex operibus iustificatur homo, & nō ex fide tantū.

Argumentum sexti capitū.

Nemo sibi arripiat ansam ruēdi in omne flagitorum genus, quod vbi exuberauit delictum, & magis gratia exuberauit. Nam qui lachrymis & contrito corde purgatus est à suo scelere, si reciderit, se pruaricatorem cōstituit, acrisque punietur. Sibi persuadeat quisquis Christianus est, sanguinē Christi pro remissione peccatorum effusum, plurimum momenti suo baptismo contulisse, nec aliter quām morte Christi se lotum esse. Abstulit & Christus sua cruce, mortis & peccati tyrannidem, ne posthac nostris vitiis inferuiamus. Et quia beneficentia Christi liberati sumus à peccato, demus operam, vt seruiamus iustitiae in perfectam animarum nostrarum sanctificationem.

Caput sextum.

Vid ergo dicemus? manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Conspulti enim sumus cū illo, per baptismum in morte, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.) Decertat Paulus aduersus suam assertionē, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Si enim abundantia delicti sit causa exundantis gratiæ, igitur nobis perseverandum est in peccato, vt exūdet gratia. Verū hanc diluendo quæstionem apertissimè monstrat nobis minimè persistendum esse in delicto, vt superabundet gratia. Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? sed mortui sumus peccato gratia Iesu Christi, igitur non viuemus peccato, sed Christo. Concludamus itaque abundantiam peccati non esse causam, sed duntaxat occasionem superabundantis gratiæ. Adeò pugnant inter se vita & mors, vt vicissim se profligent. Quod si peccato mortem, mortisque tyrannidem incurrimus, quomodo fœliciter viuemus in vitiis perseverando? Et quia peccatum aliquando suo crudeli & atroci dominio, nos in mortis fóteam præcipitauit, adnitemur pro viribus, vt profligato peccato confactisque diaboli insidiis,

diis, Christo viuamus. Et sicut is dicitur deo viuere, qui secūdum voluntatē dei viuit, ita is dicitur peccato viuere, qui secundum voluntatem peccati viuit. Afferit Origenes mortuum peccato, peccatorem esse non posse. Nemo tamen nescit mortuū peccato morte Christi, posse adhuc in vitium relabi, modò non sit confirmatus gratia, quantumlibet nunc sancte & fœliciter viuat: nam adhuc decertat in anticipi agone, in quo potest facilius vinci quām vincere. Nec in hoc seculo, sed in futuro redduntur præmia. Sed coniicio Origenem velle innuere, peccato mortuum, quatenus peccato mortuus est, non posse esse peccatorem. Et is moritur peccato, qui non viuit secundū voluntatem peccati, sed omnino pugnat aduersus peccatum, eiique gladio spiritus, & castimonia vitæ obsistit, vt Christo viuat. Quod autē adiicit Paulus, *Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus*, hanc recipit intelligentiam, Cōmorimur Christo, abolitis illius morte nostris pristinis vitiis. Aut morte Christi sumus baptizati, hoc est, à nostris viciis abluti. Hinc illud Ioannis, Lauti nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et cùm baptizamur, in nobis morte Christi repræsentamus, Nec solū commorimur vñā cum Christo, verumetiam vñā sepelimur per eūdem baptismum: vt quemadmodum Christus fœliciter reuixit, & de morte ad manifestādam dei gloriam, triumphauit, ita & nos, eiusdem saluatoris beneficentia pristinis vitiis mortui, nouam in omni pietatis & religionis officio, vitam agamus. Et eam ob causam per baptismum sepelimur Christo, quia cōformamur sepulturæ ipsius. Sicut enim qui sepelitur, ponitur sub terra, ita qui baptizatur, immergitur sub aqua. Vnde qui baptismō abluitur, ter immergitur aquis, non solū ad repræsentandum fidem trinitatis, verumetiam ad exprimendum quod Christus tribus diebus iacuit in corde terræ. Et cùm dicit Paulus Christum resurrexisse à mortuis per gloriā patris, vult innuere Christum per virtutem sui patris, quæ in eius gloriam cedit, fuisse à morte excitatū. Vnde dicit dominus per suū prophetā, Exurge gloria mea. Denique qui particeps sunt mortis Christi per baptismū, particeps sunt & resurrectionis eius per integratatem vitæ, quod subaperit Paulus dicens, *Si cōplantati facti sumus similitudini mortis eius*, hoc est, si insiticij & particeps sumus mortis eius, erimus & particeps resurrectionis eius. Alludit autē hoc loco ad infisionem plātæ, quæ respondet communioni corporis Christi. Quemadmodū surcul⁹ decerptus ē sua arbore, particeps fit humoris eius arboris cui inseritur, ita qui per baptismū Christi corpori inserūtur, consortes fūt bonorū illius. Et ipsius plātæ nomine, fructū simul ostēdit. Domini enim corpus, vt vult Theophylact⁹, cùm esset in terris sepulturæ mandatū, fructū protulit. Et quo- Theophylact⁹. niā in terra ille, nos verò sumus in aqua sepulti. Et ipsi quidem peccato, ille corpore. lactus. Propterea non morte dixit, sed mortis similitudine, qui etiam vel resurrectionis particeps erimus, & vitæ illius sempiternæ heredes, quia bonis operibus resurrectionem pertulimus. Hæc ille. Exprimit & alibi Paulus eandem sentētiā, dicens, Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Denique si com- Philipp. 3 mortui sumus, & conuiuemus, qui enim ardore fidei & amoris, tormētis Christi cō- 2. Timo. 2. patiuntur, in resurrectionem vitæ resurgent.

Hoc sciētes quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destrua tur corpus peccati, vt vlt̄rā non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum Christo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vlt̄rā non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autē viuit, viuit deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidē esse peccato, viuentes autem deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis cōcupiscentiis eius. sed neque exhibeatis mēbra vestra, arma iniquitatis peccato, sed exhibite vos deo d. ii.

, tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra, arma iustitiae Deo.

Nos hoc loco adhortatur Paulus ad pie viuendum, ad coercendos infrenes affectus, ad sectandam iustitiam, ad decertandum gnauiter aduersus petulantem carnis lasciviam, quæ in fractis animo indies repullulat. Vetus, inquit, homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati. Vocat autem veterem hominem, inueteratam peccati malitiam, pertinaciam, & si dicam, tyrannidem, quam peccatum inuexit. Hanc autem grauem admodum scelerum omnium sarcinam, Christus affixit cruci, eamque pro nostra salute exuit: & ita vetus homo mortificatus est, & suis exuuiis spoliatus, ut nunquam reuiciet, nisi somnolentam, pigrum, & impudicam vitam duixerimus. Hoc fusi alibi exprimit Paulus, dicens, Veritas est in Iesu deponere vos secundum pristinam conuerstationem veterem hominem, qui corruptitur secundum desideria erroris: Renouamini autem spiritu mentis vestram, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. A pertius multo declarat ad Colossenses, quonam pacto expoliatus est hic vetus, & crassus homo,

Ephe 4.

Coloss. 2.

Ioan. 8.

I. Cor. 6.

Ephe. 2.

Apoc. 1.

Hebr. 2.

, tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra, arma iustitiae Deo.

Nos hoc loco adhortatur Paulus ad pie viuendum, ad coercendos infrenes affectus, ad sectandam iustitiam, ad decertandum gnauiter aduersus petulantem carnis lasciviam, quæ in fractis animo indies repullulat. Vetus, inquit, homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati. Vocat autem veterem hominem, inueteratam peccati malitiam, pertinaciam, & si dicam, tyrannidem, quam peccatum inuexit. Hanc autem grauem admodum scelerum omnium sarcinam, Christus affixit cruci, eamque pro nostra salute exuit: & ita vetus homo mortificatus est, & suis exuuiis spoliatus, ut nunquam reuiciet, nisi somnolentam, pigrum, & impudicam vitam duixerimus. Hoc fusi alibi exprimit Paulus, dicens, Veritas est in Iesu deponere vos secundum pristinam conuerstationem veterem hominem, qui corruptitur secundum desideria erroris: Renouamini autem spiritu mentis vestram, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. A pertius multo declarat ad Colossenses, quonam pacto expoliatus est hic vetus, & crassus homo,

In Christo, inquit, circuncisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, consepti ei in baptismo, in quo & resurrexit per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. Et vos cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestram, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expoliás principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans, illos in semetipso. Hic autem vetus, carnalis, & crassus homo, terrenum Adam refert, cuius imaginem dum peccatis indulsimus, diu portauimus. Nouus vero & spiritalis homo, cœlestem & diuinum Adam exprimit, cuius imaginem sanis mentibus insculptam nos gestare oportet, si electorum numero velimus ascribi. vocat autem corpus peccati, insatiabilem rerum caducarum cupiditatem, & vniuersam humanarum affectionum vim & potentiam, quam christus effusione sui sanguinis deleuit, & prostrauit. Porrò destructum est, & euersum corpus peccati, ut ultra non pareamus peccato: Paret autem peccato, qui consentit peccato: Seruit & peccato, qui noxiis affectibus obsequitur. Nam qui peccato se fere addixit, & peccato se in seruitutem dedidit: quod affirmat illa christi doctrina, Qui facit peccatum, seruus est peccati, Et qui mortuus est peccato per baptismum, obfistens toto animo voluntati peccati, iustificatus est, solitus & ablutus à labe peccati.

Hinc illud, Et haec quidem fuitis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu christi, & in spiritu dei nostri. Quod si destructo corpore peccati commoriamur Christo, syncera fide credimus nos fœliciter cum eo in elysis campis victuros, quod haud dubie confirmat alibi Paulus dicens, Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos christo, cuius gratia estis saluati. Quod vero adiicit Paulus, Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, illo Ioannis loco confirmari potest, Fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. Non enim Christus iteratò oppediturus est mortem, eo quod sua vietrici morte, à lege peccati & mortis, nos liberauit, & destruxit eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, & liberauit eos qui timore mortis, per totam vitam obnoxij erat seruiti. Quod vero subnectit Paulus dicens, Mors illi ultra non dominabitur, scrupulū ingerit non modicum. Si mors illi ultra non dominabitur, ergo reiectis sophistarum argutiis, mors illi aliquando dominata est: etenim hoc supponit Christum aliquando è vita decessisse. Sicut cùm Christus dixit Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo, subito intulit Pilatus, Ergo Rex es tu, alioqui non dixisset, Regnum meum non est de hoc mundo. Et quonam pacto mors Christo dominata est, cùm non solum eam volūtate, sed & potestate suscepit? Siquidem in Euangeliō Ioannis legimus, Pono animam meam, ut iterum sumam eam, ne nō tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: Adde quod voce sana, libera & magna, clamando, emisit spiritum. Verum dices, Christum ex eo permisisse mortem sibi dominari, quia formā serui suscepit: Et sine dubio mors dominatur omnibus qui in car-

ne positi, sub seruili forma censemur. Et quia Christus de morte triumphauit & imperat morti ut vult, iuxta illud, Habeo claves mortis, & inferni, potius dicemus Christum habuisse dominium in mortem, quoniam quod mors in eum dominium habuerit. Propriè autem mors nobis sub peccato venundatis dominatur, quando compellitur anima ob morbum immedicablem vel famem, pestem, gladium, aut infortunium repentinum è sede corporis egredi. Adde quod mortem ob peccatum incurrimus, & quia Christus fuit ab omni peccato immunis, non erat morti obnoxius: non igitur simpli citer & absoluto mors illi dominata est. Et qui mortuus est peccato, semel mortuus est, nec mortuus est Christus peccato, quod peccatum commiserit. Nam dicebat Iudæis, Quis ex vobis arguet me de peccato? Tum quoque scribit Petrus, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed mortuus est peccato, quia factus est hostia peccati, siue hostia pro abolendis peccatis, nō de peccato, hoc est hostia peccati, damnauit peccatum in carne. Et alibi, Eum qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, hostiam scilicet & immolationem, pro totius mundi peccato. Potes dicere quod mortuus est peccato, hoc est similitudini carnis peccati, vita scilicet passibili & mortali: Siquidem Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati, Et qui mortuus est peccato, mortuus est semel. Et alibi, Christus semel oblatus est ad multorum exaurienda peccata, & una oblatione consummauit in sempiternu sanctificatos. Huic succinit sententia illud Petri, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu: & qui mortuus est ob diluenda omnium vitia, viuens vita æterna, viuit Deo, per omnia virtute & potentia Deo patri æqualis. Vnde alio in loco dicit Paulus, Et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Aut dic, Qui semetipsum extinxit, formam serui accipiens, & factus est obediens usque ad mortem, rursum permanet in forma Dei, atque æqualis patri: Aut si maius viuit Deo, hoc est diuinæ potentiae: In Dei enim, & patris virtute vitam agit perpetuam. Quod si loquamur de vita æternæ generationi coniuncta, dicemus viuit Deo, à quo genitus est, & quidem interna & supereminenti vita: Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso, & qui gratia Christi mortui sunt peccato, tanquam in pristinam vitiorum foueam nunquam relapsuri, existiment & cogitent se viuere Deo, ope Iesu Christi. Vnde dicit Paulus ad Galatas, Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus: Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, & qui tacito versat animo se esse mortuum peccato, non peccat. Si enim concupiscentia mulieris, aut cupiditas auri & argenti, te pulset, cùm animaduertis te esse mortuum cum Christo, retraheris à delicto perpetrando. Denique cùm inflammatus ira, ad necem tui inimici concitaris, si existimes te esse mortuum cum Christo, conquiesceris ira, cessabit & furor, & propterea mortui peccato per gratiam Iesu Christi, viuunt Deo. Quod si ita sit quod vetus homo noster sit simul crucifixus ut destruatur corpus peccati, ne posthac seruamus peccato, pulchre concludit Paulus, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ut obediatis concupiscentiis eius. Nec dicit quod non sit peccatum in nostro mortali corpore, Nam quandiu viuemus erit peccatum, fomes scilicet peccati, concupiscentia & rebellio in hoc caduco vasculo. sed quod non regnet peccatum in nostro mortali corpore, hoc est quod dominium peccati, gratia Christi deiectum & sublatum, non amplius instauretur, & refarciatur in nostro mortali corpore. Regnauit autem peccatum in nostro mortali corpore, quando tyrannidem & violentiam in nostro mortali corpore exercuit, sed conquiescit, & frangitur regnum peccati, & dominium, quando à peccato desistimus. Nec diceret Paulus non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, si non esset situm in facultate liberi arbitrij ut non regnaret in nostro mortali corpore. Hallucinatur itaque lascivus, laxans prorsus habens suis fordidis cupiditatibus, dicendo, Nō possem à mea lascivia pedem dimouere, quia in me peccatum luxuriae regnat, nec regnaret si tuum corpus ieconiis multis castigares, & in seruitute redigeres. Et appositi dixit in mortali corpore: Nā mortalitas fuit à delicto corpori d. iiiii.

I. Pet. 2.

Rom. 8.

2. Cor. 5.

Rom. 8.

Heb. 9.

Heb. 10.

I. Pet. 3.

2. Cor. 13.

Philip. 2.

Gala. 6.

J. 1. L.

Cap. 5. COMMENTARIIO. ARBOREI

Rom. 5. indita. Hinc illud, Corpus mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuit propter iustitiam. Diximus & antea per vnum hominem, peccatum in hunc mundum intrasse, & per peccatum mortem in omnes homines pertransisse. Præcipit & Paulus, *Ne exhibeamus membra nostra, arma iniquitatis peccato, sed ex morte ad vitam reducti, conemur pro virili ut membra nostra sint Deo arma iustitiae.* Dicuntur membra nostra, arma iniquitatis, quando sunt instrumenta ad iniquitatem exequendam: siquidem homo suis manibus enecat innocentem, pedibus premit, & suffocat virum probum, suis etiam genitalibus opus luxuria perpetrat: & sicut manus dicuntur sanctæ, quando sanctis operibus ministrant, hinc illud, Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira, & disceptatione: ita dicuntur pollutæ, quando pollutis operibus ministrant. Itaque, membra nostra sunt arma iniquitatis, quando iniquitati & peccato inferuiunt. Rursum, sunt Deo membra nostra arma iustitiae, quod inderiuunt iustitiae, & illorum præsidio exequimur iustitiam, aduersus inimicos Dei, & reipublicæ perturbatores. Tenant & arma medium locum inter virtutem & vitia: Nam militi ad repellendos hostes aut tutandos ciues, sica conceditur, aufertur autem prædoni ne ciues perdat. Demus itaque operam ut membra nostra Christo consecrata, pietati, iustitiae, & inculpatæ vitæ militent.

„ Peccatum enim vobis non dominabitur, nō enim sub lege estis, sed sub gratia, Quid ergo? Peccabimus, quoniam nō sumus sub lege, sed sub gratia? Absit, An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obedientiam, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obediitionis ad iustitiam? Gratias autem Deo, quod fuistis serui peccati, obediitionis autem ex corde: in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiae. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiae, & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiae, in sanctificationem. Cū enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum, mors est. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternā. Stipendia enim peccati, mors, gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.)

Iaco. 4. Si omnibus studiis, omni conatu, omni cura & diligentia, aduersus peccatum purgaueritis, & Deo sanctimonia vitæ obsecundaueritis, peccatum nullum in vobis dominū habebit. Vnde dicit Iacobus, Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Resistite diabolo, & fugiet à vobis, Fugabimus & exercitum peccati, obfistendo peccato: Nec tamen à peccato, aut retrahi, aut liberari possumus absque Christi præsidio. Dicit enim Dominus in Euangelio Ioannis, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis: & compertum est Christum illic loqui de liberatione à seruitute peccati. Nam paulo ante dixerat, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Probat autem Paulus peccatum non dominari Christianis sanguine Christi redemptis, Christo que commortuis, quia non sunt sub lege, sed sub gratia. Hoc loco illi sunt sub lege quātum ad ceremonias & Iudaicas obseruationes, qui non amore sed timore, & quasi inuiti coguntur legem obseruare: nec eam obseruarent, nisi timerent poenam incurere. Augustinus tractat in r. cap. Euangelii Ioannis, dicit illum non esse sub lege, qui legem implet, sed cum lege: qui autem sub lege est, non subleuatur, sed premitur lege. Omnes itaque homines sub lege constitutos, reos facit lex, & ad hoc illis super caput est, vt ostendat peccata, non tollat. Hæc ille. Et his qui non voluntariè legem adimplent, peccatum dominatur,

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

tur, eo quod illorum voluntas inclinatur ad faciendum quod legi contrarium est. Sed *estis sub gratia*, quia sponte, & vltro, & nullius impulsu Euangelicam legem (quæ est fons totius gratiæ) obseruatis, & propterea peccatum minimè vobis dominabitur. Quidam exponunt hunc locum de lege membrorum repugnante legi mentis: quādoquidem qui mortificat sua membra, non est sub lege membrorum, sed sub gratia Dei. Quod si loquamur de lege Mosaïca, vt Paulus prætendere videtur, certum est, nos nō esse sub lege literæ, quæ occidit, sed sub lege spiritus, quæ vivificat, quā hīc gratiam vocat. Verū subtiliter confligit aduersus suā assertiōnē, Arripiemus ne anfam peccandi, quia nō sumus sub lege? Quid? volutabimurne sordidissimo vitiorū cōno, si non obstringamur lege, sed præsidio gratiæ protegamur? Et ex falsa huiusc loci intelligentia, Non estis sub lege, sed sub gratia. quis diceret, Christiani non tenentur obseruare præcepta moralia, & sic impunè licebit illis agere aduersus præcepta moralia, vt mœchari, occidere, furari, falsum testimonium dicere, non honorare patrem & matrem, & sic de aliis, quod tamē est non solū absurdum, sed & impium. Verū Paulus dicens, Non estis sub lege, non excusat Christianos ab obseruandis præceptis moralibus: Nam in omni lege suam vim retinent, sed illo in loco potissimum loquitur de lege, quantum ad ceremonias & ritus Iudaicos, cūm quis timore poenæ, in uoluntariè huiusmodi ceremoniarum sancta obseruat. Adde quod dicit Paulus, Lex iusto nō est posita, sed iniustis & non subditis, impiis & peccatoribus. Qui igitur faciunt quod legis est, non tam dicuntur esse sub lege, quām sub gratia. Absit itaque quod fieri nobis ad delinquendum aditus, quia non sumus sub lege: Alioqui si infrāni licentia in omne genus flagitorum inciderimus, nos iterum seruituti peccati addicemus: hoc autem exprimit doctor gentium, dicens, *An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obedientiam, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obediitionis ad iustitiam?* Nemo non inseruit illi, cui se mācipium reddidit: Quod si ditioni peccati te subieceris, necesse est vt sis seruus peccati: effectus autem seruus peccati, in laqueos mortis incidis: si verò sis seruus obediitionis siue Dei, cui morem gerere debes, ad iustitiae palmam peruenies. Et ne in mortis pistrinum & tyrannidem intrudaris, labora pro viribus vt sis seruus iustitiae, & si pura fide, integro pectore, & syncera conscientia, castigatisque animi affectibus, Deo parueris, seruus eris Dei, & quidem fidelis, magna commendatione dignus. Et sicut nemo potest seruire duobus dominis, aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet: Ita nemo potest seruire peccato & iustitiae, aut odio infectabitur peccatum, & iustitiam amabit & colet, aut cōnieuebit peccato, & iustitiam contemnet. Itaque à vitiorum pedicis solūtus, age gratias Deo optimo & maximo, quod ex seruo sceleris & mortis, te effecerit seruum iustitiae, virtutis & vitæ. Hoc autem effecit sana Christi doctrina, quam tuæ salutis causa didicisti. Et quia à tyrannide peccati in regnū iustitiae & virtutis afferimur, nobis enitēdū est vt manumissi ē dominio peccati, seruamus iustitiae. Et ex subsequenti loco animaduertes Paulum aliqua ex parte nobis condonare veniam (si tamen ab homine condonanda sit) quod aliquando fuerimus serui peccati. Nam imbecillitas & fragilitas humanæ conditionis non finit hominem esse quadratum, & omni ex parte beatū. Inquit, *Dico propter infirmitatem carnis vestrae.* Et quia sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, considerata humana fragilitate, homo magis peccatis quām Deo inseruit. Verū, vt exhorrescamus peccatum, peccatorūque technas vitemus, & virtuti studeamus, dicit, *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immū diriae ad immunditiam, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiae in sanctificationem.* Tribuatur necesse est virtuti sanctificatio, vitiis verò pollutio & inquinatio. Et cū essetis serui peccati, eratis liberi iustitiae, hoc est, soluti à iustitia, quia non obtemperabatis iustitiae. Quem ergo fructum habuistis in delictis vestris præter pudorem? profecto nullum. Suffundimur rubore cūm Deum offendimus. Erubescientia & pudor nos pulsat, cūm à iustitia ad vitium defleximus, Christiani à fructibus, quos pariūt, cognoscuntur: Quod si vitiorum fructum pepererint, da-

i.Cor.3.

Rom.8.

Ioan.17.

bunt pœnas non modicas: si verò probitate vitæ , virtutis fructum pepererint , amplissima mercede donabūtur. Quod autem inutilis sit peccatorum fructus , & nullius prorsus momenti , exprimit hic subsequens locus , *Finis illorum mors est*. Etenim vita exitium funestum,& supplicium æternum pariunt. Quod si eruti & liberati à peccato, diuinæ voluntati obtemperauerimus , habituri sumus optimum & sapidissimum fructum in omnem vitæ sanctimoniam. Quod autem subiungit Paulus , *Stipendia peccati,mors*, Incutit terrorem non modicum iis qui pertinaci malitia in suis vitiis perseverant. Nec solùm peccatum gignit mortem corporalem , verum etiam spiritalem & æternam,quæ est mors secunda in fornace ignis æterni. Lasciuus,nisi mature resipiscat, loco stipendijs & præmiis, vlticibus flammis cruciabitur. Qui aliena diripuit & expilauit,fiet dæmonibus esca. Qui famelicum non pauit,cùm pascere potuit, infernali pâlude volutabitur. Et hoc loco alludit Paulus ad stipendia siue obsonia quæ militibus ad commeatum dependuntur. Quod si mors fit peccati stipendum & præmium, vita æterna per Iesum Christum erit gratia Dei , siue charisma , & donum . Nemo itaque iactans liberi arbitrii vires , tribuat potissimum suis laboribus , certaminibus & operibus suam salutem , sed Deo acceptā referat. Denique si merita nostra sint bona,sunt dona Dei . Et licet in fide & sanguine Iesu Christi , vita æterna sit gratia Dei , non tamen hoc loco tollitur liberi arbitrii facultas. Dei enim sumus adiutores, sed vt cunque extenuato libero arbitrio, aut si dicam,humiliato, Dei gratia extollitur . Nec opera nostra in se considerata,& quatenus procedunt ex libero arbitrio, merentur ex condigno,vt posthac videbis,vitam æternam , sed quatenus procedunt ex gratia spiritus sancti,quæ nos ad vitam æternam perducit. Hæc est autem vita æterna,vt cognoscant te,solum Deum verum,& quem misisti Iesum Christum.

Argumentum septimi capit. .

Nemo nescit hominem legi cuiquam obnoxium, tantisper astringi lege, donec ea lex vim suam obtineat: quæ si antiquetur aut abrogetur, definit esse obnoxius, quod lex mulieris viro iunctæ subindicat : ita enim lege coniugij obvincuntur coniuges, vt quæ fædo congressu fidem coniugij frangit , censetur adultera, defuncto autem viro soluta est à lege viri, nec dicetur adultera, si alteri viro adhæserit. Et nos à lege mortis & tyrannide peccati soluti, vni sponso spirituali, qui sua nativa virtute à morte excitatus est, adhærere debemus . Lex, tametsi sit sancta, iusta & bona, occasione tamen accepta, potius cupiditates irritabat, quæ coercedat. Hostem domesticum nostræ carni nostrisque membris inclusum , è sua sede extrudere, & domare admodum difficile est: & licet Christianus secundum interiorem hominem, & spiritu Dei actus, diuinæ legi pareat, ab ea tamen pleniusque nexibus legis peccati reuinctus deflectit , & scelus quod etiam pertinaci odio infectatur, perpetrat. Quod si à lege peccati membris insita liberetur, hoc gratia Dei, per Iesum Christum, tribuat oportet.

Caput septimum.

„ **N**igoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi : si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur, viuente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro , si autem mortuus fuerit vir eius,

„ cius , liberata est à lege viri , vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. „ Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi, per corpus Christi, vt si- „ tis alterius qui ex mortuis resurrexit , vt fructificetis Deo . Cùm enim „ essemus in carne,passiones peccatorum quæ per legem erant,operabá- „ tur in membris nostris,vt fructificantur morti. Nunc autem soluti su- „ mus à lege mortis in qua detinebamur , ita vt seruiamus in nouitate „ spiritus, & non in vetustate literæ.) In exordio huiusc capitis non loquitur de lege naturali,nam lex naturalis non est propriè lex dicenda. Etenim prius dictum est, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, sed potissimum de lege scripta, & quidem Mosaïca differit. Et licet alloquatur Romanos,dicés, Rom.2. An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) tamen in florentissima Romanoru vrbe, non solùm erant Gentiles, sed innumeri Iudæi , qui præscriptis Mosaïca legis tene- bantur. Nam in Actis Apostolorum legimus, Páulus ab Athenis egressus , venit Co- Act.18. rinthum, & inueniens quandam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere , qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, eo quod præcepisset Claudio di- scedere omnes Iudæos à Roma, accessit ad eos. Itaque Mosaïca lex ad sui obserua- tionem astringebat Iudæos , quandiu vim suam obtinuit. Et elegantis similitudine pro- bat Iudæos tantisper teneri Mosaïca lege , donec ea lex viuebat. Nam sicut mulier maritali dominio subiecta est viro, quandiu vir eius viuit, eo autem mortuo, à coniugij vinculo eximitur , & sui iuris est , vt alteri viro nubat: ita Mosaïca lex dominata est Iudeis , quandiu robur habuit , at ybi efflorescente Euangelica lege antiquata est & abrogata,quantum ad ceremonias, sabbati, & circucisionis obseruationem, desierūt esse illi legi obnoxij. Et quia exorta per Iesum Christum veritate, Mosaïca legi mini- mè sumus obnoxij, nec amplius obligamur ad eam obseruādam:nunc in Christi cor- pus, quod est Ecclesia,inseremur, & à priori vinculo soluti, illi tanquam sponsa spô- so iungemur. Et hic sponsus est immortalis . Nā qui à morte reuixit, in ænum vietu- rus est. Denique fœlicius matrimonium nacti, de quo alibi dicit Paulus, Sacramentū Ephe.5. hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia, fructum edemus vberio- rem & meliorem, Christoque sponso dignum. Huius autem loci, Cum essemus in car- ne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificantur morti, hæc est intelligentia , Passiones peccatorum quæ erant per legem aut declaratae aut adiunctæ, occasione quidem prouocabat membra nostra ad turpia quæque scelera pa- tranda, quibus patratis æternam mortem incurrebamus. Vnde dicit Iacobus, Pecca- Iaco.1. tum cum consummatū fuerit, generat mortem. Tum quoque scribit Ezechiel, Ani- Ezec.18. ma quæ peccauerit, ipsa morietur. Nunc autem gratia Christi soluti à lege mortis , & à seruitute Mosaïca legis, qua tanquam captiui detinebamur , obtemperabimus Deo in nouitate spiritus, qui dat nobis iustitiam & sanctitatem , nosque facit in recta vir- tutum omnium semita ambulare. Hoc autem loco vocat vetustatem literæ , veterem legem, cui sumus mortui: Aut vetustatem peccati, quam litera legis auferre nō potuit. Literæ autem vetustas , si desit nouitas spiritus, reos facit potius cognitione peccati, quælibet liberet à peccato.

„ Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non co- „ gnoui nisi per legem: Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex dice- „ ret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per manda- „ tum operatum est in me omnem concupiscentiam: Sine lege enim pec- „ catum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cū „ venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & in- „ uitum est mihi mandatum quod erat ad vitam , hoc esse ad mortem.

„Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.) Quia prius dixerat Paulus, Passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in mēbris nostris, ut fructificarent morti: ex hoc loco venaretur quispiam occasionem dicendi, legem esse iniustum, & peccati adminiculatricem. Verum huic quæstioni satisfaciendo, respōdet Paulus dicens, *Absit*, Si enim lex sit in se sancta, iusta & bona, īductrix virtutū & vitiorum præseruatrix, quoniam pacto legi auocanti ex se hominem à turpitudine flagitij, & ad omne virtutum genus illicienti, peccatum irrogaretur? Denique scribit

Psal. 18.

Psalmographus, Lex domini immaculata: quod si sit immaculata, non docet peccatum sed vetat, & indicat quid prosequendum & fugiendum sit. Quod haud dubiè hic Pauli locus demonstrat, *Peccatum non cognoui nisi per legem*. Et quemadmodum medicina non est causa mortis, si ostendat venena mortifera, licet his mali homines abundantur ad mortem, & vel se interficiant, vel insidentur inimicis, sic lex Mosaïca quædem data est, ut peccatorum venena monstret, & hominem malè libertate sua vtentem, qui prius ferebatur improvidus, & per præcipitia labebatur, frāno legis retineat. Hu-

Hierony. ius est sententiæ Hieronymus, quæstione octaua ad Algasiam. Verum obiicit quispiam, nōnne ante legem Mosaïcam, de qua hīc Paulus contendit, cognoscebant homines

sub lege naturali viuentes, adulterium, furtum & homicidium esse peccatum? Nam si nolent hæc sibi fieri, neque deberent optare aliis fieri. Insuper, Cain per hanc legem

Gene. 4. naturalem cognouit suum peccatum, dicens. Maior est iniquitas mea, quām ut veniam merear. Adam & Eua suum peccatum eadem lege delinquentem pungente, cognouerunt, & propterea absconditi sunt sub ligno vitæ. Pharao quoque hac lege stimu-

Exod. 9. latus, sua crima cōfitetur, & dicit. Dominus iustus, ego autem & populus meus im-

Hec obser- Hæc obser- uata est hæc obiectio, Si spectemus rationem inhonesti & vitij, quod aduersus rationem pugnat, cognoscebatur peccatum ante legem Mosaïcam: Si verò inspe-

xerimus ad peccatum, quatenus importat & continet diuinam offensam, sine lege co-

gnosci non poterat. Etenim lege diuinus data, innotescit homini quod peccatum Deo displicet, & quia Deo displicet, præcipit Deus ut puniatur. Probat autem Paulus induens personam hominis sub Mosaïca lege viuentis, Peccatum non esse cogni-

tum nisi per legem: Concupiscentiam inquit, nesciebam nisi lex diceret, Non concu-

piscēs, hoc est, quod ab hominibus non prohibebatur, non arbitrabar esse prohibitū, nisi lex diceret, Non concupisces. Itaque lex Mosaïca vetuit, quod homo non vetuit,

non enim concupiscentia in se considerata, proximo dānum infert, nec quempiam laedit, mutilat aut enecat. Nec peccatum cognoscebatur nisi per legem, quantum ad

Eccle. 30. reatum pœnæ, & diuinam offensam. Quidam dicunt Paulum hoc loco loqui vniuer-

saliter de concupiscentia quæ est radix omnium malorum, quantum ad conuersionē ad bonum commutabile, licet initium omnis peccati sit superbia, ut auertit hominē

i. Tim. 6. à bono incommutabili. Alij dicunt Paulum loqui specialiter de concupiscentia quæ secum includit avaritiā, de qua dicit alibi, Radix omnium malorum est cupiditas, quā

quidam appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Quod autē Paulus videatur loqui de concupiscentia avaritiæ, planè monstrat illud legis sanctū,

Exo. 20. Non concupisces domum proximi tui, non bouem, nō asinum, nec oīnnia quæ illius

funt. Verum quod addit lex illa, Nec desiderabis vxorem eius, nō seruum, non ancil-

lam, subaperit nobis concupiscentiam se extendere generatim ad omnem illicitam cō-

cupiscentiam & vxoris alienæ, & bonorum externorū proximi. Hieronymus in quæ-

stione nuper citata, putat per concupiscentiam omnes perturbationes animæ signifi-

cari, quibus moeremus & gaudemus, & timemus & cōcupiscimus. Quod autem ad-

iicit Paulus, *Occasione accepta peccatum per mādatum operatum est in me omnem concupis-*

cētiam,

nam, hanc habet intelligentiā. Peccator suis vitiis indulgens, nihil non cōcupiscit occasione accepta per legē concupiscentiā vetantē: nec dicit occasione data per mandatum, nā neque lex, neque mandatū legis dat occasionē peccandi: alioqui imputandum esset legi quod homo peccaret, & sic lex non esset ex se sancta & iusta: sed peccator à recto tramite deflectēs, accipit à lege occasionem peccandi. Licet enim lex doceat quid facere & prohibeat quid nō facere debeamus, cū tamen nostro vitio nostrāq; incontinentia cōtra sancta legis ferimur, videtur lex esse causa peccati, quæ dū prohibet concupiscentiā, quodāmodo eam inflāmare cognoscitur. Secularis apud Græcos sentētia est, Quicquid licet minus desideratur. Ergo ecōtrario, quicquid non licet, fomentum accipit desiderij. Vnde & Tullius de parricidaru supplicii, apud Athenienses Solonē scripsisse negat, nē non tā prohibere quā cōmouere videretur. Igitur lex apud contēptores, & legū præcepta calcantes, videtur esse occasio delictorū. Et licet lex proderet peccatū, quia tamen non addebat robur, quo vitiis repugnaremus, hac occasione inflāmata est & irritata libido peccandi: vnuſquisq; enim adeò suis cupiditatibus blanditur, ut putet sibi licere quod valde libet. Deniq; humanum ingeniu propensius est ad ea quæ fuerū interdicta. Ardētius enim amamus quæ nobis sunt prohibita, frigidius verò quibus potiri fas sit. Itaq; peccatum lege prohibitū non est repressum, quia prohibitum: sed quia prohibitū magis reuixit, maioreque vigorem accepit. Hoc autē sub-indicat Paulus dicens, *Sine lege peccatum mortuū erat*, non quod non fuerit peccatū ante Rom. 5. legē: Nam per vnu hominē peccatum in hunc mundū intravit, sed quod ante legē mi-nus habet viriū, quām sub lege. Nec Paulus post suā conuersiōnē spiritu Dei afflatus, & in quo Christus loquebatur, dicit in sua persona, Ego viuebā aliquando sine lege; sed cū venisset mandatū, peccatū reuixit, Ego autem mortuus sum. sed induit personā hominis carnalis, qui exlex viuebat, & arbitrabatur sibi impunē licere peccare, quod nullo legis retinaculo retineretur, & minus peccabat quām qui legē Mosaïcam trans-grediebatur. Etenim occasione accepta peccatum per mandatum reuixit, hominēque vitiorum illecebris obnoxium, magis ad delinquendum prouocauit, ita ut virtus pec-cati increuerit. Etenim virtus peccati lex est: Cognito autē per legē peccato, mortuus i. Cor. 15. est qui legis edicta transgreditur, & sentit se esse mortuum, magisque morti quā antea obnoxium. Redit Paulus ad eandem disputationē, considerans lapsum humanæ fragi-litatis, ne peccator suis pristinis vitiis indulgens, quicquam legi, legisque sanctis im-properet, *Inuentum est* (inquit) *mandatum quod erat ad vitā, hoc esse ad mortem*. Duo te intel-ligere oportet, si Pauli mentem assequi velis, vitam esse in lege, & mortem. Siquidem Deus per suū prophetam Ezechielem pollicetur se daturū vitā iis, qui sua præcepta, Ezec. 20. suāque iudicia obferubunt. Dicit & Paulus in hac epistola, Moyses scripsit, quoniam Rom. 10. iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Lex itaque Mosaïca te induce- Leui. 18. bat ad recte viuendū, & bona téporanea tibi pollicebatur, si eius præscriptis velles ob-sequii: licet infirma esset & imbecilla ut te iustificaret & in perpetuum viuificaret. Mor-tem dicimus esse in lege, non quod lex in se cōsiderata sit causa mortis, sed quod oc-casione accepta per legem malum inhibentē, peccatum secum mortē aduexerat. Itaq; peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit peccatore, & seductum occidit, nec seduxit mandatum peccatorem: nam scopus mandati erat, ut peccatorem à vitio substraheret. sed peccatum inueteratum & fomes peccati ac rebellio carnis in spiritū, occasione accepta per mandatū seduxit peccatorem, ut turpissimā vitam agendo, per-misit se seduci: seductus autē & vitio suo occēcatus, tradit⁹ est diabolo ut cruciaretur, & mortis æternæ (nisi maturè resipisceret) supplicium incurrit. Itaq; diabolus bono organo malè vtēs, per occasionē legis, peccatore ad peccandum allexit, & per peccatum occidit, ita ut iā se reū agnoscat. Quod si lex sit sancta, & præceptū legis sit sanctū, iustū & bonū, & in ceremoniis, iudiciis & præceptis moralibus, quod bonū est peccatori, ut à suis pristinis vitiis deterreatur, nō cedit illi in malū neq; in mortē. Verū ut peccatū magis appareat peccatum & apertius innotescat, occasione accepta periustā & bonā legem in scelerato peccatore, mortem producit, ut fiat supra modum peccans peccatū

per mandatum. Quod enim non reputabatur esse grāue delictum, ante intelligētiā legis, per præuaricationem mandati cogniti, incipit esse grauius delictū, & peccatiū peccatum. Et vbi creuit concupiscentia peccati, creuit & reatus præuaricationis.

„ Scimus enim quia lex spiritualis est, ego autē carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo, non enim quod volo bonū, hoc ago: sed quod odi malū, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago: Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominē: vnde deo autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

„ Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.) Ex eo lex spiritualis est, quia quæ sunt spiritus tractat, & ad recipiendum Dei spiritum nos allicit. Incitat & hominem ad cœlestia, & à carnalibus sordidisque affectibus auocat. *Ego autem carnalis sum.* Nā peccator ob inueteratam malè viuendi consuetudinem, quæ carnis sunt, sapit, fœdam libidinem insano amore prosequitur, temulentiae vacat, ventris ingluuiem sectatur, brutorum more viuit, suāque fœlicitatem in omni voluptatum genere collocat. Et qui pristinis vitiis madet, venundatur sub peccato, hoc est in peccati potestatem, libidinis & concupiscentiae precio redigitur. Nec solum venudatur sub peccato, quod à terreno & carnali Adam contraxit: sed sub illo, quod longa malè viuendi consuetudine patravit, & mollitie fractus frequenter admisit. Hanc Paulinam sapientiam differens Augustinus libro primo retractationum, capite vicesimo tertio, dicit, Satis ostendit non posse impleri legem nisi à spiritualibus, quales facit gratia Dei. Quod vtique non ex persona Apostoli accipi volui, qui iam spiritualis erat, sed hominis sub lege positi, nondum sub gratia. Hæc ille. Et sicut Daniel, vir desideriorum, & diuinō numine afflatus, induebat personam peccatorum dicens, Peccauimus, iniuitatem fecimus, iniuste egimus, & impietatem commisimus, & discessimus, & declinavimus à mandatis & iudiciis, & non audiuvimus seruos tuos prophetas qui loquebātur nobis in nomine tuo, & regibus & principibus nostris & patribus nostris, & omni populo terræ, & tibi domine iustitia, nobis autē cōfusio facie: Ita Paulus his locis (*Ego carnalis sum, venundatus sub peccato, Quod operor non intelligo, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & me captiuantem in lege peccati, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius)* Exprimit in se passiones & peccata carnalium hominum, vt eius fletibus prouocemur ad lachrymas. Etenim iis compatitur qui acutissimis peccatorum sagittis vulnerantur: nec ex se, tanquam ex se, voluptatum incentiua domare possunt. Quis inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Et quia genuina carnis motio, & ardens concupiscentia me in absurdissimas affectiones pertraxit, ita vt mihi subeundum sit cum vilissimis mancipiis seruitus iugum, quid agere debeam, non intelligo. Et licet sub gratia euangelica constitutus, & precioso Christi sanguine redemptus, sciam in vniuersali nullum malum esse faciendum, & coner animam meam à prauis cupiditatibus abducere, in electione tamen particularis operationis, plerūque cæcūtio.

August. Augustinus libro primo retractationum, capite vicesimo tertio, dicit, Satis ostendit non posse impleri legem nisi à spiritualibus, quales facit gratia Dei. Quod vtique non ex persona Apostoli accipi volui, qui iam spiritualis erat, sed hominis sub lege positi, nondum sub gratia. Hæc ille. Et sicut Daniel, vir desideriorum, & diuinō numine afflatus, induebat personam peccatorum dicens, Peccauimus, iniuitatem fecimus, iniuste egimus, & impietatem commisimus, & discessimus, & declinavimus à mandatis & iudiciis, & non audiuvimus seruos tuos prophetas qui loquebātur nobis in nomine tuo, & regibus & principibus nostris & patribus nostris, & omni populo terræ, & tibi domine iustitia, nobis autē cōfusio facie: Ita Paulus his locis (*Ego carnalis sum, venundatus sub peccato, Quod operor non intelligo, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & me captiuantem in lege peccati, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius)* Exprimit in se passiones & peccata carnalium hominum, vt eius fletibus prouocemur ad lachrymas. Etenim iis compatitur qui acutissimis peccatorum sagittis vulnerantur: nec ex se, tanquam ex se, voluptatum incentiua domare possunt. Quis inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Et quia genuina carnis motio, & ardens concupiscentia me in absurdissimas affectiones pertraxit, ita vt mihi subeundum sit cum vilissimis mancipiis seruitus iugum, quid agere debeam, non intelligo. Et licet sub gratia euangelica constitutus, & precioso Christi sanguine redemptus, sciam in vniuersali nullum malum esse faciendum, & coner animam meam à prauis cupiditatibus abducere, in electione tamen particularis operationis, plerūque cæcūtio.

Danie.3. sub lege positi, nondum sub gratia. Hæc ille. Et sicut Daniel, vir desideriorum, & diuinō numine afflatus, induebat personam peccatorum dicens, Peccauimus, iniuitatem fecimus, iniuste egimus, & impietatem commisimus, & discessimus, & declinavimus à mandatis & iudiciis, & non audiuvimus seruos tuos prophetas qui loquebātur nobis in nomine tuo, & regibus & principibus nostris & patribus nostris, & omni populo terræ, & tibi domine iustitia, nobis autē cōfusio facie: Ita Paulus his locis (*Ego carnalis sum, venundatus sub peccato, Quod operor non intelligo, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & me captiuantem in lege peccati, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius)* Exprimit in se passiones & peccata carnalium hominum, vt eius fletibus prouocemur ad lachrymas. Etenim iis compatitur qui acutissimis peccatorum sagittis vulnerantur: nec ex se, tanquam ex se, voluptatum incentiua domare possunt. Quis inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Et quia genuina carnis motio, & ardens concupiscentia me in absurdissimas affectiones pertraxit, ita vt mihi subeundum sit cum vilissimis mancipiis seruitus iugum, quid agere debeam, non intelligo. Et licet sub gratia euangelica constitutus, & precioso Christi sanguine redemptus, sciam in vniuersali nullum malum esse faciendum, & coner animam meam à prauis cupiditatibus abducere, in electione tamen particularis operationis, plerūque cæcūtio.

2.Cor.ii. nec ex se, tanquam ex se, voluptatum incentiua domare possunt. Quis inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Et quia genuina carnis motio, & ardens concupiscentia me in absurdissimas affectiones pertraxit, ita vt mihi subeundum sit cum vilissimis mancipiis seruitus iugum, quid agere debeam, non intelligo. Et licet sub gratia euangelica constitutus, & precioso Christi sanguine redemptus, sciam in vniuersali nullum malum esse faciendum, & coner animam meam à prauis cupiditatibus abducere, in electione tamen particularis operationis, plerūque cæcūtio.

Nam insultus & motus cōcupiscentiæ inordinati, suā vim, suāque tyrannidē in appetitu sensu exerentes, officiū & obstant, quo minus rectā voluntatē effectus sequatur. Et ita me rapit, cruciat & affligit effrænis cupiditas, vt quasi iūitus quod nolim scelus cōmittam. Et quis nescit desideria carnis pertrahere animā ad peccatum, & eam legibus eius subdere? Suadet autē Paulus hominem vitiorū pedicis irretitū, non intelligere quod operatur. *Non enim*, inquit, *quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio.* Et vt res clarius innotescat, hac vtar similitudine. Vult quis auido animo sapiens fieri, non propterea q̄ id velit, statim euadit sapiēs: sed promptā voluntati adiiciēdus est labor, opus est & studio, vigiliis, doctrina, solicitudine, institutione, & frequēti exercitio: quæ crassus & externus homo, suis voluptatibus addictus, vetat fieri. Ita cū Christianus vult castè viuere, non propterea cū vult, castè viuit: nā humana voluntas in sua imbecillitate & fragilitate considerata, non valet absque dei præsidio effectum castitatis exequi. Denique voluntas pudicitiam affectans multis adminiculis & subsidiis iuuanda est, nempe austeritate vitæ, sanctis precationibus, ieiunio, cilicio & cinere, vt domesticus hostis dometur aut vincatur. Hanc & eandem veritatem affirmat alibi Paulus, dicens, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus Gal.5. sus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, illa faciatis. Et qui infectatur odio peccatum, suis cupiditatibus adactus, patrat quod odit. quod si obſcoena voluptate pellectus, committat quod ratio damnat, & mens refugit, testatur legem esse bonam peccatum vētantem. Verū dicet quispiam, Cur non obtemperat rationi, si consentiat legi ad honesta vocanti? Respondebo, Cupiditas plus habet viriū *Hec obſer-* pellicendi ad turpia, quām habeat ratio inuitandi ad honesta: & cū aliò vocat ratio, *aa.* & aliò cupiditas, præualet quod in me deterius est, & vincitur id quod est rectius. Deinde redit Paulus ad suā subtilem disputationē, quæ videtur patrocinari illis, qui nihil aut parum tribuunt libero arbitrio, in acquirendis virtutum officiis, & indipiscendis meritis, non tamen patrocinatur, nec excusat carnalem hominem, si recte intelligatur.

Si quod nolo, illud facio, pariter si quod odi malum illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Illud homo purè & syncerè operatur, quod secundum rectam rationem & sanam mentem operatur, & quia recta ratio non iubet fieri malum, immo vetat, vitium quod patratur, non censetur homo patrare: Etenim homo propriè censetur mens, ratio, spiritus aut homo interior, sed quod, inquit, habitat in me peccatum, id est fomes peccati, aut rebellio carnis, & indomita concupiscentia, aut peccandi vis insita membris, & parti hominis crassiori. Origenes hoc loco vocat peccatum, *Origenes.* legem & voluntatē carnis, quæ captiuos nos ducit in lege peccati. Hieronymus quæ Hierony. stione citata ad Algasiam, nomine peccati exprimit vitia corporis & desideria voluntatis, quæ si fines fuerit egressa, vertitur in peccatum. Augustinus libro 15. de ciuitate August. Dei, capite 6. existimat hoc peccatum quod habitat in hoc corpore terreno, esse pœnam peccati, & ex inobedientia primi parentis contractam. Et cū dicit Paulus,

Scio quod non habitat in me hoc est in carne mea, bonum, non loquitur de bono naturæ, nam omnis creatura Dei bona est, sed de bono gratiæ, quo à peccato liberamur per Iesum Christum. *Nam velle, inquit, mihi adiacet, perficere autem bonum, non inuenio.* Etenim nihil æquè situm est in humana facultate, quām voluntas, quæ tamen diuina ope defluta, non potest bonum opus consummare. Et potissimum homo sub gratia constitutus, non solum vult bonum, sed aliquid boni facit, dum pugnat aduersus concupiscentiam, licet ex se non possit incendum concupiscentiæ extinguere. Deus autem solus, absolutè & simpliciter operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Et licet in homine multis vitiis contaminato, sit quasi insitum malum, puta proclivitas ad perpetrandum malum, aut fomes peccati, à labē primi parentis profluens: inuenio tamen aliam legem, diuinam scilicet, consentaneam meæ rationi, per quam approbo bonum, & malū detestor. Et cū viuo secundū interiorem hominem, hoc est secundū rectam rationem, & sanam mentē, me magnopere

diuina lex oblectat, nihilque mihi iucundius est ac dulcior, quam eius delitiis frui, eique proprio animo adhærere. Hinc illud Prophetæ, Lex tua meditatio mea est. Verum cum infrænis concupiscentia me suis igneis telis adurit, meque homo exterior, crassus & impurus torquet & afflit, ab obseruatione diuinæ legis deflectendo, præceps collabor in vitiū. Verum infœliciter, & in exitium meæ salutis, agnosco & experior aliâ legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & hæc lex peccati, & lex membrorum, est fomes peccati, aut consuetudo vitorum carnalium. Vocatur autem lex per quandam cōparationē: Nam sicut lex inducit ad bonum, ita fomes peccati aut illicta concupiscentia inducit & irritat ad malū: Quod si caro aduersus spiritū concupiscat, & lex carnis pugnabit aduersus legē mentis meæ, quæ est lex Dei, & ob id dicitur lex mentis, quia cū mente consentit, mentemque pascit, fouet & illustrat. Nec solū lex membrorum obſistit legi mentis, sed captiuat hominem sub peccato venundatū, ita vt eo quodammodo nolente & repugnante, captiuum reddat, & ad peccatū pertrahat. Et propterea exclamat Paulus agens personam hominis carnalis, & agnoscentem proclivis sit humana natura ad peccandum, O me infœlicem, tam duræ & moleſtæ seruituti obnoxium! Quis me liberabit ab hac carne tot vitiis subiecta, quæ est corpus, robur, & pōdus totius peccati & mortis? Gratia Dei per dominum nostrum Iesum Christum. Quod si in te sedati sint & cōpositi noxijs affectus, hoc diuinæ gratiæ tribuas oportet. Nemo enim à cōcupiscentiæ dominatu liberari potest, nisi gratia Dei per Iesum Christum. Et quia peccati illecebra plerunque vincit, peccator carne seruit legi peccati, verum puritate vitæ innouatus, & spiritu Dei adiutus, mēte seruit legi Dei.

Argumentum octauii capititis.

Quod non potuit Mosaïca lex ob suam infirmitatem preſtare, hoc lex spiritualis vitæ in Christo Iesu preſtitit: Siquidem liberavit peccatorē à tyrannde diaboli, à seruitute peccati, & à lege mortis, vt posthac secundum spiritū ambularet, cœlestia meditaretur, & diuinus studiis incubueret. Qui spiritu Dei aguntur, in numerū filiorum Dei adoptantur, & adoptati, sperant se per optatā aeternā vitæ hereditatem assequuturos. Et quia ob nostram imbecillitatem turbulētisque animi motus, quid votis optandū sit, aut quid deprecandum, aut quomodo sit optandum, nescimus, spiritus Dei quo impellimur & afflamur, nos planè docet quoniam pacto sit Deus à nobis interpellandus. Qui prædestinati sunt ad aeternam felicitatem secundum propositum Dei, vocati sunt sancti, & suæ vocationi nonnihil pīj studij & meriti adiuentes, diuina gloria posthac feliciter fruentur, quos neque ullum periculum, neque vitæ discrimen, neque cruciatus, neque etiā dura persecutio poterit à syncero Dei amore duellere.

Caput octauum.

„ **N**ihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundū carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberavit me à lege peccati & mortis: Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus „ filium suū mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit „ peccatū in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundū „ carnem ambulamus, sed secundū spiritū. Qui enim secundū carnē sunt, „ quæ carnis sunt sapiunt, qui verò secundū spiritū sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.

„ sentiunt. Nā prudētia carnis mors est, prudētia autē spiritus, vita & pax, „ quoniā sapientia carnis inimica est Deo: Legi enim Dei nō est subiecta, „ nec enim potest. Qui autē in carne sunt, Deo placere nō possunt. Vos „ autē in carne nō estis, sed in spiritu, si tamē spiritus Dei habitat in vobis.)

Qui desierūt ex cupiditatum arbitrio viuere, & à pristinæ seruitutis iugo soluti sunt, dabunt operam, ne posthac pertrahantur ad graue quodpiā scelus perpetrandum, ob quod dānari mererentur, & sectantes authore vitæ cœlestis Iesum Christū, secundum spiritum ambulabunt: contemnent hylari animo & sereno vultu res humanas, à sordidis voluptatibus abhorrebūt, diuitias aspernabuntur, summos honores primāsq; honorum partes despiciēt, & beatā cum Christo vitā agent, qui sua ineffabili gratia gratuitōque munere nobis cōtulit, quod nunquā Mosaïca lex cōferre potuit. Et licet superint quādā vitorum & cōcupiscentiarū reliquiæ, eo quod nō possint, nisi mortuo corpore extingui & aboliri: tamē qui in Christo viuūt, & cū eo victuri sunt, nihil dānationis nihilq; iudicij incurrit, neque quantū ad culpā neque quantū ad poenam. Etenim qui Christo, eiūsq; corpori per fidē & baptismum insiti sunt, si expressissimā sui ducis imaginē sibiipſis inſculpserūt, reieciſtis carnis operibus, exosāque indomita cōcupiscentia, secundū spiritū ambulabunt, Christūmq; cœlestium bonorū largitorem vnicum induent, quod alibi explanat Paulus dicens, Quicunque in Christo baptizati estis, Christū induistis, Et hoc loco eandē veritatem affīmat, Lex, inquit, spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis. Lex spiritus vitæ, lex est spiritalis, Lex sci- licet Euangelica impartiens dona coelestia, & vitā aeternam iis, qui colunt Christum, eiūsq; sermonē obſeruant. Nec vlla est lex spiritalis, nisi per Iesum Christū: nā Mo- saïca lex quantū ad literā, erat carnalis, nec poterat peccatorē è carcere mortis, diaboli & vitii educere. At lex spiritalis per Iesum Christum eduxit vinctos è carcere mortis & peccati, fregit & tyrannidē vīmque omnem corporis peccati, & veram libertatem permanentibus in sermone Christi contulit. Vnde dicebat Christus Iudeis, Si vos filii liberauerit, verè liberi eritis. Probat autem Paulus legem spiritalem nos liberasse à lege peccati & mortis. Quod erat impossibile legi, Mosaïca ſcilicet, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato dānauit peccatum in carne. Vides Paulum afferere Mosaïcam legem non potuisse dānare & abolere Heb. 7. peccatum: fit enim reprobatio præcedētis mandati, propter infirmitatē eius & inutilitatem, nihil enim ad perfectū adduxit lex. Infirmabatur autē per carnē, propter infirmitatem carnis, quæ erat in homine ex corruptione fomitis, ex qua contingebat etiā data lege, q; homo à cōcupiscentia vincebatur. Vnde recta & vera est illa Christi ſententia, Spiritus quidē prōptus est, caro autē infirma. Dixit & antea Paulus, Humanum dico propter infirmitatē carnis vestræ. Nec missus est Christus à patre coelesti in similitudinē carnis peccati, q; non verè naturam humanā affumpserit. Nec dixit Paulus, Deus misit filiū ſuū in similitudinē carnis, nā vera carne induebatur, sed obserua quid dixerit in similitudinē carnis peccati, hoc est habentē ſimilē carnem carni peccati: nā Christus fuit paſibilis & mortalis, nec diuinæ maiestati derogat, quod Christus accepit carnē ſimilem carni peccati: Etenim inter peccatores ſeu peccator, versatus est & inter facinorosos, vt facinorosus crucifixus est, licet ab omni peccati cōtagio eſſet alienus. Quod autē cōmun ēhominū naturā, excepto peccato, aſſūperit, affirmat illud Heb. 2. Pauli, Semē Abrahē apprehēdit, vnde debuit per omnia fratribus ſimilari. Tū quoq;, Nō habemus pōtificē qui nō possit cōpati infirmitatibus noſtris, tētātū autē per omnia pro ſimilitudine aſsq; peccato. Attēde ad hæc verba, aſsq; peccato, tolle igitur peccatū, & tibi perſuadebis Christū eſſe per omnia ſuis fratribus ſimilē, aſſūpſit autē carnē ſimilē carni peccati, (licet in eo nō eſſet caro peccati) vt de peccato, hoc eſt hostia & oblatione peccati, dānaret & aboleret peccatū, quod in carne noſtra vim ſuā exercebat. Hoc autē alibi declarat Paulus dicens, Eū qui nō nouerat peccatū, pro nobis pecatum fecit, hostiam ſcilicet peccati, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipſo. Etenim Heb. 9. e. iii.

semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Augustinus libro 2. cōtra Maximinum Arrianorum Episcopum, capite 2. edifferens hunc Pauli locum, Reconciliati Deo, Eum qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, dicit: Quod enim Apostolum dixisse cōmemoras, Quoniam Christus, cūm peccator nō esset, peccatum pro nobis fecit, lege diligentius, & ne forte mendo sum incurris codicē, aut latinus interpres errauerit, Græcū infspice, & inuenies nō Christum pro nobis fecisse peccatum: sed à pātre Deo ipsum Christum factum esse peccatum, id est sacrificium pro peccato: Ait enim Apostolus, Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Non ergo fecit ipse peccatum, sed eum Deus pro nobis peccatum fecit, hoc est, vt dixi, sacrificium pro peccato. Si ergo recolas vel relegas, inuenies in libris veteris testamēti, peccata appellari sacrificia pro peccatis. similitudo etiam carnis peccati, in qua venit ad nos, dicta est & ipsa peccatum. Misit inquit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, hoc est de similitudine carnis peccati quæ ipsius erat, damnauit peccatum in carne peccati quæ nostra est. Propter hoc etiam de illo dicitur, Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo. Peccato enim mortuus est semel, quia in similitudine carnis peccati mortuus est, quando moriendo exutus est carne, vt per hoc mysterium significaret eos, qui in morte ipsius baptizantur, mori peccato, vt viuant Deo. Sic etiam per carnem factus est pro nobis maledictum: Pendens quippe in ligno, mortem quæ de maledicto Dei venerat, suspendit in ligno, atque ita vetus homo noster simul fixus est cruci, vt non mendaciter dictum intelligatur in lege, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quid est maledictus nisi terra es, & in terram ibis? Et quid omnis, nisi quia & ipse Christus, qui cū esset vita, mortuus est tamen vera morte, non ficta? Si intelligas hæc mysteria, simul intelliges non esse contagia. Hæc Augustinus. Ex eo autem Christus sacrificio peccati, abstulit peccatum, vt Euangelica lex pura fide iustificans, consummaretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Obserua diligenter Paulinā hanc doctrinā. Omnibus Christianis plurimū prodest hæc viua peccati hostia, si modò abiecerint opera tenebrarum, & obsistendo illecebris voluptatibus, secundum spiritum totius sanctificationis ambulent. Et sicut caro nihil habet cōmercii cum spiritu, ita qui sapiunt quæ carnis sunt, nullum fœdus habent cū iis qui sapiunt quæ sunt spiritus. Qui secundum carnem sunt, porcinam & lutulentam vitam agunt: qui verò secundum spiritum sunt, mundam, puram & angelicam vitam agunt, & spretis voluptatum omnium illecebris, cœlestia iugi studio meditantur. Denique sicut pugnat mors cū vita, ita prudentia carnis pugnat cū prudētia spiritus. Prudentia carnis anxia sollicitudine discruciat hominē, vt vel summos honores ambiat, aut cōgerat opes, aut voluptatē omnem sectetur. Prudētia verò spiritus & sapiētia, à terrenis & carnalibus studiis auocat hominē, eumq; allicit ad pulcherrimā rerum diuinārum contemplationem. Quod si prudētia carnis sit inimica Deo, aut potius inimicitia aduersus Deū, prudentia spiritus erit amica Deo & grata: imo cum Deo fœdus perpetuum. Etenim caro legi peccati nos adglutinat, spiritus verò diuinæ legi nos connectit. Et adeò prudentia carnis siue vitium carnis, nos à Deo auertit & distrahit, vt nolit se diuinis legibus subdere. Quare sepulti in ipsa inueterata carne, Deo placere non possunt: at qui membra sua mortificauerunt, carnemque suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixierunt, spiritalia sapiunt, & duce spiritu, cœlestia negocia tractant, Nam spiritus, res quidem viuida, in intimis eorum pectoribus habitat & quiescit.

Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem

spiritu-

spiritum eius in vobis. Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriēmini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum servitatis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enim spiritus testimonium reddidit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur.) Habet spiritum Christi, qui credit in Christum, habet & spiritum Christi qui in fide instrūctus, baptismo Christi abluitur, qui denique suscepta fide Christo morem gerit: Siquidem in Euangelio Ioannis legimus, Si vos mā Ioan. 8: seritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Tum quoque, Vos amici mei estis si Ioan. 15: feceritis quæ ego præcipio vobis. Itaque qui spiritum Christi non habet, non censemur Christi discipulus, nec quis inferi potest corpori Christi, nisi spiritum Christi habeat. Vnde dicit Ioannes, In hoc cognoscimus quod in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Qui verò pugnat aduersus spiritum Christi, eiūque gloriam cupit obscurare, dicēdus est antichristus. Est quoque spiritus Christi qui à filio Dei procedit, Vnde dicit Ioannes, Paraclitus spiritus sanctus quem mitat pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Item, Cūm venevit paraclitus, quem Ioan. 15: ego mittam vobis à patre. Tum quoque, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Ioan. 16: Quod si Christus sit habitator nostri pectoris, licet corpus sit mortuum propter peccatum, hoc est necessitati mortis propter peccata primorum parentum addictum, tamen spiritus viuet vita quidem gratiæ propter iustificationem, quam à Deo per Iesum Christum accepit. Vnde dicit Paulus, ad Galatas, Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Denique si spiritus patris cœlestis qui suscitauit Iesum à mortuis, habitet in nobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit mortalia corpora nostra, hoc est auferet mortalitatem & adiicit immortalitatem, propter spiritum eius inhabitatēm in nobis: Siquidem alibi dicit Paulus, Seminatur in corruptione, surget in incorruptionē. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Et licet Christus propria virtute se ipsum à morte excitauerit, tamen Deus pater, Christum, vt hominem, à morte excitauit. Nec spiritus patris diuersus est à spiritu filij, quandoquidem spiritus sanctus ex æquo procedit à patre & filio. Et quia innumera beneficia, amplissimæque dona nobis spiritus sanctus contulit, nihil non illi debemus, vt secundum spiritum viuamus, & non secundum carnem. Deus enim dedit spiritum suum sanctum in nobis. Sunt & membra nostra templum spiritus sancti, quare debemus glorificare & portare Deum in corpore sancto: & iusto ratiocinandi artificio hunc in modum argumentatur Paulus, Si secundum carnem vixeritis, moriēmini, si autem spiritu facta vel opera carnis mortificaueritis, viuetis: Qui enim vigore spiritus, carnis cupiditates, cupiditatūque lenocinia restingunt, vitam agunt cœlestē. Secundum carnem viuunt qui indulgent veneri carnisque lasciviam sectantur, qui denique ventri & gulae inferiuntur. Spiritu viuunt, qui dominis suis affectibus, cœlestia contemplantur. Et qui secundum spiritum viuunt, spiritu Dei aguntur, vt filij Dei vocentur. Aguntur illi spiritu Dei, qui diuino numine afflantur, vt quæ sunt honesta, persequantur, & quæ fœdida sunt & immunda, fugiant. Nec dicitur homo agi spiritu Dei, quod eius liberum arbitrium nihil operetur, aut diuino spiritu agitatus, compellatur operari: sed quod sine diuino instinctu, nihil laude & præmio dignum efficere possit. Nec Dominus Iesus qui agebatur spiritu in desertum vt tentaretur à diabolo, inuitus spiritu Dei agebatur in eremum, vt aduersus cœcordem configeret, sed quod vt homo non potuisse e. iiiij.

profligare dæmonem, nisi præsidio Dei fuisset adiutus. Nec possumus in numerum filiorum Dei ascisci, aut præclarum quodpiam facinus moliri, nisi nos spiritus Dei iuuerit, de hoc autem spiritu loquitur propheta dicens, Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Tum quoque, Et spiritu principaliter confirma me. Dicuntur & angeli in sacra scriptura spiritus, quod commonstrat David dicens, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammarum ignis. Et Paulus de istis spiritibus filio Dei subiectis, loquens, dicit, Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capient salutis? De spiritu bono & malo dicitur in libris regum, Et spiritus Domini discessit à Saul, & suffocabat eum spiritus malignus à Domino. Deinde agit Paulus de spiritu seruitutis, qui sub Mosaica lege vim non modicam habebat, & de spiritu adoptionis & libertatis, qui in euangelica lege mirum in modum Christianos oblectat & consolatur. *Non enim inquit, accepisti spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepisti spiritum adoptionis filiorum Dei in quo clamamus, Abba (pater)*

Spiritus seruitutis in antiqua lege incutiebat terrorem Iudeis ob poenam, afflictiones & flagella, quæ irrogabantur transgressoribus legis. Et huiusmodi lex per inflectionem poenarum inducebat Iudeos ad mandata Dei obseruanda, & qui huic legi subdebat, timore poenæ retrahebantur à perpetrandis flagitiis. Nec hīc agit Paulus de timore Dei sancto, qui ab amore Dei non diuellitur: sed de timore poenæ, qui à perfecta charitate foras extruditur, quod sanè commonstrat Ioannes dicens, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet, qui autem timet, non est perfectus in charitate. Qui autem sanguine Christi sunt abluti & sanctificati, acceperunt spiritū charitatis & libertatis, per quē adoptantur in numerum filiorum Dei: non enim amplius sunt parvuli sub elementis mundi huius seruientes, aut manum ferulæ subducentes sub tutoribus & procuratoribus, sed spiritu adoptionis suffulti, euangelicam libertatem nocti sunt. Vbi enim est spiritus, ibi & libertas: Itaque nihil propter poenā gerat, sed propter amorē patris cuncta perficiant. Cùm autem subnecit Paulus, *In quo clamamus, Abba sine pater,* vult innuere, sincero affectu, votis ardentibus & puro corde profitemur Deum esse patrem nostrum coelestem, & cùm eum vt patrem colimus & veneramur, intelligimus ineffabilem eius erga nos benignitatem, summam nostri curam gerentem. Adnotemus, Abba, vocem esse Hebream, aut potius Syriacam, quę sonat Græcè πατήρ. Latinè vero pater. Christus orando suum patrem in horto oliuarum, dicebat, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Est & adoptio eorum, qui natura filii non sunt, in locum filiorum. Itaque gratia adoptamur in filios Dei, & sicut adoptamur, ita participes sumus hæreditatis æternæ, non quòd iure & natura sumus hæredes Dei: quandoquidem solus Christus iure & natura est hæres Dei, sed dono & promissione sumus hæredes Dei. Vnde dicebat Christus Iudeis, Seruus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Et qui sunt hæredes Dei, sunt & cohæredes Christi: si tamen eum tolerantia malorum omnium, humilitate & obedientia imitantur, non enim futuri sumus participes gloriæ Christi, nisi suppliciis & tormentis, quæ constat in animo pro nobis pertulit, compatiamur: Durus enim est Christianus, qui poenis & afflictionibus Christi non indolefecit. Oportet & nos tribulationes huius seculi inuicta animi magnitudine tolerare, vt cum Christo glorificemur. Si enim, vt alibi scribit Paulus, commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & conregnabimus.

Exstimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nā expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit

, rit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expeditantes redemptions corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes, nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram, nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid defideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.) Licet finistra omnia & aduersa debeamus cum Christo, & pro Christo pati, licet refrænatis affectionibus & castigata carne ei commoriamus, licet omne suppliciorum genus pro eius nomine pertulerimus: tamen tormenta quæ patimur pro defensione fidei non merentur ex condigno simpliciter vitam æternam: Duplici de causa. Quòd merita nostra si sint bona, magis tribuenda sunt gratiæ dei, quam facultati liberi arbitrij: Tum quòd premium nostris bonis operibus repromissum, nostros agones etiā inuictos, nostras denique tribulationes, nostræque merita lögè superat. Et sicut æternum excedit temporaneum, ita gloria illa æterna nostras afflictiones temporaneas excedit. Vnde dicit Paulus ad Corinthios, Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Ex condigno tamen secundum quid, tolerando spontanea voluntate afflictiones huius seculi, propter immensem dei amorem, meremur vitam æternam. Etenim iustus est Deus qui reddit unicuique secundum eius opus. Dicit quoque propheta, Secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quòd autem non sint pares afflictiones huius temporis ad futurā gloriā quæ nobis illucescat, pulchrè demonstrat Paulus dicens, Nam creatura expectans, aido animo desiderat reuelationem filiorum dei, hoc est nunquam conquiescat, nunquam satiatabitur, donec æterna filiorum dei gloria fruatur. Siquidem alibi dicit Paulus, Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, in cuius cōspectu nihil erit vanum, nihil caducum, nihil terrenum, nihil temporaneum, nūc verò vanitati subiecta est creatura non volens. In primis corpora coelestia vanitati subiiciuntur, nam variis motibus in suis orbibus circunferuntur. Etenim sol mouetur ab oriente ad occidentem usque, & ab occidente recurrit ad orientem, aliquando nubibus obtegitur & obscuratur, aliquando verò serenus & lucidus emicat & rutilat, patitur & eclypsim, luna in diuersis orbibus varios habet motus, & singulis mensibus deliquum patitur. Errant quoque planetæ & vagantur & mutationi subduntur. Elementa contrariis affectionibus adiuuicem pugnant, afficiunt & afficiuntur: Et quæ elementorum qualitatibus afficiuntur & alterantur, sunt innumeris vanitatibus obnoxia. Denique homo, vanitas vanitatum, obnoxius est mortalitati, passibilitati, corruptioni, morbis & vitiis omnibus, qui in sua vita plus habet aloes quam mellis, plus tristitia quam gaudij: & haec rationalis creatura subiecta est vanitati non volens, nam huiusmodi vanitas naturæ humanæ in poenam inficta est, nec in commoda naturæ vitare potest, non tamē homo tantis calamitatibus & eruminis obnoxius debet aduersus Deum obmurmurare, nam Deus subiecit hominem vanitati, afflictionibus & poenis omnibus in spe, vt æquo animo tolerando tribulationes, angustias & pressuras huius seculi, speret se habiturum perfectissimam cum corporis, tum animæ immortalitatem: nam suo tempore liberabitur ab omni corruptione, passibilitate & mortalitate, quam à dura peccati seruitute contraxerat, & donabitur ea libertate gloriæ, qua filii Dei, hoc est electi & sancti donatur. Quod autē adiicit Paulus, Scimus quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc, hunc habet sensu: Nos apostoli diuino numine afflati, scimus quod homo qui est omnis creatura, eò quod conuenit cum omni creatura, congregemiscit &

- Apoc. 6.** condolet aut comparturit: nam germit cum gemente, & dolet cum dolente & parturit cum parturiente, & partim ingemiscit & plorat propter innumera mala, quæ patitur: partim verò propter bona sperata quæ differuntur. Hinc querulæ illæ sanctorum martyrum voces, Usquequo Domine, sanctus & verus, non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra: Et datè sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum qui interficièti sunt sicut & illi. Quòd si in universo loquamur de creatura quæ in hac machina mutationi obnoxia est, dicemus, Si tota huius orbis machina ingemiscat, longè magis debemus ingemiscere & dolore angi, quòd nondum futuram simus gloriam consequuti, hoc autem subsequens lectio demonstrat. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intranos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptions corporis nostri, Quandiu enim sumus in hoc habitaculo ingemiscimus: Et in hoc corpore peregrinamur à Domino. Denique si apostoli qui habuerunt primitias spiritu sancti, & longè vberius quam cæteri à spiritu sancto illustrati sunt, ingemiscant expectantes perfectam corporum gloriam & libertatem, multò magis qui vix radiolum vnum spiritu sancti perceperunt, debent dolere & ingemiscere quòd nondum perfectam & absolutam filiorum Dei adoptionem sint assequuti. Intelligamus autem duplē adoptionem filiorum Dei: Vnam, qua per sacram baptismi fontem regeneramur: Alteram, gloriam illam vndique absolutam exprimētem, quæ in corporis incorruptione consistit, idque per redemptions prætendit: Et de hac redemptione quæ in vniuersali resurrectione futura est, dicit Christus in Euangeliō Lucæ, His autem fieri incipientibus, suspicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Est autem redemptio Græcè ἀνέστις, perfecta quadam & expedita mortis & passionis liberatio: quādo nō amplius nobis sit ab ipsa adoptione ad seruitutem peccati diuertendum. Et ne deseramus aciem, aut veluti molles & fracti animo, deficiamus luctando aduersus hostes fidei & procellosas tempestates vndique ingruentes, adiicit Paulus, Spe salvi facti sumus, etenim Deus regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Nec dicit absolutè qui in hoc mortali & caduco corpore peregrinantur salvos esse, sed bona & certa spe æternæ & incontaminata hæreditatis ailequendæ. Est autem Spes certa expectatio futurorum bonorum: Nec spes quæ videtur, res scilicet sperata quæ videtur, ac si iam haberetur, spes dicenda est: nā quod quis conficit nō sperat. Est itaque spes de rebus nō visis, vt fides. Vnde dicit Paulus ad Hebræos, Est autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. quòd si speremus nos ad gloriam æternam euehendos, quam tamen nondum clare videmus, per æquabilitatē & inuictam malorum omnium tolerantiam, expectamus. Hinc ille Iacobi, Patientes estote fratres, usque ad aduentum Domini. Ecce agricola expeditum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquauit: & ne tolerando certamina, sudores, & tribulationes huius mundi, succumbamus oneri, adiecit Paulus, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, quā doquidem latus est nobis suam opem, vt aduersa quæque forti animo sufferamus. Et quia quid oremus, sicut op̄ortet, nescimus, Idem Spiritus postulat pro nobis, Idest facit nos postulare gemitibus inenarrabilibus. Huic locutioni consimilis est hæc, Nunc cognoui quòd timeas Dominū, hoc est feci te cognoscere ut timeres Dominū. Et satis exploratū est, quòd spiritu sanctus nō propriè postulat pro nobis: Nā creature rationalis est flagitare & obscenare, & nō creatoris: & cùm interpellas Dominū, si fieri possit, irriga & prolue lachrymis tuas precationes: Siquidē Domin⁹ dixit per Esaïā prophetam, Ezechiae agrotanti ad mortem, Audiui orationem tuā, & vidi lachrymā tuā & ecce sanauit te. Et sicut corporea ægritudine diuexatus, non ea quæ sanitati conducent, sed quæ præfens desiderium suggestit, à medico depositit, ita & nos in huius seculi infirmitate languētes, interdum à Deo petimus, quod non expedit nobis. Paulus
- Luc. 21.**
- i. Petr. 1.**
- Heb. 11.**
- Iaco. 5.**
- Gene. 22.**
- 4. Reg. 20**

ter Dominum rogauit ut à se discederet angelus satanæ quo vexabatur, & tamen nō. Cor. 12. fuit exauditus quia non expediebat: eo quod datus erat ei angelus satanæ, ne magnitudine reuelationum insolenseret & extolleretur. Petimus itaque plerunque liberari ab aliqua tentationis molestia, quæ tamen nobis datur à Deo, ut humiliemur. Quare cùm hunc in modum oramus, nescimus quid oremus ut oportet. Postulas & aliquando diuitias tibi à Domino dari, nec tamen exoras: quia postulas quod tibi officit, aut officere potest: Nā diuitias forsitan intumesceres. Hinc recta est illa Iacobi sententia, Iaco. 4. Petitis, & nō accipitis, cō quod malè petatis, ut in cōcupiscētiis vestris insūmatis. Postulamus itaque secundum afflatum spiritu sancti, quæ conducunt saluti animarum nostrarum, & quæ nostra vitæ transfigendæ necessaria sunt. Verū dicet quispiam, Matth. 6. Hec obserua. Christus nobis præscripsit formulam orandi, dicens, Sic ergo vos orabitis, Pater noster qui es in cœlis &c. igitur quid & qualiter orare debeamus, scimus. Respondebo, Scimus à Christo potissimum instituti, quodammodo quid & qualiter orare debeamus, sed ex nobis ipsis nescimus certò quid & qualiter orare debeamus, & hoc propter nostram infirmitatem & imperfectionem. Alij dicunt, scimus in generali, quid & qualiter orare debeamus, non autē in speciali: qui autem scrutatur corda & renes, & quem nihil latere potest, scit quid spiritus desideret, hoc est faciat nos desiderare, nam secundum Deum postulat pro sanctis: siquidem facit sanctos & christianos omnes postulare secundum Deum, quæ scilicet diuino beneplacito cōsentanea sunt.

„ Scimus autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit, quos autem iustificavit, illos & glorificavit. Quid ergo dicemus adhæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an famæ, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificam tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundus, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.)

Planè demonstrat Paulus quibus prosperè cedant & euéniant bona omnia, & præsertim quæ gloriam animæ concernunt, & quæ dotes ingenij exornant. Scimus, inquit, quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, Etenim Deus impertit abundè sui cultoribus, & fortunæ & corporis & animæ bona: quòd si substrahat (causa non satis nobis explorata) sui amantissimis bona aut fortunæ aut corporis, non propterea inferre licebit, quod diligentibus Deum multa cooperentur in malum. Siquidē Deus suo inscrutabili consilio nouit ex malo elicere bonum. Ademit Iob viro quidem sancto, & bona externa & egregias corporis vires, nec solū admetit, sed eum temporaneis diuitiis spoliauit: nec tamen patientiæ iubar fulgidissimum, à recta æquabilitate aut à sana mete cecidit: nec desit omnino vulneratus, & innumeris ulceribus arrosus;

2.Cor.ii. Deum optimum & maximum colere, suspicere & diligere. Nunquid & alibi dicit Paulus, In infirmitatibus meis gloriabor? Extollitur Christianus miles aduersitatis, quibus & pungitur & laeditur, & quod magis angitur, eò ardentius suum Dominum diligit: conuicia, contumelias, opprobria & ignominiae cedunt illi in gloriam. Itaque bona omnia feliciter contingunt illi, qui toto charitatis affectu Deo adhæret. Et spiritus sanctus omnia vertit in bonum suo auxilio. Sunt denique omnia mala adiumenta sanctis ad felicitatem. Illi autem vocati sunt sancti secundum propositum, hoc est secundum prædestinationem, vel iuxta animi destinationem quibus omnia cooperantur in bonum. Nec vocati sunt suis meritis præcedentibus sancti, quod Paulinus ille locus subindicat. Elegit nos Deus ante mundi constitutionem ut essemus sancti, non quia scilicet sancti eramus, sed ut eius gratia & nostris conatibus posthac sancti evaderemus. Illa itaque sanctimoniaz vocatio tribuenda est diuinæ prædestinationi aucto Deo prædestinati. Quod si de firma, certa, & perfecta vocatione, nobis differere liceat, dicemus, non solum secundum æternam prædestinationem, sed secundum præsentem Dei iustitiam (qua bonis nihil præmij non rependit) illos vocari sanctos, qui toto amoris æstu in Christum, Christique patrem flagrant, & huiusmodi sanctis viris omnia feliciter pro sua gloria contingunt. Illi autem ex sacris scripturis censentur Deum diligere, qui mandata Dei seruant, & spontanea voluntate diuinis iussis obsequuntur. Etenim dicit Dominus in Euangeliio Ioannis, Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me, qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et ut unus & idem sit nexus amoris dei & diuini sermonis aut præcepti, subiectitur, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Deinde Paulus penetrans quæ de prædestinatione arcana sunt, & intellectu difficilia, nostris que sensibus imperuia, dicit, *Quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui,* ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Obserua de quibus loquitur, cum dicit, *Quos præsciuit, siue statuit aut decreuit, ut sit cognitio deliberationi coniuncta, non enim indiscriminatum loquitur & de bonis & malis, sed de vocatis sanctis.* quandoquidem iniusti, impii & reprobi, scientia & præscientia Dei indigni sunt, quod affirmat illud Christi verbum, Nunquam noui vos, discedite a me omnes qui operamini iniuitatem. Et licet diuinam naturam nihil lateat, tamen Deus assertur in scripturis non cognoscere facinorosos, quia eos non probat, sed improbat, eosque reiicit sua cognitione indignos. Nouit enim Dominus qui sunt eius, qui scilicet incredibili amore eum deamant. Sitamen velimus nomen præscientiae latius extendere, dicemus Deum præscire & præuidere, qui aut boni aut mali futuri sunt: Siquidem præsciuit etiam ab æterno quod sacratissima virgo Maria, nunquam in vitium laberetur, præsciuit quoque lapsum primorum parentum & scælestam Iudæ proditionem: Nec tamen in præscientia Dei consistit causa nostræ salutis aut perditionis, alioqui nullis studiis, nullis denique virtutum officiis esset contendendum, ut æternam felicitatem assequeremur. Imo inuiti ad cœlestia raperemur, nec sua culpa quis in tenebras exteriore intruderetur. Sed cum præscientia Dei nostræ salutis causa, consistit in fide & diuinorum præceptorum obseruatione, nec præscientia Dei imponit necessitatē libero arbitrio: Non enim quia Deus præsciuit hoc futurū, idcirco hoc futurū est, sed quia hoc futurū est, idcirco Deus præsciuit: nec quia Deus præsciuit Iudā futurū proditorē, idcirco futurus erat proditor: sed quia Iudas futurus erat proditor, idcirco Deo hoc scelus præsciuit & præuidit. Nec diuina prædestination à diuina præscientia differt, nisi ratione: Nam idem est Dominus qui præscit & prædestinat. Ratio autem diuersitatis est hæc: Quia præscientia in se includit notitiam futurorum, sed prædestinatio exprimit quandam futurorum causam. Est autem prædestination, præparatio siue præordinatio ad futuram gloriam, quæ nulli dabitur nisi prædestinanti gratus sit & obsequatur. Et licet Deus prædestinauerit ab æterno se daturum sanctis & electis beneficia, non tamen dabit, nisi suam voluntatem diuinæ voluntati copulauerint. Et qui

qui non est prædestinatus, secundum præsentem quidem iustitiam, studeat ut prædestinetur, & qui suis vitiis reprobis est, conetur posthac ut in prædestinatorum numerum asciscatur. *Quos autem præsciuit conformes fieri imaginis filij sui, illos & prædestinavit,* igitur non prædestinarentur nisi conformarentur imagini filij Dei. Nec hinc agimus de forma serui quam pro nobis accepit, sed de forma Dei, de qua dicit Paulus, Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Philipp. 2. Ut quatenus est virtus & sapientia Dei, ei præclaris virtutibus conformemur & assimilemur. Qui enim summam perfectionis & beatitudinis assequuntur, ad filij Dei imaginem & similitudinem tendunt. Nec dicit Paulus conformes filij sui, sed conformes imaginis filij sui, qui quidem filius est imago Dei inuisibilis, aut si maus, prædestinavit nos conformes fieri filio suo, ut eius imaginem in bono opere gestemus: sicut enim portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Et qui est imago & figura paternæ substantiæ, primogenitus est in multis fratribus. Est enim primogenitus omnis creaturæ & secundum infinitam gratiam ei collatam, primogenitutram & præminentiam inter suos fratres secundum carnem, iure sibi vendicat. Vnde legimus, Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. De istis autem fratribus alibi dicit Paulus, Semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari. Sunt integri & veri Christi fratres, qui relictis rebus terrenis Christum sunt sequuti, de quibus dicebat Christus post suam resurrectionem sanctis mulieribus, Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt. Dixit & Christus Mariæ Magdalenæ, quando post suam resurrectionem ei apparuit, Vade ad Iordanem, fratres meos & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Sunt & fratres Christi qui baptismu Christum induunt. Et sicut præscientia antecedit prædestinationem, ita prædestination vocationem antecedit. Quos, inquit Paulus, prædestinavit, hos & vocavit: nam cum ab æterno prædestinatur, vocantur partim Dei gratia, partim suis meritis ad æternam felicitatem. Nec hinc agimus de vocatione exteriori, quæ sita est in ore prædicatoris, sicut Christus accersiuit ad se Andræam & Simonem, & filios Zebedæi: sed de vocatione interiori, siue quodam mentis instinctu, quo mouetur cor hominis ad assentiendum his quæ sunt fidei & virtutis. *Quos autem vocavit, hos & iustificavit, & quidem sua gratia, & sanguine Iesu Christi.* Verum dicet quispiam, Iudas fuit a Domino vocatus, & tamen non fuit iustificatus: fuerunt & vocati illi, ad quos missi fuerant serui, & excusauerunt se, & tamen non fuerunt iustificati. Et qui ingressus est coniuicium nuptiale, non habens vestem nuptiale, vocatus erat, non tamen fuit iustificatus: non igitur necesse est illos iustificari, quos Deus vocavit. Respondebo, duplex esse vocationis genus. Vnum, quo Deus vult omnes saluos fieri, tametsi multi suæ vocationi reclament, diuinæque voluntati refragentur. Hinc illud, Multi sunt vocati, pauci vero electi. Et omnes sunt vocati, sed non sunt omnes secundum propositum vocationis. Aliud est vocationis genus, cum vocati non abutuntur sua vocatione, sed eam bonis operibus illustrant, & i secundum bonam voluntatem, quam circa diuinum cultum gerunt, vocantur, & de hoc insigni vocationis genere loquitur Paulus, dicens, *Quos vocavit & iustificavit.* Et de hac vocatione loquitur Petrus dicens, Satagit, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciat. *Quos autem iustificavit, illos & glorificavit,* de qua glorificatione dicit alibi Paulus, Nos autem omnes reuelata facie, gloriam Domini speculantes, eadem imagine transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domini spiritu. Deinde Paulus omnium præcedentium epilogum faciens dicit, *Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Si enim primitias spiritus acceperimus, si spiritu Dei agamus, si spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, si omnia cooperantur in bonum diligentibus Deum, si prædestinati & iustificati & glorificati sumus, quid nobis potest nocere? Et licet aduersarius noster, diabolus, sicut leo f. j.

- i.Petr.5.** rugiens circuit, quærens quem deuoret, tamen si Deus nobis patrocinetur, sicut patrocinatus est Moysi, Iosue, & sanctis prophetis, nostræque partes tueatur, inimicos nostros etiam capitales prosterneamus, deiiciemus & debellabimus. Et licet permitat Deus nos ingruentibus aduersitatum procellis, ad probandum nostram constantiam, concuti & pulsari, non tamen nos suo præsidio destituet. Hoc autem subsequens locus indicat, *Qui etiam suo proprio filio non pepercit*. Hic autem filius proprius, est Christus, naturalis Dei patris filius, de eius substantia ab æterno genitus, de quo integra fide dixit Petrus, *Tu es filius Dei viui*. Tum quoque insonuit vox illa paterna in baptismo Christi, *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui*. Et ex eo pater cœlestis non pepercit suo filio, quia voluit ut supplicium crucis etiam ignominiosum, pro nostra salute pateretur: hoc autem exprimit hic subsequens locus, *Sed pro nobis omnibus tradidit illum*, bono quidem fine, ut offerretur ad exhaustiæ multorum peccata. Iudæi vero inuidia dusti, tradiderunt Christum gentibus ut crucifigeretur: Iudas ob avaritiam prodidit Christum: Pilatus vero tradidit Christum, ut placeret Iudæis & satisfaceret, & ne odium Cæsaris sibi conflaret. Et cum pater cœlestis nobis admodum beneficus, tradidit pro salute nostra suum filium, eo nobis donato, omnia nobis donauit. Etenim nos sibi reconciliauit, nosque liberauit à tyrannide dæmonum, & à lege peccati & mortis, & ianuam regni cœlestis nobis aperuit. Quod si sancti & electi sint Deo quæm maximè grati, quis audebit moliri & intentare accusationem aduersus electos Dei? An Deus qui iustificat? non sanè, non enim illos accusat & improbat quos prædestinat, vocat, iustificat & glorificat. Num vero Christus, qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum, electos & filios Dei condemnabit? Absit: Si enim noluerit condemnare mulierem in adulterio deprehensam, multò minus amicos Dei condemnabit. & quoniam pater is condemnaret electos Dei, cum plurima beneficia eis contulerit? Nam mortem egregiam oppetiit propter delicta nostra, & resurrexit propter nostram iustificationem: Sedet & ad dexteram Dei etiam secundum vtramque naturam. Nam propter passionem mortis, gloria & honore coronatus est. Interpellat & pro nobis quatenus homo, quod asserit Ioannes dicens, *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum*, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Quod si nemo possit quidpiam criminari aduersus electos Dei, qui stant ut murus ahæneus, aduersus omnium malorum machinas, quid est quod possit eos à charitate Christi diuellere? Num tribulatio, num angustia, an famæ, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? non sanè: Licet enim sint multæ iustorum tribulationes, de his tamen omnibus liberat eos Dominus. Denique Deus suorum curam habens, de omnibus angustiis, persecutionibus & necessitatibus eos eripit, quod pulchrè monstrat Psalmographus dicens, *Salus iustorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis*. Et adiuuabit eos Dominus & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Confirmat & Paulus testimonio prophetæ, electos Dei nullis aduersitatum procellis posse à perfecta Christi charitate dimoueri. Propter te mortificamur tota die, & estimati sumus sicut oves occisionis, aut potius mactationis. Et alludit ad lanium, qui contrectat & explorat pecudem, num idonea sit ut iuguletur. Itaque electi Dei, & inuictissimi Christi milites, & estimati sunt pro nomine Christi, velut oves occisioni destinatæ, parati omni hora suas ceruices gladiis persecutorum submittere, ut propugnaculum fidei seruetur illæsum & infraustum. Et licet mactentur, jugulentur, lanientur, & membratim discerpentur, in huiusmodi tamen tormentis superuincunt, omnibus illis malis superiores, non tam sua virtute superat, sed per eum qui dilexit eos. Et quæm fortæ sint in bello Christiani milites, subsequens hec narratio demonstrat. Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, qui sunt in infima hierarchia, neque virtutes, quæ sunt in media angelorum hierarchia, neque instantia, siue præsentia, neque futura, neque vlla creatura-

rum fortitudo neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. *Huic autem loco cohaeret illud, Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* *Charitas nunquam excidit.* Quidam interpres nomine altitudinis exprimit coelestia: nomine vero profundi, terrena, quæ nullo modo possunt electos à charitate Dei disiungere. Scitè autem adiecit Paulus, *Quæ est in Christo Iesu*, non enim est amor Dei sine amore Christi, nec perfecta Dei charitas sine fide Iesu Christi.

Argumentum noni capit. 33

PAULUS eo feruenti amore in suos Israëlitas flagrabat, ut pro eorum conscientia & salute optauerit si liceret, à Christo disiungi. Non omnes qui ex inclita Abrahæ prosapia descendunt, sunt eius filii, sed qui Isaac filium quidem promissionis emulantur, sinceramque & integrum Abrahæ fidem amplexantur. Deus quos vult prædestinat & eligit, & quos vult reprobatur, & à se ablegat, etiam antequam ex utero materno egrediantur. Ad se Deus gentiles, alioqui prophanos & nothos, sua misericordia accersiunt, eosque Iudæis nimium suis operibus fidentibus, à puritate & integritate fidei prætulit.

Caput nonum.

„ **E**ritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritus sancto, quo- „ **N**iam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi- „ **M**eo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo, pro- „ fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Is- „ raëlitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen. Non autem quod exciderit verbum Dei: Non enim omnes qui ex Israël sunt, iij sunt Israëlitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii. Sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis, estimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est, Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.) Quonam desiderio desiderauerit Paulus salutem Iudæorum, qui innumeris vitiis madebant, exordiū huiusc capitis indicat. *Veritatem inquit, dico, & non mentior.* Hæc autem est formula iurandi ad verba ad firmâda. Nec iuramentum ex se malum est, imo bonum: Nam est actus latriæ & licet nobis iurare cum fides verbis nostris non adhiberetur, nisi iuraremus. Vera autem erat quæ pronunciabat & asserebat Paulus: Nam in reueretia, fide & obedientia Iesu Christi loquebatur, nec ut blâdiretur aut falleret, metiri volebat, sed exoso mēdacio in bona & illibata cōsciētia, quæ spiritus sanctus afflabat, qua tristitia discruciatetur quæve dolore cōficeretur, prodebat. Et quia nō eum latebat suos fratres pertinaci malitia suis vitiis indulgere, blâdiri, & cōnuere, ne perirent omnino, optabat suo exitio illorum salutem redimere. Optabam, inquit, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, hoc est, ego ipse qui tātu laborau, optabam pro fratribus meis perire si liceret, & ad tēpus seīugi à Christo. Optarem & ardenti voto meā gloriā differri, ut meis precationibus, meis studiis meisque

COMMENTARII IO. ARBOREI

conatibus mei fratres ad bonam frugem mature resipiscerent, ne infelicitissimo exitio punirentur & damnarentur. Dicuntur autem ἀνθεμάτα, dona in templis dicata numinibus. Vnde in libro Iosue de Acham cupiditate occæcato legimus, Tulit aliquid de anathemate, hoc est, de eo quod erat Deo dicatum: Nam concupiscentia abfulerat inter spolia vrbis Hiericho pallium coccineum valde bonum, & ducentos scilicet argenti, regulāmque auream quinquaginta siclorum: præceperat enim Iosue, vt quicquid esset auri & argenti, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecraretur.

Iosue.7. Ibidem. Sumitur & anathema in eodem libro pro destructione. Hinc illud, Sit ciuitas hæc anathema, hoc est, vñā cum ciuibus destruatur: omnia autem quæ in ea sunt, sint Dominu anathema, dicata scilicet, vbi perpendis vocem multiplicem. Sumitur & hoc nomen anathema in sacris literis pro blasphemia, quod manifestat locus ille, Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu, hoc est blasphemiam contra Iesum. Su-

Malach.4 mitur & pro excommunicatione & separatione à Deo: Dicit enim Dominus per prophetam, Percutiam terram, terrenos scilicet homines, anathema. Dicit & Pau-

i. Cor.16. lus, Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, id est ex-

Gala.1. communicatus. Et alibi, Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præter quam quod Euangelizauimus vobis, anathema sit. Hieronymus ad Algasiam quæ stione nona, putat h̄ic anathema accipi posse pro occisione corporali, non pro exitio mentis. Verū hunc sensum non prætendit Paulus: Nam subiungitur, à Christo: & optare pro salute suorum amicorum mortem egregiam, eamque eligere hoc pro Christo est, & non à Christo. Ideò dico Paulum optasse ad tempus separari à fru-

tione & gloria Christi, vt hoc exoptato malo, suorum fratribus salutem redimere posset. Quod autem non optarit omnino & in perpetuum à Christo Christique gloria diuelli, pro salute suorum Israëlitarum, commōstrat locus ille, Mihi viuere Christus est & mori lucrum. Quod si viuere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro: Coarctor autem è duobus: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multò magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et sicut Moses ad tempus optauit deleri de libro vitæ, nisi Dominus dimitteret peccatum suo populo colenti vitulum conflatilem, ita Paulus ardens igne charitatis in suos cognatos, optauit ad tempus à Christo separari. Fusius multò hanc disputationē tra-

Exo.32. Et auimus Tomo secundo nostræ Theosophiæ. Quod si Christus optauerit fieri maledictum, & pro suis fratribus, & pro salute totius mundi: cur non Paulus innitendo vestigiis Christi optare potuit fieri maledictum & anathema pro suis fratribus? Et quia se obtulit anathema Christo, meruit suis fratribus salutem, qui erant cognati eius secundum carnem: Nam Paulus erat Hebreus ex tribu Benjamin, & dicti sunt Israëlitæ à Jacob, qui postea dictus est Israël, quando luctatus est cum angelo: si enim contra Deum fortis fuerit, quantò magis contra homines præualebit? Adoptati sunt & primū Israëlitæ in numerum filiorum Dei, quod affirmat scriptura illa, Filius meus primogenitus Israël. Facta est & portio Domini Jacob, funiculus hereditatis eius Israel. Fuit & Iudeis re promissa filiorum Dei gloria. Vnde legimus, Gloria Domini implevit tabernaculum. Nec poterat Moïses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante. Fuit & penes illos Testamen-

Gene.32. tū & legislatio, pactum quidē fœderis Dei cum illis, & lex illis per Mosen data est. Et licet lex appellari possit testamentū, hoc tamē est discrimin inter legislationē & testamentū: quod legislatio fuerit vna, & semel habita per Moïsen: testamenta frequenter statuta sunt: quoties enim Iudei peccauerūt & abieci sunt, toties ex hæreditati videntur. Et quoties re propiciatus est Deus, & in hæreditatē suā possessionis eos adduxit,

Exo.4. Exo.40. Gene.17. toties reparasse testamentū credendus est. Adde quod testamentū erat ante conditam legē, pactum scilicet circumcisionis Abrahæ datum. Erant & penes illos obsequia, quibus Deo inserviebant: habebant & suos ritus, suāque præscriptas ceremonias: fuerunt quoque promissiones cœlestis hæreditatis factæ patribus, & dabantur his, qui synceram Abrahæ fidem referrent. Descendit & Christus secundum car-

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

33

nem, ex illis antiquissimis & nobilissimis patribus, quod affirmat Matthæus dicens, Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Obserua quæso Paulinam hanc doctrinam, *Ex quibus est Christus secundum carnem*, ad reuelendum Mænichæoru errorem: qui dicebant Christum habuisse corpus phantasticum & non verum. Illud tamen Euāgelij planè suadet Christum verè assumpisse naturam humanam, Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum, palpate & videte, quia spiritus carnē & ossa *Luc.24.* nō habet, sicut me videtis habere. Et quod subiungit Paulus, *Qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen*, Apertè demonstrat Christum nō fuisse purum hominem, sed hominem & Deum. Confutat & Arrianos qui dicebant Christum esse minorē *In Arria-* patre: & quod creatus erat ex nihilo. Si enim Christus fit Deus superbenedictus in se-*nos.* cula seculorum, absurdum est dicere Christum fuisse creatum, licet eius humanitas fuerit creata. Adhæc, si Christus fit Deus benedictus in secula seculorum, est & crea- tor, non igitur est creatus ex nihilo. Adiicit Paulus, *Non autem quod exciderit verbum Dei*, Promissio scilicet Israëlitis facta non excidit, non euanuit, non periit: & licet quidam sua obstinata incredulitate perierint (de quibus dicebat Christus, In peccatis *Ioan.8.* vestris mori emini) non tamen omnes. Meminit & huius verbi Esaias dicens, *Verbum Esa.55.* quod egreditur ex ore meo, non reuertetur ad me vacuum: cui subscrabit Psalmogra *Psal.118.* phus dicens, In æternum Domine permanet verbum tuum. Nec propterea qui ia-*tabant* se ab Israël genus suæ nobilitatis duxisse, dicti sunt Israëlitæ, sed qui purissimam Isaac vitam vñā cum ardentí fide referebant, dicti sunt veri & germani Israëlitæ. Nec omnes nobilissimam & antiquissimam Abrahæ familiam tibi vindicantes, numero filiorum Abrahæ ascripti sunt: quandoquidem multi ab eius generoso ani-*mo*, & integra fide ac sanctimonia vitæ degenerarunt. Vnde dicebat Christus Iudeis, *Joan.8.* Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: quo loco manifestabat in ueteratum incre-*dulitatis* morbum, quo Iudei afficiebantur, eosque taxabat, quod neque fidem neque obedientiam Abrahæ sectarentur. Qui verò viuam Abrahæ imaginem cum fidei pu-*ritate*, tum syncera in Deum obedientia referunt, suisque animis insculpunt & effi-*giant*, censendi sunt filij Abrahæ. Denique qui optimos Isaac, filij quidem promis-*sionis*, mores imitantur, nec latum quidem vnguem ab eius sanctimonia discedunt, *Gene.21.* dicendi sunt filij promissionis, & filij spiritus. Etenim deiectis ac parum habitis in honore filiis concubinarum Abrahæ, scriptum est, In Isaac vocabitur tibi semen. Tūc confidit Sara diuinitus inspirata se habituram filium germanum & legitimū, *Gene.18.* de quo prius (quia erat anus effœta) diffiderat diffidentia humana, & in prima promis-*sione* cū risit, dubitauit, si nam nonagenaria pareret, non autem in secunda: nam postea ab angelo edocta, creditis se paritram filium. hoc sentit Thomas in II. caput Pauli ad Hebræos. Hunc autem locum, In Isaac tibi vocabitur semen, dilucide explanat Paulus dicens, *Non qui filij sunt carnis, hi sunt filij Dei, sed qui filij sunt promissio-*nis* assestantur in semine*, Israël filius Abrahæ ex Agar ancilla, fuit filius carnis, & se-*cundū communē nativitatis rationē genitus: non tamē fuit propriè filius Dei, nec per re promissionem natus, licet factus sit in gentem magnam, quia erat semen Abrahæ.*

Gene.21. Vnde Sara videns filium Agar Ægypti ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abrahæ, Eiice ancillam hanc & filium eius: Non enim erit hæres filius ancillæ cum fi-*lio* meo Isaac. Hic autem Isaac per re promissionem natus est, quod ex effœta paren-*tibus*, non secundum communem generationis rationem, natus sit. Denique quod adumbrauerit Christum, qui nobis hæreditatem cœlestem promisit. Promissionis autem verbum hoc est, Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. In Genesi legimus de diffidentia Saræ quod effœta non posset concipere filium, & ridendo di-*xerat*, Postquam consenui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?

Dixit autem Dominus ad Abraham, Quare risit vxor tua, dicens, Num verò paritu-*ra* sum anus? Nunquid Deo quicquam est difficile? Iuxta conductum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.

f. iij.

Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruet minori, sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit, Moysi enim dixit, Miserebor cuius miserecor, & misericordiam praestabo cuius miserebor. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in loco ipsum excitaui te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in yniuersa terra. Ergo cuius vult, misereatur: & quem vult, inducat. Dicis itaque mihi, Quid adhuc queritur voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figuratum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

Non solum Isaac fuit filius promissionis, sed & Jacob filius Rebeccæ, quæ uno cōgressu vnoque coitu sui mariti Isaac, geminos cōcepit & p̄pperit, Jacob scilicet filium promissionis & amoris, & Esau, filium odij & reprobationis: quod nobis partim ex Genesi, partim ex prophetia Malachia compertum est. Legimus in Genesi. Deprecatus est Isaac Dominum pro vxore sua, eò quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, & debet conceptum Rebeccæ: sed collidebantur in vtero eius paruuli, quæ ait, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Perrexitque Rebecca ut consuleret Dominum, qui respondens ait, Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populūsque populum superabit, & maior seruet minori. Sribit & Malachias, Dilexi Jacob, Esau autem odio habui. Vnde dicit Paulus, Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruet minori, sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Et sicut Ismaël fuit abiectus, & hæreditatem patris non accepit, ita Esau fuit abiectus. Et in his duobus hominibus significat Paulus populum Iudaicum fuisse abiectum: in Isaac verò & Jacob, electum fuisse populum gentium, vel potius eos qui ex Iudeis in Christum credituri erant. In hac autem stat sententia Hieronymus, quæstione 10. ad Hedibiam. Hic Pauli locus difficilem admodum & penè inexplicabilem secum quæstionem pertrahēs, Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni vel mali egissent dictum est, Maior seruet minori, reuellit errorem Pelagianorū,

Error Pelagianorum. qui dicebant secundum merita præcedentia dari gratiam. Vide & attende nulla merita præcessisse in Jacob ut præferretur Esau, nondum enim ex vtero materno exierant, cum Dominus sua gratia donoque gratuitō Jacob dilexit. Fateri itaque oportet

Tit.3. gratiam omne meritum antecedere. Denique ad Titū dicit Paulus, Non ex operibus Hac obserua. iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit. Nec ex operibus prioribus, dictū est, Maior seruet minori, sed ex vocate: igitur gratia vocatis

omne opus bonū præcedit. Vocavit itaque Deus ad se quē voluit vocare, & à se reiecit quē voluit reiicere, & elegit Deus quē voluit eligere, stetitque propositū Dei firmū, siue cōstans Dei voluntas, volentis vnu alteri præficere, & hæc electio præcedit omnē sanctitatē, quod affirmat Paulus dicens, Elegit nos ante mudi constitutionē vt essemus sancti, nō quia eramus sancti, sed quia futuri sancti. Præelegit itaque Deus ante mundi constitutionem Jacob, quod futurus erat sanctus, & sanctissimē victurus, & odio habuit Esau, antequam secundum humanam rationem dignus esset odio, quia præuidebat eum posthac facturum scelus odio dignum. Et sicut electio præcedit sanctita-

santitatem, ita prædestinatio meritum, & gratia opus bonum. Arridet huic sententię Chrysostomus homilia 51. in Genesim, dicens, Cūm Deus futurū sit præscius, prædixit & illius virtutem, & mentis illius malitiam. Trifariam autem possumus intelligere, quod maior, scilicet Esau, qui primus ex vtero materno egressus est, seruet minori, scilicet Jacob. Primò, quantum ad eorum personas: Nam dura perseguatio, qua Esau perseguutus est suum fratrem Jacob, cessit in ipsius Jacob commodum & gloriam. Secundò, attendendo ad populos ex vtroque progenitos, quia Idumæi ab Esau progeniti, fuerunt aliquando Israelitis subditi. Hinc illud scripturæ, in Idumæam extendam calciamentum meum. Tertiò, spectando quid illi duò fratres figurauerint. Maior figurauit Iudaicum populum, qui primò acceperat adoptionem filiorum Dei, ut plenius demonstrauimus. Minor autem adumbravit Gentiles, qui licet posterius fuerint ad fidem vocati, tamen Iudæis à syncera fide, humilitate & obedientia, præfeti sunt: Vnde in hoc capite dicit Paulus, Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Augustinus libro primo ad Simplicianum, quæstione secunda, dicit hanc esse Pauli hoc loco intentionem, ut de operum meritis nemo gloriatur, de quibus audebant Israelitæ gloriari, quod datæ sibi legi seruissent, & ex hoc Euangelicam gratiam tanquam debitam meritis suis percipissent, quia legi seruiebant: vnde nolebant eandem gratiam dari Gentibus tanquam indignis, nisi Iudaica sacramenta susciperent, quæ orta quæstio in Apostorum Actibus soluitur: Non enim intelligebant, quia eo ipso quod gratia est euangelica, operibus non debetur, alioquin gratia iam non est gratia. Et multis locis hoc saepe testatur fides, gratiam præponens operibus, non ut opera extinguat, sed ut ostendat non esse opera præcedentia gratiam, sed consequentia, ut scilicet non se quis arbitretur ideo perceperit gratiam, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna vel externa admonitione motus ad fidem. Et paulò post dicit opera siqua sunt bona, consequi gratiam misericordiæ Dei, non præcedere: Quam rem persuadere Apostolus volens, quia sicut alio loco dicit, Gratia enim Dei salvi facti sumus, & non ex nobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur, de his qui nondum nati erant, documentū dedit. Nemo enim possit dicere, quod operibus promeruerat Deum Jacob nondum natus, ut diuinitus diceretur, Et maior seruet minori. Ergo non solum inquit, Isaac promissus est, cūm dictum est, Ad hoc tempus veniam, & erit Saræ filius, qui vtique nullis operibus promeruerat Deum, ut nasciturus promitteretur, ut in Isaac vocaretur semen Abrahæ, id est illi pertinerent ad sortem sanctorum quæ in Christo est, qui se inteligerent filios promissionis, non superbientes de meritis suis, sed gratiæ vocationis deputantes, quod cohæredes essent Christi: Cūm enim promissum est ut essent, nihil vtique meruerant qui nondū erant. Sed & Rebecca ex uno cōcubitu habēs Isaac patris nostri, vigilansimē ait, Ex uno concubitu, gemini enim cōcepti erant, ne vel paternis meritis tribueretur, si quisquam forte diceret, Ideo talis natus est filius, quia pater ita erat affectus illo tempore quo eum feuit in vtero matris, aut ita erat mater affecta, cūm eum cōcepit. Simul enim ambos vno tempore ille feuit, eodem tempore illa concepit. Et ne quis possit obiicere Deo calumniam, aut impudentissima arrogantia aduersus eius potentiam & voluntatem insurgere, quod Jacob absque vllis bonis operibus elegerit & dilexerit, dicit in eadem quæstione, Sicut præscientia vidit crediturum, ita præsciētia videre poterat operaturum, ut quomodo dicitur electus propter fidem futurā, quam præscribat Deus, sic aliis possit dicere, propter futura opera potius electum, quæ nihilominus præsciebat Deus: Hac ille. Stet velim in hac docta & seria sententia, qui nimis arcana Dei scrutatur, & putat, sed falso, esse aliquam causam diuinæ voluntatis. Verū existimet nō nihil esse causæ cur hunc nondum sibi inferuentem elegerit, illum verò reiecerit, nō in bonis operibus faciendis, liberi arbitrij vires frangat & eneruet. Coniungit enim Deus suam electionem, suāque vocationem & prædestinationem libero arbitrio, f. iiiij.

non quod nunc opus commendatione dignum faciat, sed quod facere debeat. In hanc quoque descendit sententiam Chrysostomus homilia 51. in Genesim, ubi dicit, Cum Deus futurorum sit praescius, prædixit & illius virtutem, & mentis illius malitiæ. Verum obiiciet quispiam, frustra Deus conqueretur de nobis, quod non fecerimus bona opera, vel flagitia commiserimus: cum in eius voluntate & potestate sit absque bonis operibus hunc eligere, illum verò absque malis operibus abiicere. Denique nunquid Deus censemitur esse iniquus, quod Esau absque ullis malis operibus odio habuerit, cumque abiecerit? Et quis porrò iudex est æquus, qui homini poenam absque culpa irrogat? Ad hanc difficultem admodum quæstionem prætendit hic Pauli contextus.

Nunquid iniquitas apud Deum? Absit, Moysi enim dicit, Miserebor cuius misereor, & misericordiam præstabo cuius miserebor.

Hoc testimonium desumpfit Paulus ex illa Dei responsione ad Mosen, cum optauit & quæsiuit diuinam gloriam conspicere, Ego ostendā

omne bonum tibi, & vocabor in nomine domini coram te, & miserebor cui volue-

ro, & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursusque ait, Non poteris videre facie

meam: non enim videbit me homo & viuet. Et ad diluendam quæstionem propo-

sitam & ventilatam, dicam Deum miserefi illius, qui eius misericordia dignus est,

aut futurus est dignus: non quidem propter opera & merita gratiam præcedentia, sed

subsequentia. Non itaque frustra elegit Iacob, etiam ab æterno, tametsi nullum opus

bonum gratiam præcedens fecisset: sed quia diuinæ gratiæ præsidio adiutus, facturus

erat bonum opus. Et quia præsciuit Esau nō amplexaturū fidē, nec opus meritorium

facturū, imo potius flagitiū summum perpetraturum, eum odio habuit. Et propterea

Paulus concludens ex citata Exodi scriptura salutem hominum, magis à diuina gra-

tia & misericordia, quam à conatu liberi arbitrij pendere, dicit, *Igitur non volentis*

neque currentis, sed miserantis est Dei. Non volentis quidem potissimum est salus no-

stra, neque currentis, efficientis quidem bonum opus exterius, iuxta illud, Sic cur-

rite vt comprehendatis, sed præsertim est miseratis Dei salus nostra. Non enim ex o-

peribus iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

Quod si faciamus quodpiam opus bonum, magis tribuamus Deo, quam nobis. Ete-

nim actio magis tribuenda est primariò agenti, quam secundariò. Quod ostendit ali-

bi Paulus dicens, Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona volu-

tate. Et alibi, Quid habes quod non acceperis? si autem acceperis, quid gloriaris quasi

non acceperis? Deinde ostendit Paulus dominum indurasse cor Pharaonis, regis qui-

dem truculentissimi & sauvissimi, quod meruerit sua pertinaci malitia indurari & ob-

scurari: Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in

te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Excitaui te o-

nni flagitio foedatum & inquinatum, vt deterior fieres, & sordendo foetidius sorde-

sceres. Nam quia mea lenitate, bonitate & longanimitate abusus es, dum multis signis

à sentina vitiorū te explicare volui: permisi ob tuas inueteratas iniquitates, vt in pro-

fundum malorum omnium corrueres: & te puniendo, vt commerueras, tæque præci-

pitando vnā cum tuo superbo & furioso exercitu in aquas maris rubri, volui iusto

quidem iudicio, vt nomen meum per totum terrarū orbem increbresceret, quod sum

vltor impiorum. In Exodo legimus, Posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam,

& narretur nomen meum in omni terra. Quod autem concludit Paulus (ne quis acci-

piat ex hoc loco occasionem errandi) Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat,

hunc habet sensum, Si cuiuspiam misereatur Deus, sua misericordia miseretur, & ma-

gis quam quod homo commeruerit, ita quod misericordia Dei superat omne meri-

tum. Et quæ vult sua iustitia indurat, nec quem indurat, nisi vt induraretur & repro-

baretur, meruerit. Et ne quis temerè velit perquirere causas bonorū & malorum quæ

hic aguntur, cum omnia ditioni diuinæ voluntatis subiectant, subiectit Apostolus.

Dicas itaque mihi, Quid adhuc queritur, Voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es qui

respondeas Deo? Si enim cuius velit misereatur, & quæ vult obduret, & hunc eligat, illū

verò à se depellat, cur aduersus diuinam voluntatem, quæ nihil non agit, tragœdiam

Exo.33.

2.Cor.9.

Tit.3.

Philip.2.

1.Cor.4.

Exod.9.

citas, cur ei ob sistis? Nónne impudetissima infania laborare videberis, si aduersus Deum quicquam coneris? Et tu abiectissimæ sortis homuncio, audesne mussitare, & Deo respōdere, aut cum eo de rebus abstrusis & arcanis congredi? cur scilicet hunc amat, illum verò infectetur odio, etiam antequam quipiam boni aut mali agant? Falleris impudens & arrogans homo, sciscitando diuinæ voluntatis causam. Nunquid dicit figurum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An nō habet potestate pugnus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honore, aliud verò in contumeliam? In libro Esaiæ legimus, Væ qui cōtradicit fa Es.45. Etiori suo, testa de famiis terræ. Nūquid dicet lutū figulo suo, quid facis? & opus tuum absque manibus est. Tū quoque scribit Hieremias, Surge & descende in domū figuli, Hiere.18. & ibi audies verba mea: & descend in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatū est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersusq; fecit illud vas alterū, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum est verbū domini ad me dicens, Nūquid sicut figulus iste nō potero vobis facere domus Israel? ait Dominus. Ecce sicut lutū in manu figuli, sic vos domus Israel in manu mea. Quod si homo in similitudinē vas sit à Deo creatus, & vas testaceū & fictile nō obmurmurat aduersus figulū, dicendo, Cur me in vsum admodū vilem & contumeliosum finxisti: Nec homo aduersus Deum, suum quidem fictorē obmurmurare debet, dicēdo, Cur me à te depulisti, aut me reprobasti? Etenim homo magis est in potestate Dei, quam sit lutum & argilla in potestate figuli. Et sicut figulus potest ex eadem vili materia aliud vas in honorem effingere, aliud verò in contumeliam, siue in vsum vilissimum: ita Deus quem vult potest ad gloriam æternam prædestinare, & quem vult reprobare, nec tamen quempiam reprobat (de reprobatione affirmatiua loquor) nisi meruerit vt reprobaretur. Hanc disputationem plenius tractauimus in nostra Theosophia.

„ Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ apta in interitum, vt ostendere ret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauit in gloriâ: „ (Quos & vocauit nos, non solum ex Iudeis, sed etiam ex Gentibus, si- „ cut in Osee dicit, Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam: Et erit in loco vbi dictum est eis, non plebs mea vobis, ibi vocabuntur filii Dei vivi: Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ saluæ fient. Verbum autem consummans & abbrevians in æquitate: quia verbū breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prædictit Esaias, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrah similes fuissimus) Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderūt iustitiam, iustitiam autem quam ex fide est: Israel verò sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Quare? Quia nō ex fide, sed quasi ex operibus: Offenderunt enim in lapidem offendit, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offendit, & petram scandali. & omnis qui credit in eum, non confundetur.) Summa Iudaici populi ingratitudo, eiúsq; dura rebello & obstinata malitia, bonitatem Dei, benignitatem, clementiam & lenitatem commendat & extollit, qua generatio illa adultera & peruersa longo tempore abusa est. Et quia natio illa perfida vitem domini admodum fertilem & omni præsidio muniam neglexit excolere, & verum ac germanum vitis hæredem trucidauit, ablatum est ab eis regnum Dei, & datum gentili populo alioqui notho, qui à prophano idololatri-

trix cultu ad verum Dei cultum resipiscens, in Christum credit, Christóque paruit & suam iustificationem dono fidei & diuinæ misericordiæ tribuens, in locū Iudæorum fœliciter surrogatus est. hoc autem exprimit Paulus dicens, Volens Deus ostendere iram, suam scilicet vindictam aut iustitiam vindicatiuam, tolerauit summa cū patientia vasa iræ, Pharaonem scilicet induratum, & deploratæ malitiæ Iudæos, qui bus tanquam instrumentis suæ iræ vsus est ad manifestandā suam vindictam, & quæ apta erant in interitum, vt scilicet æternis suppliciis cruciarentur, vt ostenderet diuinas gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ ad æternam gloriam destinauerat, quos vocavit non solùm ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus. Aperitur autem thesaurus diuinæ gloriæ etiam cumulatissimus, vasis misericordiæ, iis videlicet qui à malis resipiscentes credunt aut credituri sunt in filium Dei: & licet pro viribus laborent vt immortalitatem assequantur, cùm tamen suis votis fruentur, id magis diuinę clementiæ quam suis meritis tribuetur. Denique si patientia Dei indurauit Pharaonem, & multo tempore pœnas distulit Israelis, vt iustius condemnaret quos tanto tempore sustinuerat, non Dei accusanda est patientia & infinita clementia, sed eorum duritia, qui bonitate Dei in perditionem suam abusi sunt. Et quemadmodum sol quædam subiecta liquefacit, alia verò indurat, alia soluit, alia constringit, nec tamen diuersa est caloris solis natura: Sic bonitas Dei & clementia, vasa iræ quæ apta sunt in interitum, id est populum Israel indurat, vasa autem misericordiæ quæ præparauit in gloriā, vocat & eligit & salvat, nec tamen irrationaliter nec absque iudicij veritate, sed causis præcedentibus, quia alij non suscepserunt filium Dei, alij autem recipere sua sponte voluerunt. Sunt itaque vasa misericordiæ, & Iudæorum & Gentium populus, qui syncero affectu receperunt filium Dei, eique morem gesserūt. Atque ita factū est vt adimpleretur quod dictum est in Osee, *Vocabo non plebem meam, plebem meam*, hoc est populum gentium. & quibus prius dicebatur, non plebs mea vos, nunc vocantur filij Dei viui. Indigni aliquando fuerunt gentiles ob suam prophanam religionem spurcissimamque idolatriam, vt plebs Dei vocarentur: sed cùm sua idola confregerunt, suāmque vanam religionem infectati sunt odio, & diuina ope ad fidem Christi adducti sunt, in numerū filiorum Dei asciti sunt. Et dilucidè suadet illa prophetia Iudæos primū fuisse à Deo vocatos & electos, secundò verò gentiles. quod haud dubiè affirmat Paulus in Actis Apostolorum dicens, Vobis oportebat primū loqui verbum Dei, sed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitæ, ecce conuertimur ad Gentes, sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem gentiū, vt sis in salutem vsq; ad extēnum terræ. Et ne solū gentiles dicerentur vasa misericordiæ, adiecit Paulus sibi suorum fratrum salutem, *Esaïas clamat pro Israel*, hoc est clamando precatur dominum pro salute Israelitici populi, iuxta illud, Ad dominum cùm tribularer clamaui, & ipse exaudiuit me: sed quid clamando postulauerit intelligamus. *Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae salua fieri*. Numerus autem filiorum Israel cōfertur cū arena maris, quia innumerabiles erāt præ multitudine Gentiū. Vnde dixit dominus Abrahæ, cōmendata eius obedientia in oblatione sui filij Isaac, Bene dicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli, & velut arenam quæ est in littore maris. Licet itaque innumera Iudæorum multitudo sua arrogantia, sua idolatria, sua denique contumaci malitia perierit, non tamen omnes perierunt: nā & prædicationibus & signis Christi, validaque Apostolorum cohortatione multi adducti sunt ad fidem, vt ex Euangelicis & Apostolicis scripturis nobis exploratum est. Legimus in libro Esaïæ, Reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam Jacob, ad dominū formem. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ cōuertentur ex eo, Consummatio abbreviata inundabit in iustitiam, Consumptionem enim & abbreviationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Adnota verbum hoc loco dici consummans quod perficiat, & illud est Euangelium, non lex Mosaïca: Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Denique Euangelica gratia iustificat, sanctificat & viuificat, quod præstare non poterant Mosaïcæ legis præscripta. Audi quid dicat

cat Christus in Euāgeliō, Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas, Math. 5. non veni soluere sed adimplere. Est & verbum Euāgeliū abbreviāns, quia sub compendio comprehendit quæ fūsius lex & prophetiæ continent. Breuiavit & Christus legem & prophetas his duobus præceptis, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: Diliges & proximum tuū sicut teipsum. Est denique verbum abbreviāns, quod omnia sacrificia legis figuratiua, vno summo & viuo sacrificio (quod est Christus) concludantur. Vnde alibi dicit Paulus, Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis. Verū vt ostendat Paulus quām fuerit clemens dominus erga suum delectum populum; nolens eum omnino perire, citat Esaīam dicentem, Nisi dominus sabaoth, id est exercitum vel virtutum, Esa. 1. reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuismus. Hoc autem diuinū semen, est Christus in Isaac filio reprobmissionis adumbra-tus, quod ad Galatas enarrat Paulus dicens, Abrahæ dictæ sunt promissiones & semi-ni eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, Et femini tuo, qui est Christus. Et licet Iudæi & Gentiles sint iustitiam consequuti, qua vocati sunt filii Dei, iustitia tamen Gentium longè præferenda est iustitiæ Iudæorum, quod patefacit Paulus dicens, Gentiles quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam. & quia non sectabantur iustitiam Mosaïcæ legis quam ignorabant, non eorum meritis tribuēdum est si iustificati fuerint, sed diuinæ electioni. Vnde alibi dicit Paulus, Era-tis illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel. Sed quamnam iustitiam apprehenderint Gentiles, tibi declarat Paulus subiectens, *Iustitiam que ex fide est*, Arbitramur enim iustificari hominem ex fide & gratia Dei sine operibus Mosaïcæ legis, hoc est, sine illis antiquis ceremoniis & sacrificiis: Nec præcepta moralia in se poterat veram iustificationem efficere, sed fides charitati copulata. Israeliticus verò populus nimium suis ceremoniis, ritibus, & sacrificiis fidens, quanuis legem iustitiæ sectaretur, Mosaïcæ scilicet legē, quæ iustitiā docebat, non tamen in legē iustitiæ peruenit. Quare inquit Paulus, *Quia non ex fide, sed quasi ex operibus*. Etenim superbus ille populus, & admodum supersticiosus, sibi ex operibus legis iustitiam vendicabat, iustitiam quidem fucatam & simulatam, plus tribuens externæ religioni, quām fidei Iesu Christi. Dixit & prius in hac epistola Paulus, Ex operibus legis non iustificabitur omnis ca-ro coram illo. Assignat & rursus rationem Paulus, cur Iudæi non peruererunt in legem iustitiæ, *Offenderunt, inquit, in lapide offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Syon la-pidem offensionis, & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur*. Legimus in prophetia Esaïæ, Dominum exercitū ipsum sanctificate, & ipse paor vester, & ipse Esa. 8. terror vester, & erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, & petrā scandali duabus domibus Israel, & in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalē. Et alibi, Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem angularem, lapidem proba-tum, preciosum, in fundamento fundatū, Qui crediderit non festinet. Et hic lapis of-fensionis, lapis est angularis, Iesus Christus. Nam & Iudaicum & Gentilem populū in vnum copulauit, quod alibi affirms Paulus dicens, Ipse est pax nostra, qui fecit Ephe. 2. vtraque vnum, & medium parietem maceriat soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso, in vnum nouum homi nem faciens pacem, vt reconciliat ambos in vno corpore Deo, per crucem, interficiēs inimicitias in semetipso. Profert & David de hoc lapide angulari testimonium dicēs, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, A domino Psal. 117. factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Impegerunt & in hunc lapidem Iu-dæi, & offensi fuerunt ac scandalizati, cùm viderunt eum in medio duorum scelerati-simorum latronū, cruci affixum, quasi arbitrarentur eum ob infirmitatem quandā & imperfectionem, non potuisse suis aduersariis repugnare, nec morti resistere. Et dis-cebant perditissimi illi homines, innocētem innumeris conuiciis incessendo, Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua teipsum: Si filius Dei es, de- Math. 27.

- scende de cruce. Sed illi à sua propria malitia fuerunt scandalizati: Nam poterant ex prophetis intelligere filium Dei debere pati tormentum crucis, pro redemptione & reconciliatione generis humani. Quòd si in hunc angularem & electum lapidem credidissent, non perirent, sed assequuti fuissent mercedem æternam. Siquidem dicit Eccle.2. Ecclesiasticus, Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Ioan.3. Dicit & Euangelium, Qui credit in eum non iudicatur, qui autem nō credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Et alibi, Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit & credit in me, nō morietur in æternū.

• Argumentum decimi capituli.

DIscriuatur Paulus, angitur & torquetur pro salute suorum fratrum, vehementerque dolet quòd cùm zelum, ferorem & amorem habeant in Deū, eiisque prescripta transgredi timeant, non colant neque reuereantur filium Dei: & suam iustitiam antiquæ legis ritibus, ceremoniis, obseruationibus & sacrificiis tribuentes, contemnunt eam amplecti iustificationem quæ in fide Iesu Christi sita est. Non enim cuiquam fit ad æternā salutem aditus, nisi per Iesum Christum: nisi denique integro corde in eum crediderit, eiisque nomen (cùm locus & tempus postulat) profiteatur. Arguit & oscitantæ Iudaicum populum, quòd licet dominus nihil non illi ad credendum detexerit, non tamen fidem amplexatus est. Extollit gentilium fidem, quòd licet nullis legis & prophetiarum adminiculis ut crederet, adiuti fuerint: postquam tamen ad hoc cælestè negotium diuino numine afflati sunt, sedulam ut in Christum crederent, nauarunt operam.

Caput decimum.

Ratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deū fit pro illis in salutem. Testimoniū enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiae Dei nō sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei quod prædicamus. Quia si confiteris in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illū suscitauit à mortuis, saluus eris: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci: Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.)

Paulò antè reddidit rationem Paulus cur Iudæi legalibus operibus nimium fidentes, non peruerterint in legem iustitiae: & ex scriptura demonstrauit eos offendisse in lapidem offensionis. nec tamen cessat interpellare dominum pro illorum resipiscētia

& salute, licet adhuc velamine incredulitatis obtegantur. Voluntas, inquit, ex intimo mei cordis affectu dimanans, & obsecratio siue sacra cōtestatio, fit ad Deum pro illis in salutem: Siquidē debemus pro omnibus orare ut saluentur, siue sint infideles siue fideles, siue boni siue mali, siue iusti siue iniusti. quod affirmat scriptura illa, Obsecro I. Tim.2. igitur primū omnium fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarū actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitā agamus in omni pietate & castitate. Subscribit & huic loco illud Iacobi, Orate pro inuicem ut saluemini. Quod autem subnectit, planè declarat Iudæos magis ex ignorantia quæ certa malitia peccasse. Testimonium, inquit, perhibeo illis, quòd æmulationē quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Nā multi ex ordine Iudæorū zelo Dei, & cupientes se Deo obsequium præstare, aduersus Christum, Christique milites etiam generosos insurrexerunt, & tandem cæde nephanda suas manus contaminarunt. Etenim dicit Christus in Euangelio Ioānis, Venit hora, vt omnis Ioan.16. qui interficit vos, arbitretur obsequiuū se præstare Deo: & hæc facient vobis, quia non nouerunt patré neque me. Fatetur & Paulus in epistola ad Philippenses, q secundum Philip.3. æmulationē persequutus est ecclesiam Dei. Tum quoque ad Timotheū scribit, Prius I. Tim.1. blasphemus fui, & persequitor, & cōtumeliosus, sed misericordiam Dei consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Nōnne & putabat se obsequiuū præstare Deo, cùm illos qui profitebātur syncera fide nomē Christi, persequebatur, eōsq; in carceres intrudebat? Hec obseruari ex sola fide, & nō ex operibus: & satis esse ad assequendā salutē, vt quis credat fan-ua. guinē Iesu Christi esse effusum pro remissione peccatorū, zelū habet & ardorē in Chri-
stum, nō tamen secundū peritū. Quia illa est syncera & euangelica fides quæ per charitatem operatur. Deniq; fides sine operibus mortua est. Verū Phinees zelum habebat Psal.105. secundū scientiam, quādo zelatus interemit Madianitidē, pariter & Israelim forniciantem cū ea. Habebat & Elias zelum secundū scientiam, quando dixit, Zelans zelatus 3. Reg. 19. sum omnipotēti Deo Israel, quia dereliquerunt paclū domini filij Israel, prophetas tuos occiderūt, & altaria tua subuerterūt. Iudæorū autē zelus non erat secundū scientiam: Nā ignorantes Dei iustitiae, & suam quærentes statuere, iustitiae Dei nō sunt subiecti. Ignorabant autē iustitiam Dei, qua Deus per fidē Iesu Christi iustificat. & sibi venditantes iustitiae legis ab externis operibus, & ceremoniis & sacrificiis, quasi magis humana quādiuina iustitia cuperent iustificari, noluerūt præ arrogantia, superbia & præsumptione se diuinæ iustitiae subdere, qua Deus per fidem Iesu Christi iustificat etiam impium. Quòd autem hæc sit vera iustitia, ostendit hic subsequens locus,

Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Perfectio itaque & iustitia Mosaicæ legis erat Christus, quod Euangelica illa sapientia comprobavit, Nolite putare quoniam Mat.5. veni soluere legem aut prophetas, non veni soluere sed adimplere. Denique Mosaica lex ad Christum Christique gratiam præludebat: nec poterat lex cōsummari, nisi Christus ē sinu sui patris descendisset, vt suum populum saluaret. Prælulerunt & veteris legis sacrificia & sacramenta, sacrificio & sacramentis Euangelicæ legis. Et ex eo Christus censemur finis legis, vt quem lex iustificare non potuit, iustificet Christus, iustificet & eius fides. De iustitia autem legis, hunc in modum scripsit Moses, Custo- Leui.18. dite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Viuet quidem in eis, vita temporanea: aliud quippe est viuere Deo, & viuere in antiquis Mosaicæ legis sanctis. Huic autem loco arridet illud Ezechielis, Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. Verū pugnabit quispiā dicens, q non solū iustitia legis promittebat bona temporanea, sed & cōferebat vitā æternam. Dixit Christus cuidā adolescenti depositi quid sibi opus esset, vt vitam æternā assequeretur, Si vis ad vitā ingredi, serua mādata. Facile est huic obiectioni respōdere. Lex Mosaica Math.19. disponebat ad vitam æternam, quam tamen non conferebat. Dic aliter, Si vis ad vitā ingredi, serua mandata, modò fidem Christi amplexari velis, ita quòd verba illa g. j.

Cap.10. COMMENTARIIO ARBOREI

- intelligenda sunt secundū spiritalem sensum legis, qui spectat ad fidem Christi: quod facile est ex Euangelio deducere, cū adolescens ille respondit Christo, Omnia hæc cu
Math.19. stodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesu, Si vis perfectus esse, va-
de, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlo, & veni, se-
quere me. Sequere quidem me, In me credendo, & suscepta de me vera fide, pietatis &
virtutum omnium officia exerceas. De iustitia autem in fide sita, sic dicit, *Ne dixeris in
corde tuo, Quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis ascendet in abyssum? hoc est
Christum à mortuis reuocare.* In Deuteronomio legimus, Mādatum hoc quod ego præ-
cipio tibi hodie, nō supra te est, neque procul possum, nec in cœlo sitū, vt possis dice-
re, *Quis nostrū valet ad cœlum ascēdere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atq; o-
pere cōpleamus?* neque trans mare positum, vt causeris & dicas, *Quis è nobis poterit
mare transfretare, & illud ad nos vsq; deferre, vt possimus audire & facere quod præ-
ceptum est?* Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.
Nōnulli interpres dicūt Mosen sub hoc ænigmate insinuasse Christū è cœlo, tēpo-
re definito, descensurum, & ex inferorum abyſſo tandem ad cœlum remeaturum: Ete-
nim Moses diuino spiritu afflatus, intellexit Christum pro salute humani generis pas-
surum ignominiosum mortis supplicium: Deinde profligaturū mortem, ac de morte
mortisque imperatore triumphaturū: quod subindicat illud Pauli ad Hebræos, Fide
Moyses grandis factus, negauit se esse filiū filiæ Pharaonis: māgis eligens affligi cum
populo Dei, quām tēporalis peccati habere iucunditatē, maiores diuitias æstimās the-
sauro Ægyptiorum, improprium Christi: Aspiciebat enim in remunerationē. Alij
considerantes intelligentiā Pauli, qui Mosaīcam illā scripturam admodum difficile
detexit, dicūt, *Ne dixeris in corde tuo, dubitādo scilicet, Quis ascendit in cœlū? quasi
hoc impossibile reputās: hoc enim afferere quasi impossibile, est deducere Christū à
cœlo, hoc est affirmare quod nō sit in cœlo. cōtra quē errorē dicit Ioannes, Nemo a-
scendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Tū quoque
dicit Paulus ad Epheſios, Qui descendit ipse est, & qui ascēdit supra omnes cœlos, vt
impleret omnia. Aut ne dixeris, *Quis descendit in abyssum, id est in infernū, quasi repu-
tās hoc esse impossibile, hoc enim negare, est reuocare Christū ex mortuis, scilicet ne-
gare eū nō esse mortuū.* Verū primā opinioni plaudimus, quē iustitiā fidei magnope-
re cōmendat. Moyses scripsit iustitiā legis, sed Christus dedit & cōfirmauit iustitiā
Dei: illa erat vmbra & inchoatio, hæc verò veritas & cōsummatio. Dicit & scriptura
de hac vera iustitia, Prope est verbū in ore tuo, & in corde tuo. hoc, inquit Paulus, est
verbū fidei, quod in intimis nostris præcordiis affigendum est, vōxque nostra debet
semper omnium auribus idem Euangelicum verbum infonare, hoc est verbum in-
sistum quod potest saluare animas nostras. Quōd si ore cōfitemur Iesum Christū, &
corde credamus quōd Deus illū à morte fuscitauit, saluabimur, modò opera fidei
digna faciamus: *Cordē enim creditur ad iustitiā, ore autem fit confessio ad salutē.* Tenentur enim
Christianī interrito animo cōfiteri nomē Christi corā tyrannis & persecutoribus
fidei: debēt & suas ceruices impiorū gladiis pro tuenda Christiana religione supponere.
Et quia bonus latro ore cōfessus est publicè, Christū esse innocentē, & corde credidit
eum esse Deū & dominum omniū, iustificatus est, & ad æternam salutem peruenit.
Petrus verò fractus animo, & sibi nimium metuens in discrimen suā animāe venit,
cūm ter negauit Christum, quem tamen tenebatur coram aduersariis Christi cōfiteri:
& de salute periclitatus fuisset, nisi dominus oculo clemētiā eum respexisset. Probat
& Paulus ex scriptura, fidem Iesu Christi pensari præmio. Dicit Esaias, Omnis qui
credit in illū nō cōfundetur. Nec Deus magis cōmendat fidē Iudæorū quā Græcorū:
cōsiderata in se fidei ratione, nō enim est personarū acceptor, sed in omni gēte, qui ti-
met eū, & operatur iustitiā, acceptus est illi. Verbū misit Deus filiis Israel, annuncians
pacē per Iesum Christū, hic est omniū dominus. quod asseuerat Paulus hoc ī loco, di-
cēs, Nō est distincō Iudæi & Græci, Idē dominus omniū, diues ī omnes qui inuocāt
illum: Et ad Galatas, Non est Iudæus, neq; Græcus, nō est seruus neque liber, non est
masculus, neque foemina: omnes enim vos vñū estis in Christo Iesu. Tū quoq; eadē*

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

38

scribit ad Coloffenses, Nō est Gentilis & Iudæus, Circūcisio & præputiū, barbarus & Coloss.3.
Scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Eandē quoq; veritatē cō-
munit & stabilit Ioëlis testimonio, Omnis quicūq; inuocauerit nomē domini saluus Ioe.2.
erit, cui cōsentit illud Hieremiac, Inuocabitis me & viuetis, orabitis me & vos exaudiā. Hiere. 29.
Scribit & Psalmographus, Inuocabit me, & ego exaudiā eū. Verū aduersus hēc testi-
monia pugnare videtur Salomō dicens, Cūm irruerit repētina calamitas, & interitus
quasi tēpestas ingruerit, quādō venerit super vos tribulatio & angustia: tūc inuocabūt Prou.1.
me, & nō exaudiā. Sed nō pugnat Salomon cū illis testimoñis, quia loquitur de illis,
quibus deerat ardēs & syncerus inuocādi affectus, & qui nō agebāt opera inuocati no-
minis digna, nec proponebāt à pristinis vitiis desistere. Et vbi nō amplius erit poenitentiæ
locus, & præterierit statutum tempus & acceptabile, in quo est facultas poenitendi: si inuocent dominū, non exaudientur. Sed qui syncero affectu & feruenti deuo-
tione inuocat nomē domini, & facit opera inuocati nominis digna, saluus erit. Enos Gene.4.
cōepit primus inuocare nomē domini, & saluatus est. Samuel inuocauit nomē domini, 1. Reg.1.
& ad regnū cœlorum peruenit. & qui Enos & Samuelis vestigia sectantur, saluū fient.

” Quomodo ergo inuocabunt eū, in quem nō crediderūt? Aut quomo-
do credent ei, quē non audierūt? Quomodo autē audiēt sine prædicātē?
” Quomodo vero prædicabūt, nisi mittātur? sicut scriptū est, *Quā speciosi
pedes euāgelizantiū pacē, euangelizantiū bona!* Sed nō omnes obediūt
” Euāgelio. Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo
” fides ex auditu, auditus autē per verbū Christi. Sed dico, Nunquid non
” audierūt? Et quidē, In omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terre
” verba eorū. Sed dico, Nunquid Israel nō cognouit? Primus Moyses dicit,
” Ego ad æmulationē vos adducā in non gentē, in gentē insipientē, in irā
” vos mittā. Esaias autē audet & dicit, Inuentus sum à non quārentibus
” me, palā apparui iis, qui me nō interrogabāt. Ad Israel autē dicit, Tota
” die expandi manus meas ad populū non credentē, & contradicentē.)

Decretat Paulus aduersus illud oraculū propheticum, Quicunque inuocauerit no-
men domini saluus erit. Quomodo, inquit, inuocabūt eū in quem non crediderunt?
Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine præ-
dicātē? Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? Itaque fidem oportet præce-
dere inuocationem: etenim rerum sperandarum est substantia, argumentum non ap-
parentium. Et sine fide impossibile est Deo placere. Dicit & Propheta, Credidi, pro-
pter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur: Non enim pos-
sumus de rebus diuinis loqui, neque gloriam Dei, eiūque magnifica opera contem-
plari, nisi credamus. Quōd si de rebus arcānis loqui non possumus, nisi credamus,
nec inuocare possumus nomen domini, nisi crediderimus: Et sicut fides antecedit
sacram inuocationem, ita auditus fidem præcedit, qui est per verbum Christi, Euange-
lium scilicet, Euangelicāmq; doctrinā. Vnde dicebant Samaritani illi mulieri, quam Ioan.4.
Christus ad se allegerat, Quia iā nō propter tuā loquelā credim⁹, ipsi enim audiūimus
& scimus, quia hic est verē saluator mūdi. Sciamus autē ex scripturis duplē esse au-
ditū, vnum internū, quo quis audit quæ Deus sibi reuelat. Hinc illud Psalmographi,
Audiā quid loquatur in me dominus Deus. Et alterū externū, quo quis audit quæ
alius loquitur, de quo dicitur, Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spirituslan. Act.10.
Etus super omnes qui audiebāt verbū. Et quomodo audient sanam Christi doctrinā,
nisi sit qui eā aut profiteatur aut prædicet? & quomodo prædicabit nisi mittatur, aut
immediate à Christo (qui aliquando dixerat de suis discipulis, Sicut tu me misisti in
mundū, ita & ego misi vos in mundū: Tum quoque cūm suis apparuit discipulis in Ioan.17.
die suā resurrectionis, dixit, Pax vobis, sicut misit me pater, & ego mitto vos) aut me-
diatē mittatur à Christo, per Romanum Pontificem, aut ecclesiasticos prælatos? Ioan.20.
g. ij.

COMMENTARII IO. ARBOREI

- Cap.10.** quorum studium est & cura, vt deligant sanctos & doctos concionatores, qui prædicens sanum & irreprehensibile Christi verbum. Probat autem Paulus ex scriptura, neminē debere fungi munere concionatoris, nisi mittatur: *Quām speciosi sunt pedes euangelizantiū pacē, euangelizantium bona.* Secundum hebraicā veritatē legimus, *Quā pulchri super mótes pedes annūciantis & prædicatis pacē, & annūciantis bonū, prædicatis salutē.* De hac salutifera pace dicit Paulus, *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū.* Scribit & Psalmographus, *Orietur in diebus eius iustitia, & abundātia pacis.* Annunciat & prædicat quæ verē bona sunt, quæ dat pater petētibus se, id est omnes gratias spiritu sancti. Et decori ac pulchri concionatorum pedes, sunt spiritalis, illorum quidem qui ambulant per viam vitæ, de qua dicitur, *Ego sum via, veritas & vita.* Sunt & speciosi pedes concionatorū, quando sincero affectu, & nulla honoris & lucri cupiditate prædicant Euangeliū. Sumūtur & in scriptura pedes pro affectibus: Hinc illud Christi verbū, *Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.* Et licet prædicator admittatur pro viribus, vt omnes ad fidē & euangelicā pietatem accersat: non tamē omnes accersit, hoc autē exprimit Paulus dicens, *Sed nō omnes obediunt Euangeliō: Esaías enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro?* quasi innueret admodū pauci (in cōparatione incredulorū) crediderūt nobis pacē & salutē annūciātibus: & licet pauci ex Gentibus crediderint, pariter pauci ex Iudæis, tamē plures ex gētilibus quām ex Iudæis ad fidē adducti sunt. Et cū dicit Esaías, *Domine quis credidit auditui nostro,* & brachiū domini cui reuelatū est? significat interprete Hieronymo, raritatē credentium ex Iudæis. Licet itaq; plurimū conferat ad credendū Euāgelio, conatus, industria & labor cōcionatoris, non tamen sufficit: sed oī us est ad id a sequendū diuino præfatio. Siquidē dicit Christus in Euāgelio Ioannis, *Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū.* Itē, Omnes qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. Et quia nemo potest credere in Christū, nisi Christū loquētem audierit, sicut scriptū est, *Si nō venissem, & loquutus nō fuisset eis, peccatū nō haberent: aut audierit eius apostolos, sicut legimus, Nō pro eis autē rogo tantū, sed & pro eis qui credituri sunt per verbū eorū in me, aut per apostolicos viros & Ecclesiasticos doctores, qui dati sunt à Christo in ædificationē Ecclesiæ, cōcludit Paulus, Ergo fides est ex auditu, auditus autē per verbum Christi, vt scilicet sciamus præter internā ad credendū inspirationē, quid credere debeamus.* Vnde licet Cornelius cor haberet propensum ad credendū, tamē ad eū missus est Petrus, vt eū doceret, quid credere deberet. Sed obiiciet quispiā, Si fides sit ex auditu, quomodo ergo qui nati sunt surdi, possūt fieri Christiani? Bifariā huic obiectio- ni respōdeo, Paulus nō dixit generaliter, fides omniū ex auditu est, sed fides ex auditu: quod & in parte & in toto accipi potest. Eorū scilicet fides ex auditu, qui audiunt, qui credūt. Secūdo, surdi nutibus & quotidiana cōversatione, & totius corporis loquēte gestu, possunt Euangeliū discere. Et ne Iudæi ab ignorātia sibi prætexerent excusationē, q; non crediderunt in Christū, eō q; non eum audierunt, mouet quæstionem Paulus dicens, *Nunquid nō audierunt?* Si enim non venisset Christus & locutus eis non fuisset, peccatū incredulitatis nō haberent. Et satisfaciendo quæstioni manifestat ex scriptura eos audiuisse Euāgeliū, In omnē, inquit, terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū. Hic est propheticus Dauidis sermo, cōmendans magnopere sedulitatem, diligentia, curā, industriā & conatus Apostolorum, qui nihil non egerūt, vt ad vnū summū pastore, vtrunq; & Iudæorū & Gentiliū ouile, pro gloria Dei & cōsummatione ecclesiæ, adduceret. Incredibilis itaque Apostolorū fama, & docta cōcio per totum terrarū orbē infonuit & percrebuit, vt horū principū classico, nemo nō ad fidē Christi amplexandā adduceretur. quod cōmóstrat locus ille, *Eūtes in mundū vniuersum, prædicate Euangeliū omni creaturæ.* Dicamus Iudæos habuisse de Christo ignariā voluntariā. alloquimur autē primores Iudæorū, primariōsq; viros, doctores legis, potissimū Scribas & Pharisæos, qui facile poterat ad fidē allici, cū Christi prædicationibus, tū signis eidētissimis ab eo propria virtute æditis. Denique ex Mosaïca lege & propheticis vaticiniis, nō eos latere potuit, summum Messiam venturum, qui oblatione sui corporis destrueret & aboleret peccatū. Insuper Apostoli, post ascensionem sui

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

sui domini, per totam Iudæā longè latēque euangelicam sementē sparserunt. Exierūt & Apostolorū verba in fines orbis terræ, etiā vsque ad Garamāthas, Scythas & Indos, ne tantæ rei sacramentū gentibus occultaretur. Etenim scriptum est, *Posui te in luce Esa. 49.* gentiū, vt sis in salutē vsque ad extremū terræ. Nā Matthæus prædicando propagauit Act. 13. in Æthiopia Euangelicā philosophiā: Thomas verò in India. Deniq; Paulus doctor gentium, innumerā gentiliū nationes ad fidem adduxit. Nec illa Psalmographi prophetia adhuc erat omnino cōpleta, cū Paulus dixit, *In omnē terrā exiuit sonus eorū, sed erat posthac cōplenda & consummāda:* Ita quōd vſus est propheta præterito pro futuro, propter certitudinē diuinę præordinationis. In omnē itaque terrā exiuit sonus eorū, quia exibit: & licet abundē exierit, exit tamen in dies opera prædicatorum, & fusius euulgabitur apud incognitas & barbaras nationes, quibus nondū Christus inclaruit & effulsit. Et propterea colligere oportet, quoddam hominū genus excusari quoismodo à peccato infidelitatis & incredulitatis, quibus Christus, neque in sua persona, neq; in persona suorū apostolorum & discipulorū, innotuit. Ab aliis tamen peccatis nō excusantur, quibus calcantes naturalē legem, Deū grauissimē offenderūt: vt nobis compertum est de his qui in diluio perierunt, & de Sodomitis & Gomorrahēs. Quidam dicūt illam Dauidis prophetiam iam esse cōpletā: Nam licet nōnullæ nationes exteræ & barbaræ, non audierint in sua propria patria verbū Dei: poterant tamen (si dedit operam) à suis vicinis, aut ab aliis qui degunt non longè ab eis, audire. Addē, quōd Dominus adeò benignus est & clemens, vt laboranti pro viribus (aut vt fertur, facienti quod in se est) non denegat suum auxilium, vt ad fidem conuertatur. Deinde Paulus agitat quæstionem, Si nam Israel, siue Israeliticus populus, non cognouerit mysterium Christi, non agnouerit suum lapsum, suāmque ruinam, & vocationem Gentium. *Sed dico, Nunquid Israel non cognouit?* Et diluendo quæstionē, indicat planē deiectionē Iudæorum, sed sua idolatria, suisque nephandis vitiis, & q; conferendi sunt cum nothis & prophaniis gentibus, à quibus aliquando affligerunt. Primus Moyses dicit, hoc est præcipiuus inter antiquos prophetas, scripsit & dixit, *Ego ad emulationem vos adducam, in non gentem, in gentem insipientem in iram vos mittam.* Aliter legimus in Deuteronomio, sed eadem est fententia, *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis:* Et ego prouocabo eos in eo qui nō est populus, & in gente stulta irritabo illos: Sensus est, quia perfidi Iudæi prouocauerunt Deū Israel, colendo idōla, eūmq; irritauerunt in suis superstitionibus, despexit illos dominus, eōsque prouocauit in fordida gente, quæ olim indigna erat, vt populus Dei vocaretur, & in gente stulta (quæ tamen sibi tumidā & humanā sapientiā iactabat) irritauit illos, finēdo vt ab eis cruciarētur. Indigni quoque erant Iudæi ob sua flagitia, nephanda scelera & turpissimam vitam, vt vocarentur gens & populus Dei: & conferēdi erant cum prophana gente, superba & stulta, quōd toties Deū ad iracundiā prouocauerint. Hoc & plenius declarat Paulus in subsequentibus locis, dicens, *Esaías audenter dicit, Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparuī his qui me non interrogabant.* Ad Israel autem dicit, *Tota die expandi manus meas ad populū non credentem, sed contradicente mihi.* Legimus secundum septuaginta interpres in Esaia, Apparui non quærentibus me, inuentus sum ab his qui me non interrogabant, Duxi, Ecce ego in gente, quæ non inuocauit nomen meū: Expandi manus tota die ad populū incredulū, & contradicentem. In primo loco commendat diligentiam gentilium, quōd sedulā nauarint operā, vt ad Christum conuerterētur, eūmq; sibi ipsiis fauorabilē & benignū inuenirēt: quāuis priūs suis obtenebrati & erroribus & vitiis, non eū quæsierint. Cētrum dominum non quærebant, & audiuit à domino, Amen dico vobis, non inueni tam fidem in Israel. Mulier Chananæa ignorabat Mosaïcam legem & prophetias, & tamen ob suam ardentem fidem, domini voce laudatur, O mulier, magna est fides tua. In secundo verò loco, taxat summam & inexpiablem Iudæorū ingratitudinem, q; licet Deus ad eos frequenter suas manus extenderit, innumerā faciendo prodigia: Denique cū affixus est cruci, tamen in sua obstinata malitia, pertinaciq; blasphem. g. iij.

- Math.12. phemia perseuerarunt, & illius voluntati reclamarūt, quē tamen protegere debuerāt.
- Luc.23. Aliquādo dixerunt rabie perciti, Hic nō eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorū. Vocauerunt & eum Samaritanū & dæmoniacum. Et cùm in cruce extē-
- Mat.27. deret manus ad populum non credentem, & diceret, Pater ignosce eis, quod enim fa-
- ciunt, nesciūt, illi ē regione dicebant, Vah, qui destruis templū Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Tum quoque Symeon suis vlnis gestās Christum admodum paruulum, dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui cō-
- tradicetur. Scribit & Paulus ad Hebræos, Recogitate eū qui talē sustinuit à peccatori-
- bus aduersus semetipsum cōtradictionē, vt ne fatigemini animis vestris deficiente.

Argumentum vndecimi capit. i.

Licet quamplurimi ex numero Iudeorū misérè perierint, & quidem sua incre-
dulitate & pertinaci malitia, tamen reliquæ secundum gratiam & munifi-
centiam Dei saluæ fient. Nec repulit dominus populum suum, quem ad æternā
gloriam prædestinavit. Nec qui sua impietate & contumacia excæcati sunt, offe-
derunt Deum vt caderent: Sed quia ceciderunt, & ob id habuerunt Deum sibi
iudicem seuerum, illorum ruina & casus in gentium salutem fæliciter cessit. Qui
fide stat & fulcitur aliis reiectus, non sibi stultè placeat, sed timeat: Nec altiora
se scrutetur, nec cupiat arcana Dei penetrare, quæ sunt & humanis & ange-
licis spiritibus imperuia.

Caput vndecimum.

- D**ico ergo, Nūquid Deus repulit populum suum? Absit: Nā &
ego Israélita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Nō
repulit Deus plebem suam quam præsciuīt. An nescitis in
Elia quid dicit scriptura, quemadmodū interpellat Deū ad-
uersum Israel? Domine, prophetas tuos occiderūt, & altaria tua suffode-
runt, & ego relictus sum solus, & querunt animā meam. Sed quid dicit
illi diuinū respōsum? Reliqui mihi septē millia virorū, qui nō curuauerūt
genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tēpore, reliquæ secundū electionem
gratiæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia
iam non est gratia.) Licet Iudaica natio, ob suam impiam crudelitatem, inaudi-
tāque flagitia mereretur prorsus à Deo alienari, non tamen in totum fuit alienata &
repudiata, sed seruatus est populus à Deo peculiariter selectus. Hoc autē exprimit Pau-
lus in exordio huiusc capitis dicēs, Nunquid Deus repulit populum suum? Nunquid om-
nino à se abiecit? Nunquid in inferorum tartarum intrusit? Et respōdet nimirum ex
scriptura suis fauens, Absit: Nam neque meipsum qui sum Israélita, ex semine Abra-
ham, & de tribu Béniamitica admodum nobili, auerſatus est, licet persequutus sim etiā
atrociter ecclesiam, misericordiam tamen consequutus sum, quia ignorans feci. Et de
me, nō meis quidem meritis dictū est, Vas electionis est mihi iste, vt portet nomē meū
coram Gentibus, & regibus & filiis Israel. Denique quam præcognouit Deus ple-
bem suam, & præcognitam ad æternam fœlicitatem prædestinavit, minimè repulit.
Adnotemus cursim Augustinum libro 2. de bono perseuerantiæ capite 18. acerrimè
defendere hoc in loco (præsciuīt) debere sumi pro prædestinavit, eō quod subiungit
Paulus, vltra diuinum oraculum Eliæ datum, Reliquæ secundum electionem gratiæ fa-
ctæ sunt, Verūm non erat cur tam vehementer in verbo illo laboraret: Nam Paulus prius

prius dixerat, Quos præsciuīt & prædestinavit. Fauet & Deus illis quos præcognouit Rom. 9:
posthac bona fide suæ voluntati obtemperaturos. Probat autem Apostolus antiquæ
scripturæ testimonio Deum admodum clementem nō à se depulisse, quos ad futurā
beatitudinem elegerat. Cùm Helias interpellaret Dominum etiam vehementi admo-
dum affectu, aduersus Israéliticū populum, ab eoque deposceret vindictam ob ad-
missa flagitia, & diceret, Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua effoderunt, & ego
relictus sum solus, & querunt animam meam, Dixit illi diuinum oraculum vt à tam atro-
ci vindicta petenda conquiesceret, Reliqui mibi septē millia virorum qui non curuau-
runt genua ante idōlum Baal, Hoc intelligamus dictum Heliæ, postquam ferauens amo-
re in cultum vnius Dei, trucidauit pseudoprophetas, qui Idōlum Baal adorabant, cō 3. Reg. 18.
pellebāntque suis illusionibus & mendaciis Israéliticum populum idem idōlum re-
uereri. Confugit & idem sanctus vir Dei, ad Dominum suum, cùm regina Iezabel tru-
culentissima volebat eum trucidare. Siquidem dicebat mulier illa inimicissima Dei
& prophetarum eius, Hæc mihi faciant dij, & hoc addāt, nisi hac hora cras posuero
animam tuam, sicut animam vnius ex illis. His autem duris comminationibus attoni-
tus propheta fugam arripuit, & cùm lateret in spelunca, sermo Domini factus est ad
eum dicens, Quid hīc agis Heliæ? Et ille respondit, Zelo zelatus sum pro Domino
Deo exercitum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israël, Altaria tua destruxerūt,
& prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meam vt
auferant eam, Et ait Dominus ad eum, Vade, & reuertere in viam tuam per desertum
in Damascum, derelinquam mihi in Israël septem milia virorum, quorum genua nō
sunt incuruata ante Baal. Arbitrabatur hic sanctus propheta, vix vnum præter se su-
pereſſe, qui vnum Deum coleret, multi tamen prophetæ præter Heliam, Deum Israël
venerabantur: Quandoquidem Abdias fidelis dispensator domus regis Achab, timēs 3. Reg. 18.
Deum valde, cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophe-
tas, & abscondit eos quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane
& aqua. Sed cùm dicit scriptura de Heliæ Derelictus sum solus, vult innuere in laudem
huiusc eximij prophetæ, quod è numero illorum prophetarum nemo præter Heliā ^{na.}
apertiū & feruentiori zelo Deum Israël coluit. Ignorabat & Helias suæ ætatis homi-
nes, qui futuri essent salui. Et licet propheticō spiritu afflaretur, non tamē per omnia
arcanam Dei voluntatem capiebat. Ne dicas itaque, ait Dominus, te esse solum Dei
cultorem: Nam mihi reliqui septem millia virorum qui non flexerunt genua ante
Idōlum Baal. Vtitur autem hoc loco scriptura septenario, propter sui perfectionem.
Pertinet & septenarius numerus ad requiem, etenim Dominus septimo die requieuit.
Inuitat & Christus sui studiosissimos ad requiem dicens, Venite ad me omnes qui la-
boratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discri-
te à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Verūm decertabit quispiam probando quod non iusta erat precatio Heliæ aduer-
sus Israéliticum populum. Samuēl orauit pro Israélita gente dicens, Absit à me hoc 1. Reg. 12.
peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis: Ergo potius Helias debebat pro suis
orare vt resipiscerent, quām vt pro eorum exitio oraret. Respondebo, Potest prophe-
ta contra aliquem populum trifariam orare. Primò, conformando suam voluntatem
diuinæ voluntati, vt homines meritò pro suis admissis puniantur. vnde dicit Psalmo-
graphus, Lætabitur iustus cùm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine pec-
catoris. Hac orandi formula interpellauit Helias Dominum, vt sacrilegi, & homici-
dæ, & idōlolatræ punirentur. Altaria inquit, tuo nomini consecrata ante dedicationē
templi Salomonis subruerunt, & prophetas tuos occiderunt. Huic loco suffragatur
illud Hieremias, Ne propiciaris iniquitatē eorum, & peccatum eorum à facie tua non
deleatur. Id de pœna impiis irroganda intellige, nam subiungit, Fiant corruentes in
conspicu tuo, in tempore furoris tui abutere eis. Secundò, interpellando contra re-
gnūm peccati, vt non homines, sed hominum peccata destruantur. Tertiò, interpel-
lando forma denunciationis & præquisitionis. Hinc illud Hieremias, Confundantur qui Hier. 17.
g. iiiij.

me persequuntur, id est, praeuideo quod confundentur. Et cum dicit scriptura. Reliq*ui mihi septem millia virorum, qui non incuruauerunt genua sua ante Baal*, vtitur certo numero pro incerto, ac si innueret, etiam plusquam septena millia, vti legimus in Euangelio, Non dico tibi usque septies, sed usque septuagesies septies. Ex illo autem veteris testamenti testimonio concludit Paulus (ingenia nostra reuocans ad aduentum Iesu Christi.) Sic ergo in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Quod si tempore Heliæ misertus sit Deus sui populi, quem ad vitam æternam prædestinavit, multò magis tempore Euangeli, euangelicæ gratiæ, sui selecti populi miserebitur. Possimus & loco Heliæ exprimere Ioannem Baptistam: Nam venit in spiritu & virtute Heliæ. Et hic præcursor Domini sanctissimus, plusquam se-
 Matth. 18. Malach. 3. ptena millia Iudeorum ad fidem & cognitionem Iesu Christi adduxit: Ipse enim Luc. 1. præparauit viam ante Christum, & multos filiorum Israël conuertit ad Dominum Malac. 4. Deum ipsorum. Conuertit & corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parauit & Domino plebem perfectam. Denique numerosissima Iudeorū multitudo amplexata est fidem, cum Christus ut potestatem habet, docebat, euulga-
 baturque cœlestem sapientiam, quam à suo patre audierat, quam & eximiis miraculis Ioan. 10. confirmauit. Vnde legimus in Euangilio Ioannis, Ques meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Temporibus etiam Apostolorum reliquæ Iudeorum saluæ factæ sunt: Etenim nobis ex Actis Apostolorum cō pertum est, quod cum Petrus ad Iudeos concionem haberet, conuertit circiter tria milia hominum. Reliquæ etiam gentium clementia & gratia Dei in Christum crediderunt, & credendo vna cum obseruatione præceptorum ad vitam æternam peruererunt. Siquidem dicebat Christus, Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & il las oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ouile & unus pastor. Sed sciscitabitur quispiam, cur Paulus dicat, Reliquæ secundum electionem gratiæ factæ sunt, & non dicit, Secundum gratiam factæ sunt. Nunquid satis erat dicere, Reliquæ secundum gratiam factæ sunt? Aut maius est & excellentius dicere, Secundum electionem gratiæ? Respondebo, Qui per fidem saluantur, haud dubie per gratiam saluantur, qui verò secundum electionem gratiæ saluantur, perfectiores videntur Matth. 20. ostendi. Vnde dicit Christus in Euangilio, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et si cut omnis qui descendit ex genere Israël, Israël dicitur aut Israëlia: ille autem est verus Israël qui mente pura, corde sincero videt Deum: ita omnis qui ad fidem Christi venit, per gratiæ venit, qui verò donum gratiæ virtutibus exornat, non solùm per gratiam, sed per electionem gratiæ venit ad Christum, & à Christo eadem electione gratiæ saluabitur. Et quod reliquæ saluabuntur, diuinæ gratiæ tribuendum est. Si autem gratia, iam non ex operibus: Quod enim operibus rependitur, ex debito est. Hinc illud, Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Non ergo attendas principaliter ad operum merita, vbi Deus gratis sua gratia iustificat. Quod si operum merita supputentur, iam gratia non est gratia. Verum paulò apertiùs exponendus est hic locus. Si autem gratia, iam non ex operibus gratiam scilicet præcedentibus, oportet enim gratiam bona opera præcedere. Aut intellige, nō primari neque principaliter ex operibus. Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, quanvis opera subsequentia, gratiam Dei illustrent, & gratuitam iustificationem absoluant.
 Tit. 3.
 „ Quid ergo? Quod quærebatur Israël hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri verò excæcati sunt, sicut scriptum est, Dedit illis spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et Daud dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retrahit-

„ retributionem illis. Obscurerunt oculi eorum ne videant, & dorsum „ eorum semper incurua. Dico ergo, Nunquid sic offenderunt ut cade- „ rēt? Absit, Sed illorū delicto, salus est gentibus, ut illos æmulentur. Quod „ si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ „ gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus, „ Quandiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum ho- „ norificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & „ saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est „ mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis?) Licet innumera Iudaïæ na- Rom. 9. tionis multitudo non sit consecuta illam iustitiam quæ est ex fide Iesu Christi, sicut prius dictum est, Israël sectando legem iustitiae, in legé iustitiae non peruenit, eò quod ex operibus legalibus (quod fieri nequit) iustitiam se habituros sperabant: tamen ele- Esa. 6. cti à Deo Iudei, veram & germanam illam iustitiam, quæ diuino muneri tribuenda est, naucti sunt: Cæteri verò sua inueterata malitia, suaque pertinaci incredulitate occæ- act. 28. cati sunt, quod ex scriptura exploratum euadit, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, siue immisit illis Deus spiritum durum, rebellem, asperum, spinosum & intractabi- Esa. 6. lem, quia reiecerunt illum Christi spiritum admodum lenem. Oculos ut non videant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Verum nusquam legimus in libris diuinis, Dedit illis spiritum compunctionis: sed Paulus suis verbis sententiam Esaïæ expli- act, & non nihil de suo addit. In Esaia legimus, Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius ag- grauia, & oculos eius clade: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat & conuertatur & sanem eum. Consimilem scripturam legimus in Actis Apostolorū, vbi dicit Paulus, Quia bene spiritus sanctus locutus est per Esaïam pro-phetam ad patres nostros, dicens, Vade ad populum istum, & dic, Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè vi deant oculis, & auribus audiant, & corde intelligent, & conuertantur & sanem eos. Et in Euangilio Matthæi dicit Christus, Ideo in Parabolis loquor eis, quia videntes Matth. 13. non videt, & audientes non audiunt neque intelligunt, ut adimpleatur in eis prophe-tia Esaïæ dicentis, Auditu audietis, & non intelligetis, &c. Vocat autem hoc loco Pau-lus spiritum compunctionis, spiritum, quo quis mordetur & pungitur dolore. Est & spiritus compunctionis, habitus animi ad malum pertinax. Est quoddam compunctionis genus, quando quis vehementer dolet & tristatur ob sua admissa: Vnde dicit Daud, Potasti nos vino compunctionis. Est & alterum compunctionis genus, inui-dentiæ scilicet, quo quis torquetur & dolet de aliorum prosperitate, & istud est vituperabile. Hunc itaque compunctionis spiritum dedit Deus ingratiss, perfidis & obsti-natis Iudeis, nec dedit producendo vitium: sed illis suam substrahendo gratiam, & permisit ut in flagitia immedicabilia ruerent. Vnde prius dictum est, Ego ad æmu-lationem vos adducam in non gentem: Aut rectius, Ad æmulandum prouocabo, & quasi stimulabo inuidia ac dolore. Dedit & adulteræ generationi oculos ut non vi-deat insignia Christi miracula, quibus ad credendum prouocari poterat. Dedit & aures ut non audiat cœlestem & incredibilem Christi philosophiam, quæ eā ad fidem adduxisset. Verum non omnino excæcauit hunc populū, nec eius aures obturauit, & propterea adiecit Paulus, Usque in hodiernū diē, hoc est usque ad cōsummationē seculi: nā in cōsummatione seculi, videbūt Iudei & audiēt, quādo, iuxta Malachię vaticiniū, Helias conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Adde quod cum intrauerit plenitudo ḡtium, omnis Israël saluus fiet. Probat & testimonio psal-mographi, cæteros fuisse excæcatos: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionem & in scandalum, & in retributionem illis. Nec tamen legimus in psalmis

Psal. 68. Dauidicis, Fiat mēsa eorum coram ipmis in captionem: sed Paulus explicans mentem prophetæ, hoc de suo adiecit: sed sic legimus, Fiat mensa eorum coram ipmis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Id autem prædixerat propheta de futura Iudæorum ruina & calamitate. *Fiat mensa eorum coram ipmis in laqueum*, hoc est illorum delitiæ omnes, & vniuersa fortunæ bona, his ipmis in contrarium cedent, & suis vitiis irretinentur. *In captionem*, capiantur sua mensa, qua tamen debebant animum laxare, nō enim timemus hostem inter epulas, *In scandalum*, quando sua peruersa voluntate de peccato in peccatum corruent, *In retributionem*, quando pro suis demeritis cruciabuntur, & pœnam luent non modicam: Habeant & intellectum tenebris obscuratum. magis autem id dicit propheta prænunciando quām optando. *Et dorsum illorum semper incurua*, quod sub Babyloniorum regibus, deinde sub Tito & Vespasiano Romanis imperatoribus contigit, quorum seruitute & iugo ita pressi fuerunt, vt vix vñquam ab illo solvi potuerint. Incurua & dorsum illorum, eos affligendo multis poenis. Adiicit Paulus, *Dico ergo, Nunquid sic offenderunt ut caderent?* hoc est, nunquid sic diuinam maiestatem offenderunt, vt eorum lapsus esset prorsus irreparabilis? Vel sic, Nū quodpiam facinus insanabile commiserunt? Et respondet, *Absit*, Non enim ita præcipitati sunt, vt à fouea in quam collapsi sunt, non possint se explicare & attollere. Nā in consummatione seculi habituri sunt salutem. Et passus est Deus Iudæos labi, vt ad tempus locum ficeret Gentibus, & iidem rursus Gentium fide & pietate prouocati resipiscerent, & resipiscendo saluarentur. Etenim occasione quadam ita euenit, vt lapsu & delicto Iudæorum, salus sit Gentibus parta. Et licet scriptum sit, Septies cavit iustus & resurgit: tum quoque, Nunquid qui cadit, non resurgit? & qui auersus est, non reuertetur? negat tamen Paulus Iudæos sic deliquisse ut caderent. etenim sciens quod si cecidissent hoc exitiali casu, resurgere omnino non possent, negat eos cecidisse. Cadunt itaque nonnulli scripturæ testimonio, qui resurgere possunt, & cadunt sicut Lucifer, qui resurgere non possunt. Nam lapsus & casus cacodemorum fuit irreparabilis. Subnequit Paulus, *Vt illos emulentur*, aut rectius, *Vt eos ad æmulandum prouocaret*, vt ad Deum actus verbi referatur, qui isto modo voluerit extimulare Iudeos inuidentia quadam ac zelotypia, cùm viderant quod ipfis erat promissum, in gentes esse translatum. Ad hunc tamen locum edit serendum dicit Origenes, vt conuersionem Gentium videntes, & testamentum Dei (quod ipfi prius acceperat, illis traditū) & legem ac prophetas apud eos maiore & digniore haberi obseruantia, zelum capiat etiam ipfi, in nouissimis saltem temporibus. Et sicut nunc illorum lapsus salutem Gentibus dedit, ita Gentium fides & conuersatio, Israël æmulationem conuersionis conferat & salutis. Hæc ille. Paucis hanc accipe intelligentiam, sequendo Origenem: sicut incredulitas Iudæorum, occasione quadam, attulit Gentibus salutem, ita fides Gentium, & sancta conuersatio, Iudæos ad assequendam salutem prouocet. Quod si delictum Iudeorum attulerit mundo spiritales diuitias, & eorundem abiectio mundas Gétiū opes locupletauerit, multò magis eorū plenitudo, & absoluta cōuersio, in Gentium diuitias exūdabit: & aliquādo foeliciter eueniet, vt totus mūdus erit portio Domini. Deinde dicit Paulus, *Quatenus pro gétibus apostolicū & euāgelicū munus obeo*, ministerium meum meique officij rationē exorno & illustro, & pro virili admitor, vt ex Gentilium numero, qui aliquando prophanis idōl's seruierunt, innumeros ad fidem Christi pelliciam. Vulgatus interpres hoc loco legit, glorificabo: Græcē tamen comperimus ἀλεξάρω, idest glorifico, aut illustro & exorno. Quod autem delegatus fuerit Paulus pro Gentibus apostolus, ex Epistola ad Galatas plenus intelligimus, vbi scriptum est. Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus, continuò non acquieci carni & sanguini: item Cötuli cum illis Euāgeliū quod prædico in gentibus. Tum quoque, Qui operatus est Petro in apostolatum circunctionis, operatus est mihi inter gentes, & cùm cognouissent gratiam quę data est mihi, Jacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteræ dederunt mihi & Bar-

& Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem. Et ad Timotheum, In quo positus sum ego prædicator & apostolus (veritatem dico non mentior) doct̄or gentium in fide & veritate. Verū cùm dicit *Quāndiu ego sum gentium apostolus*, videtur innuere quod non semper erit Gentium apostolus, sed completo suo ministerio futurus sit aliorum apostolus. Sed dicam particulam hanc, *Quāndiu sumi pro semper & sine fine*. alij legunt quatenus siue inquantum. Exornat autem suum ministerium bene ministrando, cùm fidem, tum virtutum omnium genera propagando, sicut de honestat & dedecorat suum ministerium, qui negligenter & indignè ministrat: quod haud dubiè faciunt multi viri ecclesiastici. Reddit autem rationem cur sedulam nauat operam pro fide & doctrina Gentium. *Si quo modo inquit ad imitandum sanctam Gentium conuersationem, prouocem & stimulem carnem meam*, Iudæos scilicet, qui sunt cognati mei secundum carnem, vt ex illis aliquos ad æternam salutem adducā. Vides Paulum factum omnibus omnia, vt omnes Christo lucifaceret. Et licet apostolatus Pauli non pertineret ad Iudæos in Iudæa habitantes, tamen pertinebat ad eos cùm versabantur cum gentibus. Et licet Paulus obstringeretur prædicare euangelium gentilibus, & quidem ex munere sibi delegato, sicut dicebat, *Væ mihi si non euangelizauero: neceſſitas enim mihi incumbit, non tamen erat ei inhibitum prædicare Iudeis, quanvis non teneretur*. Adiicit, *Si amissio eorum*, potius abiectio, vt Græcē legis ἀποβλήται: Nam hanc opponit assumptioni, *Est reconciliatio mundi, quæ assumptio*, aut facilius adiuctio, *Nisi vita ex mortuis*? Et sensus est. Si reiectione Iudeorū, occasione quadam gentiles Deo reconciliauit, qui prius erant filii iræ & tenebrarum, quæ est assumptio gentilium, nisi quod gratia Dei ad vitam cœlestem resurrexerint? sicut dicebat pater filij prodigi suo filio seniori, Frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Et hæc mundi reconciliatio per Iesum Christum facta est, qui effusione sui sanguinis, nos Deo reconciliauit. Et quia scriptum est, *Ite potius ad oves quæ perierant domus Israël*. Tum quoque, Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt dominus Israël, erit & assumptionis Israëliticæ gentis, quando iam mortui vitam recipient, & immortalitate donabuntur.

Quod si delibatio sancta est, & massa, & si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cùm oleaster es, inserteris es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriari, non tu radicem portas, sed radix te. Dicit ergo, fracti sunt rami ut ego inserar. Bene. propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time: Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui cederunt, seueritatem, in te autem, bonitatem Dei, si permanferis in bonitate, alioquin & tu excidēris. Sed & illi, si non permanferint in incredulitate, inserentur. potens est enim Deus iterum inserere illos. Nā si & tu ex naturali excisus es oleastro, & cōtra naturā insertus es in bonum, nam oliuā, quantò magis iū qui secundū naturā inserentur suæ oliuæ?)

Cupit Paulus ostendere, obiecto tamen sermone, & inuolucro cuiusdam similitudinis, difficile admodum esse Iudæos, considerata suæ antiquæ nobilitatis & eximiæ prolis origine, non assequuturos salutem æternā. *Si delibatio*, inquit, *santafir. & massa*. Aut si maius secundum peritiores interpretes, Si fermentum sanctum sit, & conspersio, quæ ab eo sumitur. Alij legunt, Si primitiæ sanctæ sint, & massa. Et sensus est, Si Apostoli à Deo assumpti ex Iudaïca natione sancti sint, consequēs est ut Iudeorum gens sit sancta: Vnde dicit beatus Petrus, *Vos estis gens sancta, populus acquisitionis*. Denique, si radix sit sancta, & rami, qui à bonitate radicis succum trahunt. Hæc au-

tem erit huiusc loci intelligentia. Si sancti fuerint Patriarchæ, qui suis eximiis virtutibus Iudaicæ genti præluxerunt, futurum est ut Iudaica gens sit sancta: Etenim ab illos clarissimis & præstantissimis viris suam originem duxerunt. Altius scrutemur huiusc loci expositionem. Christus est primus omnium, & delibatio sancta, perfecta & integra, quandoquidem est primogenitus omnis creaturæ, & totius sanctitatis fons exuberantis simus. Et quia est delibatio sancta, idcirco omnis massa humani generis ab eo sanctificatur. Vnde alibi dicit Paulus loquens de hominibus omni vitiorum facie contaminatis, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Et alibi docens ex scriptura, nos essemus fratres Christi secundum carnem, dicit, Qui enim sanctificat & qui sanctificantur, ex uno sunt omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Deinde commonefacit Paulus gentiles, ne Iudaicam gentem collapsam, & quodammodo sua incredulitate à Deo reiecitam, derideant & fastidian. quod in eorum locum sint asciti, & in numerum filiorum Dei cooptati. Quod si, inquit, aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster es, insitus es illus, & socius radicus & pingue liniis olim factus es, noli gloriariri aduersus ramos. Oleaster, est agrestis siue sylvestris oliua, cui appositè conferuntur gentiles, quia suis spurcissimis aliquando vitiis & nephanda idololatriæ dediti, tabescunt & sterilescebant prorsus, nullumque fructum bonum pariebant, & propterea traditi erant in reprobū sensum. Congregatio Iudæorum quæ aliquando pura fide & ardenti affectu suum Deum coluit, cum oliua speciosa fertili & frugifera confertur, de qua scriptum est, Ego quasi oliua fructifera in domo Dei. Dicit & Hieremias, Oliuam vberē, pulchrā, fructiferam, speciosam, vocavit Deus nō tuum. Quod si quis rectam virtutum semitam sectetur, bona fertilis & fructifera oliua vocabitur: Si verò per abrupta & deuia quæque oberret, & à recto tramite exorbitet, oleaster vocabitur, oliua quidem agrestis & infructuosa. Licet itaque fracti sint natui rami, Iudæi scilicet, suam veram originem à radice eximiorum patriarcharum, & sanctorum prophetarum trahentes, & tu miser gentilis deplorata salutis, persimilis es oleastro, cùm sis non tuismeritis, sed diuina gratia illis insitus, & effectus socius oliuae, & pinguedinis eius, noli te aduersus ramos extollere, caue ne lapsis insultes, tibi metuendum est ne grauius & altius præcipiteris. Exprimuntur oliua pinguisima, & sancti patriarchæ & prophetæ & Apostoli, quod vberimos fructus pepererint, & quamplurimos ad cognitionem fidei adduxerint. Sunt & huius frugiferæ oliuae pinguedo, eximia spiritus sancti dona. Redit & Paulus ad priorem cohortationem, Si glorieris aduersus ramos effractos, tuam vitæ probitatem tantopere iactando, animaduertas te radicem minimè portare. sed radicem te, tuamque gloriā (si qua sit) radice fulciri: Non enim Iudaica natio à tua gente salutem accepit, sed tu à Iudaica natione salutem & didicisti & acceperisti. Vnde dicebat Christus docendo Samaritanam quoniam pacto deberet Deum adorare, Salus ex Iudæis est. Tum quoque scribit David, Notus in Iudæa Deus. Denique sumæ radicis scilicet Iesu Christi subsidio iuuaris, nō autē tuo subsidio iuuatur. Quid enim habes quod nō acceperis? si autem acceperis, quid gloriaris quasi nō acceperis? Tibi suadeto, Qui se humiliat, exaltabitur: Qui verò se exaltat, humiliabitur. Dicis ergo gentilis, qui aduersus Iudeos cristas eris, Fracti sūt rami, vt ego inferar. Bene quidē. Siquidē de eliciēs ex malo bonū, permisit vt rami propter incredulitatē frägeretur & calcaretur. Dicā vnu, ne tu quidpiā de te præsumas, & alienis malis gaudes. Nō fracti sunt propriæ rami, vt tu inferereris, sed cōsequutū est vt ipsis fractis tu inferereris. Et sicut rami si defringātur, desinūt radicis ali succo: ita Iudæi, qui erāt natui rami è sancta radice veræ oliuae natī, si defringātur, & ob suam impietatē & incredulitatē reuellātur, desinent ad tempus succo suæ veræ arboris nutriti. Et tu gentilis qui fide fulciris, noli altū sapere, hoc est, non superbias, non tumida gloria insolefas, non tibi placeas, non efferraris animo, sed time ne infeliori exitio pericliteris. Si enim Deus natūlibus rāmis non pepercit, forsitan nec tibi parcer, Hoc est, si Deus Iudæos, qui natua origine à patriar-

i. Cor. 6.
Heb. 2.
Psa. 21.
Psal. 51.
Hiere. 11.
Joan. 4.
Psal. 75.
Luc. 14.18
1.10.
2.11.
3.12.
4.13.

chis descendenter, permiserit ob incredulitatem excidere, forsitan & te permettet ob incredulitatem excidere. Idcirco si fide stas, tibi consulo, ne quid laudis & gloriæ tibi vindices. Vide ergo seueritatem Dei aut rigorem diuini iudicij in eos qui ceciderunt: in te verò bonitatē, si in fide & puritate vitæ permanferis. alioquin & tu excideris, Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittitur. De seueritate Dei, dicit Psalmographus, Deus vltionum Dominus. Tum quoque scriptum est, Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: Et ego prouocabo eos in eo qui nō est populus, & in gente stulta irritabo Deute. 32. illos. Ignis succēsus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima, deuorbīque terrā cum germe suo, & montium fundamenta cōburet. Congregabo super eos mala, & sagittas meas cōplebo in eis. Consumetur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentū super terrā atque serpentū. Adhac, Si acuero vt fulgur gladiū meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddā vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me, retribuā. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. De bonitate Dei scriptū est, Psal. III. Bonitatē fecisti cum seruo tuo. Itē, Bonitatē & disciplinā & sciētiā doce me. Et in hac epistola prius dixit Paulus, An diuitias bonitatis eius contemnis? In subsequentibus Rom. 2. huiusc disputationis locis Paulus Iudæos lapsos consolatur, illisque adiūcit spē futuræ beatitudinis, si modò à pristinis vitiis resipuerint. Sed & illi, inquit loquens de Iudeis, Si non permanferint in incredulitate, inferentur: Potens est enim Deus, sua clementia & munificentia iterū illos inferere: Nō enim abbreviata est manus domini, vt saluare nō possit. Et hisce testimonii arridet illud Hieremias, Tu fornicata es cū amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Leua oculos tuos in directū, & vide ubi nūc prostrata sis. Obserua igitur nullū impiū, nullum peccatorem quantūvis sceleratū sivitā in meli cōmutare velit, à Deo prorsus reiectū esse. Attēde insuper prædestinatū posse reprobari, & reprobū posse prædestinari. Probat autē Paulus quod intendit, efficacissima ratione. Si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturā insitus es in bonā oliuā, quantò magis hi qui secundū naturā inferētur suæ oliuę? Facilius enim videtur propriæ arboris ramos natuę radici reddere, quam alienos inferere. Si tu inquit Paulus alloqués gentile, ex naturali oleastro excisus es, hoc est, si ob fidē quā receperisti, abscessus es à tuis maioribus, qui erāt sterili oleastro persimiles, & cōtra naturā, cōmunē scilicet naturę cursum, insitus es in bonā oliuā, in locū scilicet Iudeorū fœliciter surrogatus: quantò magis qui secundū naturā inferentur suę oliuę? hoc est, multò magis Iudei ab incredulitate ad integratē fidei resipiscentes, pristinā suam dignitatē & nobilitatem recuperabunt. Intellige & gentile ex naturali oleastro excisum esse, quādo inueterato suo Paganismo renūciat & reclamat, à quo sine Dei gratia nunquā distrahi & dimoueri poterat: Idcirco Paganismus ille erat ei naturalis. Vocat & Paulus hoc loco contra naturā, quod est indecens & alienum, secundū naturā verò, quod est decens: Etenim præter naturā est, siue præter propriam naturā rationē, vt qui à scelerato gentili ortus est, possit sanctitatē seruare. Adde quod erat Iudeo quasi naturale, ob suos proauros & maiores qui credebāt in Messiam venturum, amplexari fidem: Erat enim notus in Iudæa Deus & lege & prophetiis, & quia cōmodissima & præclarissima legis & prophetiarum de Messia venturo scripta, non erant gentili cognita, erat ei quasi contra naturam à Paganismo ad fidem Christi deficere.

Nolo enim vos ignorare fratres misterium hoc, vt non sitis vobis ipsi sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex Syon qui eripiat & auerat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cùm abstulero peccata eorum. Secundum Euangeliū quidem, inimici propter vos, secundum electionem autem, charis h. j.

„ simi propter patres: Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.
 „ Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem miseri-
 „ cordiam consecuti estis propter incredulitatē illorū: ita & isti nunc non
 „ crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam conse-
 „ quantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, vt omniū mife-
 „ reatur. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei! Quām incōprehē-
 „ sibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ cius! Quis enim cognovit
 „ sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit il-
 „ li, & retribuetur ei? Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt om-
 „ nia, ipsi gloria in secula seculorum Amen.) Est sanè mysterium, siue quid ar-
 canum & occultum, nec omnium ingenii peruum, quod Iudæi, vbi per abundan-
 tiā diuinæ gratiæ, fiet omnibus Gentibus ad fidem amplexandam aditus, ab incre-
 dulitate ad fidem conuentur, & conuersi saluabuntur. Hoc autem subindicit Pau-
 lus, alloquens Gentiles qui videbantur superbire aduersus defractos ramos, & elatio-
 ri animo sibiipsis sapere. Neminem vestrum velim fratres, latere hoc mysterium, ne
 quidpiam vobis arrogetis, aut de vestris conatibus, studiis, & ingenii nonnihil præ-
 sumatis, quod permiserit Dominus aliqua ex parte Iudæos occæcari, donec plenitu-
 do Gentium auidis animis fidem Christi amplexaretur, vt cùm Gentium omnium
 nationes, afflatus Dei & dono fidei Ecclesiam intrauerint, omnis Israël saluus fiet, si-
 cut scriptum est, *Veniet ex Sion qui eripiat, & auerteret impietatem à Iacob. Et hoc illis à me te-
 stamentum, cùm abstulero peccata eorum.* Secundum Hebraicam veritatem legimus in

Esa 59. Esaïa, Et timebunt qui ab occidente nomē Domini, & qui ab ortu solis gloriam eius, cùm venerit quasi fluuius violentus quem spiritus Domini cogit, & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniuitate in Iacob, dicit Dominus, Hoc foedus meum cum eis, dicit Dominus: Secundum verò septuaginta interpretes legimus, Et timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis nomen inclytum: Veniet enim quasi fluuius violentus ira Domini, veniet cum furore, & veniet de Sion qui libet, & auertet impietates à Iacob, & hoc erit eis à me testamentum, dicit Dominus. Quod autem adiicit Paulus, Cùm abstulero peccata eorum, nō reperitur in illo oraculo, sed ad explanationem prophetiæ, illud à Paulo additum fuisse putamus. Sion, vt in transcurſu adnotemus, erat arx altissima iuxta Hierosolymam, & pro hac ciuitate Iudæorum florentissima sumitur. Denique nomine Sion, intelligimus Iudaicum populum: Hinc illud Zachariae, Exulta fatis filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Venit & Christus, qui suo precioso sanguine redemit Sion. Et ne putemus omnem redimi Sion, & eam de sceleribus liberari, quæ Domini sanguine cruentata est, significanter adiunxit propheta, his qui redeunt ab iniuitate, si voluerint agere pœnitentiam, in quibus oratio Domini compleatur, Pater, ignoscere eis, quod enim faciunt, nesciunt. Eorum igitur in Sion redemptio est, & propinquus qui eum suscepereint ex Iacob, & illis pollicetur dicēs, Hoc foedus meū cum eis, siue pactum aut testamentum. Licet itaque Iudei maiori ex parte in errorem in-
 credulitatis prolapsi sint, & suis obstinati vitiis cæcutierint, tamen adiutrice Dei manu protecti, cùm plenitudo Gentium fidem suscepereint, à suo errore resipiscere, & æternam salutem aſſequentur. Et licet secundum Euangelium, cui reclamauerunt non credentes in Christum, fuerint Deo inimici, & ſauientes canina rabie in filium Dei innocentissimum, dixerint Pilato etiam clamitando, Tolle, tolle, crucifi-
 ge eum, & hæc conuicia, iniuriæ & contumeliae in salutem Gentium cesserint,

Zacha. 9. tamen propter suos patres, & proauos sanctissimos, Patriarchas ſcilicet, Prophetas, & Apostolos à Deo selectos, diuinā gratiam & charitatē, à qua ſuis vitiis exciderant, ſibi

Luc. 23. Ignoscere eis, quod enim faciunt, nesciunt. Eorum igitur in Sion redemptio est, & propinquus qui eum suscepereint ex Iacob, & illis pollicetur dicēs, Hoc foedus meū cum eis, siue pactum aut testamentum. Licet itaque Iudei maiori ex parte in errorem in-
 credulitatis prolapsi sint, & suis obstinati vitiis cæcutierint, tamen adiutrice Dei manu protecti, cùm plenitudo Gentium fidem suscepereint, à suo errore resipiscere, & æternam salutem aſſequentur. Et licet secundum Euangelium, cui reclamauerunt non credentes in Christum, fuerint Deo inimici, & ſauientes canina rabie in filium Dei innocentissimum, dixerint Pilato etiam clamitando, Tolle, tolle, crucifi-
 ge eum, & hæc conuicia, iniuriæ & contumeliae in salutem Gentium cesserint,

Ioan. 19. tamen propter suos patres, & proauos sanctissimos, Patriarchas ſcilicet, Prophetas, & Apostolos à Deo selectos, diuinā gratiam & charitatē, à qua ſuis vitiis exciderant,

fibi conciliabunt. *Quandoquidem ſine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei,* hoc est, non pœnitent Deum, quod donum fidei incredulis contulerit, eosque ad ſui filij cognitionem pertraxerit, quanuis indigni effent qui pertraherentur. Sunt & in illo qui fonte baptismi abluitur, dona Dei ſine pœnitentia exteriori, quæ conſiftit in externa ſatisfactione. Nam per gratiam baptismi, qui baptizatur, liberatur à culpa, & tota pœna virtute passionis Domini, qui pro peccatis totius mundi abundè ſatisfecit. Qui Rom. 6.
 cunque enim baptizati ſumus in Christo Iefu, in morte ipſius baptizati ſumus. Tum Tit. 3.
 quoque, Secundū ſuā misericordiā ſaluos nos fecit per lauacrū regenerationis & reno-
 uationis ſpiritū ſancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christū ſaluatorē no-
 strum. Et tamen adulto baptizato neceſſaria pœnitentia interior, cordis ſcilicet con-
 tritio, qua quis de peccatis præteritis vehementer dolet. Et ſicut aliquando gentiles
 incredulitatem incurrerunt, nunc autem misericordiam conſequuti ſunt, occasione
 quidem propter incredulitatem Iudæorum, ſicut dicit Paulus ad Ephesios, Eratis il-
 lo in tempore ſine Christo, alienati à conuertatione Iſraël, & hospites testamento-
 rum promiſſionis, ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem in
 Christo Iefu, vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Christi: ita
 & Iudæi nunc non crediderunt in misericordiam gentibus donatam, hoc eſt, non
 potuerunt ſibi ſuadere, quod Deus tam prophane nationis mifereretur: quod tamen
 fecus euuenit. Nam gentiles ſuper misericordia honorant Deum, firmiſſime quæ cre- Rom. 15.
 dunt ſe diuina clementia ſaluari. Volens autem Deus ſua miferatione omnium mor-
 bis mederi, & ex diſunctis populis vnum ouile efficere, Iudæos vna cum gentibus
 ad fidem accerſiuit: Permisit tamen ad tempus vtrumque populum (ne quid ſibi tri-
 bueret) incredulitatis vitio cœcutire, vt omniū mifereretur. Vnde dicit Paulus ad Ga-
 latas, Conclusit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Iefu Christi dare-
 tur creditibus. Et ad Ephesios, Deus qui diues eſt in misericordia, propter nimiam
 charitatem ſuam qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiūificauit nos
 Christo, cuius gratia eſtis ſaluati. O abditissimam profunditatem exuberantissimæ sapien-
 tiæ Dei, quām incomprehensibilia ſunt iudicia eius, &c. Sensus eſt, Quis potest humano
 ſenuſe conſequi, quod vnius malitia vertatur alteri ad ſalutem, & alteri ad damnatio-
 nem? Quis potest etiam fœliciſſimo ingenio natus, innumeris diuina sapientiæ di-
 uitias intelligere? Quis potest ſuo perſpicaci ingenio inſcrutabilia Dei iudicia, eiūſ-
 que vias inuestigabiles comprehendere? Sicut enim nemo ſcit quæ ſunt hominis, ni-
 ſi ſpiritus hominis, ita nemo cognofcit quæ Dei ſunt, niſi ſpiritus Dei. Adiicit Pau-
 lus, *Quis cognovit ſenſum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Hoc ex Eſaia testimoniu-
 m defumpſit, in quo legimus, *Quis adiuit ſpiritum Domini, aut quis consiliarius eius*
 fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit conſilium, & quis inſtruxit eum, & docuit eum ſe-
 mitam iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientia, & viam prudentiæ ostendit illi? Arridet &
 huic ſcripturæ illud sapientiæ, *Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei?* Aut, quis Sapi. 9.
 poterit cogitare quid velit Deus? Et paulò post, *Senſum autem tuum quis ſciet niſi*
 tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritu ſanctum tuum de altissimis? Subnectit Pau-
 lus, *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Conſimile legimus testimonium in li- Iob. 41.
 bro Iob, *Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? quasi diceret, nullus:* Qui enim
 prius nos dilexit, & prius nobis ſua dona impartiuit eſt. Nec potest homo dare Deo,
 niſi quæ à Deo accepit, quod pulchrè monstrat illa ſcriptura, *Tua ſunt omnia, & i. Para. 29.*
 quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Quod verò ſubiungit Paulus, ostendit
 mysterium ſuperbenedictæ trinitatis, *Quoniā ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt om-
 nia,* ex ipſo ſcilicet patre, per ipſum filium, & in ipſo ſpiritu ſancto ſunt omnia. Et
 alibi dicit Paulus, *Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnuſ Dominus noster Iefus*
 Christus, per quem omnia, & iterum dicit, ſpiritu Dei reuelari omnia. Denique ex pa-
 tre eſt potestas, per filium ſapientia, & in ſpiritu ſancto bonitas: *Vni tamen Deo optimo*
& maximo ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Hoc eſt, verè ita eſt. Et ad Ti- i. Thim. 1.
 motheum indicat ſoli Deo deferendum eſſe ſummum honorem, Regi, inquit, ſecu-
 h. ij.

lorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amen.
Dicebat & Rex Dauid benedicendo Domino, Benedictus es Domine Deus Israël
¶ Para. 29. patris nostri ab æterno in æternum. Tua est Domine magnificencia, & potentia, &
gloria, atque victoria, & tibi laus.

Argumentum duodecimi capit. 1.

Neminem non hortatur Paulus à vita sanctimonia, puritate mentis, & obsequiis Deo gratis, ad æternam salutem asequendam: exhortant via mundanorumque commercia, & colloquia deuitent, qui diuinæ voluntati obsequi cupiunt, nec sibi ipsi elato animo, sed aliis sapient, qui dona Dei, & gratias spiritus sancti, ad utilitatem, & adificationem Ecclesie receperunt. Studeant pro viribus omnes ferventissimo amore sibi deuincire, sectentur & cum omnibus pacem, suis opibus & facultatibus pauperum inopiam subleuent, aliorum prosperitati congratulentur, sinistra vero fortuna iactatis condoleant & compatiantur. Vindictam, vindicisque affectus insectentur odio, & quoad fieri poterit, infensis suorum aduersariorum animis, & obrectatorum conuiciis, iniuriis & contumeliis cedant.

Caput duodecimum.

Bsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.) Nouerat Paulus Iudeos multis vitiis olim fuisse contaminatos, ingratitudine scilicet, inuidia, dolis, conuiciis, homicidiis, parricidiis, sacrilegiis, avaritia, ambitione, calumniis, imposturis & blasphemis. Nec eum latebat gentiles innumeris flagitiis forduisse, nefandis libidinibus, superbia, elatione, crapula, vinolentia & spurcissima idololatria. Idcirco cum Diuina clementia sint ad resipiscendum, & ad amplectendum Iesu Christi fidem prouocati, sitque utrique populo factus ad asequendam coelestem hereditatem aditus, illos toto studio, toto conatu, totisque viribus comonefacit, ut a pristinis vitiis resipiscetas, sua corpora, suo sq; animos sanctissimos obsequiis Deo cōfiscēt & offerāt, **O**bsecro inquit, vos fratres, siue ob sacra cōtestor, per misericordiam Dei, quæ est fons totius fidei, spei & salutis, Ut exhibatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiu-

vestrum.)

Sed quisnam censemur hostia viua, nisi qui spiritualiter viuit, vita quidem in Christo sita, qui angelicam & coelestem vitam agit, qui diuinis rebus inhiat, qui suam animam Euangeliu Christi pascit, qui fluxos honores fugit, qui carnis illecebras odit, qui diuinarum retia frangit, qui denique soli Deo potissimum inferire & placere cupit? Est & hostia viua, sacrificium spiritus attriti, & cordis afflerti. In Euangeliu offertur Deo sacrificium animorum & corporum, innitendo vestigiis Iesu Christi, qui se totum obtulit Deo patri per spiritum sanctum, ut suo sanguine peccata nostra ablueret. Sed in Mosaïca lege offerebantur Deo sacrificia & victimæ brutorum & mutarum pecudum, ne idolis offerreretur. Et quia à litera ad spiritum, ab umbra ad veritatem, à cæremoniis ad integrum religionem, & à carnali obseruantia ad spiritalem fœliciter translati sumus, à carnalibus sacrificiis recedendum est, ut admonet propheta dices, Hostiam & oblationes nolivisti, nec placita sunt tibi, & Deo post-hac viuida animorum sacrificia offerenda sunt: Etenim præferenda sunt sacrificia diuinæ laudis omnium pecudum sacrificiis. Offeremus & dignè nostra membra Deo, cùm ab omni labe repurgata fuerint, & ab incentuo libidinis mortificata. Verum adnotemus ex antiquo testamento, cur hic Paulus confert munditiam corporum nostrorum cum hostia viua, sancta & Deo grata. Offerebatur Deo hostia, siue animal immolaticum ad placandam Dei iram, vel ad habendam aduersus hostes victoriā, aut ut securi essent ab hostibus Iudei, vel ut eorum peccata expiarentur: Exhibit autem homo variis modis corpus suum ut hostiam Deo, quando impendit vitam suam pro gloria Dei & nomine Iesu Christi, accensus ardore amoris, quo Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis. Et Ephes. 1. loan. 3. quia ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas pone-re: Aliquando per moderatam cùm ieuniis tum vigiliis, suæ carnis macerationem: Vnde dicebat eximus gentium apostolus, Castigo carnem meam, & in seruitutem redigo, ne cùm aliis prædicauero, reprobus efficiar: Denique, cùm sua membra exhibet seruire iustitiae in sanctificationem. Oportebat autem in antiqua lege hostiam, Rom. 6. quæ Deo immolabatur, esse mundam, integrum, sanam & incorruptam. Si enim in aliqua corporis parte fuisset nevus, vitium aut macula, ut si quid fuisset claudum, luscum, cæcum, mancum aut mutilum, diuino altari non admouebatur: Et propterea Dominus per prophetam, succenset sacerdotibus, quod offerrent super altare panem pollutum, quod etiam offerrent cæcum ad immolandum, claudum & languidum, & hoc vitio nomen Domini despicerant, & præferendo gentium sacrificia Iudeorum victimis & oblationibus, subiungit, Ab ortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Et comminando supplicium iis qui vitiatas & pollutas hostias offerunt, concludit, Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino. Et propterea spectas Paulus antiquū tantæ rei institutū, adiecit, viuentem, & hæc est hostia viua, cùm homo fidem charitate illustrat & exornat. Insuper hostia Deo oblata in ipsa immolatione sanctificabatur, quod locus ille Leuitici patefacit, Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ cōsecreta sunt, Leuiti. 22. & quæ obtulerūt filij Israël domino, in quo est immūdicia, peribit corā domino. Itaque immaculata erat offerēda, ut essent Deo acceptabilia. Et in eodē libro legimus, Sā Leuiti. 20. cōficiamini, & estote sancti, quia & ego sanctus sum, Dominus De⁹ vester. Idcirco didicit Paulus hostiā sanctā, & verè cēsetur sancta, cùm spiritus sanctus in ea habitat. An nescitis, inquit Paulus alio in loco, quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? Tum quoque in ipsa sacrificij consumptione, sacrificium dicebatur suave & acceptum Domino, quod adfirmat scriptura illa, Holocaustum est & oblationis suauissimi odoris Domino. Et appositè adiecit Paulus, Deo placentem, placet & Deo hæc viua humani corporis hostia, cùm carnem suam crucifixit cū vitiis & concupiscentiis. Insuper in antiqua lege, victimæ offerendæ sal admouebatur: Siquidem h. iij.

Cap.12. COMMENTARI I O. ARBOREI

- Leuitic.2. scriptum est, Quidquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. Legimus & in Euangelio Marci Dominum dixisse suis discipulis,
- Marc.9. Omnis victima sale salietur: cuius sententia arridet illud Pauli, Sermo vester semper
- Coloss.4. in gratia sale sit conditus, prudentia scilicet & discretione sapientiae. & propterea non nulli interpretantes afferunt Paulum adiecissem præcedentibus rationabile obsequium vestrum ut temperetur ratione & regatur, ac si vellet innuere, Offeratis Deo corpora vestra cum discretione & moderatione, siue cum vobis oppetenda est pro tuenda fide mors, siue cum ieiuniis, vigiliis & abstinentia castigatis corpora vestra. Verum alter hoc loco sentiunt Græci, legentes τὸ λογικὸν λαζεῖαν ὑμῶν. Hoc est rationalem cultum vestrum. Ad hunc modum legit Origenes, qui abunde Græcam linguam callebat. Nec secus legit eius interpres Hieronymus, sic enim legimus in eius versione, Obsequium, hic cultum dicit. Qui cultus quoniam dudum in pecudum mutorum corporibus consistebat, nunc, inquit, in corpore rationalis hominis offeratur, & corpora magis vestra quam pecudum habent sacrificium Deo, atque in sacris altaribus collocantur. Hæc ille. Vult itaque Paulus sua obsecratione & adhortatione, ut iugulatis nostris affectibus noxiis, offeramus Deo victimam viuam, ac rationis compotem. Subnecit, *Nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nouitate sensus vestri.*) In hoc seculo labili & nutabundo, nihil est pacatum, nihil quietum, nihil securum, sed omnia procellarum, periculorum, calamitatum & tempestatum plena: in quo denique sunt publicarum libidinum victimæ & nefariæ colluiciones, incompositi affectus, & inexempli cupiditates. Et propterea vetat Paulus, ne accomodemus nos ad formam huius seculi, & aliam futuri: illa plerunque contaminatur & à flore decidit, hæc vero nunquam polluitur, nec à flore suæ sanctitatis decidit: & qui viuunt secundum hoc præsens seculum, formam huius seculi amant, eisque fiunt bruta vita conformes. Qui vero vitam cœlestem agunt, transformantur & renouantur ad futuri seculi formam. Insuper qui non exuerunt secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corruptitur secundum desideria erroris, conformantur huic seculo. Qui vero induerunt nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, non conformatur huic seculo, sed reformantur in nouitate sui sensus. Renouatur & sensus noster exercitio sapientiae, iustitiae, sanctimoniae, modestiae, patientiae & misericordiae, & iugi rerum diuinorum meditatione. Renouatur & spiritu suæ mentis, qui fractis concupiscentiæ aculeis castè viuit, qui denique deploratis pristinis vitiis primam suæ innocentia stolam recuperat. Ex eo autem innouandi sumus spiritu mentis nostræ, vt probemus, hoc est agnoscamus quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. Hæc est autem voluntas Dei, vt alibi monstrat Paulus, Sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione. & hac singulari voluntate vult Deus omnes homines saluos fieri. & cum nos ad honesta incitat, verè censetur bona. Et liber Ezech.18. cet Deus nolens mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, puniat aliquā do feuerē lapsum, secundum rationem & conditionem delicti: & ob id eius voluntas non videatur illi bona, tamen est illi bona: nam bona intentione id fecit Dominus, vt hac animaduersione quam commeruerat, ad meliorē frugē mature resipiscat: Et licet illi non appareret bona, est tamen aliis bona, vt cognita tam graui punitione terrenatur, ne consimilia flagitia perpetrent. Et licet Dei voluntas semper sit bona, non tamē semper eius bona voluntate meremur disp̄sari, neque beneplacita & perfecta: Quod enim Saul in regem vngeretur, fuit voluntas Dei, sed non beneplacita & perfecta: Nā iratus est suo populo, quod contempserit Deū habere super se regem: idcirco permisit in illorū ruinā & detrimentū nō modicū, regē eis hominē p̄fici. Vnde dicit propheta in persona Dei, Dimisi eos secundū desideria cordis eorū, ibiū in adiuuētionib⁹ suis.
- Psal.80. Denique fuit voluntas dei, quod incēsum ei adoleretur, nō tamē ei placuit q̄ Ozias rex adolere vellet incensum, nā percussus est lepra quod sacerdotalē potestatē usurpare voluerit. Est autē renouato spiritu ipsius hominis voluntas dei beneplacēs, nam dele-

IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

46

- Etatur magnopere ea re, quam Deus vult eum facere. Est & perfecta, nos fini optimo coniungens. Vnde dicit Christus, Estote vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Et ne Paulus videretur quipiam arroganter præcipere Iudeis & Gentilibus, aut circa autoritatem commonefacere, adiecit, *Dico enim per gratiam, mei scilicet apostolatus, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter nos, non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem.* Nemo quicquam de suo ingenio suisque viribus presumat, nemo sibi placeat, nemo innitatur suæ propriæ prudentiae, nemo suis studiis suaque doctrina in solecat, nemo sibi suisque donis confidat, nec de se magnificè sentiat: *Quod si sapere cupiat, sapiat cum sapientibus ad sobrietatem & temperantiam, nec sui captus limites prætergrediatur.* Sapit & ad sobrietatē, qui sapit ad humilitatē, qui enim nō se exhibet humiliē, desipit, & superbè sapit: qui verò præ se fert humilitatem optimè sapit: Hinc illud, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hieronymus interpretando commentarios Origenis in epistolam ad Romanos, mauult legere tem perantiam quam sobrietatem, quod ea virtus, quam Græci σωφροσύνη appellant, Latinis doctis vocetur temperantia, quæ sit moderatio cupiditatum & actionum: siue legas sobrietatem, aut temperantiam, aut modestiam, aut moderationem, aut mediocritatem, non variatur Paulina sententia: Nam tibi præcipit per gratiam & autoritatem quam à Christo accepit, vt ne supra modum sapias. *Quod vero subnecit, Et nūc uique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Hanc habet intelligentiam, Quisque sapiat, vt cuique Deus distribuit mensuram fidei: intelligat & unusquisque quæ in eo sit mensura gratiae Dei, quam consequi meruit per fidem. Sapit unus à Deo in opere charitatis, sapiat alius in opere pietatis, sapiat & alius in professione sacrarum literarum, sapiat & alius in edendis miraculis, sapiat & alius in curandis morbis. Hæc ergo singula distribuit uniuscuique Deus secundum mensuram fidei, & hæc diuina munera ordinantur ad ædificationem fidei: Etenim nūc uique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. In subsequenti contextu manifestat Paulus neminem debere appetere vt se cuiquam anteponat: sed dotem à Deo acceptam, ad commoditatē proximi conferat, ea gratia, vt si cæteris superemineat, arbitretur se omnium præsidio indigere. *Sicut enim in uno corpore multæ membra habemus &c.* Hac autem eleganti similitudine, & exemplo corporis & membrorum, pulchre docet te non debere ultra modum sapere. Sicut enim membra alterna ope indigent, nec potest unum membrorum alteri dicere, Tua opera non indigeo, ita nos qui sumus unum corpus mysticum in Christo, & huius corporis quod est ecclesia, membra, & membra de membro, mutuis officiis alternisque præsidiis indigemus. Consimilis est Paulo sententia in prima ad Corinthios epistola, vbi postquam docuit plenissime neceſſe esse membra in uno corpore, dicit, *Nunc autē posuit Deus in uno membris, unum quodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia unum membrum, vbi corpus?* Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui, Opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Est itaque membrum alterius membrum & adminiculum, licet membra diuersas functiones habeant: siquidem alia est functio pedis & oculi, alia epatis & iecoris, alia cerebri & cordis, mutuum tamen sibi præstant auxiliū. Etenim oculus fulcit pede, & pes oculo regitur, multo magis Symmetriam & debitum concentum mutuaque obsequia & officia, ecclesiæ membra retinent. Quantidem qui donum habet ad prædicandum, non potest medici operam & artificium aspernari, nec medicus etiam peritissimus potest consiliū concionatoris & theologi despicer. Et si omnes artes faciant encyclopediam, mutuisque præsidiis se iuuēt, multo magis viua Christi membra debent alterna ope se fulcire. Huius autem loci, *Singuli autem alter alterius membra,* clarior & multo dilucidior hæc erit versio: Singuli, alij aliorum membra, vt explicit Paulus communionem membrorum inter ipsa mutuam. Quod autem Deus nō det eadem dona omnibus, sed diuersa diuersis distribuat, patefacit hic locus. Habētes donationes, secundum gratiam quæ data est vobis differentes. Aut si maus, habetis dona secundum gratiam gratis à Deo donatam h. iiiij.

diversa, ne quis querimoniā & tragediam aduersus alterum concitet, quod in vnum Deus omnes suas gratias effudisset. Alibi fuis hanc donorum distributionem per tractat Paulus, dicens, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrionum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idē vero Deus, qui operatur omnia in omnibus: Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad utilitatem. Alij quidem, per spiritum datur sermo sapientiae, alijs autem sermo scientiae, secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alijs gratia sanitati in uno spiritu, alijs operatio virtutum, alijs prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult, & hoc accurate huic scripturæ cohæret, Siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, &c. Graeci codices habent ad hunc locum, secundum rationem, κατὰ τὴν ἀνθελογίαν, hoc est iuxta proportionem, vt intelligas, quo fides tua fuerit maior & integrior, eo maiora esse dona. Quod si Deus det gratiam secundum mensuram fidei in hoc seculo, dabit & in futuro gratiam, & gloriam pro mensura meritorum. Et huius est sententia Origines bene sentiens de meritis, aduersus illos haereticos, qui nihil hominum meritis tribuunt: imo prorsus negant hominem posse mereri. Obiter adnotemus Prophetam illum dici, qui praedicit futura quæ spectant ad illustrandam Dei gloriam, aut ad credendum quæ nobis sunt ad assequendam salutem necessaria, aut quæ infoelicitate imminebunt impiis, nisi resipuerint. Olim propheta vocabatur videns: Siquidem in primo libro Regum legimus, Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Est & prophetæ donum diuinitus inspiratum: Non enim voluntate humana, allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Nec hic Paulus solum agit de prophetis, qui iam dudum incarnatione filij Dei praecesserant, sed & de his qui sub Christo, & post eius mortem & resurrectionem prophetarunt. Adiicit Paulus: Siue ministerium in ministrando. Intelligent & audiant quam plurimi ecclesiastici viri, hac Paulina ferula se verberari & pulsari, quod indigni sint qui ministri Dei vocitentur: Etenim nulli datum est tam preclarum officium nisi ministret, nisi ouibus sua fidei concreditis prospiciat, nisi a rapacissimis luporum faucibus gregem suum eripiat, nisi denique inculpata vita, purisque moribus sit suis subditis exēplum, illisque omni virtutum genere præluceat. Et hisce infoelicitissimis temporibus, sordidissimi in ecclesia negotiatores, & fraudulēta sacerdotiorum omnium aucupia, ridiculo & ascriptio nomine, putant se dici ministros, quod sibi ipsi annuus sacerdotij prouentus, absque cura & prouidentia ouium ministretur. O bruta animantia! O contagiosam pestem! O lernam malorum omnium & sentinam! Sentient posthac homunciones illi sordidi, & sordidiori avaritiæ studio addicti, vtrices Dei manus quas effugere non poterunt. De eximiis Christi ministris dicit alibi Paulus, Qui bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fructuam in fide, quæ est in Christo Iesu. Tum quoque exhortans suum Timotheum sibi vnicè dilectum, vt beli suo munere fungeretur, dicit, Vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Adiicit Paulus, Et qui docet, sanam doctrinam doceat, & presertim cui incumbit ex officio sacras literas profiteri, ne adulterando euangelicā philosophiam, & lenociniis verborum commiscendo melli venenum, multos fallat & seducat. Qui etiam exhortatur, syncera exhortatione exhortetur, nullam habens personarum acceptiōnem, fide illustratos cohortetur, vt in ea permaneāt, etiam ad mortem usque pro eius defensione dimicatur. Commonefaciat & peccatores, vt vias suas pessimas derelinquant, & cum multis lachrymis ad dominum suum reuertantur. In prima ad Thessalonenses epistola, dicit Paulus loquens de vera & pura exhortatione, Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo, vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. Qui tribuit, in simplicitate animi tribuat oportet, alioqui si intentet dolum & fraudem tribuendo, aut querat ergan-

erogando egenis, videri ab hominibus, non recte tribuit. Et qui ceteris potissimum in ecclesia præsidet, in solicitudine præsideat: Siquidem oportet illum qui ceteris præficitur, esse diligentissimum, nec exequi negligentius munus suæ fiduci creditum. Nec hic agit Paulus de solicitudine humanarum causarum, aut secularium negotiorum: Nam huiusmodi solicitudo vana & anxia, debet esse ab his qui præsunt ecclesiæ aliena. Habeant ecclesiastici prælati talem solicitudinem, qualem habuit Paulus, qui dicebat, vt solicitudo omniū ecclesiarum, *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vor?* Et alibi, *Volo vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis.* Tum quoque, Cupimus vnumquemque vestrum eadem ostentare solicitudinem ad expletionem spei usque in finem, vt non segnes efficiamini. Adiicit Paulus, *Qui miseretur, sine compatitur in hilaritate.* Nam prompta voluntate, promptiorique animo succurrendum est egenis. & quo abundantior est largitio, eo maior & apertior debet esse hilaritas, & tranquillior facies: Hilarum enim datorem dicit Deus.

„ Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternalis adiuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persecutibus vos, benedicte, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, id ipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prudentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ scriptum est enim, *Michi vincitam, ego retribuam dicit dominus.* Sed si esurierit inimicus tuus, cibis illum, si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeries super caput eius. Noli vinciri a malo, sed vince in bono malum.)

Aperta sit & cordata dilectio nihil habens fictionis, adulatio[n]is & simulationis, qui enim simulat se amare, non amat, sed amarulēto sub animo fouet odium, aliud enim ore versat, aliud animo, vna manu (vt trito fertur adagio) ostentat panem, altera celat lapidē. Aduersus hosce simulos amicos dicit propheta, *Ore tibi benedicebant, cor de autem maledicebant.* Attendamus & ad hæc diuī Ioannis verba, *Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.* Est & illius fucata amicitia qui coniuet vitiis, nec corrigit quem potest corriger, nec reprehendit quem potest reprehendere. Sit itaque charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. *Odientes malum, aadhærentes bono.* Si Christiani sit pectoris adhærente bono, & pro laude & gloria virtutis contendere, etiam ad mortem usque, eiusdem erit pertinaci odio malum malorumque scaturiginem inseparari. Nec quis tutus potest pudicitiam tueri, nisi ab impudicitia abhorreat. *Charitatem fraternalis inuicem diligentes.* Nihil est quod magis nos ad Dei coelestiumque spirituum amorem rapiat & inflammet, quam syncerus amor, nihil perinde nos Deo coniungit quam fraterna charitas, mutuusque amor, & mutua obsequia. oportet enim Christianum propenso esse affectu in Christianum, & Christianus sit. Debeo & prosperitati mei fratris fauere & congratulari, & tristari si in aduersam fortunam inciderit. hoc autem arctissimo nexus deuinciūtur optimi Christiani. Alio in loco nos hortatur Paulus, vt supportemus nos inuicem in charitate, *Eph. 4. solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Sribit & beatus Petrus, *Animas vestras*

- i. Pet. 4. stras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde in-
uicem diligite attentius. Et alibi, Ante omnia autem, mutuam in vobis meti ipsi charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. *Hono-
re in uicem preuenientes.* Magnam præ se fert humilitatem qui alium honore præuenit
sive occupat. Qui præcellit honore, cum ad conuiuum inuitatur, in nouissimo loco
discubbit, aliis primas honoris partes deferens. Cæterum honor hoc loco, non solum
sumitur pro reuerentia quæ nostris maioribus & superioribus debetur, sed & pro sub-
sidio. Hinc illud Pauli ad Timotheum, Honora viduas quæ verè viduæ sunt, hoc est,
subleua inopiam viduarum quæ verè viduæ sunt. Tum quoque, Qui bene præsunt
presbyteri, duplii honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina.
Exod. 20. Legimus & in Exodo, Honora patræ tuū & matræ tuā, si vis esse longeus super terrā.
Declarauit autem Christus, reprehendens avaritiā & hypocrisim Scribarum & Pha-
risæorum, Honorem illo in loco Exodi, magis sumi pro subsidio & iuuamine quam
pro reuerentia. Vos inquit, dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quod-
cunque est ex me, tibi proderit, & nō honorificabit patrem suum, aut matrem suam,
& irrum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. *Solicitudine non pigris.*
Si honorem deferamus aliis alij, & prompta sedulitate succurremus in uicem: Si-
mus & commendabili solicitudine alacres & prompti ad seruendum Deo, & subue-
niendum proximo. Admonet & Paulus suum Timotheum, vt sollicitè curet seipsum
probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veri-
tatis. Feruet & spiritu, qui syncero affectu Dei iussis obtéperat, suásque facultates pró-
pta volūtate egenis impartit. Feruet & spiritu qui nihil remisſe & tepidè facit, sed ca-
lore fidei cuncta peragit. *Domino seruientes.* Domino seruit & quidem cultu latræ, qui
totus incendio amoris & seruore spiritus in Deum æstuat. Scriptum est, Dominum
Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hoc gladio prostrauit Christus diabolum to-
tius superbiæ & ambitionis principem, cum ausu temerario dicebat, Hæc omnia tibi
dabo si cadens adoraueris me. Quidam interpres hoc loco legunt, Tempori seruiē-
tes, vt opportuno tempore Dei iussa faciamus. Seruit & tempori, qui, siquid incom-
modi inciderit, æquo animo tolerat, pendit tributum, & soluit vectigal si princeps
exigat, reddit & honoré pro ratione temporis, patitur si quis affligitur. Interpres Ori-
genis ad hunc locum dicit, Scio autem in nonnullis latinorum exemplaribus haberis,
Tempori seruientes: quod mihi videtur inconuenienter insertum, nisi quis forte ita
dictum putet, vt in aliis idem Apostolus ait, Tempus breue est, superest vt qui habent
Ephe. 5. vxores tanquam non habentes sint: vel vti illud dictū est, Redimentes tēpus, quoniā
dies mali sunt. Et qui puritate animi domino seruit, spe gaudeat. Nam certa illa futu-
rorum bonorum expectatio, ingenti gaudio nos afficit. Vnde Paulus superioribus in
Rom. 5. locis dixerat, Gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. Et qui spe future mercedis exhi-
larescunt & alliciuntur, finistra quæque in uicta animi magnitudine tolerant, animad-
uertentes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, proba-
tio verò spem, spes autem non confundit. Et qui dura & acerba sufferunt, insistunt o-
rationi, vt fortius ingruentem malorum omnium procellam tolerent. Dicebat Chri-
stus suis discipulis, Oportet semper orare, & nō deficere. & id suadebat exéplo vnius
viduæ, quæ importunis precibus quendam iudicem sceleratissimum vicit, & ab eo tā-
dem quod postulabat extorsit. Nos etiam Paulus alibi ad assiduam prectionum in-
stantiam hortatur dicens, Sine intermissione orate. Et qui iugiter orationibus insistit
(si quas habuerit facultates) necessitatibus sanctorum, hoc est verè Christianorū, im-
partietur. Et licet omnibus inopiam patientibus sit subueniendum, potius tamen iu-
stis quam aliis succurendum est. Hinc illud Psalmographi, Non vidi iustum dereli-
ctum, nec semen eius quærens panem. Huic sententia astipulatur Ecclesiasticus di-
cens, Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à domi-
no. Nec dixit delitiis sanctorum, sed necessitatibus succurendum, vt ocios impetrat
quod hortatur. Et qui ex animo egenis patrocinatur, præclarum hospitalitatis virtu-
tem

tem sectantur, quæ haud dubiè præcelluerunt Abraham & Loth. Vnde alibi dicit Pau Gene. 18.
lus, Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio & 19.
receptis. Nec debemus expectare vt nos adeant pauperes, sed illis occurrendū est. De Heb. 13.
mus operam vt bene prececum iis qui nos persequuntur, ne quem deuoueamus, vt le-
nitate nostrorum verborum, sui erroris, suæ infanæ, suique flagitij admoneantur. Ad
hoc autem perfectionis institutum nos prouocat Christus, dicens, Diligite inimicos Math. 5:
vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumnianti-
bus vos, vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bo-
nos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et potissimum debemus urgente necef-
sitate exhibere inimicis nostris officium pietatis & amoris. Adnotemus vnum esse
maledictionis genus nequaquam vituperadum, cum quis zelo Dei feruens, & eiusdē
authoritate fructus, maledicit illi qui non stat diuinis pollicitis. Hoc autem comon-
strat scriptura dicens, Maledictus qui nō permanet in sermonibus legis huius, nec eos Deut. 27.
opere perficit. Imprecamur & malū poenæ illi qui dignus est suis delictis vt puniatur, &
punitus resipiscat. Hinc illud Iob, Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchri Iob. 5.
tudini eius statim. Deuouit & Paulus quendam falacissimum fornicatorem, quod
vxore sui patris abuteretur, cūque tradidit Satanæ in interitum carnis, vt eius spiri- 1. Cor. 5.
tus saluus fieret. Est & aliud maledictionis genus admodum vituperabile, cum quis
maledicit alteri, odio aut affectu vindictæ. Maledixit Goliad Philistæus Dauid in 1. Reg. 17.
diis suis, & quia exprobrouit exercitui Dei Israel, iugulatus est à Dauide. Vult & Pau-
lus vt gaudeamus cum gaudentibus, & præsertim cum in domino ob salutem nostrā
gaudemus: aut quia dedit nobis aduersus hostes fidei victoram: aut nos à face vitiorū
retraxit. Siquidē ad Philippenses dicit Paulus, Gaudete in domino semper, iterū dico philip. 4:
gaudete. Et quia prospera quæque nō semper nobis ex animi sententia cōtingunt, sed
frequētius nobis & nostris amicis, & Christianis omnibus accidūt aduersa, tribulati-
ones, angustiæ & aduersitates, idcirco nos oportet cū flentibus flere, & afflictos cōsolari.
Sentiamus & idipsum in uicem, vt omnibus nos accommodemus, sitque in omni-
bus Christianis communis affectus. Non fastidiat generosus obscurum, nec diues pau-
perem, nec doctus idiōtam. Hoc autem commonefacit Paulus alibi dicens, Sitis per-
fecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Vetat ne altiora nobis scrutemur, nec ma-
gnificè de nobis sentiendo, alios despiciamus. Nos denique monet, vt humilius cō-
sentiamus, hoc est, vt accommodemus nos hominibus humiliis fortis, veluti pauperi-
bus, ignobilibus, indoctis & plebeis. Inhibet & idem picturatissimus morum forma-
tor, ne quid prudentiæ & sapientiæ nobis tribuamus, sed omnia quæ in nobis bona
sunt & præclara, Deo accepta referamus. Exclamat Esaias aduersus fastuosos sapiētes, Esa. 5:
dicens, Væ qui sapientes es̄tis in oculis vestris, & coram vobis meti ipsi prudentes. De-
nique prohibet ne affectu odij, rancoris & vindictæ, reddamus malum pro malo. a-
lioqui qui hoc molitur, malo alterius, ruina, lapsu & miseria delectatur. Consimilis
est illi ad Thessalonicenses sententia, Videte, inquit, ne quis malum pro malo alicui i. Thess. 5:
reddat, sed semper quod bonum est sectamini in inuicem, & in omnes. Licet tamen
iudici, & authorati publicæ, sicariis, prædonibus, grassatoribus & perturbatori-
bus Reipublicæ, reddere malum poenæ pro malo culpæ, & id cedit in spiritalem
illorum commoditatem. Nos quoque adhortatur Paulus, vt prouideamus bona,
non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus. Hoc autem dictum puta-
mus, vt quæ rectè cōsulimus hominibus, prospicimus & prouidemus, cedant ad glo-
riam Dei: quod monet locus ille euangelicus, Luceat lux vestra coram hominibus, vt
videant opera vestra bona, & glorificet patrem vestrum qui in cœlis est. Adiicit Pau-
lus, Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Hoc est mode-
ratisimum præceptum, vt semper paratus sit animis noster, ad ineundum cum inimi-
cis nostris foedus. Nec iubet absolute, vt cū omnibus hominibus pacem habeamus,
sed si fieri possit: Etenim plerūque vetat pertinax & obstinata mei inimici malitia, ne
cum eo foedus inire possem. Alibi dicit, Pacem sequimini cum omnibus, sine qua ne Hebr. 12.

- Heb.12.** mo videbit Deum. Quod verò subnecit, *Non vosipos defendantes charissimi, sed date locū irae*, potius habet locum consilij quām præcepti: Etenim licet vim vi repellere cū moderamine inculpatæ tutelæ: nō enim ius naturæ mihi vetat arma. Quòd si grassator me in nemore inuadat, nec possum eum à me patientia, aut benignis verbis depellere, si probabili admodum coniectura suspicer quòd me enecabit, possum iure mihi ab authoritate publica concessio, eum lēdere, mutilare, percutere, & si dicam occidere, nō tamen intendendo eius necē, sed mei ipsius defensionē. Conspirat cū Paulo euāglica doctrina, in qua hæc verba cōperimus ad vitandū retaliationis affectum, Ego dico vobis nō resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, sed hoc intelligas à Christo assertum, quantum ad præparationem animi, vt fusi s differuimus in nostris ad Matthæum interpretandum commentariis. Probat autem Paulus testimonio antiquæ scripturæ, tibi ademptum esse ius vindicandi, & soli Deo seruatum, Scriptum est, inquit, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Aliter legimus in Deuteronomio, sed eadem est sententia, Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. Tum quoque dicit David, Deus vltionum dominus. Et licet alibi dicat, Letabitur iustus cūm viderit vindictam, non tamen dicit quam fecerit, sed quam viderit fieri à iudice, & ab eo qui potestate publica fungitur, ad puniendum quidem delinquentem, & non perdendum. Nec licet moliri vindictam affectu odij. Licet tamen ordine iustitiae appetere vindictam. Quòd autem nō debeas mutua talione irritare lēdentem, nec rependere maleficium maleficio, sed maleficio beneficium, suadet Paulus dicens, Si esurierit inimicus tuus, subleua illū cibo, si sitit, potum da illi, satis sit tibi furentem tua lenitate viciisse. Etenim pulcherrimū est malefactis benefactis superare, & maledicentiam benedicentia. *Hoc si feceris, accumulabis carbones ignis, siue carbones ardentes super caput eius.* Nam ita benefactis obrues inimicum, vt tandem ex hoste fiet amicus. Exprimunt nonnulli carbonibus ignis amorem charitatis, de qua dicitur, Lampades eius, lampades ignis atque flamarum. Huic Paulinæ sententiae astipulatur illud Proverbiorum, Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere: Prunas enim cōgregabis super caput eius, & dominus reddet.. *Noli vinci à malo*, hoc est ab iniuria, & malefactis: Etenim vincitur à malo qui lacessitus iniuria, non sibi temperat à retalianda iniuria, sed *vince in bono malum*, malefacta benefactis repensando, vt inimicus tuis meritis vinctus, resipiscendo fiat amicus.

Argumentum decimiertii capit. 1.

Supremis potestatibus pareant subditi, ne contemnendo iudices, magistratus & principes, Deum (à quo omnis autoritas proficitur) ad iracundiam prouocent: pendant censem, tributum & vectigal us qui publicam administrant iustitiam. Suis præpositis deferant honorem & reverentiam. Fraterno & mutuo amore se diligent & deuinciant. Diuina legis sancta adimpleant. Ab oscitātia, negligētia ac inueterato vitiorum omnium somno expurgantur. Opera tenebrarum deuitent, modisque omnibus fugiant, & verā Euangeliū lucem sibi ipsi exortam, virtutisque semitam sectentur. A vincentia, crapula, iurgiis, illecebrofis voluptatibus, fœdisque cupiditatibus abhorreant, & sanctam, pudicam ac honestam vitam agant.

Caput decimumtertium.

Mnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. quæ autem sunt, à Deo ordinatae sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationē acquirūt. Nā principes non

„ non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatē, „ bonum fac, & habebis laudē ex illa: Dei enim minister est tibi in bonū. „ Si autem malum feceris, time, non enim sine causa gladiū portat, Dei „ enim minister est vindex in iram ei, qui malum agit. Ideoque necessi- „ tati subditi estote, non solū propter iram, sed etiā propter conscientiā. „ Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum ser- „ uientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributū, tributū, cui vectigal, „ vectigal, cui timorē, timorē, cui honorē, honorem.) Non minus in publicis rerum administrādarum functionibus est delectus, & exquisitus ordo, quām in tuen- „ dis corporis humani mēbris. Etenim vt abiectione mēbra nobilioribus subseruiūt, ita in dominio ecclesiastico & seculari potestate subditi, suis apicibus & primariis magi- „ stratibus parent & obsequūt. Quòd si obsequi neglexerint, supplicio non modico afficiuntur. Si verò próptis obsequiis promptiorique voluntate illis obtēperauerint, summa laudem consequentur. hoc autem exactè & pulchrè suadet Paulus, dicens, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdua sit.* In tractandis ac gubernandis rerum sa- **Excellens** crarum negotiis, vna est potestas ecclesiastica, cuius monarca, summus Pontifex di- **admodū ho** citur. Quandoquidē obeundo vices Christi (qui est supremū ecclesiæ caput) rebus ec- **nor deferē-** clesiasticis præficitur. Absoluit peccatorē ab omni criminе, etiā flagitiosimo, plena- **dus est Ro-** rias confert indulgentias, aut si mauis, condonationes. Inspicit quid totū ecclesiæ cor- **mano Pon-** pus in suis mēbris exornare possit, quid verò cōtaminare & labefactare. Huic prima- **tifici.** ria duci recta præcipienti obediendū est, etiam si turpiter viueret, cuius potestatē qui detractat, & eius leges, sancta & decreta abrogare cupit, non modico afficiendus est supplicio. In cōponendis verò & moderādis rerum terrenarū officiis & negotiis, di- uersæ sunt potestates seculares, propter diuerſas & hominū & patriæ constitutiones. Nec Imperator Romanus debet sibi monarchiā vendicare, vt omnes Christiani Re- ges ei subiiciātur: nā suā Imperatoriam maiestatē & autoritatē dūtaxat exercet apud illos qui suę ditioni subduntur. In ecclesia vnu post Christū est monarca spiritualis, quia vna est fides omniū credentiū, quam ecclesia Romana (cui summus Pōtifex præ- ficitur) defendit, & debere seruari, præcipit. Et qui sanctis Christianorū principiū reclamāt, & obstinati animis obſistūt, diuinæ ordinationi resistūt. quandoquidē nō est ordinata potestas nisi à Deo. Itaq; homo qui à nobiliori substātia, dicitur anima, debet magistratibus, optimatibus, iudicibus & supremis potestatibus morē gerere, vt ho- nestā & tranquillā cum suis primatibus vitā agat, & beatè viuēdo, Deū principū om- nium & Imperatorū eminentissimū glorificet. Huic autem loco, **Omnis anima po-** statibus sublimioribus subdita sit, arridet illud Petri, Subiecti estote omni humanæ. **i. Pet. 2.** creaturæ propter dominū, siue regi quasi præcellēti, siue ducibus, tanquā ab eo missis ad vindictā malefactorū, laudē verò bonorū, quia sic est voluntas Dei, vt beneficiētes obmutescere faciatis imprudētiū hominū ignorantia, quasi liberi, & nō quasi velamē habentes malitiæ libertatē, sed sicut serui Dei. Omnes honorate, fraternitatē diligite, Deum timete, Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantū bonis & modestis, sed etiā dyscolis. Quòd autē omnis humana potestas à Deo proficiscatur, multis scripturarū testimoniis facilē est cōprobare. Dicit Salomon, **Per** **Prou. 8.** me reges regnāt, & legū conditores iusta decernūt, Per me principes imperant, & po- tentes decernūt iustitiā. Dicebat & Daniel ipsi Nabuchodonosor Babyloniorū regi, **Danie. 4.** Septē tépora mutabantur super te, donec scias q̄ dominetur excelsus super regnū ho- minū, & cuicunq; voluerit, det illud. Adhæc, in libro Iob scriptū cōperimus, Deus po **Iob. 36.** tentes nō abiicit, cū & ipse sit potens. Dicebat & Christus Pilato, Nō haberet potesta- **Ioan. 19.** tem aduersum me vllā, nisi tibi datū esset desuper. Siue igitur sit potestas quæ impe- ret aut coerceat aut permittat, à Deo est. Verū decertabit quispiam, dicit domi- **Osee. 8.** nus per Prophetā, Ipsi regnauerunt, & nō ex me, principes extiterunt & nō cognoui. Tū quoque scribit David, Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum **Psal. 2.**

aduersus dominum, & aduersus Christum eius. est igitur aliqua potestas quæ non est ex Deo. Insuper potestas peccandi non est à Deo, cùm neminem ad flagitium perpetrandum incitet. Respondebo, Omnis potestas quatenus potestas est, & cuius virtute Reges & Principes imperat, à Deo est: sed potestas quam quis vel ambitione, vel pecunia, vel violentia usurpat, non est à Deo: nec illa, qua quis contra diuinam iustitiam vitetur. Dico & potentiam peccandi quatenus potentia est, esse à Deo: Nam eadem est potentia humana & rectè agendi & malè agendi. Et cùm ad bonum eliciendum inflicitur, à Deo est: cùm autem perpetratur scelus, à Deo non est, sed à mala voluntate. Et quia omnis potestas ordinata à Deo est, qui ordinat potestati resistit, diuinæ ordinationi resistit. & qui diuinæ ordinationi resistit, dignus est qui damnetur, pœnam que luat acerrimam. Vnde legimus quod Dathan & Abyron à terra absorpti sunt, & viui descenderunt in infernum, quia restiterunt Moysi & Aaron, & blasphemauerunt dominum. Et licet Apostoli, Euangelistæ & martyres aduersus sceleratissimos principes, & Christianæ fidei oppugnatores pertinacissimos surrexerint, & ob id summam laudem sint assequuti, nō tamen colligendū est illos non incurrere iram Dei & iudicium, qui potestati sublimiori obsistunt & reclamat. Nā Paulus loquitur de potestate à Deo ordinata. Nec semper qui humanis potestatibus aduersantur & repugnat, incurrit damnationē æternā. Nā potest Christianus vehementi furore & ira aut violentia commotus, obsistere suo superiori, eūq; multis conuiciis incessere, quæ tamen sui vitij pœnitentia, si tamē obliuetur & omnino aduersetur suo præfecto, eūque nitatur aut occidere, aut in errorē hærefeos inducere, nec à suis obstinatiis vitiis resipiscat, æterno supplicio puniri potest. Intellige igitur damnationē hoc loco sumi pro poena. nec te mēs discruciet si iam sumatur pro pœna æterna. Ex aduerso colligere possumus subditos suis principibus præpta voluntate obsequentes, nō solū non incurrere damnationē, sed ab eis magnopere cōmendari, amplissimisq; præmiis ornari. Non enim principes sunt timori boni operis sed mali. Nā quia vtrō illis obsequeris & præclarū facinus moliris, laudem mereris. ex aduerso metuas illos oportet, si turpiter vixeris & statū reipublicæ labefactaueris, hoc autē explicat Paulus dicens, *Vt non timere potestate ē bonū fac, & habebis laudem ex illa, hoc est, te extollet & laudabit, qui publica potestate fungitur, Dei enim minister est tibi in bonum.* Nā Deo ministrat vt bonos prouehat, malos verò, & Reipublicæ perturbatores puniat. Quòd si flagitiū patraueris, time, & agnosce quid mali admireris, nō enim sine causa gladiū gestat vt flagitia flagitosoque homines puniat. Gladius ecclesiasticæ potestatis, est nonnunquā correctio fraterna, aliquādo iudicaria, & interdū pro cōtumacibus excōmunicatio. Secularis verò potestas gladiū gestat ad flagellandū sicarios, fures, expilatores, prædones, & nonnunquā vt capite plectatur, aut cōburantur aut suspendātur aut cruci affigantur, aut alio genere mortis cruciētur. Et subnecit Paulus, *Dei enim minister est vindicta in irā ei qui malū agit.* hoc est, exercet vindictam ad exequendā Dei irā siue iustū Dei iudicium, contra malefactorē. Ira Dei in sacris scripturis plerūque sumitur pro diuina vltione. Subnecit Paulus quæ præcedentibus locis cohærent, *Ideoque necessarii subditi estote, non solū propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Sensus est, neesse est vt subeatis iugū, & præcellentibus potestatibus pareatis, nō solū vt irā Dei & principū declinetis, sed ne videamini cōscientia carere. Nā vestra cōscientia vobis suadet vt principibus pro Reipublicæ cōmodo decertatibus & sudatibus honorē deferatis, spectates quod prius dictū est, Qui potestati resistit, diuinæ ordinationi resistit. Et adnotes hanc necessitatē esse voluntariā. alioqui si omnino esset coacta, nō mererentur qui principibus etiā Christianis obtéperarent. Idcirco ex superiori contextu colligit Paulus, *Et tributa prestatis.* Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum incubentes, siue operā dantes, vt suo publico munere fungentes Deum cohonestent. Reddāt igitur subditi, suis magistratibus & principibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal & vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem & honorem. Quòd autem subditi censum dependant suis principibus, & ducibus, & vectigal persolvant, indicat planè illos suis primatibus esse obnoxios. Et licet Christus non

non astringeretur pendere tributum Cæsari: ne tamen irritaret Cæsarē, & offenderet Iudæos qui pendebant Cæsari tributum, pro se & suis discipulis exoluit. A penden- Math.17. dis tributis exempti sunt ecclesiastici viri, & quidem priuilegio principum, pro qui- bus interpellant Deum vt decenter rempublicam administrēt. Vnde legimus in Ge- Gene.47. nesi quòd Ioseph ditioni Pharaonis, totam terram Aegypti, præter terram sacerdo- .10.10. talem subiecit. Timendi sunt & principes, quibus penduntur tributa, magis tamen colendi, maximè tamen Deus, principum omnium præcellentissimus, timendus est, & vnicè colendus.

” Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: qui enim dili-
git proximum, legem impleuit. Nam, non adulterabis, non occides, nō
furaberis, non falsum testimonium dices, non concupiscas, & si quod
est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuū,
sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo
legis, est dilectio. Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nōs de somniis
no surgere. Nunc enim propior est nostra salus quācum cūm credidimus.
Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera, te-
nebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus, nō
in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis,
non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum
Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis)

Nō cessat Paulus nos ad mutuū amorē cohortari, nostrisque animis inculcare quæ ad pacem, concordiam & tranquillitatem tuendam & fouendam, sunt necessaria. Et hic locus, *Nemini quicquam debeatis nisi vt diligatis vos inuicem,* ab illa veritate non ex- uariat, Reddite omnibus debita. Et breui admodum & succinto arguento, quod prætendit, suadet, veterisque scripturæ testimonio planè demonstrat nos ad mutuam charitatem fouēdam astringi, *Qui, inquit, diligat proximum, legem impleuit.* Ita quod Mo- saïca legis summa, in dilectione proximi, quæ ad amorem Dei ordinatur, sita est. Et hoc validissimo arguento ad id persuadendum nititur, *Non adulterabis, non occides, nō furaberis, non falsum testimonium dices, non concupiscas, & si quod aliud fuerit mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuū sicut te ipsum.* Legimus quoque in Euā- gelio quod ab hac doctrina non dissidet, In his duobus mandatis, scilicet in dilectione Dei & proximi, vniuersa lex pendet & prophetæ: *Qui enim stuprat vxorem alienam, non diligit suum proximum, nec qui occidit iniuste, aut furatur, aut falsum testimonium dicit, aut vxorem sui proximi, vel eius opes concupiscit.* Et propterea qui diligit proximum suū, Mosaïca legē consummat. Et quod subnecit, *Dilectio proximi malum nō operatur,* indicat aperte amorem Dei & proximi arctissimo nexu copulari. Si enim qui diligit proximū, malū nō operetur, imo bonum operetur, quia præcepta Dei seruat: nec qui diligit Deum, malum non operatur sed bonum. Et hoc affirmat Christus in Euangeliō Ioannis dicens, *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.* Et rursum, *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Vides observationem diuinorum præceptorum, cum dilectione Dei recurrere. Et hoc confirmat Ioā- nes dicens, *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est:* Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Hoc autem est mandatum Christi, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem:* In hoc cognoscunt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adiuicem. Et propterea animaduertens Paulus quòd debitum fraternæ charitatis ita soluitur, vt semper debeatur, idcirco dixit, *Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis.*

Quod si astringar ære alieno, si creditorem amauero, debitum exoluam. Intelligamus in dilectione proximi amorem Dei includi, vt causam in effectu: nam propter Deum diligimus proximum, & in amore Dei includi dilectionem proximi, vt effectum in sua causa. Et bellè concludit Paulus ex superiori demonstratione, *Plenitudo ergo legis est dilectio*. Nam qui syncera charitate diligit proximum propter Deum, legè ad Coloss.3. implet. & hoc alibi affirmat dicens, Charitatem habete quod est vinculum perfectiōnis. Verum, vt pro charitate tuenda certemus omnes, quæ omnibus prōdest & nulli nocet, subnecit, *Et hoc scientes*, siue, idq; cùm sciamus, nempe tempus, vt & hoc vim habeat exaggrandi, veluti cùm dicimus, Scortaris, indulges gulæ, & hoc in quadragesima, aut die festo, vt & grauitas peccati declaretur, vt intelligamus diligentius nobis incumbendum esse virtuti in lege euangelica quam Mosaïca. Et tempus hoc loco significat opportunitatem & occasionem. Quod autem opportunum nacti simus tempus, vt à vitiis resipiscendo, Deum honoremus, patefacit doctor gentium dicens, *Quia hora est iam nos de somno surgere*. Qui dormit nihil sentit, nihil videt, nihil intelligit. Et ante aduentum Christi eramus similes illis qui altum dormitant somnum: parum enim aut nihil videbamus, aut sentiebamus, aut intelligebamus de his quæ, spestant ad nostram salutem, eramus veluti qui conclusi abditissimo & tenebrosissimo carcere lumen non vident, sed Christus suo aduentu animorum nostrorum tenebras discusit, & verum fidei lumen nostris cordibus transfudit. Vnde alibi dicit Paulus, Ephe.5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*. Verum est quod Abram habuit cognitionem filij Dei venturi, sed non talem, nec ita claram ac perfectam atque Apostoli, & ceteri qui viderunt Christum, eiisque signis efficacissimis & incredibili sapientia prouocati sunt ad firmissime credendum in eum. Itaque vt Dei misericordia parcamus, à pristinæ vitæ somno expurgescamur, & præfertim cùm nobis tempus arridet. A somno pigritiæ ad laborem & operam exurgamus, à lecto impudicitiæ ad pudicitiam, ab auaritia ad liberalitatem, à tenebris ad lucem, & præfertim cùm instat dies aduentus domini: Nemo quippe ita somnolentus est & piger, quem aduentus diei non excitet claritas, & cui sol oculis infusus, non aperiat aspectum. Probat autem Paulus etiam dilucidè, quod iam instat hora vt à vitiorum omnium somno excitemur, *Nunc enim propior est & vicinior nostra salus quam tunc cum credebamus*. Nā licet sanctissimi Patriarchæ & Prophetæ doctissimi crediderint in Messiâ véturū, hac tamen sola fide, non subito intrassent regnum Dei, quia precium nostræ redemptiōnis non erat solutum: effusione autem sanguinis Christi solutum est, sine qua non erat remissio peccatorum. Tum quoque dicebat Christus suis Apostolis, Multi desiderauerunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis, non tamen viderunt neque audierunt. Adde quod certitudo fidei pendet ex visu & auditu. Hanc eandem veritatem expresserunt sacri vates. Siquidem scribit Esaias, Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. cui subscriptit illud Malachiæ, Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis. Suadet & hic posterior contextus quæ vicinior sit nostra salus quam tunc, cùm credebamus, *Nox præcessit*, potius processit, siue transfiuit, *dies autem appropinquavit*. Ignorantia Christi progressa est & tendit ad interitum, sed cognitio Christi illucescit. Deinde Mosaïca lex, quæ nulli conferebat gratiam, nomine noctis exprimitur, & illa quantum ad sacrificia, ritus, obseruationes, & cæremonias interiit. Dies autem eluxit, Lex scilicet Euangelica, quæ iustificat, sanctificat & vivificat. Hinc illud Ioannis, Tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet. Tendit & ad interitum status peccati, qui nocte significatur. Non enim sumus filii noctis & tenebrarum, sed filii lucis & diei. Et qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Inclarescit autem dies, status quidem gratiæ: *Nam gratia & veritas est per Iesum Christum*. Et quia lux tantæ gratiæ, benignitatis & clementiæ nobis exorta est, conemur pro virili vt abiiciamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis. Vitia ipsa, sunt opera tenebrarum, nam occidunt mentem, & à recto calle abducunt. Hinc illud Ioannis, *Qui odit fratrem suum*, in

in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quia tenebrae obcæcarunt oculos eius. Et ad Ephesios scribit Paulus, Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Tum quoque dicebat Christus, Lux Ioan.3. venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim Eccle.2. eorum mala opera. Legimus & in scriptura, q; stultus in tenebris ambulat, quod denique oculus adulteri obseruat caliginem. Ob id etiæ scelera dicuntur opera tenebrarū, quia nos in tenebras exteriores intrudunt: Virtutes autē dicuntur arma lucis, quia nihil nos æquè armat & instruit ad oppugnandum dæmonem, carnē & mundum, quam virtus. Et lucis arma dicuntur virtutes, quia nos in star fulgidissimi iubaris & splendidissimi solis facient in conspectu Dei fulgere. Hinc illud Sapientiæ, Fulgebū iusti. Scribit & Salomon in suis Proverbiis, Iustorū semita quasi lux splendens procedit. Nos quoque commonefacit Paulus, vt in die, honeste, cōpositè & modestè ambulemus. Sicut enim nox pudorem omnem abiicit, in qua homines nullum scelus non perpetrant, ita dies secum verecūdiam allicit, nam orta luce homines verecundius se gerūt, eosque pudet in omniū conspectu delinquere. Quod si in die decenter ambulauerimus, comedationes, ebrietates, foedas cubitationes, impudicitias, contentiones & emulationes vitabimus. Hoc autem exprimit Paulus dicens, *Non in comedationibus &c.* Comos dicitur Deus temulentia, & eodem nomine græco vocatur conuiuiū procacius. His autem superfluis & luxuriosis conuiuiis comes est turpissima temulentia. Decantantur & immunda cantiones post luxum vini. Etenim venter æstuans mero despumat in libidinem. In Proverbiis legimus, *Noli esse in conuiuiis peccatorum, nec in comedationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt*. In Deuteronomio scriptū Deut.21. est de filio proteruo, *Quia patris & matris monita cōtemnebat audire, & comedationibus vacabat & luxuria atque conuiuiis, lapidibus obruebatur*. Deuouendi sunt & qui corpora sua temulentia contaminat. Hinc illud Prophetæ, *Væ qui potentes estis Esa.5. ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscēdam ebrietatem*. Vocat autem Paulus hoc loco cubilia, foedas cubitationes, aut superflua dormitiones, quæ ex crapula & ebrietate procedūt. Vnde dicit Prophetæ, *Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in Mich.2. cubilibus vestris*. Vitanda sunt & contentiones quæ ex ebrietate nascuntur, fugiendæ sunt & rixæ & querelæ & dissensiones. Siquidé honor est homini qui separat se à contentionibus. Et quia contentio nonnunquam solet oriri ex inuidia, subditur, *Et amulacione*, Hinc illud, *Vbi zelus & contentio, ibi incōstantia & omne opus prauum*. Qui Iaco.3. autem vitia carnis exhoruerint, studebunt pro viribus vt induant dominum Iesum Christum, nam mores suos ad castimoniam & sanctimoniam Iesu Christi, qui est virtutum omnium thesaurus etiam exuberantis, component: Nec carnis curam & prouidentiam habebunt in desideriis, potius concupiscentiis. Non enim inhibet Paulus carnis curam in necessariis, sed in luxu, delitiis & concupiscentiis. Siquidem nemo Ephe.5. vñquam carnē suam odio habuit, sed nutrit & fouet. Quod si spiritu ambulauerimus, Gala.5. desideria carnis non perficiemus.

Argumentum decimiquarti capituli.

E Vangelica & integra fide præditos commonet Paulus, vt imbecilla fide laborantes, aut non satis fidei præsidio suffultos iuuent & instruant. Nemo in delectu ciborum alium iudicet, nec minimis scrupulis veluti superstitionis crucietur. In die iudicij sistendi sunt omnes apud tribunal Christi, vt suæ vita rationem reddant. Conetur vñusquisque pro viribus, ne fratrem suum Christianū, aut cibo, aut potu, aut alia re quapiam offendat, ne perdat illum pro quo Christus moriem appetit.

Caput decimumquartum.

Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum: Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienū seruum? Domino suo stat aut cadit, stabit autem: Potens est enim Deus statuere illum. Nam aliud iudicat diem inter diem, aliud autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit: Et qui manducat, domino manducat, gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus, siue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus: In hoc enim Christus mortuus est, & surrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur.)

Cupit hoc capite Paulus à Christianis omne superstitionum genus exterminari, ne conscientia, quæ alioqui recta esset, sana & illibata, superstitionis vitio contaminetur. Hortatur & fide roboratos, vt eum qui fide infirmus est, in suum contubernium recipiant: non enim reiiciendus est qui fide vacillat, sed est erigendus & instruendus. Est enim velut linum fumigans, quod non est extingendum sed excitandum: velut etiā arundo quassata, quæ non est confringenda sed subleuanda. Intelligamus Paulum

Esa.42. Math.12. hoc loco præsertim alloqui illos, qui in primitiva ecclesia venerunt ad Christū, eiūque fidem amplexati sunt, qui arbitrabantur fidem Christi non satis esse ad assequendam salutem, sed commiscenda fidei legalia, vt quis saluaretur. & hac in re errabant & hallucinabantur: Nam fides euangelica sufficit ad salutem, nec opus est traditionibus, cœremoniis & sacrificiis Mosaïcæ legis. Lex, inquit Ioannes, per Moisen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Fidem euangelicam illam voco, quæ per charitatem operatur, alij perfectam, alij formatam vocant. Et quia Iudæi recenter

Ioan.1. in fide plantati, arbitrabantur legalia cum fide esse necessaria ad salutem assequendā, erant fidei infirmi, siue fides in ipsis nondum adoleuerat, non propterea erant reiiciendi, sed erant monendi ab his qui fidei robur iā suscepserant, vt hunc à se errorē depellerent: Aliud enim est esse infidelem, & infirmū in fide. Infidelis per puram negationē

is est, qui non habet fidem. Infirmus in fide, qui in aliqua fidei parte dubitat, & hic est docendus, non contentiose neque rixose cū eo disputando Vtrum legalia post effusum Christi sanguinem, non nihil ad salutem conferant, an verò sola fides ad assequendam vitam æternam satis præsidij habeat: Adnotemus triplicem fuisse legalium considerationem. Prima fuit ante passionē Christi, & tunc Iudæi tenebantur illa per omnia obseruare, etiam quantū ad ciborum differentiam. Secunda fuit statim à passione Christi, cùm nondum sufficienter erat promulgatum Euangelium, tunc temporis non tenebantur Iudæi illa obseruare, quia precium nostræ salutis erat solutum, & veritas figuræ successerat, imo figuræ vim aboleuerat: Nec tamen peccabant Iudæi tunc obseruantes suos ritus suosque antiquas traditiones, nec illa legalia quipiam conferabant, nec in illis spes salutis erat defigenda, & propterea dicebantur mortua. Tertia consideratio fuit post sufficientem Euangelij promulgationem, quando validus apostolorum sonus per totum terrarum orbem increbuit, quamplurimosque ad fidem adduxit: & tunc legalia erant mortifera, nam tunc peccabant Iudæi illa obseruando. Erasmus vir sānè & eloquētissimus & doctissimus, dicit in suis annotationibus ad hunc locum, *Infirmum in fide assumite*, illud obiter annotandum quod Paulus abstinentiam cibo-

ciborum infirmitati fidei tribuit, non de his loquens, qui quō corpus habeant obtē perantius, à lautioribus eduliis abstinent, sed de his qui Iudaico more certos fugiunt cibos. Hæc ille. Sciamus in primis oportet, Paulum non tribuere absoluē abstinentiā in Eraf. inum: ciborum infirmitati fidei: Nam multi fide firmati & stabiliti, à certo ciborum genere abstinerunt, vt purius, liberius & sanctius Deo inferirent, vel fortius domesticum hostem superarent, vel validius aduersus mundum, mundique principem insidiosum pugnarent, vel vt ardenter vacarent orationi, & absolutius diuinis iussis obtemperarent. Et quis negaret firmitatem & constantiam fidei in illo esse, qui inuita fide omnia pro gloria & amore Dei, & defensione christianæ religionis tolerat, carnem austerritate ieuniorum domat, abstinentia ab esu carnium suum hostem deiicit, frugilitate & sobrietate noxios affectus domat? Alioqui dura illa ciborum abstinentia, quæ fuit in Ioanne Baptista summopere commēdata, infirmitati fidei tribueretur: sed abstinentia ciborum, cum scrupulo conscientiæ, aut superstitione, infirmitati fidei tribuenda est, quam non probat Paulus, sed tolerat aut castigat. Nec Iudaico more christiani certos fugiunt cibos: Nam Iudæi certos fugiebant cibos vt sibi vetitos, nō propter naturam cibi, sed propter significationem: Abhorrebant enim ab esu porcorum, non quōd porcus in se sit immūdus, sed quia immunditiā significat. Hinc illud Christi verbū, Nolite dare sanctū canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Christiani verò non fuit, certos cibos vt sibi in euāgelio vetitos: Non enim vetat Euangeliū quibuslibet cibis indiscriminatim vesci, nisi obstet votū de abstinentia à certo cibo, aut sanctio ecclesiastica prohibens ne die ieunii, & feria sexta & sabbato, christiani vescantur carnibus, sunt tamen quidam adeò superstitionis & imbecilla conscientia, vt putet quædam sibi esse vetita, quæ tamen sunt permitta, quibus suadēdum est, vt huiusmodi scrupulos suis animis eximant: & huiusmodi homines, sunt fidei infirmi. Firmus autem est fide & constans, qui credit se māducare omnia, hoc est, qui arbitratur ob libertatem fidei sibi licere quibuslibet cibis, sine vlo delectu vesci: quod enim intrat Matth.15: in os, nō coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore. Omnis etiam creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Denique cùm facta esset vox cœlestis ad Petru, vt occideret quadrupedia terræ, & volatilia cœli, & manducaret, idque Petrus horret, dicens, Absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune & immunitum: Iterum audiuī vocem illam, vt hanc superstitionē à se depelleret, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Adiicit Paulus, Qui autem infirmus est, olus manducet.) Hoc est, qui est superstitionis, ita vt putet se Deum offendere, si carne vescetur aut piscibus, & non putat se Deum offendere, si olus manducet, vescatur oleribus. Et hoc Paulus indulget infirmitati, ita superstitionē iudicantis, quem mallet firmior rem redditum quibuslibet cibis, sine vlo delectu. Indiget & imperfectus, lacte, nec illi solido cibo opus est, quia carnalis est. Perfectorum autem est solidus cibus, & illorum potissimum qui habent sensus exercitatos ad discretionem boni & mali. Itaque qui secura cum conscientia, & absque periculo libidinis, quibuslibet cibis vescitur, non spernat illum qui ab indifferentibus cibis abstinet, aut quia infirmus est, aut quia ad libidinem proclivis est. Et qui abstinet ab esu carniū, nō iudicet nec fastidiat māducantē, Deus enim illum assumpsit, hoc est, sibi reseruauit à se iudicandū. Vnde alibi dicit Paulus, Qui iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quo ad dusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Et ne temerè, imprudenter & leuiter pronuncies aduersus fratrem tuum, dicit, Tu quis es qui iudicas alienum seruum? non enim tuum est, sed Dei mancipium. Non enim seruus potest sibi vindicare ius, in suum conseruū, id enim Deo peculiare est: Is enim solus est qui de occultis iudicat, & intuetur abstrusissimos interioris animi secessus. Nec debet seruus in his, quæ fieri & non fieri possunt, conseruū iudicare. Adde quōd in iudicante debet esse i. iiiij.

- Exo.2. autoritas diuinitus aut̄ humanitus data. Hinc illud, Quis constituit te principem & iudicem super nos? Et alibi, Audite illos & quod iustum est iudicate. Et quia seruo deest autoritas, vt suum conseruum iudicet, errat cum pr̄sumit de suo conseruo iudicare, & potissimum hallucinatur, cum in his quæ indifferentia sunt, suum conseruum taxat. Est & temerarium iudicium, cum incertum est quo animo quidpiam factum est; aut incertum est qualis futurus sit, qui nunc est bonus aut malus. Reddit autem rationem Paulus, cur is qui à certis cibis abstinet, non debet illum iudicare qui quibuslibet cibis indiscriminatim vescitur. *Domino suo stat, aut cadit, stat quidem recte agendo, cadit autē delinquendo.* Vnde dicit propheta, Domus Israël cecidit, & nō adiiciet vt resurgat? Et licet per infirmitatem carnis aut quis alio modo lapsus sit, poterit tamen iterum stare, & Dei pr̄sidio à lapsu explicari: Potens est enim Deus statuere siue erigere illū. quod affirmat illud Michæ vaticinium, Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi, Consurgam, faciet enim Deus sua clementia, vt à peccato qui lapsus est, resurgat, modò eum sui delicti poeniteat. Nunquid (ait Propheta) qui dormit non adiiciet vt resurgat? Adiiciet sanè & pro sua virili conabitus, vt à sordidissimo suorum vitiorum luto extrahatur. Et quod dicit Paulus, *Potēs est Deus statuere illum,* illico loco iam explicato cohæret, Si non permanerint in incredulitate, inferentur: Potēs est enim Deus iterum inferere illos. hoc & idipsum affirms Psalmographus dices, Dominus erigit elisos. Subnectit & Paulus, *Alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem.*) Hoc de ieunio & abstinentia intelligas. Quidam iudicat quo die debet ieunare & abstinenre à carnibus, ad coercendam carnis petulantiam, & quo die non debeat ieunare: Alius verò iudicat omnem diem, hoc est, animo suo decernit, vt continuum vitæ suæ tempus exigat in abstinentia, intellige, si votum de huiusmodi abstinentia emiserit, aut tātum sibi cum diuina gratia tribuit, vt possit perpetuò à certo cibo abstinenre. Vel sic intellige, arbitratur se debere omnibus diebus abstinenre à carnis, & ieunare. Hoc autem expendito, nisi pugnet cum antiqua consuetudine vel maiorum decretis: Sapit enim Manichæum: & dignus est anathemate, qui die dominico ieunat. Diuus Hieronymus secundo aduersus Iouinianum libro, loco huius, Alius iudicat diem inter diem, vertit, Alius iudicat diem plusquam diem: Iudæis enim alias dies prophanus erat, alias sanctus: at christianis omnes dies sunt æquè sancti, exceptis diebus festis. Et qui iudicat inter diem & diem, quo scilicet die debeat abstinenre, videtur esse infirmus in fide, & relabi in errorem quorundam Iudæorum, qui putabant legalia adhuc esse obseruanda post passionem Christi, Vnde in Leuitico legimus, Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Et quia potest aliquis consideratis suis viribus, citra vllum vitium, uno die abstinenre à certo cibo, & alio die non abstinenre: & rursum, alius fide constans, omni die abstinenre, cōcludit Paulus, *Vnusquisque in suo sensu vel intellectu abundet, vel acquiescat in sua opinione, vel suo consilio remittatur, modò ad gloriam Dei suos conatus, suaque opera referat.* Vel dic, Vnusquisque tantum audeat iudicare, quantum humano intellectui concessum est. Itaque, qui sentit discernere diem inter diem, (quod est infirmi) Domino sentit, nam ad reuerentiam Dei cibos discernit, sicut ad reuerentiam Dei discernitus vigilias sanctorum, in quibus ieunamus, à festis in quibus non ieunamus: Hoc tamen non semper est infirmi ita discernere, sed quandoque firmi & constantis in fide, vbi citra vllum scrupulum & superstitionem, certis diebus ab esu carnium abstinet, & aliis diebus non abstinet: si tamen cum scrupulo animi & superstitione discerneret diem inter diem, quo deberet abstinenre, & interim non abstinenre, laboraret infirmitate fidei, & pene Iudaïco more viueret. Et qui māducat omni die, nec curat discrimen diei, Domino māducat. gratias enim agit Deo, pro suscepta vita alimonia. Et qui nō māducat, hoc est, qui semper abstinet (quod est perfectius, quam interim abstinenre, & interim non abstinenre) Domino non manducat. Agit enim gratias Deo pro illa perpetua à certo cibo abstinentia. Subiungit Paulus, *Nemo nostrum sibi*

sibi viuit, & nemo sibi moritur, & subnectit rationem, siue enim viuimus, Domino viuimus, siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus siue morimur, Domini sumus.) siue spectemus vitam temporaneam siue spiritalem & æternam, Dei beneficentia viuimus, & cum Christus sit omnium vita, affatim suppeditat & corpori & animæ pabulum, & quod nobis necessarium est, ad cuius gloriam debemus nostræ vitæ commeatum referre, & si mortui sumus cum Christo, credimus quod ei conuiuemus. Denique siue consideremus mortem temporaneam, siue à peccato spiritalem, morimur Domino. Nam fecit Dominus sua gratia, vt qui mortuus est peccato, iustificatus sit à peccato: Et qui ambulat in nouitate vitæ, fonte baptismi lotus, per fidem resurrectionis Christi, viuit Domino, nam ab eo sumpsit beatæ vitæ exordium. *In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & viuorum & mortuorum dominetur.*) Resurrexit enim vt nouā & coelestem vitam auspicando, in se credentibus præluceat: & moriendo mortem nostram destruxit, & vitam resurgentem reparauit: sua etiam victori resurrectione de morte triumphavit, & destruxit illum qui habebat mortis imperium. Et quod Christus post suam resurrectionem dixit suis discipulis in quodam Galilæa monte, Data Matth. 28. est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, huic Paulinæ doctrinæ suffragatur. Verum digladiabitur quispia. Si in hoc mortuus fit Christus & resurrexit, vt & viuus & mortuis dominetur, ergo antequam crucis tormentum perferret, & à morte excitaretur, non imperabat viuus & mortuis, quod tamen est absurdum. Nam qui creauit omnia, nihil non sibi subiecit. Adde quod de Christo scriptum est, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Tum quoque dicebat Christus Marthæ antequam oppeteret mortem, Ego sum resurrectio & vita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Respondebo, Christum vt Deum, semper habuisse dominationem super omnes creaturas: sed quantum ad suā humanitatem quæ conuicia, sputa, flagella, opprobria, contumelias & crucem, pro nobis constanti animo tolerauit, & ob id fuit gloria & honore coronata, meruit abunde sua passione & resurrectione vt & viuus & mortuis dominaretur. Siquidem Petrus dicebat instruendo plenus in fide Cornelium, & illos qui eius comitatui aderāt, Act. 10. Præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorum & mortuorum.

„ Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, scriptum est enim, „ Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicemus, cate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio & con-fido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibis tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum: Non est enim regnum Dei, esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto: qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. noli propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem sunt munda, sed maius est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem habes? penes te-

„ metipsum habe coram Deo . Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit , si manduauerit,damnatus est, „ quia non ex fide . Omne autem quod non est ex fide , peccatum est .)

Suppetit & ratio ad suadendum quod frater Christianus,cui deest autoritas iudi candi, non debet aduersus suum fratrem præcipitare sententiam , neque eum asper nari,tametsi sit imperitor & infirmior.Nunquid inquit Paulus,omnes stabimus ante tribunal Christi,qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum? It pedibus in eādem sententiam , 2.ad Corinthios epistola, in qua dicit,Omnes enim nos ma

2.Cor.5.

Danie.7.

Matth.25.

Esa.45.

Philip.2.

Ioan.4.

nifestari oportet ante tribunal Christi,vt referat vnuſquisque propria corporis,prout gessit,ſiue bonum ſiue malum.Consimilia ſcribit Daniel de iudicandi ſpecie, Aspi ciebam inquit,donec throni poſiti ſunt,& antiquus dierum ſedit. Vestimentum eius candidum quaſi nix , & capilli capitis eius quaſi lana munda , thronus eius flammæ ignis,rotæ eius ignis accenſus,fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius: Mi lia milium ministrabant ei,& decies milies centena milia aſſisteabant ei. Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt.Hoc autem tribunal Christi, eſt ſedes diuinæ maiestatis,in qua filius hominis ſedebit vnuſquenque iudicans. Siquidem in Euangelio legimus, Cū yenerit filius hominis in maiestate ſua,& omnes angeli cum eo,tunc ſedebit ſuper ſedem maiestatis ſua,& congregabuntur ante eum omnes gentes , & separabit eos ab inuicem,ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdiſ:& ſtatuet oues quidem à dextris ſuis,hœ dos autem à ſinistris.Hoc auté oraculo Prophetæ commoniſtrat Paulus dicens , Scri ptum eſt enim , Vnuſ ego,dicit Dominus , quoniam mihi flectetur omne genu , & omnis lingua con fitetur Deo.Hoc ſcias Paulum ex Eſaia deſumptiſſe: Nec tamen ſecundum Hebraicam veritatem, aut ſeptuaginta interpretes,comperimus hoc exordium , Viuo ego, ſed ita legimus, In memetipſo iuraui,egredietur de ore meo iuſtitia verbum , & non reuertetur,quia mihi curuabitur omne genu,& iurabit omnis lingua. Aut ſi maius, ſe cundum ſeptuaginta interpretes,Confitebitur omnis lingua.Huic autem prophetæ, conſimilis eſt Pauli ſcriptura ad Philippiſes,vbi dicit de Christo, patri cœleſti per omnia coæquali,Deus exaltauit illū,& donauit illi nomē quod eſt ſuper omne no mē,vt in nomine Iefu omne genu flectatur,cœleſtiū, terrefrīū & infernorū,& omnis lingua conſiteatur,quia Dominus Iefus Christus,in gloriam eſt Dei patris. Verū quia Deus eſt fons totius vitæ,forma iuramenti Domini exprimitur hoc verbo , Vi uo,quaſi innueret,iuro per vitam qua ego præminēter & vnicè viuo . Propterea hic locus,Viuo ego,illi respondet,In memetipſo iuraui. Et ſicut ſolus Deus dicere po teſt,Ego ſum qui ſum, ita ſolus Deus dicere po teſt,Viuo ego,creaturis verò vt volo, vitam largior.Legimus & in Euangelio Ioannis de Christo,Ego ſum via , veritas & vita. Et cū dicit Prophetæ,Mihi flectetur omne genu,non loquitur de membris car nialibus: Non enim ſol & luna & ſtellæ & angeli,corporeis genibus inſleſtuntur vt Deum adoren,ſed omne genu fleſtitur Deo,quia nihil eſt quod non fit Deo ſubie ctum . Nec agit potiſſimum de lingua carnali: Nam angeli lingua conſitentur Deo, hoc eſt Deum vnicè colunt & adorant,quibus tamen deest lingua carnalis . ſed agit præſertim de lingua ſpiritali,qua & angeli & homines adorant Deum,& quidem ſpi ritu & veritate.Etenim Christus dicebat Samaritanæ,Venit hora & nunc eſt quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate:nam & pater tales querit qui adoren eum.Spiritus eſt Deus,& eos qui adorant eum , in ſpiritu & veritate oportet adorare.Non eo tamen inficias quin Deus & lingua carnali & adoratione exteriori omnique membrorum ſummiſione ſit adorandus , ſed potiſſimum integro corde, ſana mente, & vegeto ſpiritu adorandus eſt . Et quia vnuſquisque noſtrū redditu rū eſt pro ſe Deo rationem,& fi persona fuerit publica,pro hiſ qui ſuæ fidei concre dii ſunt, nobis à temerariis,& fi dicā,moſiacibus iudiciis abſtinendum eſt : Vnuſ e nīm eſt iudex & quidam,qui de nobis exactum feret iudicium , cui nemo poterit re clamare.Nos autem ante omnia admonet Paulus , vt muuam charitatē inter nos foueamus,

foueamus,ne puſillos & fide infirmos scandalizemus. Scandalizat autem quis fratre ſuum,cùm dictis aut factis vetitis & illicitis,præbet ei occaſionem ruinæ : & qui hoc int̄ēt & molitur,& graui poena & execratione dignus eſt:quod pulchrè docet Chriſtus in Euangelio dicens , Qui scandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me cre dunt,expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius,& demergatur in profundi dum maris.Væ mundo à scandalis:Neceſſe eſt enim vt veniant scandalata,verum tamē vae homini illi per quē scandalū venit,Adiicit Paulus, quod nos docet exuendū eſſe inanē animi ſcrupulū in delectu ciborū,vbi neque Deus neq; ecclesia vetat ab huiuſmodi cibis abſtinere , Scio inquit, & confido in Domino Iefu,quia nihil commune per ipſum, niſi ei qui existimat quid commune eſſe,illi commune eſt.) Sensus eſt , cūm nihil in creaturis de natura ſui ſit immundum & pollutum,eò quod omnia à Deo creaſta ſunt bona & munda: aliquid tamen eſt immundum illi , qui erronea conſientia existimat cibum quendam eſſe ſibi illicitum & vetitum. Et propterea quod ex ſe mundum eſt & ſan ctum,errante conſientia arbitratur eſſe immundum. verbi gratia , cūm non ſit ex ſe immundum ſuilla carne vefci, nec euangelica lege prohibiſtum : ſi Iudeus ad fidem recenter conuersus arbitraretur ſibi eſſe vetitum vefci carne ſuilla , huiuſmodi cibus eſt illi immundus.Hinc illud quod eſt ex ſe licitum,fit illicitum illi qui agit contrā conſientiam etiam erroneā: Qui enim iudicat erronee non ſibi licere comedere car nes die Mercurij,ſi comedat,peccatum eſt . Sed quæres vnde deſumptus eſt viſus huiuſmodi sermonis, quod commune ſumitur pro immundo.Dicam & respondebo ex antiqua lege.Va ſa Dei ministerio dicata,Domini vaſa appellabantur , reliqua verò vaſa communia dicebantur. Denique cibi,quibus licebat vefci Iudeis,dicebantur mundi, reliqui ve rò & interdicti,communes appellabantur. Vnde cūm Petrus vano quodam ſcrupulo cruciaretur. quod non ſibi liceret vefci quibusdam quadrupedibus terræ & vola tilibus coeli,quod falſo iudicaret illa eſſe communia ſiue immunda,audiuit vocem il lam cœleſtem , Quod Deus purificauit,tu commune ne dixeris . Mens quoque quæ Deo dicata eſt,appellatur munda: ſi verò à Deo fuerit aliena , & à ſpiritū immundo poſleſſa,appellatur communis.In Euangelio Marci legimus,Nihil eſt extra hominē Marc.7: introiens in eum,quod poſſit eum coinquiñare , ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ communicant hominem . De corde hominum mala cogitationes pro ce dunt,adulteria,fornicationes,homicidia,furta,auaritia,nequitiæ,dolus,impudicitia, oculus malus,blasphemia,superbia,ſtultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt , & communicant hominem . Sciscitabitur quispia, vtrum conſientia erronea obli get illum , qui existimat ſe peccare mortaliter niſi fornicetur . & appetat quod non, quia lex diuina vetans fornicationem fortius ligat,quæ conſientia erronea. Denique, ſi huiuſmodi conſientia ligaret,incurreret is qui ita iudicaret,perplexitatem, ita quod peccaret & fornicando & non fornicando:Nam ſi fornicetur,peccat, quia agit contra diuinam legem.& ſi non fornicetur rurſum peccat,quia agit contra conſien tiam.Respondeo,quod conſientia etiam erronea in per ſe malis & illicitis ligat. Nā ſi agat contra conſientiam,consequens eſt vt habeat voluntatem peccandi . Idcirco qui credit eſſe peccatum mortale non fornicari,dum elicit nō fornicari, elicit pecca re mortaliter,& ita mortaliter peccat. Et vt diluatur argumentum , dicam quod non Hac obſer fortius ligat diuina lex,quæ conſientia erronea,ſed eſt idem nexus conſientia er ronea,& legis diuina: Nihil enim dicitat conſientia eſſe proſequendum vel vitandum, niſi quia credit hoc diuina legē ſtatuere . Nec propterea poſita illa hypotheſi qui eſt perplexus,nam poſteſt conſientiam illam erroneam deponere ſiue exueſe,& exue do à peccato abſtinere,non tamen inhibet ſecundum quid,ſiue ex ſuppoſitione quē pia ſe perplexi, ut patet de ſacerdote concubinario , qui ex officio tenetur cele brare miſſam,& quem ſuī ſcorti nō poenitet,aut ſi poeniteat,nō vult tameſt à ſe able gar: Si enim non celebret,peccat, quia ex hypotheſi tenetur celebrare,& ſi celebret, peccat, quia non habet verum & efficax propositum abſtinendi à ſua immunditia,

non tamen est perplexus simpliciter, quia potest à se abiicere scortum, & sacris incumbere. Quod autem pugnet offendiculum fratris, siue scandalum cum fraterno amore, planè subindicat hic contextus, *Si propter cibum frater tuus contristatur, tam non secundum charitatem ambulas.*) Nam irritas illum ad peccandum, & ad vescendum cibo, quæ arbitratur sibi esse vetitum. Et qui peccant in fratres, & percutiunt conscientiam eorum infirmam, in Christum peccant. Et licet in cibis ipsis non sit vitium in se, neque per se culpa, est tamen per occasionem, quando is qui vescitur cibo vetito offendit fratrem infirmum. Quod si frater nō sit mœrore afficiēdus, multò minus est per nos irritandus & perturbandus. Et propterea pulchrè concludit Paulus, *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.*) Dicit enim beatus Petrus, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Quod autem adiicit Paulus, *Non ergo blasphemetur bonum nostrum*, hunc habet sensum, Nobis curādum est ne nostra bona opinio, qua sensimus fas esse quibuslibet cibis vesci, infirmo præbeat obtrectandi materiam. Aut, si mauis dicas quia beneficio Christi nihil est commune, studeamus pro viribus ne fides vel gratia Christi, per quam à cæremoniis liberati sumus, blasphemetur ab infirmis dicentibus huiusmodi libertatem irritare indulgentiam gulæ. Et quia nonnulli in primitiua ecclesia vtebantur indiscriminatum quibuslibet cibis cum offendiculo infirmorum, accidebat infirmos blasphemare & obtrectare fidem Christi, dicentes eā ciborum voracitatem inducere contra legis mandatum. Siue legas, Non ergo blasphemetur bonum nostrum, siue secundum Græcos, vestrū bonum, ὑμᾶς τὸ αὐτοῦ, eadē est sententia, Curate ne quod bono animo facitis, cuiquam præbeat materiam blasphemandi: *Non enim regnum Dei est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto.*) Et alibi dicit, Esca nos non commendat Deo: Neque enim si manducavimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus. Intellige neque escā neque potum, secundum sui rationem & substantiam nos Deo commendare, abstinentia tamen voluntaria à quodam genere cibi aut potus, vt diuinis iussis liberius & purius obsequiamur, nos Deo commendat, aditūmque facit ad regnum Dei assequendum. Et quid opus est tantopere disceptare de cibis, cùm huiusmodi disceptatio pariat iram, tristitiam, offendit & iniustitiam, laedat & plurimū ac perturbet fraternam charitatem. Denique quod regnum Dei neque per escas, neque per potum constet, sed per iustitiam, pacem & gaudium, & cæteras virtutes, quæ diligenter exercitio per spiritū sanctū cōquirūtur. Vnde ad Galatas dicit Paulus, *Fructus spiritus, est charitas, gaudium pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cōtinentia, castitas.* Adiicit & præcedētibus, *Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo & probatus est hominibus.*) Per omnia is placet hominibus, qui seruit Christo, placet & Deo, qui non tam quod sibi, sed quod multis vtile est, querit. Placet & Deo & hominibus, non hominum infectando vicia, sed infirmitates eorum per patientiam tolerando. Seruit & Christo, qui accepta spiritus sancti gratia, seruit Euangelio, seruit sapientiæ, iustitiæ, paci, modestiæ, humilitati & cæteris virtutibus. Et quia pacis, iustitiæ & mutuæ amicitiæ studio assequuturi sumus regni cœlestis hæreditatē, totis conatibus laboremus, vt quæ pacis sunt sectemur, quod alibi monet Paulus dicens, *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Sectatur & is pacem, qui ea quibus pax constare potest, etiam cum labore suo, cum damno, cum opprobrio quoque, & si ita necesse sit, etiam cum periculo vita famæque custodit. Custodiunt & integerrimi Christiani quæ sunt spiritualis ædificationis, cùm publicæ Christianæ religionis commoditatí feruētibus animis studēt nitūtūque pro viribus superfundamentum Christi, superædificare aurum, argentum & lapides preciosos. Et iij generosi milites nihil intentant, nihil excogitant, nihil denique moliuntur quod ad ædificationem ecclesiæ non spectet. Et qui ita Christianum pectus spirat, suos cōfratres admonent, ne velint propter cibum soluere opus Dei. Soluit autem opus dei qui propter ciborum cupidas & luxum, suo fratri infirmo parit scādalum, vt multi ex

ex immundis & sordidis germanorū fontibus scaturientes, cùm per totā quadragesimā, & singulis diebus comedunt carnes, simplicibus Christianis magnū & graue scandalū pariunt, & ob id diris imprecationibus deuouēdi sunt diabolo, non vt illorū animæ pereāt, sed vt eorū corpora carnibus plusquā saginata, nō modicis poenis cruciatur. Quod si sacrā aliquā ædē subuertere nefas sit, multò magis nefas est, spiritale Dei téplum subuertere. Nā constat homines sanctitate, sacrī ædibus longè præstare, quā doquidē huius tépli gratia, Christus morte oppetiit. Est & singulare Dei opus, gratia scilicet quā in nobis sua própta voluntate operatur, quā qui destruit, aduersus Deum insurgit. Et licet omnia sint munda mundis, coquinatis autē nihil sit mundū, tamē Tit. I. *per quod scādalizatur.*) Hoc autē pulchrè cohæret cū illo loco, Quapropter si esca scādaлизat fratrem meū, non manducabo carnē in æternū, ne fratrem meū scādalizem. Nec dicit absolute Paulus, bonū esse non manducare carnē, aut bonū esse nō bibere vinū: Nam manducare carnē, aut nō manducare, pariter bibere vinū, aut nō bibere, est quid indifferens: Nam potest vtrunque & bene, & malè fieri, sed adiecit, quod vim sententiæ concludit, In quo frater tuus scādalizatur. Itaq; verè bonū est, abstinere à carne & vino, ad vitandum pusillorum & infirmorum scandalum. Et quod subnecit, mirè præcedentibus adhæret. *Tu fidem quam habes apud temetipsum, habe coram Deo.*) Quasi innuere velit, Existimo rectā & constantem esse tui animi fiduciā, cùm ad gloriā Dei, quibuslibet cibis absque vlo delectu vesceris, verūm hæctege & occulta, cāmq; habeto apud te solum, & coram Deo, qui integratatem tuæ mētis agnoscit, ne is qui non habet talē fidē, credit sibi licere vesci quibuslibet. Et sanè resecat & amputat iactantiam, cùm dicit apud temetipsum, ne quod credimus, magis sit in ostentatione, quām in virtute. Quod verò adiicit, *Beatus qui non iudicat se metipsum, in eo quod probat.*) hunc habet sensum. Beatus censetur ille, & verè Christianus, cuius conscientia non arguit neque cōdemnat, quod approbat esse faciendum. Quod si infoelix sit, qui contra conscientiam manducat cibum, quem tamen existimabat sibi non licere vesci: ex aduerso, beatus est qui citra scrupulum manducat cibū, quem probat sibi licere vesci. Aut si mauis, Beatus est qui tantum fidei robur habet, vt in eo quod probat apud alios, non sentit intus conscientiā reclamantē. *Qui verò discernit, si manducaverit, dānatus est, quia nō ex fide.*) Hoc est, qui hæsit an mundum sit, vel immundum quod sumit, ex ipsa animi dubitatione, vrgente conscientia, dānatur: Nō enim fide, hoc est fiducia, & animi constantia, & integra conscientia ducitur, sed dubitatione. *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.*) Et sensus est, quod est contra veritatem fidei, & conscientiā facientis, peccatum est. Et ex eo sumunt scholastici doctores, fidem nonnunquam pro conscientia: *Quia quod fide credimus in vniuersum esse licitum vel illicitum, conscientia admouet operi factō vel faciendo.* Ad hunc locum edifferendum, dicit Theophylactus, *Quotiescūque quispiam vel nihil confidit, vel autumat obsonium aliquod immundum esse, & ita vt deprauata conscientia illud degustet, prorsus est peccato obnoxius.* Agnoscis hunc doctissimum interpretem, à scholasticis doctoribus non dissentire.

Argumentum decimiquinti capitilis.

Sinceræ charitatis ratio postulat, vt qui fide obfirmati sunt, infirmorum imbecillitatem tolerent, nec quicquam de se magnificè sentiant, sed suos labores, conatus, opera & studia omnia, ad proximi commoditatem conferant. *Quæ in sacrorum Bibliorum monumentis continentur, ad publicam omnium Chri-*

stianorum doctrinam, instructionem, exhortationem & edificationem edita sunt, ut sinistra quæque, iniuncta animi magnitudine sufferendo, speremus nos immortalitatem assequuturos. Certissimis sanctorum patrum promissionibus (quas Christus confirmauit) ad consequendam æternam hæreditatem vocati sunt Iudei, gentiles verò diuina clementia & beneficentia. Predicauit Paulus Euangelium, euangeliique gratiam propagauit in barbaris, externis & prophanicis nationibus, in quibus nomine Christi neque fuerat cognitum neque auditum.

Caput decimumquintum.

Debemus autem nos firmiores , imbecillitates infirmorum sustinere , & non nobis placere. Vnusquisque vestrūm proximo suo placeat in bonum ad ædificationem . Etenim Christus non sibi placuit. sed sicut scriptum est , Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcunque enim scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt,vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatij , det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum,vt vnanimes,vno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem , sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei . Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei , ad confirmandas promissiones patrum . Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est,Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit , Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate omnes gentes Dominum , & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait,Erit radix Iesse , & qui exurget regere gentes,in eo gentes sperabunt.) Cùm nihil nos æquè Deo conciliet & adglutinet,quàm mutuus inter nos amor,mutuaque concordia,nobis curandum est, vt cùm in fidei robur adoleuerimus,infirmorum & fide vacillantium imbecillitatē suppontemus . Non enim nobis Deus largitus est dotes,vt tumida mente omnia nobis temerè arrogando , imperitiores aut imbelliciores contemptim despiciamus. Et quemadmodum qui corporis robore validiores sunt,non debent proculcare neque protrudere inualidam ætatem:ita qui firmitate fidei,& animi iudicio præcellunt, non debet fratrum imbecillitatē exasperare,sed potius ferre. Sibi autem placet,qui querit quæ sua sunt.Sibi placet qui mirum in modum suis studiis & conatibus arridet & ad blanditur. Sibi placet,qui nulla in re vult sibi habere secundū. Aliis placet qui viis omnibus aliorum vtilitatē requirit. Aliis placet ad ædificationem , qui etiā cum dispendio suarum fortunarum & discrimine vitæ,saluti suorum fratrū cōsulit. Hoc autē syncretus charitatis exemplum didicit à Christo,qui nō sibi placuit,sed gloriā quam promeretur reiecit:& ita suis fratribus ad ædificationē ecclesię placuit, vt conuicia omnia, spuma,flagella,opprobria,contumelias,ludibria,& probrosum crucis tormentum pro eorum salute pertulerit:non enim certius,maius & apertius amoris indicium declarare potuit,quàm cū animā suā pro suis amicis posuit. Et prius dictum est,Cōmendat autem charitatē suā Deus in nobis, quoniā cùm adhuc peccatores essemus , secundū tēpus Christus pro nobis mortuus est. Scripsit & Psalmographus de improperiis quæ

Dominus

Dominus in cruce tolerauit,dicēs, Quoniam zelus domus tuæ comedit me,& oppro Psal. 68.
ria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Constat autem ex hoc Psalmo filium
Iloqui suum patrem cœlestem, cui dicit, Pater sancte, quæ tibi improperarunt per-
icaces, ingratii, scelerati & perfidi Iudei, dum ego egregiam mortem pro redemptione
aturæ humanæ oppeti, in meum caput reciderūt: nam ego pertuli quæ nemo pertu-
t vnquam: Denique opprobria tibi obiecta, quādo mei caluniatores dicebant quòd Matth. 12.
in Beelzebut principe dæmoniorum, eiiciebam dæmonia, ceciderunt super me: nam Luc. II.
ropter miracula, mea virtute edita venati sunt occasionem, vt me trucidarent, insu-
er omne conuinciorum & maledictorum genus, quod in impios congeri solet, in me
b inuidis Iudæis congestum est, etenim modò Samaritanum me vocant, modò dæ-
moniacum, & modò seductorem populi. Quòd autem debeamus patienter ferre im-
peccilliores, quos speramus aliquando fidei robur habituros, eōsque arcans literis con-
solari, ne de sua salute desperent, omnésque ad tentationum tolerantia adhortari, pla-
nè monstrat Paulus dicens, *Quaecunque scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per*
atientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.) Quòd Adam & Eua, superbia Gene. 3.
& diuinæ maiestatis cupiditate lapsi sint, ad nostram instructionē factum est, ne quod Gene. 4.
Deo peculiare est, nobis vindicemus. Quòd Abel iustus, à suo fratre Cayn crudelissi-
mo & sceleratissimo interfectus fit, ad nostram doctrinā cedit, vt nullū mortis genus
pro veritate, iustitia & religione, non toleremus. Quòd denique perierint innumeri Gene. 7.
aquis diluuij, nobis in cōmodum cedit, ne in pertinacibus vitiis perseueremus, neque Gene. 19.
nostra inueterata malitia Deum conténamus. Et quòd Sodomitæ & Gomorræi sul-
shureo igne vapulauerint, non nihil nobis confert, vt petulantissimam & plusquam
vaninam (quam natura abhorret) libidinem vitemus. Insuper quòd Moses Deo alio- Nume. 20
qui gratissimus, in aquis contradictionis Deum offenderit, indicat ne quid de summa
Dei virtute & potentia hēsitemus. Præterea in nostrā correptionē cedit, quòd quidā Num. 21.
entauerūt Deū, & à serpentibus perierūt: Et qui aduersum Deū murmurarunt, ab ex-
terminatore perierunt. Adhæc, quòd scriptū sit, Non alligabis os boui triturati, ad no Iud. 8.
strā cōmoditatē scriptum est: nō enim de bobus cura est Deo, sed propter nos vtique 1. Cor. 10.
hoc Moses dixit, Quoniā debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus per- 1. Cor. 9.
cipiendi. Denique quòd Saul, Rex Israël, miserè ceciderit, declarat ne per inobedien- Deute. 25.
tiam, vtricem Dei manum prouocemus. Et quòd Ochozias per cancellos coenaculi I. Reg. 31.
sui ceciderit, & cadendo infelicitate obierit, manifestat ne graui admodū morbo cor- 4. Reg. 1.
reptus, ariolos, magos, diuinos, & dæmones pro recuperanda sua valetudine consu-
at. Quòd denique imperfectus sit Sennacherib Assyriorum Rex potentissimus, à suis
filii, cùm suis idōlis litaret, planè subindicat illos esse puniendos, qui cum blasphe- 4. Reg. 19.
mia veri Dei, diis alienis inferuiunt. Me dies deficeret si vellem ex sacris scripturis in
vniuersū cōgerere, quæ ad nostrā doctrinā, instructionē & exhortationē scripta sunt.
sed satis sit hēc attigisse. Hēc autē scripta sūt vt per patientiā & cōsolationē scripturarū
spē habeamus. Quātum virtutis & momēti habeat arcana literæ, vt nobis spē ad asse-
quendā fœlicitatē æternā erigant, planè suadet hic locus: etenim tribulationū omniū
procellas, fluctus & casus equanimitate animi tolerādo, sternitur nobis iter ad ingres-
sum diuini tabernaculi, quod prius cōmonstrauerat idē doctor gentiū dicēs, Tribula Rom. 5.
tio patientiā operatur, patientiā probationē, probatio autē spē, spes autē nō confundit. 2. Thim. 3.
Et alibi, Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionē patientur. Et in A&t. 14.
Actis Apostolorū, Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnū Dei. Quòd
si qui sustinet iēsus, verbera, flagella, cōuicia, cruciatus & aduersa quæque, pro nomi-
ne Christi, spem habet futurorum vegetam & stabilem: ergo qui in aduersis impa-
tiens est & frangitur animo, à spe ipsa excidisse conuincitur. Prodest & Christianis Iob. 1. 2.
plurimū patientia Iob & Tobia, vt sufferentia malorum omnium ad regnum Tob. 2.
Dei perueniant. Et hēc commendabilis virtus afflictos consolatur, quod pulchritudo Iacob. 5.
strat propheta dicens, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, cō Psa. 93.
solutiones tuæ lātificauerunt animam meam. Desumito & ex euangelicis scripturis
lz. ii.

Matth. 9. hoc genus consolationis, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Vé
 Luc. 19. nit filius hominis querere, & saluum facere quod perierat. Non est voluntas ante pa-
 Matth. 18. trem vestrum qui in cœlis est, vt pereat vnu de pusillis istis. Et parabola vigilantissi-
 Luc. 15. mi pastoris requirentis sedulò ouē, quę perierat, conclusit Christus, Dico vobis quod
 ita gaudium erit in cœlo, super vno peccatore poenitentiā agente, quam super nona-
 ginta nouē iustis, qui nō indigent poenitentia. Subiectit Paulus, *Deus autem patientia
 & solatij, dicit vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut vñanimes, vno ore
 honorificetis Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi.*) Locus ille planè declarabat Deū
 esse autorem vnicum totius patientiæ. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & lon-
 ganimitatis contemnis? Ignoras quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Di-
 cit quoque Dauid, Tu es patientia mea. Quod autem Deus sit fons totius solatij, ostē-
 dit scriptura illa, Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater miseri-
 cordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione no-
 stra. Precatur itaque Paulus Deum clementissimum & consolatorem fauentissimū,
 vt Romanis, & omnibus Christianis gratiā impertiat intelligendi quid prodest pro-
 ximo, & quid ei obest, vt nec animo, nec amore, nec studiis, nec volūtate, nec religio-
 ne dissentiant. Hoc autem est sapere secundum Iesum Christum, qui nobis præstat, vt
 vñanimiter, & vno ore collaudemus, & glorificemus Deū, qui est pater Domini no-
 stri Iesu Christi, qui nihil aequè commendauit ac mutuam charitatem mutuamque
 concordiam: *Propter quod, inquit Paulus, suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in
 honorem Dei.*) Nos etenim commonefacit, vt nobis ipsis inuicem opitulemur, vt infir-
 mum in fide assumamus, vt incolumes infirmorum curam habeant, & prudentes im-
 prudentum, & sapientes insipientium, sicut Christus nostri curam ad gloriam Dei
 per omnia gessit. Condonemus & adinuicem veniam, sicut Christus nobis condona-
 uit. Et sicut Christus nos non reiecit, ita nec debemus reiicere proximum nostrum.
 Denique sicut Christus supportauit nostras infirmitates, ita debemus nostrorum fra-
 trum infirmitates supportare. Quod autem Christus nihil pro nobis non tolerauerit,
 & præsertim pro saluandis Iudæis, demonstrat hic subsequens locus, *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum.*) Christus admisit in se circunci-
 sionem, & legem impleuit, vt adimplerentur & confirmarentur promissiones pa-
 trum: Nam Iudæi erant assequunturi ex diuinis pollicitationibus salutem æternam.
 gentiles verò duntaxat Dei misericordia, & hoc est gratius donum: Nam illis præ-
 ter omnem spem obtigit. Opposuit itaque Paulus misericordiam promissis: Nam in
 Ge. 12. 22. Iudæis ius quoddam videbatur esse ad assequendum æternam hæreditatem: in gen-
 tibus verò merus fauor. Hæc fuerat Abrahæ facta promissio, In semine tuo benedi-
 centur omnes gentes, ex quo semine veniens Christus, compleuit in semetipso, quæ
 patribus fuerant repromissa. Promissiones autem Dei, antiquis patribus factæ, decla-
 ratæ sunt per veræ circuncisionis signaculum. Siquidem in Genesi legimus, Dixit
 Gene. 17. Deus ad Abraham, Et tu custodies pactum meum, & semen tuum post te in gene-
 rationibus suis. Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen
 tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem
 præputij vestri, vt sit in signum foederis inter me & vos, infans octo dierum circun-
 cidetur in vobis. Et Paulus loquens de sacramento circuncisionis, quod sanctus
 Abraham recepit, indicat quidnam hoc mysterium exprimeret. Et signum, inquit, ac-
 cepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio. Quod si Christus
 noluisset circuncidi, (tametsi ad id non astringeretur) iniecisset suspicionem Iudæis,
 quod promissiones suis maioribus in signaculo circuncisionis factas, spreuiisset. Ob-
 seruauit & legem sanctificationis primogenitorum (cui tamen non astringebat-
 tur) ne videretur huiusmodi sanctum abrogare. Itaque ad tempus se attempera-
 uit Iudaicis & cæmoniis & sacrificiis obseruandis, vt hac incredibili pruden-
 tia & sapientia, Iudæos ad se paulatim alliceret. Quod autem diuina clementia
 erant

erant aliquando gétiles ad fidē accersendi, multis scripturę testimoniis cōprobat Pau-
 lus dicens, scriptū est, Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo Psal. 17.
 cātabo. Et id à Deo præsum eſſe credimus, ne Iudæi ob pollicitationes sibi factas, 2. Reg. 22.
 despectis gentibus non nihil sibi arrogarēt. Vaticiniū illud sacrū indicabat quod gen-
 tiles aliquādo spretis suis idōlis collaudarent Deū, etiisque nomini laudes occinerēt.
 Et iterū dicit, Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterū, Laudate omnes gentes Domi Psal. 116.
 num, & magnificate eū omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse, & qui exur-
 get regere gentes, in eo Gentes sperabūt. Christus autē ex nobilissima Dauidis radice Esa. II.
 & prosapia descēdens, eā gentibus gratiā contulit, vt huiusmodi populū, qui propheta-
 no prius idōlorū cultu fœtebat, ad spem vitæ eternæ pelleixerit. Et licet Christus fue-
 rit primū Iudæis promissus, non tamen negandum est quin fuerit gentibus promis-
 sus: Nam de vocatione gentium dicit Dominus per suum Prophetam, Vocabo non Osee. 2.
 plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam & non misericordiam con- Rom. 9.
 secutam, misericordiam consecutam. Tum quoque Iacob diuino spiritu afflatus, hoc
 de resipiscētia & vocatione gentium prædixerat, Non auferetur sceptrū de Iuda, &
 dux de scēmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.
 Huic oraculo arridet illud Esaiæ, Posui te in lucem gentium, vt sis salus usque ad ex-
 tremum terræ, cuius veritati lumen adiecerunt Apostoli, cūm post ascensionem Chri-
 sti, & effusionem spiritus sancti, quo fuerunt abundē repletū, omnibus nationibus
 Euangeliū Iesu Christi euulgarant.

„ Deus autē spei replete vos omni gaudio & pace in credendo, vt abū
 „ detis in spe, in virtute spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei, &
 „ egoipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni
 „ scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vo-
 „ bis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gra-
 „ tiam quæ data est mihi à Deo, vt sim minister Christi Iesu in genti-
 „ bus, sanctificans Euangeliū Dei, vt fiat oblatio gentium accepta &
 „ sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad
 „ Deum: Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit
 „ Christus in obedientiam gentium, verbo & factis, in virtute signorum
 „ & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita vt ab Hierusalem per cir-
 „ cumitum usque ad Illyricum, replete Euangeliū Christi. Sic au-
 „ tem prædicti Euangeliū hoc, non ubi nominatus est Christus, ne su-
 „ per alienum fundamentum ædificarem, sed sicut scriptū est, Quibus nō
 „ est annunciatū de eo, videbunt, & qui non audierunt de eo, intelligēt.)

Nouerat Paulus diuino numine afflatus, in quo esset defigenda nostræ spei an-
 chora, non in hominibus hanc mortalem vitā agentibus, quod & fallere & falli pos-
 fint, nec in electis potissimum & beatis, qui hinc ad cœlos demigrarunt, quandoquā
 dem sunt duntaxat organa rei impetranda, licet plurimum nobis patrocinentur: sed
 in deo, qui prorsus est ab omni peccato immunis, & qui nec falli nec fallere potest. Et
 propterea dicit propheta, Spes mea Deus. Nam solus Deus firma, stabili & incōcussa
 animi sentētia, quod pollicitus est, præstat. Et quia in eo nostrę salutis & honorū om-
 niū spē tuto collocamus, magnopere gaudemus, & præsertim cū illi sacrificiū laudis
 & cōtriti cordis offerim⁹, q̄ nos ad habendū cū eo foedus (si modò crediderim⁹) ac ad
 fœwendā mutuā amicitiā allicit. Et qui ita sincerè nos sperare facit, incremētum spei
 nobis in dies adiicit. Afficitur & Paulus ingēti gaudio, quod Romani ad fidē cōuersi
 innumeris spiritus sancti donis repleatur, nēpe charitate & sciētia, & aliis id gen⁹ virtu-
 tibus, ita vt possint inuicē se exhortari, cōmonefacere & consolari, etiam si illos non
 lz. iii.

admoneret . Non enim opus est festinarem vltro incitare . Scriptus liberius, familiarius & audacius ad Romanos, quod intelligeret se à Deo destinatū esse vt Euangelium Iesu Christi, purè, sincerè & sancte gentibus prædicaret, vt sacrificium gentilium spiritu sancto purgatum & sanctificatum, fieret Deo longè gratissimum: & ob hanc sedulam functionem, quam à Christo acceperat, gloriatur in Domino. Et gaudet summopere de fœlici suæ prædicationis successu . Denique quam maxima agit, Deo optimo & maximo gratias, quod sana & irreprehensibili doctrina, inculpataque vita, & eximiis prodigiis dono spiritus sancti editis, ad obedientiam Euangelij gentiles allexerit, allectos Deo consecrauerit . Et ita in hoc cœlesti negocio sudauit, vt ab Hierosolymis & in circuitu siue vndique ad Illyricum vsque euangelicam sementem longè latèque sparserit . Sunt autem Illyrici, Dalmatae, & qui tantum itineris per circuitum more Pauli confecerunt, ab Hierosolymis transferunt Cœsaréa, Sydonem, Seleuciam, Pieriam, Ciliciam, Lycaoniam, Antiochiam, Pamphyliam, Lyciam, Carriam, Ephesum. Hinc quoque de Asia, per varia Ægei maris discrimina, in Europam traiicientes lustrant Atticam, Boëtiam, Achaiam, Thessaliam, Epirum, Apolloniā, Macedoniam quæ iam Illyricis appropinquant, vt quæ montibus discapendinantur. Nec Paulus prædicauit Euangelium in illis regionibus, vbi nomen Christi fuerat auditum, ne cum quadam laudis ambitione videretur fundamentis ab aliis apostolis iactis, superstruere. sed, sicut olim prædictum erat oraculo sanctissimi prophetæ, *Quibus inquit, nihil fuerat annunciatum, de eo videbunt, & qui non audierant, de eo intelligent.* Hec autem gentilium fides, & integra cōuersio, obstinatam Iudeorum duritiam & malitiam arguit, qui illud Esaiæ vaticinium compleuerunt, in suam tamen confusionem, Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes aspicietis, & non videbitis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt.

„ Propter quod & impeditiebar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. Nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero . Nunc igitur proficiscor in Hierusalem ministrare sanctis: Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt in Hierusalem . Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cum cōsum mauero, & assignauero eis fructum hunc, per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi venia. Obsecro ergo vos, fratres, per Dominū nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudea, & obsequij mei oblatione accepta fiat in Hierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigererer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen) Reddit rationem cur non tā cito potuit Romanos inuisere, Quia iaciebā, inquit, fundamentū fidei ab Hierusalē vsque ad Illyricū, & prædicatione diuini verbi ac signis multis & virtutibus, diuersas nationes ad intelligendū diuinę crucis sacramentū, cōuertebā, nō potui mea presentia vos in Christo cōfolari. Et quia in Achaia Macedonia vicina, & aliis quāplurimis regionib⁹ meo munere, meaque legatione perfūctus sum, occasionē nactus simul

ac tem-

ac tēpus, stimulor cupiditate visendi vestri. Cūm autē in Hispaniā proficiscar, spero q̄ prætergrediens inuisam vos, & vestris omnium præsidiis illuc deducar, cūm primò ex parte fruitus fuero vobis . Perspice quo affectu, quo amore, qua animi propensione Romanos prosequatur: Non enim prius adibit Hispanias, quām Romanorum gratia & charitate fruitus fuerit, ipsique Euangelium prædicauerit. Sed attendamus ad hæc verba, *Fruitus fuero vobis,* Fruimur duntaxat Deo, utimur autem creaturis: Nam frui, est re quapiam propter se oblectari. Cur igitur dicit fruar vobis? Dicam quod nō est fruendum homine in se, sed in Deo, quod pulchrè monstrat locus ille, Ita frater ego Ad Philē, te fruar in domino, hoc est vnicè delectabor in te, sed propter Deum. Ad hunc expositionis modum intelliges hæc Pauli verba, Si fruitus fuero vobis, scilicet in domino. Aut hæc particula *Ex parte*, ad bonos referri potest, quibus in domino perfrui poterat. Cupit & vehementer adire Hierosolymam, postquam perambulauerit Macedoniā & Achaiam, vt ministret sanctis: Nam & Macedones & Achaici, aut si maius Achæi (quos ad fidei cognitionem pertraxerat) destinatis animis, & propensa volūtate decreuerunt & probauerunt se suppeditaturos alimoniam sanctis pauperibus, qui Hierosolymis agebāt. Huic autem loco mirum in modum aridet illud quod scribit idem doct̄or secunda ad Corinthios epistola, Notam autem facimus vobis, fratres, gra 2. Cor. 8. tiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuinas simplicitatis eorum, quia secundum virtutem (testimoniū illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij, quod fit in sanctos. Et paulò post commendans affectum Corinthiorum erga sanctos pauperes, dicit, Sicut in omnibus abundatis fide & sermone, & scientia, & omni solitudine. Insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Et paulò post, Hoc enim vobis vtile est, qui nō solū facere, sed & velle cœpistis ab anno priore, nunc verò & facto perficie, vt quemadmodum prōptus est animus voluntatis, ita sit & perficiēdi, ex eo quod habetis. Tum quoque cōferens promptam Corinthiorum voluntatem erga sanctos pauperes, qui erant in Hierusalē, cum voluntate Macedonum & Achæorum, dicit, Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animū vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos. Quod autem destinauerit Paulus ab Hierosolymis adire Romam, ostendit Lucas in Actis Apostolorum dicens, His autē expletis, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, ire Hierosolymā, dicens, Postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre. Hinc constat Paulū prius scripsisse vtramque ad Corinthios epistolā, quām hanc ad Romanos. Et quanto posterior est vtraque, tanto perfectior inuenitur. Reddit & rationem cur propensione animi Macedones & Achæi suas facultates iuuandis pauperibus, qui erant Hierosolymis, contulerunt: Nam debitores erant eorum. Si enim sancti Iudei ad fidem conuerfi (quorum adoptio est filiorum Dei & gloria) Macedonibus & Achæis, spiritualia seminauerint, eosque quæ sunt fidei & Christianæ philosophiae docuerint, cur non vicissim ab eis sua temporaria bona recipient? Vnde ad Corinthios dicit, Si nos 1. Cor. 9. vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Cūm autem Paulus suum ministerium erga sanctos pauperes, qui sunt Hierosolymis, cōsummauerit, illisque commeatum vitæ suppeditauerit, quem à conuersis gentilibus acceperat, opera Romanorum & præsidiis proficiscetur in Hispaniam, & si nunquam inuiserit Hispanos, decreuerat tamen se illos inuisurum. Promittit & Romanis præclarum munus, cūm dicit spiritu Dei afflatus, *Scio quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam,* quo loco designauit & ingentem venientis gratiam, & suscipientium munera. Quod autem in frenanda aduersariorum insania, sed dīsque periculorum omnium fluctibus, necessaria fit ad Deum oratio & postulatio, subsequens hic locus aperit, *Obsecro vos fratres &c.* Quoniam mihi sunt assidui agones, & lz. iiiij.

continua certamina aduersus obstinatos infideles, qui fundamentum fidei subruere nituntur: vos obsecro, obtestorque fratres charissimi, vt me in tantis rerum difficultibus sudantem & periclitantem, vestris orationibus iuuetis, vt diuina ope liberer à sceleratis & occæcatis infidelibus, quos habet Iudæa, & qui totis viribus Euangelio Iesu Christi obsistunt. Indicat autem hic locus nonnunquam postulādam esse orationem ab his, qui nostris meritis lögè sunt inferiores, vel ne eos despiciamus (tametsi fide tepeant) aut vt ad sacras postulationes posthac sint vegetiores & alacriores. Hoc autem optat à Romanis auxilium, vt cohibitis & tranquillatis suorum persecutorum furiis, sibi liceat apud Romanos aliquantis per refocillari.

Argumentum decimisexti capit. 16.

Paulus commendat obnixè Romanis Phœben, optimè de sanctis meritā, quæ aßiduis officiis inopiam pauperum subleuabat, diuinisque rebus vacabat. Priscam & Aquilam, (quibus salutem impartitur) miris encomiis prædicat, quod pro tuenda eius vita subierint discrimen. Nobilissimos ac inuictissimos Christi milites, sanctissimæque mulieres sacris studiis addictas, cupit suo nomine salutari. Cōmonefacit Romanos, vt illos euitent qui seminant inter fratres discordias, serunt & offendicula, blādißimisque verbis, & quodam similitudine religionis prætextu, simplicium animos seducunt. Optat Romanorum fidem, sapientiam & obedientiam toti orbi diuulgari.

Caput decimumsextum.

„ Ommendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est Cenchrus, vt eam suscipiatis in domino dignè sanctis: & aſſistatis ei, in quounque negotio vestri indiguerit. etenim ipsa quoq; aſtitit multis, & mihi ipſi. Salutate Priscam & Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu, (qui pro anima mea, suas ceruices ſupposuerunt, quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ Ecclesiæ gentium,) & domesticam Ecclesiæ eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitius Achaïæ in Christo Iesu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui ſunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Salutate Amphilatum dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorē nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.) Hoc caput abundat innumeris Christianæ humanitatis officiis. Turget & laudatissimis erga eximios viros, sanctasq; mulieres, ſalutationibus. In exordio autē huiusc capitis, Paulus ſumma laude, singularique cōmendatione Phœben ſibi & cæteris sanctis cū primis charam, & ſororem amantissimam ob ſuceptum Christianismi ſacramentum, persequitur. Suspicit & illam ob pietatis officia, quæ pauperibus alēdis exhibuit. Docet & hoc loco foeminas in ministerio Ecclesiæ cōſtitui, in quo officio fuit poſita Phœbe apud Ecclesiæ quæ est Cenchrus, in ſtatione nauali Corinthiorum. Merebatur & hæc sancta mulier, (cui Paulus has dederat perferendas literas) vt à Romanis humanissimè exciperetur. Nam & Paulo, & compluribus sanctis, & congregationi creditum a pud Cenchrenſes, vitæ necessaria ſuppeditauerat: Aſſequuta eſt & hæc religiosa mulier ab hospitalitatis virtute laudem non modicam, qua olim Abraham & Lotus precellue-

celluerunt. Iubet & ſalutari Priscam, & eius maritum Aquilam, Iudeum Pontici generis, quod ſibi ob Iudæorum infidias periclitanti ſint opitulati, ne impiorum contibus & ſæuitia, prædicatio Christi præpediretur. Nec ſolū ob tantæ rei beneficium illis agit gratias, ſed omnes Ecclesiæ Gentium. Iubet & ſaluere vniuersam illorum familiam. Meminit & Lucas huius Aquilæ, viri quidem in obeundo Euangelij negotio vigilantissimi, dicens, Poſthæc egressus ab Athenis venit Corinthum, & inueniēs Act. 18. quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorē eius, eò quod præcepiffet Claudius diſcedere omnes Iudeos à Roma, accedit ad eos: Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos & operabatur, erat autem ſcenofactoriæ artis. Verū dicet quispiam, Qui fieri potest vt Aquila effet Romæ, cùm Claudius Imperator omnes Iudeos è Roma expulſet. Respondebo, fieri potuit vt ceſſante ſequitia edicti, Corintho relicta, Romā redierit Aquila. Optat & ſuis verbis ſalutari Epenetum, ſibi vnicè charum, atq; hoc potiſſimum nomine, quod fuerit in re Christiana Achaïæ primitiæ, & quod ex Asia hunc primum omnium Christo lucrifecerit. Vult & ſalutem dici Mariæ, quod non citra laborem & molestiam, multum officiorum in ſe, & in ſanctos contulerit. Siquidem hæc deuota mulier docuit adolescentulas, sobrias eſſe, castas & pudicas, diligere viros, enutrire filios, domū bene regere, ſubditas eſſe ſuis viris, peregrinos hospitio donare, & cætera que ad Christianæ pietatis officia ſpectant, Iubet & ſaluere Andronicum & Iuniam, ſibi cognitione ſanguinis iunctos, & ſuos concaptiuos, ſpectando forſitan abſtruſius mysteriū illius captiuitatis, de qua dicit Prophetæ, Spiritus domini ſuper me, propter quod vñxit me, euangelizare pauperibus misit me, fanare contritos corde, prædicare captiuiſ remiſſionem. Fuerunt & concaptiuoi Paulo pro conſolatione captiuorum. Fuerūt & illi virtutum ornamentis inter Apostolos inſignes, numero ſeptuaginta duorū Apoſtolorum ascripti. Defert & illis honorem quod priores ſe fuerint Christo initiati. Dignus eſt & ſalutatione Ampliatus, q; in domino fuerit Paulo chariſſimus. Coniungit & in ſalutatione Vrbanum & Stachyn. Verū extollit laudibus Vrbanū, quod cum eo plurimum ſudoris iuuando Christi Euangelio impenderit.

„ Salutate Apellem probum in Christo. Salutate eos qui ſunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meū. Salutate eos qui ſunt ex Narcissi domo qui ſunt in domino. Salutate Tryphenā & Thryphosam quæ laborant in domino. Salutate Persidem chariſſimam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius, & meam. Salutate Asyncritum, Phlegonitem, Hermen, Patroban, Hermam, & qui cum eis ſunt fratres. Salutate Philologon & Iuliam, Nereum & ſororem eius & Olympiadem, & omnes qui cum eis ſunt, ſanctos. Salutate inuicem in osculo ſancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciūt, & deſcline ab illis: Huiusmodi enim Christo domino nō ſeruiūt, ſed ſuo vētri, & per dulces sermones & benedictiones ſeducūt corda innocentium.)

Adiungit & aliorum ſalutationi Apellem, à probitate vitæ, & integerrimis moribus tolerantiāque multa, Christo commendatissimum. Impartienda eſt & ſalutatio his qui ſunt de Aristoboli familia. Vult & Herodionem ſuum cognatum ſive carnali ſive potius ſpirituali cognitione ſibi coniunctum ſalutari. Sunt & ſalutandi qui ſunt ex Narcissi domo, non tamen omnes, ſed qui Deum vnicè colunt. Adiicit & ſalutationis calculum Tryphenæ & Tryphosæ, quod pro tuenda religione Christiana plurimum ſudauerint. Adglutinat & illis sanctissimis mulieribus Persidem ſibi chariſſimam, quod non nihil ad propugnaculum Christianismi contulerit. Salutandus

est & cum peculiari laudatione Rufus , quòd in numerum electorum fuerit ascitus, nec eum tam vocatum putat quām electum: Idcirco maiorem gloriam meretur. hinc illa Christi assertio, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et quia eius mater syncero affectu Deo inferuiebat, eam Paulus loco suæ matris colit. Vult & aliorum salutationi adiungi Asyntitum, Phlegontem, Hermen, Patrobam, Hermam, & fratres illis copulatos, tametsi parum laudis mererentur. Dirigenda est & salutatio ad Philologon & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadem & omnes huic sancto numero ascriptos. Sunt & salutandi omnes Christiani osculo casto & pudico , & quod Christianum peccatum, & non prodictionem Iudæ referat. Et quia Romani erant in Christo renati, merebantur vt ab omni Christianorum cœtu salutarentur . Admonet & illos Paulus qui Ecclesiis præsunt, vt summa cum diligentia perspiciant quinam sunt illi, qui contentiones, dissidia & offendicula serunt inter fratres . Legimus in Proverbii Salomonis, Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes velocias ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Denique vult Paulus huiusmodi pseudoprophetas, pseudoque apostolos, qui prætextu simulatae religionis simplices fallunt & seducunt, explodi , & à synceris Christianis exterminari: tum quòd crapulæ, ventri & temulentia indulgent , student & quæstui : quòd etiam non syncerè prædicant Euangelium Iesu Christi, nec sanam doctrinam profitentur. Adde quòd blandissimis verbis, ab euangelica philosophia simplices auocant.

„ **Vestra enim obedientia, in omni loco diuulgata est . Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapiētes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscū. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos Caius hospes meus & vniuersitatem ecclesiæ. Salutat vos Eraurus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen. Ei autē qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij, temporibus æternis taciti (quod nunc patet factum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni Dei ad obediētionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo, per Iesum Christum , cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.)** Commendat & Paulus Romanos, quòd vltro, & facili propensoque animo se obtulerint ad obediēendum Euangelio , nec pertinaci maliitia diu suscipiendo fidei autoramento obſtiterint. Vnde in exordio huiusc epistolæ dicit, Gratias ago Deo meo , per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo . Longè tamen secus sentit Origenes, dicens in enarratione huiusc loci. Subtiliter sanè Paulus indiscretam & facilem Romanorum obediētiā notat, eāmque afferit vbiique non laudatam, sed promulgatam. Verū Origeni interpreti quidem doctissimo, sua fuit sententia: Non enim Paulus toto exhibet animo in Romanos pro hac parata & prompta obediētia, si eam vellet insimulare. Cupit & Romanos esse sapientes in bono, vt cœlestis sapiētia studio, virtutibus & bonis per se inhæreant: deuitent & illam simplicitatem, quæ nonnihil male suspicionis in se inuoluit, & quæ paulatim in malū inanis gloriæ & ambitionis irrepit, ac propemodū ad Pharisaicam simulationem & hypocrisim accedit . Dici etiā possunt simplices in malo, paruuli malitia, qui tamen nonnunquam sunt sensibus perfecti.

feci. Deus autem pacis, quo propugnatore aduersarios vestros interrito animo profligabit, conteret Satanam totius fidei & veritatis oppugnatorem callidissimum, cōtritumque & proculcatum vestris pedibus subiicit . Dicit enim dominus per Mala chiam prophetā, Calcabitis impios cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Dedit & Christus suis discipulis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, Luc.10. & super omnem virtutem inimici. Optat & summopere gratiam domini nostri Iesu Christi, sine qua nihil boni molimur; in omnium Romanorum animis perpetuò residere. Imperit & Romanis salutem plurimam Timotheus, filius mulieris Iudeæ f. Acto.16. delis, patre gentili, & consors laborum Pauli , qui summa diligētia euangelicum negotium iuuit. Vnde in priore ad Corinthios epistola, de eo nunquam satis laudato, dicit, Mis̄i ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu , sicut vbiique in omni ecclesia doceo . Tum quoque Lucius & Iason & Sosipater, cognati Pauli , saluere iubent Romanos. Ille est Iason, qui turbis commouentibus seditionem Thessalonicae , pro Paulo & Sila, semetipsum dedit, vt Apostolo dicendi libertatem faceret. Hic est Sosipater Pyrrhi Berrhoeensis , qui fuit comes Pauli, cùm reuersus est per Macedonia, vt declinaret Iudæorum insidias sibi intentatas. Et quia hæc epistola ad Romanos, è Corinthio missa fuit per Phœbē Ecclesiæ ministrā, & scripta manu Tertij, dictate Paulo, dicit, *Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino.* hoc est, ego qui dictauit Tertio scribenti, saluto vos: & hoc loco Tertius est nomē viri, & nō numeri. Sic enim dictus est hic Tertius, vt apud Romanos dicebantur Sexti, Quinti, ac Decimi. Deniq; Gaius hospes Pauli & totius ecclesiæ, salutem dicit Romanis, pariter & Eraurus, quæstor ærarium, siue qui ærario præficebatur, & quidā frater in Christo, nomine Quartus. Precautur autem Deū, vt vnā cum istis humanis & verè Christianis salutationibus, accrescat Romanis gratia domini nostri Iesu Christi. Adhortatur & Paulus Romanos, vt studiis omnibus totisque conatibus, & summo religionis cultu cohonestent & glorificant dominum nostrum Iesum Christum , totius cœlestis sapientiæ thesaurum abditissimum & selectissimum , quòd patrem sua morte apud homines illustrauerit , detecteritq; suis eximiis cōcionibus, & incredibili doctrina mysteriū fidei & crucis, & ternis temporibus celatum, quod & sacrī prophetarum vaticiniis, bona ex parte fuerat euulatum, vt & Iudæi & gentiles (quibus tantæ rei sacramentum, cùm Pauli tum apostolorum studiis & prædicationibus innotuit) ad obediēendum per omnia fidei & Euangelio Iesu Christi, alacrius fese prouocent. Sit itaque domino nostro Iesu Christo, nostræ salutis authori vnicō, honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Commentariorum Ioannis Arborei Lauduhen sis, doctoris theologi Parisiensis, in Epistolam Pauli ad Romanos, finis.

PRAEFATIO IOANNIS ARBOREI LAV-
dunensis, Doctoris Theologi Parisiensis, in priorem Pauli
ad Corinthios Epistolam.

Nemo nescit Satanam, hostem quidem fidei & Christianae religio-
nis infestissimum & callidissimum, conari pro viribus ut ouicu-
las preciosissimo Christi sanguine redemptas, non solum dissipet,
sed & deglutiatur & deuoret. Et quoniam Corinthijs (qui sunt A-
chaici) terrenam, caducam, carnalem, elatam & diabolicam sa-
pientiam deamabant, & deamando sectabantur: hic infidissimus fidei inimicus,
apud illos, vafros quosdam internuncios, & pseudopostulos delegauit, vt stultissi-
mis Ethnicorum philosophorum placitis, elatisque rhetorum & poetarum stu-
diis, ac scenicae phaleratae eloquentiae blandimentis, se totos secularibus disci-
plinis addicerent: ne cælestem sapientiam pietatis cultricem, & euangelicam phi-
losophiam gratiarum omnium & virtutum alumnam prægustarent: & prægu-
stanto, fidem rerum sperandarum anchoram tutissimam amplexarentur. Ani-
maduertens autem Paulus sanguinem Iesu Christi pro omnium salute effusum
esse, nec Christum æternæ vitæ authorem vnicum velle quempiam perire, totis vi-
ribus & omnibus studiis laborauit vt Corinthios in superbiam elatos, & falsa
religione occæcatos, ac à pseudoapostolis seductos, ad integratem fidei & euan-
gelicam sapientiam pelliceret, pellectos in Christianorum numerū ascisceret. Has
autem Epistolas, fidei, pietatis, modestia, charitatis & diuinæ sapientiae referti-
mas, ad eos ab Epheso, per Timotheum discipulum suum charissimum transmis-
it. In priori autem ad Corinthios epistola, & primo quidem in loco, quam ma-
ximas agit Deo optimo & maximo gratias, quod eius praefidiis & singulari mu-
nificentia sint ad fidem Iesu Christi adducti, & illorum numero ascripti, qui de
Christi sapientia, virtute, diuinitate & autoritate rectè sentiunt. Secundo in lo-
co subindicat se non illus detexisse sacramentum fidei & Euangeli facundissi-
mis verbis, sed simplicitate sermonis: vt illorum fides non humanæ sapientiæ, sed
diuinæ virtuti tribueretur. Tertio in loco patefacit se facilissima & plenè lactea
Corinthius fundamenta iecisse: quod cum illecebrosis voluptatibus inserui-
rent, & quæ carnis sunt, saperent, Euangeliorum arcana, & abditissimam cæle-
stium doctrinam intelligere non possent. Quarto in loco declarat sui munera fun-
ctionem, quod sit vocatus à Deo, vt Christo, Christique Euangeli inseruiat.
Paruifacit & de se leuisissimum Corinthiorum iudicium, cum intelligat se à Deo,
si probè vel improbè vixerit, aut fæliciter vel infæliciter suum munus obierit,
iudicadum. Quinto in loco insectatur etiam aperto Marte petulantissimam quo-
rundam Corinthiorum fornicationem: quos diris imprecationibus Satane deu-
uet in duram carnis afflictionem: vt spiritus suam salutem hac severa animad-
uersione redimat. Sexto in loco, vetat Corinthius ad fidem conuersis, ne pro ne-
gotiis secularibus iudicio contendant apud infideles: miris quoque modis exe-
cratur ingluuiem ventris & impudicitiam. Septimo in loco consulit iis qui no-
sunt

sunt profesi continentiam, vt ad vitandum fornicationis vitium, ducant uxore. Nobilissimum tamen & inculpatissimum virginitatis florem, matrimonio longè
preferendū dicit. Octauo in loco, admonet Corinthios & Christianos omnes,
ne cibo aut potu quopia infirmam pusillorum conscientiā pulsent & vexent, nec
illus pariant offendiculum. Nono in loco, præcipit in domino vt viris ecclesiasticis
spiritualia serentibus, cōmeatus vita suppeditetur. Et licet de Euangeliu viuere
potuisset, non tamen quicquam pro suis sacris concionibus postulari iusset, vt pu-
rius, liberius, integrus & sanctius Euangeliu Iesu Christi euulgaret. Decimo
in loco, docet lotiones & baptismata Iudeorum, non nihil ad purissimum & san-
ctissimum Christi baptismū prælusiſſe. Iusta de causa censet Deum puniſſe suum
populum quod aduersum se murmurauerit, eiusque diuinitatem & virtutem ex-
periri voluerit. Insuper vult mulierem viro suo non mediocrem honorem deferre,
eique assurgere: quod mulier ex viro prodierit, sitque propter virum creata. Ad-
hortatur & vehementer Corinthios, & Christianorum omnium cætum, vt ani-
morum suorum fordes lachrymis & pænitentia abstergant, si velint augustinissimū
Eucharistiae sacramentum recipere. Præterea manifestat unum atque eundē spiri-
tum impartiri sua dona quibus vult: & diuersa munera pro commoditate Eccle-
siae singulis collata, ab uno fonte scaturire. Denique charitatem fidei longè ante-
ponit: tametsi fidei donati possint præclara edere miracula. Tum quoque donum
Prophetie, dono Linguarum præfert, tametsi diuinum putet, & singulari commi-
datione dignum variis linguis loqui. Mulieribus quoque vetat publicitus & in
Ecclesia de rebus diuinis philosophari. Adhæc, affirmat Christum crucis tormentum
pro salute totius mundi subiisse, & de morte cum reuixit, triumphasse. A-
struit & vniuersalem mortalium omnium resurrectionem, & qualis futura sit, pul-
chre depingit. Ultimo in loco collectas qua sanctis impenduntur, & pietatis offi-
cia, non prætermisit tamen solitus salutationibus magnopere commendat.

Argumentum primi capit. 1. j.

DAULUS Euangelicæ philosophiæ buccinator clarissimus, pro integra
Corinthiorū conuersione, Deo optimo & maximo gratias agit, quod
cum olim opibus, luxu, libidine, ambitione, superbia & Ethnicæ phi-
losophiæ superciliosum tumerent, nunc suorum scelerum pænitudine com-
puncti, & humilitatis tegumento vestiti, Christo, Christique Apostolis & legatis,
ac euangelicis scripturis se submittunt. Adhortatur & Corinthios vt omnibus
studiis evitent contentiones, obtrectationes, simulationes & scismata (malorum o-
mnium pestes) & vnum & idem Christianum pectus spirando, sinceram Christi
doctrinam, & nullis verborum lenociniis fucata amplexentur. Tumidam & pha-
leratam græcorum & priscorum philosophorum sapientiam contemptim despicit,
& simplicitate verborum crucem domini nostri Iesu Christi (qua sanctificamur
& iustificamur) prædicat.

Epistola Pauli ad Corinthios prima.

Caput primum.

AV L V S vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cū omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro, gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo.
Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimoniū Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in villa gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos usque in finem sine criminе, in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri.)

Paulus Christi gratia, & Dei voluntate ad apostolici munera functionem ascitus, cum suo collega Sosthene (quem Christiana religione, fraternali amorem sibi deuinxerat) Ecclesiæ, quæ est Corinthi, vnam inique Corinthiorum congregationi, qui fuerunt à pristinis vitiis Christi beneficentia repurgati, abluti & sanctificati, plurimam salutem impartitur. Et in primis agit gratias Deo, quod eius munificentia & gratia, sint ad fidem & ad perpetuam vitæ sanctimoniam, post manumissionem à folidissimo vitorū seruitio, vocati: Quod denique amplissimo Christi beneficio sint abundè cœlestibus opibus locupletati, nepe fide, spe, charitate, sapientia, castitate, humilitate, modestia, simplicitate, patientia, obedientia & ceteris virtutibus, quæ hominem verè beatum reddunt: & ita opes Christi in eis exuberant, vt viciissim aliis impertierint, & suis sacris studiis, indefessisque laboribus euangelicam philosophiam, Christique fidem illustriorem & confirmationem reddiderint. Commendat & magnopere constantē & stabilem Corinthiorū fidem, quod expectent diem illū quo Christus in sede sua maiestatis iudicabit viuos & mortuos, segregabitque impios à piis, sicut pastor segregat oves ab hædis. Quod si puram vitam egerint, & in florentissimo virtutū studio perseuerauerint, à Christo confirmabuntur, ab eodemque immarcessibili corona insignientur. Nec tamen illorum meritis & præsidiis tribuendum est, quod in numerū filiorū Dei sint cooptati, sed gratiæ Dei beneficētia. Verū paulò altius contextū huiusc exordij repetamus. *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi.* Non pseudapostolus, non callidus impostor, nō infidiosus tentator, non infestissimus euāelicæ veritatis oppugnator, sed Apostolus à Iesu Christo vocatus. Inspice quonā ardenti animo tollit omnem animi elationē, iactantiā, ostentationē & arrogantiā, cùm non suis meritis, sed vocati tribuat hoc apostolicū munus. Sit itaq; vocanti laus, vocato autē præter obsequiū nihil tribuatur. Sed cuius sit Apostolus subindicat, Iesu Christi: vt Euangeliū, quod profitebatur, authori omniū doctrinarū supremo acceptū referret. Et quia vocatus est Apostolus Iesu Christi, nullū nō paratus est pro eius nomine subire mortis suppliciū. Et qui persecutus est Ecclesiā, eāmque euertere nixus est, studiis omnibus nititur eam, aduersus sceleratissimos fidei hostes, protegere. Nec hominum, sed Dei voluntate creatus est Apostolus: Nā Deus voluit, vt eius conatus & sudoribus, in numero gentiliū nationes salutem assequerentur, & ad solidam veritatis cognitionē peruenirent. Et licet Sosthene longè esset doctior & præstantior, ad cohendam tamen superbiam, eum sibi æquiparat. Et cùm de Ecclesia Dei loquitur, frēnat

Corinthiorum iactantiam & superbiam, ne putent Deum sibi magis quā ceteris fauere. Etenim idem est dominus omnium, diues in omnes. Et hoc adiecit vt Corinthij cum omnibus Christianis idem sapiant, idem velint, idem intelligent, & vniō nem & concordiam in uno & eodem spiritu conseruent. Sanctificantur & Corinthij in Christo Iesu, quia lauacro Iesu Christi purgantur & abluntur. Vnde alibi dicit de sanctificatione Ecclesiæ, Christus dilexit Ecclesiæ, & seipsum tradidit pro ea, Eph. 5. vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitae, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiæ, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Vocati sunt & Corinthij sancti, non quia erant sancti, sed vocati sunt vt essent sancti. Vnde alibi Paulus de se & suis coapostolis dicit, Elegit nos Deus ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Sunt & vocati vt fide salutem assequerentur, & non suis prioribus meritis, non enim primi fuerunt Ephe. r. vocati. Vocati sunt & cum omnibus, qui inuocant nomen domini Iesu Christi: quod si pure & sincere inuocauerint, saluabuntur. Nec præscriptus est locus, vbi Ioel. 2. inuocandum sit nomen domini, sicut non est præscriptus locus, in quo orandus sit dominus: Nam vbiue inuocari potest, ad profligandum dæmonem, ad coercendam carnis lasciviam, & vt is qui inuocat, de sua salute bene speret. Et propterea addit,

In omni loco, ipsorum & nostro, vt ostendat planè in vniuerso orbe vnam oportere esse Ecclesiæ. Et quia sanctificati estis & vocati cum ceteris nationibus, sit vobis à Deo patre, & domino Iesu Christo gratia & pax. Scitè subiecit gratiæ pacem: Nam pax à gratia dimanat, quam Christus largitur: non enim reconciliati sumus Deo, nisi per Iesum Christum. Et quoniam in gratiarum actione petitiones nostræ debent innescere apud Deum, & ab oratione sumenda sunt fœlicia auspicia, agit suo Deo gratias pro Corinthiis, quod coelestibus diuitiis sint locupletati, nec quicquam illis, quod ad salutem spectat, desit. Et licet Deus sit omnium Deus & communis dominus, Paulus tamen sincero & ardentí affectu Deum suum appellat. Facti sunt & diuites in omni verbo, & in omni scientia. Vnde ad Colossenses dicit, Verbum Christi habitat in vobis abundanter, in omni sapientia docentes vosmetipso. Et quia diuina gratia, cœlesti doctrina, & sacro verbo, hisque cumulatissimis donis bene vni sunt euangelicum negotium confirmatius & illustrius reddiderunt. Abducit & Paulus Corinthios à rebus humanis, eosque formidolosi tribunalis memoria perterret, cùm dicit, *Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.* Quod si dura quæque pro nomine Christi pertulerint, & in præclaris virtutum officiis perseuerauerint, à Christo confirmabuntur, ab eodemque in optatissimum regni cœlestis palatum euhentur. Meminit & frequenter nominis domini nostri Iesu Christi, idque subinde Corinthiorum cordibus affigit, vt semper Christum cogitent, Christum loquantur, Christum prædicent, Christum suo versent animo, Christique doctrinam extollant, nihilque existiment se scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Vocat autem Deum fidelem, quia verus est, & quod pollicitus est præstat, cui vult Corinthios acceptum referre, quod in societatem & consuetudinem Iesu Christi sint vocati. Hec autem est commendabilis societas, de qua alibi dicit, Si commortui sumus & conuiuemus, si sustinemus & conregnabimus.

Obsecro autem vos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autē perfecti in eodem sensu, & in eadē sententia. Significatū est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autē dico, quod vniusquisque vestrū dicit, Ego quidē sum Pauli, ego autē Apollo, ego verò Cepha, ego autē Christi. Diuisus est Christus: Nūquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo, q; nemine vestrū baptizauī, nisi Crispū

„ & Caium, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephanæ domum: ceterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, ut non euacuetur crux Christi: Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est, iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi Scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. Quoniam & Iudei signa petunt, & Græci sapientiam querunt, nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudeis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.) Paulus nimio affectu fraternali charitatis, & invocatione nominis Iesu Christi, in quo omnes genu flebant, adhortatur Corinthios, ut eandem fidem profiteantur, idem velint, idemque in Christo Iesu sapientem nec dissidiis, querelis, contentionibus, schismatibus, peregrinis doctrinis, variisque opinionibus & sententiis adinuicem decertent, sed conentur pro virili mutua amicitia fouere, concordiam aflare, & quæ pacis sunt, sectari. Non enim latebat Paulum, Corinthios admodum curiosos, leues & incôstantes, ac nouarum sectarum studiosos, quantum ad negotium baptismi, sententiis dissidere. Significatum est, inquit, mihi, de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Putat Theophylactus Chloen, familiæ Corinthiorum nomen esse. Apud autem Horatium in Odis, Chloe, fœminæ vocabulum est, Me nunc Cressa Chloe regit, Dulces docta modos, & citharæ sciens. Quod si huiusmodi scissurae & contentiones non fuissent relatae Paulo, nec eos accusasset. Hæc autem erant Corinthiorum dissidia, Vnus dicebat, Ego sum Pauli, aliis vero Ego sum Apollo, aliis Ego Cepha, aliis Ego vero Christi, ita quod unusquisque vindicabat sibi nomine illius, a quo fuerat baptizatus. Paulinus is erat, qui a Paulo fuerat instructus & baptizatus. Alius vero Cepha, hoc est Petri, siue Petrinus, qui a Petro fuerat lotus. In Euangeliio Ioannis legimus, Tu es Simon, filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Alius Apollo, siue Apolloniacus, qui fuerat ab illo homine sic vocato baptizatus. Acto.19. Et hic Apollo vir admodum celebris prædicauerat Corinthiis sanum Dei verbum. Alius vero dicebat, Ego sum Christi, siue soli Christo dicatus, qui virtutem, efficaciam & gratiam baptismo confert: & a solo Christo baptizati, appellabantur Christiani. Sed non id reprehendit Paulus, quod sibi Christum vindicarent, sed quod Chrysostomus non omnes solùm, Hæc Chrysostomus in suis ad hanc priorem Epistolam commentariis. Et vehementer Corinthij his factionibus decertando hallucinabantur: Natura arbitrabantur a meliori Baptista, meliorem baptismum dari: vt si Paulus puritate vite & sanctimonia Petru præcelleret, qui a Paulo baptizabatur, putabat suum baptismum esse puriorem & perfectiore, quasi vero minister baptizans operaretur absolutè in baptismo, & conferret effectum baptismi. Et licet designandus sit minister Baptismi, sicut legimus Christum dixisse suis discipulis, Eutes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, tamen huius minister non abluit sordes animorum, nec purgat animam a labore peccati originalis, nec confert gratiam, sed sola Christi virtus.

Math.28. Vnde dicebat Ioannes baptizando Iudeos, Ego baptizo vos in aqua in poenitentiam, qui

Ioan.1. Acto.19. Math.3.

qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Tum quoque, Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendenter & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Verum ut post hac Corinthij ab huiusmodi factionibus, contentionibus & digladiationibus abstineant, adiecit, Nunquid sectus est Christus & intercessus? Hæc, me hercle, verba, Nunquid dominus est Christus? sunt irascentis & indignabundi. Nunquid eius corpus est diuisum? Num ille mortalibus suam Ecclesiam diuisit? Num vnam partem ipse accepit, & alteram vobis contulit? Existimo, ni fallor, vos secuisse Christum, cum falsa assertione dixistis, Ego sum Pauli, Ego Apollo, Ego Cepha, Ego vero Christi. Vnus est Christus, qui per diuersos ministros, eadem virtute eundem effectum baptizatis confert. Quod si Christi ministros a Christo diuiditis, & Christum quodammodo a seipso diuiditis: Non enim Apostoli & ministri Christi, a Christo sunt diuisi: Nam sapientiam, quam Christus illorum cordibus transfudit, aliis prædicarunt. Et cum Christo peculiaria, aliis tribuitis, videmini quodammodo diuidere Christum. Fratres mei, vos obsecro obtestorque, ut hunc insanum errorem animis vestris adimatis, nec tenbras vobis offundant priscorum philosophorum sectæ, quod qui mordicus Pythagoræ adhærebant, Pythagorici appellabantur, alij Platonici, alij Stoici, alij Epicurei, alij Aristotelici. Regnat & hoc diuersum sectarum inuentum in Scholasticis concertationibus. Nam qui Thomæ se addixerunt, Thomistæ dicuntur, & qui Scoti, Scotistæ. Et cum vnum sit Christus, & integer in suo mystico corpore, sit in Christianismo vna & eadem Christiana doctrina. Hoc autem magnum nostræ fidei sacramentum nostris semper versemus animis, Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma. Adiicit, Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? Aut in nomine Pauli baptizati estis? quasi innueret, minimè: Non enim Paulus ignominiosum & probrosum crucis supplicium pro salute & redemptione totius mundi pertulit, sed Christus. Quod si Paulus non sit crucifixus pro Corinthiis, nec absolute Corinthios baptizauit, sed Christus. Vnde ad Romanos dicit, An ignoratis fratres quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et licet baptizauerit Paulus, non tamen suo nomine, sed nomine Iesu Christi: Nam aut baptizauit aut baptizari iussit quosdam discipulos Ephesi in nomine domini Iesu. Etenim in primitiva Ecclesia Apostoli baptizabant in nomine Iesu Christi, ut hoc nomen, quod erat Iudeis inuisum & odiosum, paulatim inclareceret, sed post missionem sancti spiritus, & euulgatum Euangeliū, quod toti terrarum orbi innotuit, baptizant ministri Christi, in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et ne Corinthij elatis cristis gloriantur, sequi iactarent quod a Paulo essent baptizati, adiecit, Gratias ago Deo meo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum & Caium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Hic est Crispus de quo dicitur in Actis Apostolorum, Crispus autem archisynagogus credit domino, cum omni domo suo. Ad Caium vero pietatis studiosissimum, scribit Ioannes suam tertiam Epistolam catholicam. Baptizauit & Paulus Stephanæ domum, Achaiae quidem primitias. Erat autem Stephanæ deuota & Christiana mulier. Deinde dicit, Ceterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Et licet nonnullos baptizauerim nomine Christi, non tamen afferere debetis baptismum quem ministraui, esse baptismum Pauli, sed absolute illius esse qui sua virtute baptismum sanctificat, & baptizat spiritu sancto & igne. Denique, non hoc re multa laudis mihi tribuere debetis, quandoquidem non sum missus a Christo, ut potissimum baptizem, sed ut euangelizem, quod longe præstantius est, annunciatumq; gentibus sapientiam Christi in mysterio absconditam: nunc autem Dei gratia, per Apostolos detectam, & multis eloquentissimis verbis facundaque, eloquacia & elaboratio stilo, prædicto gratiam, celsitudinem, virtutem & gloriā domini nostri Iesu Christi: sed incoepito, inelaborato, simpliciique sermone, ne fucatis, & plusquam exquisitis verbis virtus & gloria Christi periret, quæ licet fuerit contempta.

1. iij.

& ignominiosa, tamen vniuersum mundū Deo reconciliauit & innouauit. Nec prohibet Paulus cultissimo sermone selectissimū Euangeliū Margaritū expolire & exornare: sed vetat ne plus temporis infumamus in expoliendis euangelicis scripturis, quā in exquirenda Euangeliorū intelligentia. Vnde dicit Ambrosius hunc locum editissimus, Gloriam suam quærerit, qui fidē Christi verbis exornare vult: obscurat enim illā splendore verborum, vt non illa, sed ipse laudetur. *Verbum crucis pereuntibus quidē stultitia est.* Qui enim derident & apertis cachīnis, stultorū more, subfannant crucē Christi, vt quoddā imperfectionis & infirmitatis spectaculum, æterna morte (nisi resipuerint à suo insano errore) peribunt, & vtricibus flammis cruciabuntur. Et hīc agit Paulus de infidelibus, qui secularē sapientiam crepantibus buccis iactando, arbitratur verbū crucis esse stultitiam, eō q̄ nonnihil continet, quod cum humana sapientia pugnare videtur: quod scilicet Deus patiatur, Deus moriatur, Deus non obſtitat suis aduersariis & conuiciatoribus, quibus obſtare potest. Hæc. verò crux viuifica & saluifica, credētibus, & salutē ob id assequutur, est virtus Dei: Nā Christus sua cruce mortem devicit. Hinc illud prophetæ, Ero mors tua, ô mors. Tum quoque dicit Paulus, Absorpta est mors in victoria. Perdit & Deus sapientiam sapientium, cùm facit ea, quæ prisci sapientes in superbiam elati, negabant posse fieri. Et reprobavit intellectum prudentium, cùm illa aggreditur, quæ illi stulta putant & ridicula. Fecit enim vt sibi vnigenitus de pudicissima virgine carnē humanā affumeret, & per omnia hominibus, excepto peccato, assimilaretur, flagellaretur, conspurcaretur, derideretur, & tandem pro salute humana cruci affigeretur. In oraculo Abdiæ legimus, Nunquid non in die illa, dicit dominus, perdam sapientes ex Idumæa, & prudentiam de monte Esau? In Esaia verò scriptum est, quod propemodum ad mentem Pauli accedit, Peribit sapientia à sapiētibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Perdidit enim Deus sapientiam Iudaici populi, qui non recepit Dei virtutem Deique sapientiam. Adiicit & Paulus quod facit plurimum ad confirmandum aliud Esaïæ testimonium, quod neque Gēt̄ilis neque Iudæus suæ saluti consuluit, neque studuit pro viribus, vt coelestem sapiētiām scrutaretur. *Vbi sapiens, inquit, vbi Scriba? vbi inquisitor huius seculi?* In Esaia legimus iuxta hebraicam veritatem, Vbi est Scriba? vbi legis verba ponderans, vbi doctor paruolorum? Secundum verò septuaginta interpretes, comperimus, Vbi sunt Grammatici? vbi consiliatores? vbi est qui numerat eos qui nutriunt, Vbi sunt Scribæ & Pharisæi, qui legis verba trutinantes, infocilem populū decipiebant, quos nunc paruulos scriptura cognominat, paruulos sensu, paruulos intelligentia, vt scribit Hieronymus in suis commentariis, ad explanationem huiusc prophetae. Nec simpliciter is dicitur Hebræis scriba, qui scribit, sed qui consultus de rebus perplexis, ex oraculis scripturarum sacrarum respondet. Siquidem Mosaicæ legis intelligentia & professio penes Scribas erat. Loco huius inquisitor, legit Chrysostomus, Disputator, accedens propemodum ad dictionem græcam συντήτης. Conquisitor autē seculi, hic est, autore Ambrosio, qui à constellationibus agi mundum, & duodecim signis ortus & occasus fieri decernit calculis, nihil omnino sine horum motu putans posse fieri. Adiicit Paulus, *Nōnne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?* Qui enim videbantur magnificè sapere, & rerum omnium cognitionem sibi vendicabant, iudicati sunt à domino stulti & imprudentes. Etenim mysteria Dei & arcana, volebant humana ratione metiri, & propterea dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: assignat & Paulus huiusc rei rationem: *Nam quia in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Non enim homines mūdi nomine significati, cognoverunt Deū in sapientia eius, quia vnicā maiestate illius sigmētis dederūt vel elementis, dissimulatēs de eo, per sapientiā carnis putatēs hæc debere coli quæ videtur. Propterea placuit Deo prædicationē ordinare quæ illis stultitia videretur: vt credētes quæ illi diffidūt, salui fierent, illis dānatis. Beatus Thomas hunc edifferens locū, dicit, Mundani nō cognoverūt Deū per sapientiā ex rebus mundi acceptā, & hoc in Dei sapientia: Diuina enim sapientia faciēs mundū, sua iudicia in rebus mūdi instruit, ita q̄ ipse

ipse creature per sapientiā Dei facta, se habent ad Dei sapientiā, cuius indicia gerunt, sicut verba hominis ad sapientiam eius, quam significant. Et sicut discipulus peruenit ad cognoscendum magistri sapientiam per verba quæ ab ipso audit, ita homo poterat ad cognoscendum Dei sapientiam per creaturas ab ipso factas inspiciendo peruenire. Hæc ille. Si mihi liceat in loco admodum obscurō nonnihil diuinare, dicam quod sentio. Nam quia in Dei sapientia, quæ per opera apparuit, non cognovit mundus Deum per sapientiam humanam, placuit Deo per euangelicam prædicationem, quæ infidelibus & gentilibus videbatur esse stultitia, quod indicet Christum crucifixum, sepultum, & à morte excitatum, saluos facere tantæ rei mysterium credentes. Adiicit Paulus, *Quoniam & Iudei signa petunt, & Græci sapientiam querunt, nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudei quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsi autem vocatis Iudeis atque Græcis, Christum, Dei virtutem & Dei sapientiam.*) Licet Iudæi non dif fidant quicquam diuina virtute posse fieri, tamen an factum sit, quærunt: Sciunt enim Num.17. virgam Aaron aridam germinatē, & fructum tulisse, & Ionam à ceto glutitum, in vē Ion.2. tre eius tribus diebus & tribus noctibus fuisse, & viuum eiectum esse. Scribæ & Pharisæi dicebant Christo, Magister, volumus à te aliquod signū videre. quibus respōdit Christus, Generatio prava & adultera signum querit, & non dabitur ei signum, nisi signum Ionæ prophetæ: Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti, tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Nec quærebant signum vt prouocarentur ad credendum in Christum, sed vt calumniarentur: Nam cùm Christus eiecit dæmonium cæcum & mutum, dixerunt calumniando rationem facti, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Græci verò sapientiam, non quidem coelestem querunt, sed secularem & humanam: Non enim possunt sibi suadere quidpiam posse fieri nisi ratione naturali aut humana persuasione demonstrari possit. Hunc locum differens Chrysostomus dicit, *Qui signa & sapientiam querunt, eorum loco contraria accipiāt.* Quemadmodum enim si cuipiam eorum qui iactantur in mari, & portum percontantur, alter non portum, sed aliam pelagi partem turbulentiorem ostenderet, & cum gratia persuadere posset vt eō se sequeretur, & medicus cùm saucium hominem, & qui medicinā exposceret, non per medicinam sed visionem rursum sanum reddere polliceretur, id ad habendam fidem alliceret, magnæ profectō virtutis esset. itidem Apostoli non per signum, sed per id quod signis contrarium esse videbatur, vicerunt. quod & in cæco operatus est Christus, quem cùm sanare vellet, per rem oculis contrariam cœcitatem liberauit, quippe qui lutum oculis imposuit. Vt igitur per lutum, cæcum curauit, sic orbem terrarum per crucem ad se allexit, quod scandali incrementum non abolitio videbatur. Hæc ille. Nos prædicamus Iesum Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.) Fuit Iudæis scandalū, quod cùm profiteretur se esse filium Dei, abrogauerit sabbatum. Fuerunt & scandalizati quod cùm Christus multis testimoniis & argumentis assereret se esse Deum, non exeruit aduersus suos hostes suam diuinam virtutem, vt eos trucidaret, cùm tormentum crucis patiebatur, sed instar alterius hominis passus est. Et dicebant illi sceleratissimi viri, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si filius Dei est, descendat de cruce, & credemus ei. Verūm scandalum illud à certa & pertinaci Iudæorum malitia procedebat. Nam existimo Christū Matth.20 & prædicando & docendo frequenter dixisse Iudæis, Filius hominis flagellabitur, illudetur & crucifigetur, veruntamen tertia die resurget. Nec passus est mortem ex infirmitate & imperfectione: nam expirauit quando voluit. Siquidem potestatem habuit ponendi animam suam, & potestatem habuit iterum sumendi eam. Adde quod posse resistere, & nolle gloria est patientis, & damnatio occidentis. Fuit & crux Christi gentibus stultitia: Nam Græci & antiqui philosophi, cùm audiebant quædam arcana prædicari, quæ rationi humanæ non erant consentanea, arbitrabantur esse ridicula figmentis & deliriis simillima. *Christus est Dei virtus.*) quia per ipsum Deus pater omnia condidit, & est sapientia Dei.) quia per ipsum cognitus est Deus pater. Ne 1. iiiij.

Matth. II. mo enim nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Dicit & Christus in
Ioan. 17. Euangelio Ioannis, Ego te clarificauis super terram. Tum quoque, Manifestauis no-
men tuum hominibus. Adiicit Paulus, *Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus,*
& quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.) Alij legunt stultitia Dei sapientior est
hominibus, & infirmitas Dei fortior est hominibus. Siquidem Crux Dei, quæ videba-
tur esse Græcis & superbis philosophis stultitia & derisio, humanam mortalium om-
nium sapientiam superauit: nihil enim in rebus humanis adeò preciosum est & rarū,
quod posset cum mysterio huiuscemodum crucis conferri. Et infirmitas Dei, nō
quæ sit, sed quæ pertinacibus incredulis videbatur esse, quod non confundebat quos
confundere poterat, nec profligabat quos profligare poterat, mortalium omnium vi-
res frangit & præmit. Nam qui se nostræ infirmitati attemperauit, oppetendo morte-
dum voluit, tyrannidem mortis deuicit. Et qui Christum in tantorum malorum tole-
ratiæ stultum vocauit, tunc stultitiam suam maiorem in modum significauit. Et cùm
eum infirmum vocauit, tunc se longè infirmorem declarauit.

„ Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapien-
„ tes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ
„ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi
„ elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit
„ Deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sunt, destrueret, vt nō glorietur omnis
„ caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui fa-
„ctus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt
„ quemadmodum scriptum est, *Qui gloriatur, in Domino gloriatur.*)

Excitat Paulus Corinthios, vt tota mente perspiciant quænam sit ipsorum voca-
tio, & illum à quo sunt vocati, versent animo: Non enim suis viribus & studiis ad re-
cipiendum fiduci sacramentum & autoramentum accesserunt. sed illius gratia & do-
no, qui quos prædestinavit, vocauit, quod & alibi affirmat, ne quis suis prioribus me-
ritis suam vocationem tribuat. Vocauit nos vocatione sancta, non secundum opera

2. Thim. I. nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Ie-
su. Contemplentur & Corinthij diligentèque inquirant quinam sunt ad fidem vo-
cati, & comperient sanè eorum non multos esse secundum carnem, hoc est, in hac pre-
fenti vita sapientes, ne humanæ sapientiæ, & non dono Dei vocatio tribueretur. Et li-
cet nonnulli ex numero vocatorum, liberales artes humanasque disciplinas abundè
calluerint, & planè intellexerint, vt Dionysius Areopagita & Antiphatus quidam,
pauci tamen, qui in numerum vocatorum asciti sunt, secularibus disciplinis operam
dederunt: sed conati sunt à Christo cœlestis sapientiæ autore vnico discere, quæ suæ
saluti erant pernecessaria. Nec multi potentes & ingenui sunt electi, sed pauperes, ru-
des, idiote, plebei, illiterati, & harum humaniorum literarum prorsus ignari. Nam ele-
git Deus illos, qui secundum mundum videbantur esse stulti, ad obsecundum euange-
licæ prædicationis officium, pescatores scilicet illiteratos, qui stultitia prædicationis

multos contraxerunt ad salutem. Vnde in Actis Apostolorum legimus, Videntes au-
tem Petri cœstantiam & Ioannis, comperto quod homines essent sine literis & idiô-
tæ, admirabantur & cognoscebat eos, quoniam cum Iesu fuerant. Elegit autem Deus
hos legatos illiteratos, vt confunderet sapientes, hoc est, illos qui elato supercilium ia-
stabant se esse omnium sapientissimos. Vnde dicebat Christus optans mysteria suæ
sapientiæ detegi parvulis, simplicibus & illiteratis, Confiteor tibi pater, Domine cœli

A& 4. Matth. II. & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Et
certè magna virtus est, & magnum Dei donum, vt qui prorsus videbantur esse igna-
ri, repente cœperint cœlesti sapientia philosophari, vicerintque Pythagoram, Socra-
tem, Platonem & Aristotelem, qui iudicabantur esse omnium sapientissimi. Delegit
& illos qui videbantur esse imbecilli, abiecti & infirmi, vt confunderet potentes &
opibus

opibus affluentes. Pariter illos ad se accersiuit, qui nullius esse momenti videbantur,
& quos mundus, vt abiectissimos, contemnebat: & propterea, pro nihilo reputaban-
tur, vt eos qui & autoritate & gloria excellere videbantur, destrueret. Et eam ob cau-
sam elegit abiectos, inglorios, ignobiles, illiteratos & contemptibiles: vt in eius conse-
citu non glorietur omnis caro, homo scilicet, qui propensius obedit carni quam spiri-
tui, nec externa imbutus sapientia in solecat, nec quis in excellentia huius seculi sibi
laudem & gloriam tribuat. Vnde scribit Hieremias, Non glorietur sapiens in sapien-
tia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorietur diues in diuitiis suis.
Et ne Apostoli & Apostolici viri, pariter & omnes vocati, suam vocationem homi-
nibus tribuerent, adiecit Paulus, *Ex ipso vos estis omnes in Christo Iesu.*) Nam diuina gra-
tia estis vocati in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio & redem-
ptio.) Hoc est nos sapientes, iustos, sanctos & liberos fecit. Nobis siquidem cœlestem
& euangelicam sapientiam transfudit, qua cognoscimus Deum, diuina intelligimus;
ad cœlestia rapimur, contemptis rerum humanarum disciplinis, mysteria Dei, eius-
que inenarrabilia opera contemplamur, & mentem frænata carne, cum angelicis spi-
ritibus copulamus. Nobis quoque Christus gratuito iustitiam, sanctificationem & ré
demptionem contulit, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Nemo enim debet suas
virtutes, præclaraque facinora extollere, vel quicquam de se præsumere, vel existimá-
re se esse alicuius momenti: sed duntaxat debet in Domino gloriari, qui immensa no-
bis beneficia contulit. hoc autem testimonium desumpit Paulus ex Hieremias dicen-
te. In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me.

Argumentum secundi capituli.

C Vm Paulus docuit Corinthios quæ ad nanciscendam salutem magnopere
conducebant, non vsus est sublimi, graui & splendido sermone, nec facunda
illa & exquisita sapientia (quæ solet aures hominum demulcere) sed simplici &
inelaborato stilo contentus, tumidos Corinthiorum animos ad contemplandam
crucis Christi virtutem erexit: ne fides illorum humanæ potius sapientiæ quam
diuinæ virtuti tribueretur. Nec quam rhetores, Philosophi, Geometrae, Medici
& Astrologi sapientiam profitentur, attigit & prædicavit: sed cœlestem illam,
(quæ in abditis mysteriis & abstrusioribus arcanis diu latuerat) & quam Deus
præordinauerat & prædestinauerat ante mundi constitutionem, in omnium cre-
dentium commoditatem & æternam gloriam.

Caput secundum.

T ego cùm venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate
sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Chri-
sti: non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum
Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate & ti-
more & tremore multo fui apud vos: & sermo meus & prædicatio
mea non in persuasilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione
spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in
virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiæ ve-
rò non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur:
sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam

COMMENTARII IO. ARBOREI

„prædestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo prin-
„cipum huius seculi cognovit. si enim cognouissent, nunquam Domi-
„num gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est, Quod oculus non vi-
„dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit
„Deus iis qui diligunt illum : nobis autem reuelauit Deus per spi-
„ritum suum . spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei.)

A&18

Adiit Paulus Corinthios , non rhetorum aut philosophorum præsidiis instru-
etis,nec quæ mundo videntur esse præclara professus est : sed simplici & incondito
sermone Corinthiis reconditam Euangelij sapientiam tradidit. Reddidit & virtute
magna testimonium crucis Domini & resurrectionis eiusdem, & sana incredibilique
doctrina multos ad fidem allexit, quod nobis ex Actis Apostolorum compertum
est, Egressus ab Athenis Paulus venit Corinthum , & inueniens quendam Iudæum
nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxo-
rem eius, eò quod præcepisset Claudio discedere omnes Iudæos à Roma, accessit ad
eos. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Ie-
su: suadebatque Iudæis & Græcis. Cùm venissent autem de Macedonia Sillas & Ti-
motheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum: Contradicé-
tibus autem eis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua dixit ad eos, Sanguis
vester super caput vestrum, Mundus ego, ex hoc ad gentes vadam. Conuertit, vt ea-
dem Lucæ hystoria narrat, Crispum archisynagogum cum omni domo sua: & multi
Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Sedit autem ibi annum & sex
menses, docens apud eos verbum Dei. Hæc Lucas. Adiicit Apostolus, Nō indicauim
scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.) Non mihi tribuo flexani-
mam eloquétiam, nō venustissimos & fragrantissimos rhetorum flores, quibus quod
volunt, persuadent: non artem oratoriam mira verborum dulcedine quosque ad se
pelliciétem, profiteor. Non me poëtarum placita & figmenta retinent. Non me phi-
losophorum disputationes quantumlibet argutæ delectant. Nec mathematicarum
disciplinarum professionem mihi vendico. Nec vobis sophismata, sophistarūmque
captiones & argutias adfero: sed quod afflatu Dei verè & sincerè scio & profiteor,
vobis annuncio, nempe Iesum Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ &
scientiæ Dei absconditi: & hunc crucifixum pro vestra sanè & totius mundi salute.
hoc si vobis persuasero, vestrisque animis tenacius infixero, arbitrabor me plurimum
profecisse, vósque ab errore incredulitatis abductos, Christo lucrifecisse. Qui scit Ie-
sum Christum, & hunc crucifixum, multa scit, & antiquorum philosophorum sapié-
tiam superat: Nam cognoscit quem colere debet, vt suæ salutis autorem vnicum. Scit
& cuius gratia sit reconciliatus, cuius etiam præsidiis sit à tyrannide dæmonum, & à
lege peccati & mortis liberatus. Scit quoque in quo suæ spei & futuræ immortalitatis
anchoram defigere debet. In vno autem hoc nomine & diuinitatis & incarnationis
est expressio, & fides passionis, vt scribit Ambrosius exponendo illud Lucæ capi. 9.
Respondēs Petrus dixit, Christū Dei. Et licet arcana Dei mysteria fuerint Paulo reue-
lata, & cœlestē sapientiā à spiritu Christi hauserit & didicerit, tamen sic seipsum Co-
rinthiis attemperauit, fugiendo omnem ostentationem, & humanæ sapientiæ gloriā,
ac si nihil aliud sciret quam crucem Christi: Siquidem alio in loco dicit, Mihi enim
absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Hieronymus in proœmio ter-
tij libri commentariorum ad Galatas, ad Paulam & Eustochium, explicans hunc

Coloss. 2.

Pauli locum: Non enim iudicauim me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, &
hunc crucifixum, dicit. Et ne forsitan putaretur hęc dicens, esse insipientiæ præda-
tor, mente præsaga, quod opponi poterat, euertit. Sed loquimur inquit, Dei sapien-
tiæ in mysterio, quæ abscondita est, quam nemo Principum huius seculi cognovit.
In hoc autem capite, nomine infirmitatis, vocat suas tribulationes & persecutions,

suāque

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST. 66

suāque omnia pericula: Sicut alibi dicit, Sigloriari oportet, in infirmitatibus meis 2. Cor. 11.
gloriabor. Hunc autem sensum in hoc contextu prætendit, Nec vos latet me multas
tribulationes & perseguitiones apud vos tolerasse, & insidiis impiorum ac periculis
omnibus frequenter fuisse expositum: quæ tamen nunquam animum meum frege-
runt, nec me ab obeundo euangelicæ prædicationis munere, dimouere potuerunt.
Nec meam vñquam prædicationem rhetorum ornamenti vestiui, nec Philosopho-
rum ratiocinationibus, sed spiritu dei & virtutibus multis, vobis persuasi Iesum Chri-
stum, esse verum hominem, & verum Deū in propheticis oraculis olim promissum,
ad redimendum genus humanum: ne fides vestra (quę Dei donum est, ne quis glorie-
tur) humanæ & peregrinæ sapientiæ ascriberetur. Quod si cupitis cœlestem doctrinā
à spiritu Dei haurire, vos oportebit mentem vestram super omnia carnalia, tempo-
raria & senilia erigere, voluntatēque vestram à sordidis affectibus expurgare: quā Heb. 5.
doquidem sapientiam loquimur inter perfectos, qui pro ipsa consuetudine exercita-
tos habent sensus, ad discretionem boni ac mali. Sapientia autem quam diuino nu-
mine afflati profitemur, longè diuersa est ab illa quæ humanis persuasionibus inni-
titur, quam summi Philosophi bona ex parte inuenerunt, & inuentam docuerunt.
Et hæc rerum diuinarū cognitio, à spiritu Dei mysteria reuelante, dimanat & profi-
ciscitur. Scitote hanc sapientiam esse absconditam à sapientibus, & omnium morta-
lium captum superare: reuelatam autem paruulis, simplicibus, rusticis, pescatoribus
& idiōtis, quam Deus suo inscrutabili consilio præparauit in perpetuam Christiano-
rum omnium gloriam Vnde in Euangeliō Joannis legimus, Hæc est autem vita æterna Ioan. 17.
na, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Vocat
fanè Paulus hanc sapientiam reconditā, & nullis hominum ingeniis peruiam, Chri-
stum, & crucem Christi, ac euangelicam prædicationem, quæ eam ob causam est in
mysterio, quod credimus quæ non videmus: Audimus enim Christum esse crucifi-
xum, quod tamen non intuemur, sed firmissimè credimus. Nec hanc altissimā de fi-
lio Dei sapientiam cognoverunt principes huius seculi. in primis Imperatores, Re-
ges & Principes seculares, qui suis subditis dominantur, non cognoverunt excellen-
tissimum tantæ sapientiæ sacramentum. Nam huiusmodi cognitio secreta & occulta,
excedit rationem & facultatem humani ingenij. Nec Philosophi quantumlibet do-
cti, hoc mysterium cognoverunt, quia humanam rationem superat, nec argutis illorū
disputationibus subiacet. Nec etiam dæmones, siquidem excedit omnium cœlestium
spirituum sapientiam. Nec principes & duces Iudæorum, Pontifices, Sacerdotes, Scri-
bæ & Pharisei hanc arcanam sapientiam cognoverunt. Nam dicebat Christus Phari-
sæis, Neque me scitis, neque patrem meum: si me sciretis, forsitan & patrem meum Ioan. 8.
sciretis. Tum quoque affixus cruci, rogans suum patrem dicebat, Pater dimitte illis, Luc. 23.
non enim sciunt quid faciunt. Tum quoque beatus Petrus dicebat Iudæis, Nunc fra-
tres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Sed aduersus Paulū
digladiabitur quispiam, Parabola illa vehementer taxans crueltas manus agricola-
rum, qui patrisfamilias seruos trucidarunt, deinde & verum hæredem, (quo nomine
Christum intelligimus) manifestè demonstrat Iudæorum principes non per ignorā-
tiam sed inuidiam & obstinatam malitiam, Dei filium crucifixisse: Siquidem Princi-
pes sacerdotum & Pharisei, cùm audissent parabolas eius, cognoverūt quod de ipsis Matth. 21.
diceret. Tum quoque dicebat Christus Iudæis, clamans, & docens in templo, Et me
scitis, & vnde sim scitis. Respondebo Principes Iudæorum cognouisse Christum Ioan. 7.
fuisse in lege & propheticis oraculis promissum: Nam cùm Herodes sciscitaretur à
principibus sacerdotum & Scribis populi, vbi Christus nasceretur, responderunt illi,
In Bethlæm Iudæ, sic enim scriptum est per prophetam, Et tu Bethlæmi terra Iu- Matth. 2.
da, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat popu- Mich. 5.
lum meum Israël: non tamen certissima scientia sciebant Messiam esse verum Dei fi-
lium, sed duntaxat cognitione coniecturali, quā liuor in Christum, & appetitus pro-
priæ excellentiæ obscurabat. Nec pugnat locus ille adductus, Et me scitis & vnde sim

Psal.8.

Hebr.2.

Mar.1.

Luc.4.

Matth.13.

Esa.64.

scitis: Nam id dicebat Christus attemperando suum sermonem crassioribus Iudeis, qui iactabant se cognoscere Christum, secundum carnem & carnis originem: Illi enim, sed falsò, arbitrabantur Christum esse natum ex Maria & Joseph. Neque tamen Iudei, neque Iudeorum Principes certò cognoverunt perfectam illius mysterij dispensationem, quod Christus Dei filius crucifigeretur: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Et appositi dicitur Dominus gloriae: Nā licet crux Christi videretur esse ignominiosa, tamen erat maximæ gloriae. Adde quod Christus dicitur Dominus gloriae, quia omnis gloria ei, vt Deo & homini tribuenda est: Nam Dauid spiritu propheticō præuidens remunerationem humanitatis Christi, pro crucis supplicio, dixit, Gloria & honore coronasti eum Domine, quo testimonio vius est Paulus, ad Hæbreos, dicens, Videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum. Decertabit & quispiam, probando dæmones cognovisse Christum esse Dei filium, In Euangeliō Marci legimus, quod dæmon crucians quendam calamitosum hominem, dicebat de Christo, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio quod scis sanctus Dei. Sribit & Lucas, Exibant autem dæmonia à multis clamātia & dicentia, Quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ealō qui, quia sciebant ipsum esse Christum. Dicam dæmones nunquam habuisse firmam & certam aduentus filij Dei notitiam, sed duntaxat quasdam coniecturas, nec innotuit dæmonibus, per id quod est vita æterna, sed per quædam temporalia sua virtute effecta. Adde quod dæmones confitendo Christum esse Dei filium, non merebantur, quia necessitate signorum à Christo propria virtute editorum, id confitebantur, & non spontanea voluntate. Confirmat & Paulus oraculo Esaiae, nullos huius seculi principes, hanc arcanam & reconditam sapientiam, quæ suo tempore delegatis Apostolis reuelata est, agnouisse. Scriptum est, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum. Deus autem per spiritum sanctum, qui est spiritus totius veritatis, & qui intima rerum omnium arcana scrutatur, tæta rei mysterium apostolis patefecit. Nec hinc euariat locus ille Euangeli, Vestri beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt. Amen. quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & nō audierunt. Et cùm dicit Paulus, Sicut scriptum est, non verbum ex verbo reddidit: nam id omnino facere contemnit, sed veritatem sensus expressit. Secundum autem Hæbraicam veritatem legimus in Esaia, A seculo nō audierunt, neque auribus perceperūt, Oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Verum dices, Nunquid prophetæ audierunt? Et quidem, sed non tanquam homines, vt adnotat Chrysostomus, sed tanquam prophetæ: Nam post spiritus donationem, cor Prophetarum non erat cor hominis, sed spiritale. Antiqui tamen Prophetæ, non audierunt Christum suam euangelicam philosophiam docentem.

Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita, & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Nos autem nō spiritu huius mundi accepimus, sed spiritu qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nomine iudicatur, sicut scriptum est, Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum. Nos autem sensum Christi habemus.) Nec mirum est si Apostoli non potuerint sine cœlesti afflato arcanam sapientiam

pientiā intelligere. Nam solum sentitur ab his, quos Deus dignatur tanti arcani participes facere. Et quemadmodum nemo mortalium cognoscit quæ in intimo corde alterius hominis latet, nisi spiritus hominis, scilicet intellectus qui in ipso est, ita quæ in ipso Deo latent, nemo cognoscit nisi spiritus Dei, & quem hic spiritus voluerit afflare, vt rerum diuinarum arcana cognoscat. Hoc autem manifestat Paulus dicens, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, vt scilicet euangelicā sapientiā intelligeremus, sed spiritu qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo sunt nobis donata. (ad extollendum filij Dei gloriam, & ad prædicandum dominicę crucis victoriam & triumphum. Huic autem loco cohæret illud Ioannis, Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcūque dixerō vobis. Et quæ Deus sua munificencia donauit Apostolis, secundum mensurā donationis Christi. Nec quæ Paulus loquebatur & annūciabat, sermonis eloquentiā, aut eloquij venustatē, aut verba arte composita redolebant, sed spiritalem doctrinā, quæ à spiritu dei hauserat. Vnde in Actis Apostolorum legimus, Repleti sunt omnes spiritus sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illos. Tū quoque in Euangeliō Ioannis legimus, Cūm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Nec arcana & cœlestis hæc sapientia carnali auditori communicanda est, quandoquidem nō potest tantæ rei maiestatem ferre, sed spirituali, qui iudicat omnia. Hoc autem exprimit Paulus dices, Spiritualibus spiritualia comparantes.) Etenim spiritualis philosophia congruit auditori spirituali, purgato per fidem intellectū. Sribit & ad Timotheum, Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Subnectit & hoc loco rationē ad confirmandum hanc assertionē, Conferenda sunt spiritualibus spiritualia. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.) Nam alta & profunda Dei mysteria, rerūque diuinarū sacramēta, mortalium omnium sensum, & rationē humana superant. Crassus & animalis homo is est, qui carni inferuit & quod carnis est sapit, illecebroſaque voluptates secta- animalis homis, tur, ebrietatis & comeditionib⁹ vacat, ambit & primas honorū partes, dissolutis ludis, impudicisque cantionibus delectatur, & cōgerendis opibus inhiat. Est & propriè animalis homo, qui humanos affectus sequitur: Spiritualis vero is est, qui foedas libidines exhorret, vinolentiā infectatur, fugit crapulā, comeditiones execratur, pudicitia vero colit, parsimonia & sobrietati studet, fluxos honores cōtemnit, diuitias despicit, externā rhetorū & Philosophorū sapientiā paruifacit, cœlestē vero & arcana philosophiā nullum fastū habentē, sed vt præcipuā morum & virtutū omnium magistrā, amat, colit & suspicit. Adiicit Paulus loquēs de homine suis affectibus obnoxio, Stultitia est illi.) Ex eo enim nō capit quæ sunt spiritus Dei, quia quæ sunt spiritus Dei, arbitratur esse stulta. Est & illi stultitia, quia sua imbecillitate nequit ad tantā rerū cœstium magnitudinē peruenire, & quidē per animæ intuitū. Et ex eo non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.) Hoc est, vt interpretatur Thomas, spiritualium examinatione fit spiritualiter. Sed hæc videtur esse distorta & extranea explanatio: Nā nisi mea fallat opinio, verbū examinatur, referendū est ad hominē animalē, ita quod vult dicere Paulus, animalis homo spiritualiter examinatur. Existimo hunc esse sensum, dijudicatur, & quidē à spiritus sancto, ad quem rerū spiritualiū examen spectat. Græcē legimus ἀναγνίται, id est, dijudicatur. Theophylactus legit hoc loco, Nō potest intellegere quæ spiritualiter examinatur, & huic versioni & interpretationi accedo. Iterum legit, Nō potest intelligere quod spiritualiter examinatur, hoc est, per fidē & spiritum demonstratur. Et sicut sensus non potest examinare quæ sunt intellectus, ita neque sensus, neque ratio humana potest examinare quæ sunt spiritus Dei. Spiritualis antea omnia iudicat.) Intellige secundū captū sui fœlicissimi ingenij, quod spiritu Dei ad intelligendum substantias simplices & incorporeas iuuatur. Discernit & inter humana & diuina, corrigit quæ sunt corrigenda. Adhortatur & secularibus disciplinis addictos, vt quæ sunt Christi sapient, nec iudicatur ab homine crasso, & suis carnalibus m. j.

COMMENTARII IO. ARBOREI

- Cap.3. affectibus obnoxio, sicut vigilans non iudicatur neque reprehenditur à dormiente.
- Esa.40. Id autem confirmat Paulus Esaiae testimonio, Quis enim cognouit sensum Domini?
- Sapi.9. ni? hoc est, diuinam sapientiam omnia diudicantem, quasi innueret, nullus: Scribit enim Ecclesiasticus, Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit? Et in libro Sapientie legimus, Sensum autem tuum, quis scire poterit, nisi tu dederis sapientiam? Aut quis instruxit eum? quasi dicat, nullus: Etenim Deus est fons omnis scientiæ & sapientiæ exuberantis simus. Quòd si nemo cognouerit sensum Domini, multò minus potest Dominum docere. *Nos autem sensum Christi habemus.*) Hoc est, spiritum Christi, non quidem natura, sed dono, & participatione, vt sacram scripturam, diuinamque sapientiam intelligamus, & iudicemus sobriè quidem de rebus diuinis. In Evangelio Lucæ legimus, Dominum die suæ resurrectionis, aperuisse suis discipulis sensum, vt inteligerent scripturas. Habuerunt & Apostoli sensum Christi, hoc est, spiritualem, diuinum, nihil habentem cum humano commune. Non enim Platonis, aut Pythagoræ, aut Aristotelis est eorum sensus, sed Christi, qui mentibus suorum Apostolorum, suam cœlestem sapientiam transfudit.

Argumentum tertij capit. 3.

Tamen si Paulus vehementi studio arderet, vt Corinthios, cœlestem Christi sapientiam diceret, non tamen confessim eos docuit, quia adhuc quæ crassa sunt, & carnalia, sapiebant, suisque humanis affectibus inferuebāt: Sed primum illis tanquam paruulis teneriuscula (& si dicam lactea) fidei rudimenta tradidit. Et licet Paulus & Apollo, doctrinæ Christi illustrandæ & propagandæ plurimum contulerint, parum tamen aut nihil, suis conatibus tribuebant, sed omnia Deo optimo maximo, à quo arcanam sapientiam hauserant. Firmum & inconcussum fidei & Christianæ religionis fundamentum, est Christus Iesus: nec aliud primariò optandum est, cui conentur Christiani milites superstruere opera Deo grata, & aliqua ex parte præmio æterno digna. Nam quale fuerit vniuersiusque opus, dies Domini declarabit, & ignis probabit.

Caput tertium.

Tego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis: Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cùm enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alias autem, Ego Apollo, nónne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum labore: Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui,

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST. 68

„ posui, alius autem superædificat. Vnusquisque autem, videat quomodo „ superædificet: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter „ id quod positum est, quod est Christus Iesus.) Cùm Paulus adiit Corinthios, non potuit illis subito summa tradere, nec altiora cœlestis Philosophiæ mysteria communicare, sed ad illorum captum & imbecillitatem, suum sermonem attemperans, prima tantæ philosophiæ rudimenta illis tradidit, eò quod ob carnales affectus, & pristinæ vitæ tenebras, quibus offundebantur, non erant altioris doctrinæ Heb.5. capaces, sed eos velut infantulos lacte aluit, & non solido cibo. Vnde ad Hebreos dicit, Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, parvulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem Esa.28. boni ac mali. Qui autem animas suas à carnalibus desideriis abstraxerunt, easque rationi subiugarunt, cœlestis doctrinæ capaces sunt: quod affirmat illud Esaiae, Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsi ab vberibus: Nam paulò antè docet fæcetes & pseudoprophetas, ob suam temulentiam, nesciuissime videntem & ignorasse iudicium. Et propterea admodum necessaria est sobrietas, parsimonia, castitas, vitæ integritas, affectuūque tranquillitas & compositio, vt quis sincerè sacram scripturam intelligat. Et licet nonnulli turpissimam vitam agentes, indefesso studio inquietisque vigiliis sacrarum literarum scientiam sint assequuti, tamen carnales affectus, quibus immodicè indulgent, sibiipsis plurimum officiunt, & à recta honestæ vitæ semita exorbitantes, à semetipsis plerunque perturbantur. Et hoc exordium, Fratres non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus, illi loco nuper exposito proximè accedit, Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: Idem enim sunt animalis, & carnalis homo. Et licet Corinthij fuerint baptizati, vt iam Paulus manifestauit, & receperint spiritum sanctum, nō tamen exuerant veterem hominem, sed tanquam foedi canes reuertebantur ad vomitum, & velut sues pristinæ vitæ luto volutabantur, vnde digni erant qui grauiorem poenam luerent. Et ob hanc imperfectionem & imbecillitatem aluit eos Paulus lacte, tanquam infantulos, & non solido cibo. Vnde dicebat Christus docens suos discipulos, Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Suppetit & Paulo suæ excusationis argumentum, cùm dicit, Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis.) Quod nō subito docuerim altiora Euangelicæ philosophiæ documēta, nō sum ego in causa, sed vos ipsi vestræque vitia, quæ à cordis affectibus proficiscuntur. Nec dicit, non poteritis, sed nondum poteratis: Nam vita vestra immunda, vestræque contentiones sunt impedimento, quominus cœlestem sapientiam intelligatis. Nec etiam nunc potestis.) Siquidem res ipsa clamitat vos esse carnales, nec affectus noxios exuisse: Etenim spirituales sanguine Christi renati & abluti, amant pacem, fouent concordiam, vos autem amatis contentiones, lites & æmulationes, & multis factionibus dissidetis. Et huiusmodi æmulationes & inuidiæ, ex quibus oriuntur contentiones, vos carnales, crassos & animales redidunt: & ob has pestes, secundum hominem vanitati obnoxium ambulatis. Quod si spiritu ambularetis, desideria carnis non perficeretis. Secundum autem hominem ambulare, est secundum hominem viuere, vt interpretatur Augustinus libro 14. de ciuitate Dei, capite 4. Et cùm viuit homo secundum hominem, & non secundum Deum, similis est Diabolo, quia nec angelo secundum angelum, sed secundum Deum viuendum fuit, vt staret in veritate. Cùm autem viuit homo secundum veritatem, nō viuit secundum seipsum, sed secundum Deum: Deus est enim qui dixit, Ego sum veritas. Denique viuere secundū hominē, est viuere secundum carnē: Nā à carne, id est, à parte hominis minore, intelligitur homo. De huiusmodi autem dissidiis quibus conflictabantur & interturbabantur Corinthij, dicit Paulus. Cum alius apud vos dicat, Ego sum Paulinus, Alius verò, Ego sum Apollonius, nónne homines estis?) Hoc est, secundum m. ij.

hominem viuitis, non secundum Deum, secundum quem si viueretis, dij essetis, vt exponit Augustinus loco nuper citato. Et vehementer doleo quod gloria & autoritatem Christo debitam, nobis (qui sumus homunculi) tribuatis, cum a spiritu Christi hauserimus, quae vobis tradidimus. *Quid igitur est Apollo &c.*) Legit Chrysostomus, *Quis igitur est Paulus? Quis vero Apollo?* Vide humilitatem & modestiam Pauli, quod licet fuerit excellentissimus & sapientissimus Apostolus, nihil tamen aut parum sibi tribuit, sed quidquid est gloriae, virtutis & autoritatis, Deo ascribit. Et licet fuerit vas electionis, & multis praemis dignus, spectando tamen fontem & radicem omnium bonorum, nihil est, aut parui momenti. *Sed Paulus & Apollo sunt ministri eius, cui credidistis.*) qui non solùm verbis, sed etiam opere, vobis & ceteris nationibus ministrarunt. Nec tam beneficus est qui ministrat bonis, quam qui exhibit bona. Quod si considerauerimus honorificentiam Dei, virtutem & maiestatem, nihil sunt ministri Dei, sicut omnes gentes, sic sunt coram Deo, vt nihil sint: si tamen perspexerimus ad sedulitatem officij, in rebus diuinis tractandis, aliquid sunt ministri Dei, & sunt honorandi & laudandi, vt serui Dei. Adiicit Paulus, *Et vnicuique sicut Dominus dedit.* Hoc est, sicut voluit & sciuit, diuisit singulis officia ministerij. Deinde patefacit quid Corinthiorum & ceterarum nationum Ecclesiis contulerit, *Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.*) Ego primam fidei plantulam vobis conseui, primusque verbum Dei disseminaui, & ne arescerent semina liuore insidiosi tentatoris, Apollo rigauit. Fecit autem Deus sua nativa virtute, vt plantula & arbuscula adolesceret, & vberem fructum pareret. Idcirco totum Dei opus est. Alii

2. Cor. 9. dicit Paulus, *Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiae vestrae.* Petilianus Donatista, hunc Pauli locu edisserens, *Ego plantavi &c.*) Dicit, Ego hominem in Christo cathecumenum feci, Apollo baptizauit, Deus, quod fecimus, confirmavit. Et si Augustinus libro 3. contra literas Petiliani capite 53. non omnino refutet hanc expositionem, tamen vt ostendat Petilianum nihil esse præter ministerium eius cui credidistis, vti deiecto omni tumore de se dicit Paulus, debuit adiicere quod Paulus adiecit, *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.*) Ad hunc quoque intellectum, neque qui cathecumenum fecit, est aliquid, neque qui baptizauit, sed Deus, qui incrementum dat. Deinde dicit, Multum autem interest inter confirmare, quod aliud facit, & facere: *Qui enim dat incrementum, non arborem vel vitem confirmat, sed creat: Illo quippe incremento fit, vt etiam lignum plantatum, radicem producat & figat. Illo incremento fit vt semen iactum, germen emittat.* Et capite 54. Pulchre & dilucidè exponit hunc contextum, *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Ad aliud, inquit, aliquid est, ad aliud, non est aliquid. Ad ministrandum & dispensandum verbum ac sacramentum, aliquid est, ad mundandum autem & iustificandum non est aliquid, quia hoc non operatur in interiore homine, nisi per quem creatus est totus homo. Hæc ille. Nec ab Augustino euanient Scolastici doctores, qui dicunt illum qui plantat non esse aliquid principaliter, & magnum, de quo sit gloriandum: Non enim actio attribuitur instrumento, sed principali agenti. Et quia ministri Christi cum instrumentis sunt conferendi, eò quod operantur exterius, Deus autem interius: nam ille est qui purgat animas & viuifcat: Idcirco præcipua virtus Deo tribuenda est. quamobrem toto cœlo errabant Corinthij tantopere gloriantes in ministris Christi. Subnectit Paulus, *Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt.*) Alij legunt, Idem sunt, quia sunt duntaxat ministri Christi, neuter etiam suum sed alienum agit negocium. Sunt & vnum, quia nihil possunt sine Deo qui dat incrementum. Et licet Paulus, & sapientia & virtutibus præcelluerit Apollo, non tamen se illi præfert. Et ne ministri Christi quod aliqua ratione non sint aliquid, vt expositum est, fraudarentur præmio sui ministerij, adiecit, *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.*) Consimilem assertionem scribit in Epistola ad Romanos, dicens

cens iusto iudicio Dei, Qui reddet vnicuique secundum opera eius. Legimus & in Rom. 2. Euangeli Matthæi, Filius hominis venturus est in gloria patris sui, cum angelis suis, Matth. 16. & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Huic testimonio succinit illud pro- Psal. 17. phetæ, Et retribuet mihi secundum iustitiam meam, & secundum puritatem ma- Sapi. 10. nuum mearum. Tum quoque in libro Sapientiae comperimus, Reddidit iustis mer- Sap. 5. cedem laborum suorum. Adhæc, Iusti in perpetuum viuent, & apud Deum est mer- Hæc obser- ces eorum, Hæc autem merces erit communis omnibus, & propria singulis. Com- na. munis quidem, quia videbimus Deum sicuti est, & idem est Deus quem clarè & lym. 1. Ioann. 3. pidè beati omnes conspicient, eiūsque gloria & essentia fruentur. Vnde dicebat Job, Job. 22. Super omnipotentem deliciis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Scribit & Esaias. In illa die erit Dominus exercitum corona glorie, & fertum exultationis re- Matth. 26. siduo populi sui. Tum quoque Procurator patris familiæ æquum præmium dena- rii diurni reddidit iis, qui ab hora matutina ad serotinam usque excoluerant vitem patris familiæ, & iis qui sub horam undecimam venerant ad excolendam eandem vineam. Propria tamen erit singulis beatis merces. Nam unus alio clarius & lym- pidius videbit Deum, pleniusque diuina essentia fruetur, secundum præscriptam si- bi ob rationem suorum certaminum & meritorum mensuram. Etenim amplioris meriti vberior erit remuneratio & merces. Hoc autem affirmat illud Christi ver- bum, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Tum quoque alibi dicit Paulus, Ioh. 14. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum: Stella enim à stella dif- 1. Cor. 15. fert in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Verum dicet quispiam, Si Deus iu- stus reddet vnicuique propriam mercedem secundum suum laborem, erit igitur æ- qualitas laboris ad mercedem, quod pugnat cum illa Pauli doctrina, Non sunt con- Rom. 8. dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et ali- bi, Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra 2. Cor. 4. modum in sublimitate æternum gloriae pondus operatur in nobis. Respondeo, non esse propriam & absolutam æqualitatem laboris ad mercedem: Nam Deus supra condignum, Christianum militem æterno præmio donat. Sed est æqualitas propor- tionis: Nam ubi est maius meritum, erit & cumulatus præmium. Et ubi potior est la- bor, potior erit & merces, variis quoque certaminibus variæ respondebunt coronæ. Certum est quod martyres igne charitatis ardentes in Christum, pro eius nomine suum sanguinem effuderunt, ampliori præmio donabuntur, quam confessores. Vir- gines quoque assurgent ad splendidiorem coronam, quam coniugatae mulieres. Da- bitur & aureola doctoribus & prædicatoribus, quæ non dabitur iis, qui non sunt professi sacras literas, nec Euangeliu Jesu Christi prædicauerunt. Quod autem mi- nistri Christi non nihil contulerint euangelico negocio iuuando, probat Paulus di- cens, *Dei sumus adiutores.*) siue cooperari, aut vt quidam volunt, operis participes. Nec dicuntur Dei adiutores quod nihil possit Deus absque eorum præsidio moliri, aut quod eorum opera fiat accessio virtuti Dei, sed quod diuinæ voluntati parendo, exe- quantur sibi à Deo præcepta. *Vos autem estis Dei agricultura.*) Siue agricolatio aut cul- tura, & pater cœlestis est agricola, seminantis semen multiplicans, & qui adauget in- crementa frugum: Deus enim potissimum operatur si quis fidem præclaris faci- noribus exornet & illustret. Denique vos estis, & natio omnis Christiana, Dei æ- dificatione siue domus à Deo ædificata in qua habitat si fuerit scopis mundata, & à vitiis repurgata. Siquidem domum Dei decet sanctitudo, quam nisi Dominus psal. 92. ædificauerit, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Adiicit Paulus osten- psal. 126. dens plane quantum contulerit spiritali Corinthiorum domui extruendæ, & sub- inde ecclesiæ ex gentibus congregatae, *Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, ve sapiens architectus fundamentum posui.*) Nec hoc loco se iactat aut effert quod vt doctus architectus fundamentum posuerit. siue primus iecerit insigniter Corin- thiis prima fidei fundamenta, quod me hercle summum est negocium, sed quod vt sapiens architectus fundamentum posuerit, Diuinæ gratiae tribuit. Est autem archi- m. iiij.

tectus, princeps & autor fabricæ. Paulus architectum se vocat in ædificanda Ecclesiæ quanquam Christus Dominus noster re vera primus eam architectatus est, id est, construxit. Sed recte dicit Paulus, Secundum gratiam Dei datam mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem super ædificat. *Vnuſquisque autem videat quomodo super ædificet.*) Super ædificia sunt, quæ post prædicationem Apostolorū, à superuenientibus tradūtur aut malis aut bonis doctoribus. Itaque perspiciamus si nā super ædificia congruant fundamento: ne si fuerint debilia, obliqua, transuersa, & nutabunda, ruinam patiantur manente in columni fundamento. non enim idcirco firmissimum & solidissimum fidei fundamētum collabascet, si quis contagiosam doctrinam præcaverit & in publicum sparserit, siquidem permanebit fundamento fidei, doctrina

Matth. 15. autem mala & pestifera peribit. Vnde dicebat Christus suis discipulis, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Quid autem sit hoc fidei fundamento, declarat Paulus dicens, *Fundamentum enim aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, scilicet à me, quod est Christus Iesus.*) Quod si ab alio esset positum, non ut sapiens architectus hoc fundamētum vobis & cæteris nationibus posuisset.

Esa. 28. De hoc autem fundamento loquitus est Esaias dicens, Ecce ego mittam in fundamētis Syon, lapidem angularem, lapidem probatum, preciosum, in fundamento fundatum. hoc autem est fidei fundamento primarium & præcipuum, habens sua nativa virtute soliditatem & solidissimam firmitatem, fundamenta autem fidei secundaria, quæ huic fundamento innituntur, ab eoque soliditatem desumunt, sunt Apostoli, de

Apoc. 21. quibus dicit Ioannes in sua Apocalypsi; Et murus ciuitatis habens fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorū agni. Quod si Christus sit Ecclesiæ primariū fundamētū, ergo & fides Christi: Nā Christus per fidē habitat in cordibus nostris: Loquor autem de fide gratiæ Christianæ, & illa est quæ per charitatem operatur: Non enim dæmonum fides, qui credunt & contremiscunt, est hoc fundamentum, quia non habent fidem quæ per charitatem operatur.

Si quis autem super ædificat super fundamento hoc, aurum, argētum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod super ædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens: sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. scriptum est enim, Comprehendā sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientiū, quoniam vanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominibus, omnium enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia siue futura: Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.) Inuictissimi martyres, continentissimæ virgines, fortissimi confessores, huic solidissimo fundamēto superstruxerunt aurum, argentum, lapides preciosos, præclarissima scilicet facinora, quæ in conspectu Dei magis lucent & fulgent, quam argentum, & lapides præciosi: quia agones illorum & indefessi labores pro nomine Christi vtrō suscepti, in integritate fidei & virtutum officiis permanerunt inuicti, amplissima mercede compensabuntur, nec per ignem transitorium saluabuntur. Denique perfecti Chri-

stiani, qui hoc Euangelicum consilium sequuti sunt, Si vis perfectus esse, vade, vendre omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. &, Veni, se-**Math. 19.** quere me, ædificauerunt super hoc fundamētū, aurum, argētum, lapides preciosos: non enim cogitauerunt nisi quæ sunt Dei, quomodo placerent Deo, & huiusmodi mundæ & synceræ cogitationes, sunt aurum, argentum, lapides preciosi. Qui verò amant Deum & proximum, & fidem suam charitate ditant, pauperūmque inopiam subleuant, & si vxorem duxerint, quæ mundi sunt querunt, vt vxori placeant. & licet nulli noceant, neminemque concutiant, nec rapiant aut expilent aliorum facultates, attamen immodico affectu congerendarum & retinendarum opum aduruntur, vehementique dolore amissarum suarum facultatum (quas tantopere prius amabāt) cruciantur, & præfertim cùm exhalant animam, huic fundamento superstruunt lignum, fœnum & stipulam. Et quia eorum opera & conatus hoc carnali retinendarū diuitiarum affectu arserunt, detrimentum patientur, & hic forsitan afflictiones, molestias & tribulationes tolerabunt, ipsi tamen saluabuntur: sic tamen quasi per ignem, hoc est, quandam ignis dolorem: Qui verò propter conquirendas aut retinendas opes, homicidium, adulterium, fornicationem, idolatriam, & consimilia vitia commiserunt, non propter fundamento per ignem saluabuntur, sed amissō fundamento, æternō igne, nisi mature resipuerint, torquebuntur. In hanc autem accedit sententiam Augustinus, libro vno de fide & operibus, capite 16. Et libro vno, de 8. Dulcitij questionibus, quæstione. i. hunc ignem, de quo agit Paulus, vocat tentationem tribulationis, de quo dicit Ecclesiasticus, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod Apostolus dixit, Si accidat duobus fidelibus, vni scilicet cogitanti quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, hoc est, ædificanti super Christum fundamento, aurum, argentum, lapides preciosos, alteri autem cogitanti ea quæ mundi sunt, quomodo placeat vxori, id est, ædificanti super idem fundamento, ligna, fœnum, stipulam. illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amissione crucietur: Exuritur autē opus huius, quoniam sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita, eis potius carere malit, quam Christo, nec timore amittendi talia, deserit Christum, quamvis doleat dum amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem. Et paulò post dicit, Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri, incredile non est, & vtrū ita sit queri potest: Et aut inueniri aut latere, nonnullos fideles per ignem quandam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius, citiusque saluari. Hactenus ille. Nec tamē hic affirmat hunc ignē de quo obscurè agit Paulus, esse ignem purgatorium, nec etiam negat, sed arbitratur esse quid consimile igni purgatorio. Et sermone de igne purgatorij, dicit capitalia crimina nō purgari illo igne transitorio, de quo dixit Apostolus, *Ipse autem saluus erit*, sic tamen quasi per ignem, sed minuta peccata, quæ vulgo venialia vocantur. Quidam docti interpretes sacræ scripturæ, per ignem intelligunt afflictionem temporalem. Alij coniiciunt Paulum posuisse ignem pro exacta exploratione: diem verò (qui nihil non detegit) pro perspicua operis inspectione. Nam incerta sunt, aut minus certa noctis iudicia, diei verò certiora. Ambrosius arbitratur Paulum nomine auri, argēti & lapidis preciosi, significasse bonam doctrinam: nominibus verò ligni, fœni & stipulae, designasse corruptā & vanam doctrinam, quam qui seminauerit (si modò resipiscat) saluus erit, sic tamen quasi per ignem: non enim futurus est saluus nisi prius poenas ignis patiatur. Chrysostomus enarrans hunc locum, Saluus erit, sic tamen quasi per ignem, dicit, Nobis consuetudo dicendi est, In igne salua esse, quæ non comburuntur, neque in cinerem conuentuntur. Noli igitur cùm ignem audis, in nihilum redire ardentes, arbitrari. Verū in subsequenti loco, videtur secū pugnare vbi dicit, Saluus erit, nihil aliud quam supplicij incremētum significat, quasi dicat, ipse in perpetuo supplicio permanebit. Hęc ille. Tametsi reuereat Chrysostomum, vt doctorem Ecclesiæ præclarissimum & eruditissimum, tamen reliquendam puto hanc expositionem: Nam videtur planè hoc

loco sentire de igne perpetuo , nec ab eius opinione latum quidem vnguem discedit
Theophy Theophylactus dicens, Saluus erit peccator, hoc est, integer asseruabitur, poenas per-
 lactus. per-
 luiturus. Sed dic quæso, Quonam pacto perpetuis inferorum flammis saluabi-
Esa. 62. tur? Estne hoc saluari, quod est torqueri, & ardenti sulphure ignis cruciari? Nónne &
Ioan. 3. falsum esset illud Prophetæ vaticinū? Ecce saluator tuus venit. Tum & illud Chri-
 sti verbum, Non enim Deus misit filium suum in hunc mundum, vt iudicet mundū,
 sed vt saluetur mundus per ipsum. Saluabiturne quia perpetuò cruciabitur? Nō sanc-
Hec obser- ture, sed saluabitur, quia fide, quæ per charitatem operatur, vitam æternā adipiscetur. Quā-
ua. obrem mihi arridet Augustini sententia differentis hunc locum , de téporaneo ignis
 dolore, aut de igne transitorio. Est itaque, vt existimo, hæc sana & dilucida expositio,
 Saluus erit, salute scilicet æterna, sic tamē quasi per ignem tribulationis & afflictionis,
 quem prius in hac vita, aut in fine huius vitæ tolerauit, aut post suū decessum in pur-
 gatorio toleraturus est. Paulus in subsequenti contextu adhortatur Corinthios, vt stu-
 diis omnibus conentur fundamento fidei superstruere sanctimoniam vitæ , charitatē,
 concordiam, pacem, obedientiam & cæteras virtutes , quibus fit ad regnū Dei aditus.
Nescitis, inquit, quia templum Dei estis? Nam baptismo Christi renati, eiūsque sanguine
 abluti & sanctificati, sunt templum , in quo Deus sua gratia & benignitate dignatur in-
 habitare: Siquidem dicit Psalmographus , Deus est in templo sancto suo , Et spiritus
Psal. 10. Dei habitat in vobis. quòd si non habitaret in vobis, nec essetis templum Dei, & hoc
 templum Deo consecratum, castimonia vitæ, innocentia & cæteris virtutibus, purum
 & sanctū seruatur. Sordidis verò affectibus prophanatur & conspurcatur . Quisquis
 autem hoc templum vel perniciosa ac pestifera doctrina , aut capitalibus vitiis conta-
 minauerit, luet poenam acerrimam, & à domino disperdetur. Et quia estis per baptis-
 mum & veram fidem, purum & sanctum Dei templum, cuius filius gratuitò, ab omni
 labore vos repurgauit, nemo vestrum se seducat, nemo sibi ad blandiatur, nemo sibi pla-
 ceat, nemo gloriam Deo debitam, hominibus tribuat, nemo existimet rem aliter se ha-
 bere ac dixerim. Quòd si quis videtur esse sapiens inter vos iuxta humanam existima-
 tionem, stultuscat, vt fiat verè sapiens. Detractet & hanc tumidam sapientiam, vt diui-
 nam adipiscatur: *Siquidem sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum.* Etenim Rheto-
 res, Philosophi & Mathematici, elato supercilio sibi vindicantes omnem humanæ &
 peregrinæ sapientiæ cognitionem, à Deo, vt stulti & vesani, repudiantur. Et hæc hu-
 mana sapientia, cui nonnulli mordicus hærent, plerunque officit quo minus quis di-
 uinam illam & cœlestem sapientiam assequi possit: Scriptum est enim, Comprehen-
 dam sapientes in astutia eorum. Hoc autem desumptum est testimonium ex libro Iob,
 in quo legimus, Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum
 dissipat: *Qui enim videntur esse astutè & callidè sapientes , & iactant se habere per se*
 rerum omnium cognitionem, vt dementes à Deo coarguntur. Et iterum, Nouit do-
Iob. 5. minus cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt. Legimus in Psalmis , Dominus
 scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et ex eo vanæ sunt & inutiles , quia
 nihil cogitant, quod ad salutem assequendam conducat, sed quod auribus hominum
 placere possit. Itaq; nemo suam gloriam in hominibus collocet, nemo putet gloriā-
 dum esse in externa sapientia. Nemo denique spiritualia dona sibi tribuat, sed Deo bo-
 norum omnium largitori optimo. *Etenim omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo siue*
Cephas. Nolite itaque vestros præceptores tantopere extollere: Nā quæ Paulus, Apol-
 lo & Cephas vobis tradiderunt, vestræ commoditatis & totius Christianæ reipublicæ
 gratia, à Deo didicerunt. Denique siue mundus, siue vita siue mors, siue præsentia siue futura,
 omnia sane vestra sunt. Nam quæ in mundo sunt, in vestram utilitatem cedunt. Est &
 vobis præsens hæc vita, in qua pro Christo laboratis. Est & etiæ vobis mors , per quæ
 ad præmia peruenietis. Alter, qui à mundanis vt stulti deridentur, siue viuant siue de
 vita periclitentur, omnia constanti animo vestræ salutis causa tolerant . Quinetiam
 vel præsentia hoc est, terræ bona, & futura illa, nostris adminiculis & præfidiis à Deo
 vobis donantur. *Vos autem Christi, Christus autem Dei.* Nec tamen eodem iure Dei su-
 mus.

mus, quo Christus est Dei: Nā Dei sumus, quia à Deo creati sumus. Sumus & filij Dei
per adoptionem. Christus autē est Dei , quia ab æterno ex substantia Dei patris geni-
us est. Sed vult dicere, Nemo vestrūm posthac dicat, Ego sum Pauli , Ego Apollo,
Ego verò Cephæ, sed estis Christi, qui suo sanguine vos redemit. Et ad Galatas dicit, Gal. 3.
Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu , Christus autē quatenus homo, est Dei. Ioan. 1.4.
Siquidem scriptum est, Pater maior me est. Et iterum , Minuisti eum paulominus ab Psal. 8.
Angelis. Vocat & Christus quatenus homo, dominum, suum Deum, dicens per Pro- Heb. 2.
phetam, Domine Deus meus in te sperauit.

Argumentum quarti capituli.

P Aulus eam in rebus diuinis tractandis modestiam præ se tulit, & commen-
dabilem animi deiectionem, ut duntaxat existimauerit se esse ministru Chri-
sti, etiam vel minimum, & diuinorum mysteriorum, pro modulo vniuscuiusque fi-
delis, dispensatorem. Et licet non premeretur conscientia sui accusatrice, nec sen-
tiret se mortifero quodam scelere contaminari, non tamen innocentiam, innocen-
tissimamque iustitiae integritatem sibi tribuebat. Paruipendebat spectando suam
propriam personam, quid de se homines suis humanis affectibus affixi iudicaret,
confidens se habere sui delegati muneric iudicem æquissimum. Deiicit superbiam,
fastum & iactantiam illorum, qui cum insigne quoddam opus ediderunt, aut quid
gloria & commendatione dignum protulerunt, suis viribus, & non Deo tribuūt.
Magnopere gloriatur quod factus sit mundo spectaculum stultitiae, irrisio[n]is, con-
uicrorum & contumeliarum, vt profligatis suis aduersariis immarcessibilem coro-
nam asequatur.

Caput quartum.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei . Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die , sed neque meipsum iudico: Nihil enim mihi conscientius sum, sed non in hoc iustificatus sum.Qui autem iudicat me, dominus est.Itaque nolite ante tempus iudicare, quando adusque veniat dominus , qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.

Exordium huiusce capituli accedit proximè illi sententiæ. Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et licet Paulus & Apollo, quosdā Corinthios baptizauerint, non tamen vim & effectum baptismi, sibi ipsiis tribuebant, quia non detergebant fôrdes animorum, nec animas peccato originali contaminatas purificabant, sed erant duntaxat huiusce sacramenti ministri. Christus verò licet non obiret officium baptizantis, tamen interius baptizabat in spiritu sancto & igni: Nam animas peccato originali infectas abluebat, conferebat gratiam spiritus sancti & ignis amoris. Nec sacerdos absolutione sacramentali remittens peccata, condonat simpliciter culpam, sed Deus sua propria virtute, sacerdos autem ut minister huius sacramenti, remittit peccata, potestate sibi à Christo data. Nec consecratio panem, confert effectum sacramenti Eucharistie, sed Christus, cuius est verbum consecrationis. Et propterea licet Ecclesiastici viri magna dignitate & præclara potestate ceteris præfulgeant, nihil tamen præter officium ministerij, sibi tribuere debent. Quamobrem di-

cit Paulus, *Sic nos existimet homo ut ministros Christi.* Latissimè patet huiusc veritatis interpretatio, potissimum tamen ecclesiasticum statum cōcernit. Et ne superbiant famuli Dei, quasi ius, & dominium rerū sacrarū sibi vindicantes, dicit Paulus, *Homo nos debet existimare ut duntaxat ministros Christi, cui debemus gratias agere quod dignos nos duxit qui ei ministraremus.* Sed proh dolor, Iudicant cæci, clamāt parietes aduersus professq; Ecclesiæ prælatos, qui nullo modo, ut decet, exercet officium sui ministerij. *Quot pueri habent insignes abbatias, qui tamen nihil conferunt ecclesiasticæ Reipublicæ, sed expilant patrimonium Christi, & se obsecræ voluntatibus & dissolutis ludis dedunt: quorū parentes avaritiæ addicti, rebus spiritualibus sese immiscent, & distribuunt absque delectu quibus volunt sacerdotia.* Vult & Paulus ad Romanos ut ministerium sit in ministrando, non in ocio, non in delitiis, non in iactantia, sed in asidua cura, indefessoque labore: ut qui veri sunt ministri, ouibus suæ fidei concreditis spiritalem alimoniam administrēt & suppeditent, suorum subditorum errores & vitia corrigāt, hortentur & suos ut Deum timeant & ament, suas facultates publici commodi causa exponant, consulant & studiis omnibus saluti sui gregis. De veris ministris ecclesiasticis dicit Esaias, *Vos autem sacerdotes domini vocabimini: ministri Dei nostri dicetur vobis, Et dispensatores mysteriorum Dei.* Non debet prudens diuinorum mysteriorum dispensator, cunctis mysteria omnia patefacere, & sine delectu, sed obseruandum est opportunum tempus, & seruandus est modus. Nec possent sapientissimi doctores arcana Dei dispensare & interpretari sine afflato spiritus sancti: Nā dicit scriptura, Spiritus est qui loquitur mysteria. Et alibi, Spiritus est qui scrutatur omnia, etiam profunda Dei. Debent & eximij doctores loqui abstrusiora Dei mysteria, arcanaque sapientiam inter perfectos: Etenim frustra conarentur corā imperitis & vulgaribus alta & abdita Dei mysteria proferre. Tum quoque Christus dixit suis discipulis, Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Intelligamus dispensatoris munus esse, bona fide dispensare, quod à Deo sibi creditum est, nō res domini suas facere, sed contrà, suas domini, omnino utilitati Reipublicæ incumbere, pati nonnunquā fuarum facultatum dispéndium, ut quod publicum est, aut accrescat, aut conferuetur. Et propterea ut omnis dispensator in hoc munus incumbat, adiecit Paulus, *Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* hoc est, fides ab eo exigitur, ut non sua potissimum, sed potius aliena & à domino possessa dispenset & pertractet. Et dilucida hæc erit Pauli sententia, Posthac queritur, hoc est, spectatur siue requiritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur: Etenim in œconomia siue dispensatore, fides potissimum spectari solet, authoritas vero penes dominum. Mennit Lucas Christum dixisse Petro & subinde cæteris discipulis, *Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?* Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenient ita facientem: vero dico vobis, quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum. Subnectit Paulus, *Mihi pro minimo est ut à vobis iudicer ceteris.* Corinthij magnopere iacentes humanam sapientiam, pios viros & Deo dilectos, propter stultitiam & humilitatem sermonis vituperabant & eiiciebant: Innumeris autem vitiis madentes, propter facundissimam eloquentiam extollebant & comprobabant. Idcirco Paulus omnium humillimus, & qui se idiots & simplicibus conferebat pro sapientia Christi, quā illi ut deliri, stultitiam reputabant, contemnebat quid de se iudicarent Corinthij, qui in oculo sui fratris videbant festucam, in proprio vero non videbant trabem. Vel dic, mihi pro minimo est ut à vobis iudicer, hoc est, prober à vobis vel improber, præfarr alii vel postponer: siquidem Corinthij iudicabant secundum carnem, & secundum personas: Nam alij Paulum præferebant, alij Petrum, alij vero Apollo. Dicit & Paulus pro minimo, ut ab humano die iudicetur, hoc est, humano iudicio: Siquidem hoc loco sumit diem pro iudicio, etenim reis dies dicitur, sicut prius dixit, Dies domini declarabit, hoc est iudicium domini. Vel iudicari ab humano die, est à viris claris & eximiis iudicari: Confuevit enim scriptura diem hominis, rei altitudinem & excellentiam

lentiam nuncupare: Qui enim ambulat in die non offendit, quia lucem huius mundi videt. Et licet Paulus paruifaceret & Corinthiorum & cæterorum hominum iudicium, non tamen voluit de se ferre sententiam, si nam esset immunis à peccato, aut de seipso pronunciare, si nam apud Deum pro delegato officio meruerit laude Nullius (inquit) fraudis sum mihi conscius, non tamen hinc ausim mihi vindicare iustitiae laudem: nam fieri potest ut imprudens, aut excedens vel deficiens fecerim aliquid secus quam oportuit. Et cum id soli Deo sit cognitum, hunc unicum habeo mei officij iudicem. Adnotemus tamen nos posse bifaria attendere ad hominum iudicia. Vno modo quantum ad alios, qui nostris bonis operibus excitantur ad virtutem, vel nostris malis operibus scandalizantur, & hoc non est habendum pro minimo: Siquidem dicebat Christus suis discipulis, Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in cœlis est. Alio modo, quantum ad nosmetipos, hac autem ratione parum curamus humanum iudicium. non enim viri optimi & præstantissimi, venantur ab hominibus gloriam. Vnde alibi dicit Paulus, Neque quærentes ab hominibus gloriam, neque ab aliis. Verum dicet quipiam, cur dicit Paulus, *Neque meipsum iudico,* cum alibi dicat, Si nosmetipos diuidicaremus, non vtique diuidicaremur. Verum Paulus hoc loco, Sed neque meipsum iudico, non loquitur de iudicio discussionis & examinis, quod debet fieri ante dignam sacramenti Eucharistiae susceptionem, nec de iudicio condemnationis & reprehensionis in manifestis criminibus: Nam hoc modo potest homo de seipso iudicare, Hinc illud, Arguam coram eo vias meas: sed loquitur de iudicio absolutionis, nō Iob. 13. enim debet homo quantumlibet pius & sanctus, præsumere se esse innocentem. Unde dicebat Iob, Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, Si innocentem Job. 9. ostendero, prauum me comprobabit: sed dominus est, inquit Paulus, qui me iudicat, an sim fidelis dispensator, an non: Siquidem ille est qui probat renes & scrutatur cor da. Itaque concludit Paulus, *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, &c.* Vobis cauendum est ne anticipetis sententiam domini vestri ante tempus, Scriptum est enim, Nolite iudicare, & non iudicabimini, Math. 7. Nolite condemnare, & non condemnabimini: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Scribit & Paulus ad Romanos, In quo enim iudicas alterum, te ipsum cōdemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Sed de manifestis possunt homines, & præser tim qui publico munere funguntur, iudicare. Hinc illud, Audite illos, & quod iustum est, iudicate. Deferendum est autem omne iudicium de occultis illi, cuius oculis perspicua sunt omnia, qui cum aduenerit, iudicabit & cœlestia & terrestria, & in luce proficeret quicquid in tenebris abditum est: quod enim in sinuosis humani cordis recessibus occultatum est, fallit hominum conscientias: Nam plerunque laudamus aliquem, cuius immunda est conscientia, & cum dominus suo aduentu deteget abscondita tenebrarum, laus erit uniuersa pro meritis: Nam qui bene functus fuerit suo officio, laudem æternam à domino consequetur, qui vero male & negligenter, lauet poenas.

» Hæc autem, fratres, transfiguraui in me & Apollo, propter vos, ut in nobis discatis ne suprà quam scriptum est, unus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod nō accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis, & utinam regnetis, » ut & nos vobiscum regnemus: Puto enim quod Deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus, nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo, nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles. usque in hanc horam & esurimus, & sitiimus,

„& nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus
„operantes manibus nostris, maledicimur & benedicimus, persequutio-
„nem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanquam
„purgamenta huius mundi, facti sumus omniū peripsema usque adhuc.)

Hoc loco nititur Paulus deiicere insolentiam, arrogantiam, iactantiā, contentiones & similitates Corinthiorum, qui ita vnum ministrum Christi extollebant, vt alterum contemptim deprimarent, magis attendentes ad personas quibus fauebant, quam ad dona personis diuinitus data. Hæc inquit, fratres, ne amplius erretis gloriando quorūdam pseudopostolorum cognominibus, transtuli in me & Apollo, vestri commodi causa, vt à nobis disceretis vitanda esse varia partium studia, nec ita attollendum esse vnum ministrum, vt alium prorsus despiciatis. Et ne quem vestrum irritarem, malum rem fictis nominibus proponere, vt explorata vobis nostri officij ratione, se quisque tacitus agnoscat, nec quicquā sibi vindicet, nec tribuat hominibus quod Deo tribuendum est. Denique ex eo transfiguraui in me & Apollo, hunc sermonem, vt pseudopostolorum gloriam & traditiones peruersas, sub mea & Apollo persona euacuarē. Nec possum satis admirari vestram stultissimam & foedissimam ambitionem, quod nonnulli vestrum malunt de homine ministro, quam de authore Deo gloriari. Denique, quis est istius discriminis author, vt ille plus accepisse videatur, si à Paulo baptizatus fuerit: ille verò minus, si ab ipso Apollo? Et quid, me hercle, est hoc vano iudicio, fucatāque gloria cæcius? Denique, an tibi plus collatum credis, si fueris in aureo labro baptizatus, quam in alueo fculno? Hunc quæso stultissimum errorem adime tuo animo. Et depressis iactantiae cristi, discas non esse tribuendum viris apostolicis, quod Deo debetur, *Quid enim habes quod à Deo non acceperis. Si autem acceperis, quid gloriaris quasi non acceperis?* Aut tuam sapientiam profiteris, aut alienam: si tuam, teipsum prædicas, & indecorè commendas, si alienam, quid igitur tantopere te iactas & venditas? Tibi velim persuadeas diuini muneris esse quod prædicas. Legimus in sacra scriptura Dauid dixisse benedicendo Deo, Tua est domine magnificencia & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: Cuncta enim quæ in cœlo sunt, & in terra, tua sunt, tuum domine regnum, & tu es super omnes principes, tua diuinitas, & tua est gloria, tu dominaris omnium, in manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperium omnium: Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Errant itaque toto cœlo Pelagiani, qui asseuerant hominem ea liberi arbitrij virtute muniri & præstare, vt possit absque gratia Dei, diuinóque præsidio, bonū opus facere. Quod si non possimus ex nobis tanquam ex nobis, quid boni cogitare, aut ad id cogitandum non sumus sufficientes, multo minus sufficientes sumus, opus quodpiam præclarum, absque diuina ope efficere. Et quis non intelligit vos esse falsa quorundam pseudopostolorum doctrina, nobis etiam fastiditis saturatos, & omni opulentia turgidos, & ambitione regnadi seditionos? Nec me latet vos eo superbiæ & magnitudinis venisse, vt neque nostris neque aliorum hominum præfidiis indigeatis, vt amplitudinem regni possideatis. Votis tamen omnibus optarem vt nobiscum, qui sumus famelici, tenues & inopes, foeliciter regnaretis, & contemptis regni temporanei triumphis, vobis daretur regnum Christo dignum assequi. Putatis Deum nos omnē inediā, famem, ignominiam, infamiam, carceres, probra, contumelias, flagella, & capitis discrimina perpessos, ostendisse omnium Apostolorum abiectiones & nouissimos? Et si ita sit, quod in commendationem nostri officij magnopere spectat & conductit, ne sinistra quæque & mortis supplicia pro nomine Christi exhorrescamus: attamen vobis suadere deberetis nos vestræ salutis causa nihil non egisse. Quod si humanis præmiis apostolicum officium pensandum esset, arbitrarer præcipua nobis debet, qui tantis periculis, angustiis, pressuris, calamitatibus & perseguitionibus vobis Christum primi inseuimus. Nacti estis occasionem nostri contemptus, quod innumeris mortibus & bestiis obiicimur, & facti sumus spectaculum mundanis hominibus

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST. 73
bus, & bonis ac malis angelis: Etenim boni angelicū viderent nos tot malis cruciari, nobis erant solatio, mali verò nos subsannabant, pī quoque viri nobis condolebant, impī verò nobis insultabant. Et quia ignominiosam Christi crucem, attamen victricem prædicamus, vobis videmur stulti & insani: Vos autem videmini cauti & prudētes in Christo, quia non audetis cū discriminē vītæ, crucem eius publicè prædicare, confiteri & attollere. Nos vt infirmos & imbecilles spernitis, vos vt potentes insolescitis. Nos sumus obscuri & ignobiles, vos autē nobiles & clari. Ad hūc usque diem nihil nobis præter labore, molestiam, inediā, nuditatem, plagas & conuicia vindicamus. Habetis & magnificas ædes, nos autē incertis sedibus vagamur, & tantum abest vt fraudem fecerimus, aut quempiam expilauerimus, quin potius coriis cōsuendis & opificio manuario nobis diurnum victimum parauerimus. Nec conuiciatoribus regerimus conuicia, nec maledictis maledicta, sed Christi vestigiis innitēdo, pro maledictis benedicta repēdimus. Gloriamur in domino, quod inuita animi fortitudine sinistra quæque perferamus, & vestræ salutis causa habemur reiectamēta huius mundi, quibus nihil potest esse abiectius & cōculcatius. Quod autem adiecit Paulus, *Omnium peripsema usque adhuc.* Respondet illi sententiæ tanquam purgamenta siue lustramenta huius mundi facti sumus. Græci dicunt τὸν ληπτὸν esse reticulum quo suudantes se abstergunt, alij sole & suppactum corium, alij puluerem quem calcamus, alij quod abiicitur in mare, quo nauis sit in columis. Videtur omnino Peripsema apud Græcos quiddam esse tale, quale apud nos est nauic, quisquiliæ & sterquilinium, vt diligenter adnotauit Erasmus.

„Non vt cōfundā vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo:
„Nam si decē millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos
„patres: Nā in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Rogo ergo
„vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos Timo-
„theum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui vos
„commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbique in
„omni Ecclesia doceo. Tanquam non vēturus sim ad vos, sic inflati sunt
„quidam. Veniam autem ad vos cito, si dominus voluerit, & cognoscā
„non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem: Non enim in ser-
„mone est regnum Dei, sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad
„vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?) Non me latet vos magis glo-
riari in hominibus quam in Deo, vōsque ob vestras opes insolescere, & temporaneo
regno, fucatāque regnandi cupiditate velle cæteris præfici, & copari pro viribus vt ma-
gis hominibus quam Deo placeatis. Hinc infani vestri errores, hinc stultissima vestra
ambitio, hinc elata superbia, hinc cæci affectus. Nec tamen hæc scribo, vt vos ea con-
fusionē obruam, quæ hominem in desperationem adducit, licet optarem vos pro ve-
stris inueteratis vitiis suffundi rubore, & ea tangi confusione quæ peccatum vitat, aut
vitare potest: Quicquid enim pro vobis conor (si mihi vt humano & paterno moni-
tori auscultare velitis) spero vobis magnopere profuturum. Nec sum nescius vos ha-
buisse quamplurimos vestre Christianę educationis pædagogos, quorum ferulae ma-
num subduxistis, & qui magis vos seuerē quam humanē tractabant: attamen vobis
defuerunt multi patres, qui vos regenerarent in Christo, vestrisque animis euangelici-
cam sapientiā transfunderet. Glorior sanè in Christo Iesu, meūque animus præ gau-
dio gestit, quod primus vobis iecerim fundamēta fidei, vōsq; docuerim illam fidem
esse sectandam quæ iustus viuit: Hæc autem fides est ex auditu, auditus autem per
verbū Christi. Possum mihi, gratia Christi, officium patris erga vos vendicare,
quod forsitan non erit concedendum illis, qui post me venerunt ad vos: Etenim
in Christo Iesu per Euangelium vos genui, non per me sanè vos genui, sed per

Euangelium Iesu Christi, quod à nullo dignè obseruatur, nisi sacramentum baptismi officio iustitiae & pietatis exornet. Denique, vt meis studiis & adhortationibus vos lucifaciam, & ad Christum facilius accersam, non desinam vos interpellare, vt studeatis meis vestigiis inniti, mèque tanquam patrem humanissimum & clementissimum imitari, sicut pro viribus admitor in omni modestia, patientia, simplicitate, humilitate & obedientia imitari dominum nostrum Iesum Christum. Nihil vobis in rebus præclarè gestis tribuatis, sicut nihil mihi præter functionem mei munericis tribuo, sed omnia refero. Deo acceptissima. Christus suam ceruicem pro nostra salute suppedituit, egregièmque mortem oppetiit, ego verò nullum supplicij genus, pro gloria sui nominis recuso. Sic certate mecum, vt immarcescibilem coronam affequamur. Et propterea misi ad vos Timotheum, corculum meum, & filium mihi vnicè charum, fidelèmque admodum Christi ministrum, qui vos haud dubiè, absque vlla affestatione docebit quibus semitis soleam incedere: Etenim recta, arcta & plana via, ita mihi semper placuit, vt obliquam, latam & spaciosem, qua itur ad perditionem, tentare noluerim. Sunt & viæ meæ (vt arbitror) opera Christo digna, quæ non mihi, sed domino vindico. Vobis velim persuadete me non vnum doctrinæ genus in una gentilium ecclesia docuisse, vt diuersum & contrarium in aliis Ecclesiis docuerim: Sicut enim Christus est omnibus idem dominus, diues in omnes, qui syncerè eius nomen inuocant, ita eadem est cœlestis sapientia, eadem quoque euangelica veritas, quam ybique purè profitemur. Doleo tamen quòd quidam vestrū tumoris, fastus, insolentiae & arrogantiae venerint, tanquam non sim ad vos profecturus, vt eos etiam seuerè (si opus sit) increpem. Spero Deo authore me cito vos inuisurum, & exploraturum non venustam eloquentiam, aut cultum sermonis illorū qui intumescunt, sed virtutem. Disquiram, & diligenter examinabo qua virtute valent & pollut. Nō enim in persuasione Rhetorum, aut eloquentia Oratorum, verbique facundia situm est regnum Dei, sed in virtute, quod sanè adfirmat Euangelica illa sententia, Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorū, sed qui facit voluntatē patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorū. Tum quoq;, Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuiā & venerunt flumina & flauerunt venti & irruerūt in domū illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Nec dicendus est Christianus ob id beatus, quòd audiat verbum Dei, sed quòd audiat & custodiat. Item, Qui habet mā data mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Attendite filioli mei, & pensiculatim inspicite, (& forsitan vobis dabitur electio & optio) An sim gestando virgam suppliorum comminatrīcem ad vos profecturus, an potius humanam & placidam facie & quidem lenitatis & amoris indicem ostensurus. Sanè veniam ad vos pro exordio correctionis in spiritu lenitatis. Nam cùm præoccupatus est homo in aliquo delicto spiritualis & perfectus, debet eum instruere in spiritu lenitatis, considerans semetipsum ne & ipse tentetur. Quòd si in vestrīs vitiis pertinaces fueritis, nec ullus peccatorum dolor vos pulset, virgam ego ipse etiam minacissimam vibrabo.

Argumentum quinti capit. 1

Paulus increpat acerbè in Corinthiis quoddam fornicationis genus inauditum, prodigiosum & horrendū, quod iudicauit Anathemate & vindice diabolico puniendum, in vexationem & mutilationem corporis, ipsius delinquentis, ne spiritus periret. Adhortatur Corinthios ut quod pro nobis in ara crucis immolatum est, dignè, reuerenter, sobriè & deuotè in augustissimo Eucharistia sacramento recipiant. Consultit Corinthiis ut sceleratissimorum hominum confabulationes, colloquia, mensas & conuiua deuitent.

Caput quintum.

 Mnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut vxorē patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & nō magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrūm, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autē spiritu, iam iudicaui ut præsens eū, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominē Satanā in interitū carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.)

Compulit Paulum turpissima & salacissima impudicitia, qua Corinthij squalebant, vt loco lenitatis & mansuetudinis in animaduersionem tanti sceleris, seueritate, seuerissimaque sententia vteretur. *Omnino*, inquit, *auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, vt vxorem patris sui aliquis habeat.* Et quis non videt Paulum exprobrare etiam acerbè maximum sceleratissimorum Corinthiorum crimen? Et cùm dicit, *Omnino auditur inter vos talis fornicatio, qualis nec inter gentes, vniuersam Corinthiorum congregationem arguit, & in omnes inuehitur. nec hoc subticuit Chrysostomus.* Adauget & crimē cùm dicit, *Qualis nec inter gentes. Quòd Chrysostomi gentiles exhorreant hanc fornicationis speciem, vos qui fideles estis, magis exhortare & execrari deberetis.* Et licet Gentiles nondum Euangelicæ veritatis lumine illustrati, arbitrarentur simplicem fornicationem non esse mortiferum delictum, tamen irradiati luce naturalis rationis detestabantur incestuosam fornicationis specie, cùm quis foedo coitu cum vxore sui patris congrediebatur. Hoc autem execrandum facinus exhorruit Iacob, etiam antequam lex per Mosem esset data, cùm Ruben suū primogenitum acriter reprehendit, *Effusus es, inquit, sicut aqua.* Non crescas, quia *Gene. 49.* ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Adde quòd filius cuiusdam patris, debet reuereri & honorare suam nouercam, aut si maius vxorem sui patris, & propterea omni lege ei inhibetur ne contrahat matrimonium cum vxore sui patris, quod pulchre monstrat illud *Geneseos*, *Quamobrem relinquet homo patrem suū Gene. 2.* & matrem, & adhæredit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Nomine autem matris, exprimimus & matrem naturalem, & nouercam. Tum quoque in Leuitico legimus, *Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: Turpitudo enim patris tui Leui. 18.* est. Adiicit & Paulus, *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.* Quis tumor, quis fastus queve superbia vos corripit & occæcat, vt non condoleatis vices delinquentis? Quòd si optaretis tam sceleratum hominem, & adeò recordem, ad meliorem frugem resipiscere, scelus eius intolerabile profusis lachrymis deploraretis. Hinc illa Christi monitio, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Nec solum beati sunt qui sua lugent peccata, sed qui effundunt lachrymas vt aliorum delicta purgentur. Siquidem dicebat Hieremias, *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?* Et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Vult & Paulus hoc loco, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit: vt qui tam atrox & inauditum facinus perpetravit, à Corinthiorum commercio exulet, indignus qui cum Christianis viuat. Qualem autem tulerit aduersus hunc scortatorem, sententiam subsequens locus indicat, *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi vt præsens, eum qui sic operatus est.* Et ne Paulus videretur agere contra rectum iudicij ordinem de reis non condemnandis nisi præsentes habeant accusatores, affirmat se esse præsentem spiritu, *& zelo vindictæ faciendæ aduersus huiusmodi fornicatorem.* Denique quid opus est accusatoribus vbi crimen est notoriū, & omnibus passim inuulgatum. Etia is qui accusatur huius manifesti incestus, nō posset corā accusatoribus sua abluere crimina. Et

ne Paulus ferendo sententiam aduersus illum petulantissimum fornicatorem, ni-miam sibi autoritatem arrogare videretur, addidit, *In nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute domini nostri Iesu, tradere huiusmodi hominem Satanæ, in interitum carnis, ut spiritus saluus sit &c.* Intelligamus planè illam seueram sententiam, attamen iustum, profici scilicet à Paulo, & à communi Ecclesiæ consensu, & potissimum ab authoritate Christi. Vult & Corinthios huiuscemodii sententiæ testes esse oculatissimos, vt perterreantur à perpetratione tanti flagitij. Quod autem dicit, *In interitum carnis, hunc habet sensum, In duram & acerbam vexationem & afflictionem carnis, vt post satisfactionem voluntariam in die iudicij saluetur caro vñà cum anima.* Existimat Augustinus in quæstionibus noui Testamenti, quæstio-ne 49. secundæ partis, illum esse carnis interitum, cùm quis voluptatibus & desideriis carnalibus deditus, gehennam sibi procurat. Intellige locum illum Augustini, *Nisi resipiscat, aut non sumit illic propriè gehennam pro tormento ignis perpetui.* Licet enim quispiam suis illecebris voluptatibus inferiat, & nephandum luxuriæ scelus perpetret, non tamen vtricibus flammis ignis æterni cruciabitur, si antequam è vita decebat, suam agnoscat culpam, suaque vita lugeat, & auriculari confessione (si possit) sacerdoti sua flagitia detegat. Iob fuit traditus Satanæ in interitum carnis, sed pro corona & gloria sua inuidæ patientia. Hic verò fornicator traditur Satanæ in interitum carnis pro solutione suorum peccatorum, vt à diabolo elisus, vulneratus, confosus, & asperius vexatus à suo crimine resipiscat. Nec solùm Christus dedit suis Apostolis potestatem eiiciendi spiritus immundos, sed contulit illis potestatem imperandi dæmonibus, vt quosdam flagitiosissimos peccatores corporaliter cruciarent, vt post diuturnum cruciatum, & defletam culpam anima saluaretur. Quidam dicunt Paulum tradidisse huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, per sententiam excommunicationis, qua quis communione fidelium priuatur & sacramentis Ecclesiæ, eiusdemque suffragiis, donec attrito corde per dignam poenitentiæ & satisfactione ad Ecclesiam redeat. Et si non sit absurdum hæc expositio, attamen non aperit sententiam illius loci, *In interitum carnis.* Et quoniam pacto traditur aliquis Satanæ affligendus in interitum carnis, nisi dæmon ita discruciet hominem, vt pene eum enecet? & ob id putamus Paulum dixisse in interitum carnis. Verum illi cōminiscuntur peccata mortalia dici interitum carnis, vt scilicet excommunicatus & tentationibus Satanæ expositus, liberius ruat in peccatum, quasi verò hac antidoto aut potius peste, spiritus saluus fieret. Nō enim intentio Ecclesiæ excommunicationis est, vt excommunicatus liberius ruat in peccatum, sed vt erubescat, eumque pudeat à commercio fidelium exulare, & post verecundiam & satisfactionem, iterum numero Christianorū ascribatur. Et dic quæso, vbi nam locorum sacræ scripture cōperies peccata mortalia vocari interitum carnis? Scio Paulum dixisse, *Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem:* cuius sensum huc esse puto, qui carni seruit, putrefict, corrupetur, & punietur: non tam omnis qui carni seruit & indulget, peccat mortaliter. Et propterea priori expositioni, quā sectatur Chrysostomus acquiesco. Tradidit & Paulus Hymeneum & Alexandrum Satanæ, vt discerent non blasphemare.

” Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicū fermentum tota massam corruptit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. ” Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitia, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.) Paulus hoc loco taxat Corinthios qđ in contemptu aliorum suā iactarent innocentiam, & de aliorū ignorantia, errore & lapsu gloriaretur, qđ gloriā soli Deo propriā, hominib⁹ tribueret, qđ in ratione sacrameti, quātū ad ministros adiuicē pugnaret, qđ multis factionibus dissideret, qđ summi honores ambiret, qđ rudes, idiōtas, & seculariū disciplinarū ignaros despicerent, qđ denique salacissimā scortationē sectarentur, nec illos qui huiusmodi flagitio-

pissimo inferuebant, corrigerent. Nititur & Corinthios à sceleratorum conuersatione, ac pseudapostolorum blanditiis, beneficiis & pestilenti doctrina abducere, cùm dicit, *Modicum fermentum totam massam corruptit.* Hunc locum citans Hieronymus in epistolam ad Galatas, reprehendit vulgatum noui Testamenti interpretem, cuius verba sunt hæc, Malè in nostris codicibus habetur, Modicum fermentum totam massam corruptit, & sensum potius interpres suum, quām verba Apostoli transtulit. Hæc ille. Emendando autem hunc locum, transfert, Modicum fermentum totam conspersione fermentat. Est autem hæc conspersio, farina liquore aquæ temperata, quæ fermento vitiata, suum proprium succum perdit. Et sicut fermentum farinæ conspersum, totam massam suo vigore corruptit, & in illius vim transit omne quod mixtum est: ita & doctrina peruersa ab uno incipiens, vix duos aut tres primū in exordio reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbum, vnius pecudis scabies, totum commaculat gregem. Dicebat & Christus suis discipulis, Cauete à fermento Pharisæorum & Saducæorum, hoc est, à doctrina Pharisæorum & Saducæorum. Est & fermentum Pharisæorum hypocrisis. Itaque Paulus adhortatur pro viribus Corinthios, vt ab inueterata malitia desistant, deuident tanquam pestem contagiosam Hæreticorum doctrinam, fugiant & fluxos honores, abhorreant & à contentionibus, vt exuto veteri homine nouum induant: Sint & noua conspersio nullo fermento aut Hæreticorum aut pseudoprophetarum inquinata, vt exosis quibuslibet vitiis, sint azymi, hoc est, fermentati, puri, mundi, casti & simplices. Et vt hoc præclarum Christianæ vitæ institutum obseruent, deligant & ament, sub omnium oculos ponit mundissimam & innocentissimam hostiam, quæ pro nobis immolata est. Pascha inquit, nostrum, immolatus est Christus. Itaque fide huius mysterij illustrati, epulemur, siue, vt volunt Græci, diem festum agamus. Nam huiusmodi dies solent solennibus epulis celebrari. nobis quoque conuenit in hoc sacro die spirituali alimonia deliciari, si modò vetus fermentum, & omnem inueteratam malitiam & astutiam abiecerimus, vt cum omni sinceritate, castimonia vitæ & sincero veritatis amore in nuptiali Christi coniuicio discumbamus. Intelligamus agnum paschalem quem Iudæi cum azymis panibus manducabant, fuisse typum illius agni mundissimi & innocentissimi, de quo dicit Ioannes, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sicut enim agnus ille typicus absque macula immolatur, ita cœlestis agnus absque vlla macula, vt omnium fortes emacularet & abstigeret, immolatus est. Denique sicut Iudæi agnum paschalem manducabant cum panibus azymis, hoc est, fermentatis, ita Christiani debent in sacramento Eucharistia manducare hunc agnum cœlestem cum omni munditia & absque vlo vitiorum fermento. Tum quoque sicut agnus ille typicus immolabatur in memoriam illius beneficij quo angelus percutiens primogenita Aegypti, pertransiuit domos Iudæorum, quorum fores erant linitæ sanguine illius agni, & vt populus Iudaicus pertransiens mare rubrum à seruitute Aegyptiorum liberaretur, ita Christiani suum pascha celebrant in memoriam sanguinis Christi, qui pro salute omnium effusus est, & cuius virtute liberantur à seruitute peccati & à tyrannide diaboli. Et sicut agnus ille typicus erat phase siue transitus domini, nam illa nocte qua fuit primū immolatus, transiuit dominus percutiens Aegyptios: ita Christus qui est verus agnus, est pascha nostrum, siue noster transitus. Nam fecit sua immolatione, suaque gratia, vt transiremus & transmigraremus à seruitute peccati in libertatem spiritualem. Nec pascha, Græcum est nomen, quod tamen putat diuus Thomas, existimans Pascha dici à passione, sed est Hebræum, à transitu domini dictum. Transiuit & Christus soluto pro Psal. 67. nostra redemptione precio, ex hoc mundo ad patrem, & cùm cœlos concendit, secundum duxit captiuam captiuitatem.

” Scripsi vobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris aut rapacibus, aut idolis seruen-

„tibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri, si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de iis qui foris sunt, iudicare? Nonne de iis qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisip̄s.) Quis non animaduertit hoc loco Paulum agere officium optimi & sanctissimi concionatoris, qui ita proficit saluti suorum Corinthiorum, vt vehementer doleret & cruciaretur, si quis ex ipsis de sua salute pericitaretur? Attendamus & Paulum (qui tyrocinū fidei Corinthiis iecerat) apertissimè demonstrare fidem non satis habere roboris & præfidijs, vt quis ad vitam æternam perueniat. Nonne & hoc contextu subindicat quos debeant Corinthij vitare: ne ipsorum turpissimo colloquio, sordidis conuiuiis & impura cōversatione inficerentur, & infecti vix possent mederi pesti qua fuissent intoxiciati? Perspiciamus diligenter quid velit eius contextus, *Scripti*, inquit, *vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis.* Sed quam dicat epistolam, an hanc, an aliam ambigimus. Arbitratur Theophylactus hanc ipsam esse: Alij verò putant aliam esse, quæ non est in Canone, sed hæc parui sunt momenti. Satis nobis erit pro viribus nostri ingenioli, vt mentem Pauli capere possimus. Quia prius dixerat, Expurgate vetus fermentum, hoc est, de medio tollite tam petulantem adulterum, & alios facinorosos propellite, vt mūdi sitis coram agno qui pro nobis immolatus est. Suspicati sunt Corinthij Paulum sibiip̄s inhibuisse commercium cum fornicatoribus, qui versabantur in Græcia, & quos infideles sciebant esse: verū ex subsequenti contextu medetur huic scrupulo, & indicat cum quibusnam peccatoribus possint sine discrimine suarum animalium versari. *Non utique* (inquit) *fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruentibus, alioqui debueratis de hoc mundo exisse.* Huius autem orationis contextū hunc in modum construit Theophylactus, Et utique non fornicariis huius mundi commisceri prohibui, hoc est, gentilibus, alioqui alias mundus vobis esset quærendus. Qui enim fieri potest vna in ciuitate vel ex maiori parte diuersantibus, qui ex gentibus essent, non ex his admisceri? Hæc ille. Non itaque vetat Paulus Corinthiis habere commercium cum fornicariis, auaris, & maledicis huius mundi, nomine autem mundi vocat infideles. hinc illud Ioannis, Mundus eum non cognouit. Et ex eo permittit Paulus Corinthiis colloqui, negocieri & conuersari cum gentilibus, quia Corinthus innumeris gentilibus abundabat. Nec interdicitur Christianis commercium habere cum infidelibus qui nunquam fidem receperunt, si modò sint in fide firmi, & qui student pro viribus reuocare infideles, ab errore infidelitatis. Siquidem posthac dicet Paulus, Si quis vocat vos infidelium ad coenam, & vultis ire, omnem quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Præcaueant tamen sibi infirmi in fide, ne cum infidelibus diuersentur, ne falsis infidelium persuasionibus seducti, sacramentum fidei deserant. Inhibetur tamen Christianis comunicare cum infidelibus, qui aliquando fidei sacramentum receperunt, deinde suā pestifera doctrina, suāque inaudita ambitione, & stultissima arrogantia à fide deflexerunt siue apostatarunt. quod alibi declarat Paulus dicens, Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. Quorum autem scelerorum hominum sodalitia, conuiua & contubernia vitare debeant Corinthij, subsequens hic focus indicat, *Nunc autem scripsi vobis ne commisceamini si quis frater nominatur, aut fornicator aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Pulchrè adiecit qui nominatur frater, non quod absolute & in veritate sit frater, eò quod suo mortifero vitio à fraterna charitate excidit, nomen tamen fratris propter suscepsum fidei sacramentum retinet. Non enim Christus desi-

Ioan. I.

I. Cor. 10.

Tit. 3.

desinit vocare. Apostolos, suos fratres, post suam resurrectionem, quanuis vitio Matth. 28, incredulitatis laborassent. Nec consuleret Paulus vitari commercia fornicatorum, Ioan. 20, auarorum, maledicorū &c. nisi vita quibus inuoluebantur essent mortalia. Scruples tamen est de ebrietate, vtrum sit semper peccatum mortale: quod sanè non existimat Augustinus in quodam sermone de Purgatorio, nisi sit assidua. Dicunt ebrietatem suo genere esse peccatum mortale. Etenim pugnat cum charitate, quod aliquis propter delectationem vini, velit perdere usum rationis, & se exponat foedatus temulentia, periculo patrandi innumera scelera. Excusatur autem ebrietas accidentaria ratione à peccato mortali, quando quis vigorem vini ignorat, aut debilitate & imbecillitate cerebri laborat. Verū obiicit quispam, Quonampacto Paulus vocat Corinthiorum fratrem, illum qui seruit idolis, cum non sit is vocandus Christianus qui colit idola? Respondent Græci interpretes, nonnullos è numero Corinthiorum adhuc idolis inhærente. Quemadmodum quidam Samaritani piè colebant unum Deum, cæteri verò seruiebant idolis. Aut dic, quod licet quidam Corinthij suscepto fidei auitoramento, unum Deum, Deique filium colerent, tamen à Diabolo subornati & seducti, iterum ad spurcissimum idolorum cultum reuertebantur. Sed quæres si nam Paulus interdicat omnino Corinthiis mensas illorum qui scortationi, auaritiae, maledicentiae, detractioni, expilationibus, temulentiae, & idolis inferuiebant. Respondebo Paulum aliquando consulere probis viris vt deuitent conuiua sceleratissimorum hominum, & quidem in ipsorum pœnam, vt eos pudeat quod bonorum confortio propter sua crimina priuentur, & post pudorem à suis vitiis mature resplicant. Veniat & Corinthiis commercium impiorum, vbi cum ipsis versando fierent detersores, nec eos suorum flagitiorum depuderet, aut scabiem ab eis contraherent. Nec iudicat Paulus siue condemnat illos qui foris sunt, hoc est, ethnici & infideles. Et ex eo césentur esse foris, quod sint omnino ob vitium suæ incredulitatis, ab ingressu Ecclesiæ exclusi. Non enim solent Ecclesiastici Pralati suam iurisdictionem & potestatem exercere, nisi in illos qui sibiip̄s subduntur. Siquidem boni pastoris est agno scere vultum sui pecoris, & non alieni. Indirectè tamen, vt scribunt scholastici doctores, Ecclesiastici Pralati habent potestatem super illos qui foris sunt, quatenus iusta de causa inhibent suis subditis, ne cum infidelibus versentur. Illorum autem iudicium qui foris sunt, soli Deo referuatur: nam illos iusto iudicio condemnabit, quia noluerunt recipere fidem, sibi vltro oblatam, & per doctos concionatores euulgata. Hinc illud Ioannis, Qui non credit, iam iudicatus est. Quod autem miro artificio colludit Paulus, *Auferte malum ex vobisip̄s.*) hunc habet sensum, improbos omnes à vobis depellite, & à vestro contubernio elicite. Et hoc loco meminit Paulus illius veteris scripturæ, Auferes malum de medio tui.

Argumentum sexti capit. .

Paulus reprehendit Corinthios, quod cum pro aliquo negocio adiuicem disfiderent, magis optarent sententiam infidelis iudicis quam fidelis. Damnat & illos qui pro re admodum friuola, iudicio contendunt. aut si negotium iudicio dignum sit, attamen aut auaritia, aut affectu nocendi, vel cupiditate vindictæ ducenti, coram iudice litigant. Scortationes, adulteria, temulentiam, auaritiam, maledicentiam, conuicia, furtæ, expilationes, & spurcissimum simulachrorum cultum, mirum in modum infectatur, quibus inseruientes excludentur ab hereditate regni cælestis. Nos quoque vt Deum & animo & corpore glorificemus, ad omnem munditiam & vita castimoniam adhortatur.

n. iiiij.

*Hæc obser-
ua.*

Ioan. 3.

Deute. 17.

Caput sextum.

Vdet aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis. Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.) Aliud vitij genus arguit Paulus in ipsis Corinthiis, quod cum essent Deo sacrati, pro rebus temporaneis in iudicio contenderent coram prophano iudice, infideli & a consortio ecclesiae alieno, quasi huiusmodi iudices plus saperent quam ipsi, & accuratius iuris & aequitatis rationem intelligerent. Cum autem dicit, *Audet aliquis vestrum, &cetera.* suam indignationem manifestat, quasi innueret, non vos pudet, quod cum aliquis vestrum decertat pro re quapiam cum suo fratre, potius confugit ad iudicem iniquum, infidelem scilicet, quam sanctum, hoc est, Christianum. Numquid indecorum est Christianos a non Christianis iudicari? Quenam vos amentia corripit, quod vestras causas ad impios iudices deferatis? Sinitne iura vestrae libertatis aut tolli aut abrogari? Vos haud dubie deiecto animo & plusquam pusillanimos existimo, quod permittatis vestra priuilegia vestramque dignitatem & potestatem deprimi & extingui. Denique si sancti de hoc mundo iudicabunt, hoc est, aethnicos condemnabunt, cur finitis vos a prophanis & impiis iudicari? Tum quoque, si iudicaturi sitis mundum, hoc est, infideles, nunquid vos pudet pro rebus nihil, aduersus fidelem ferre sententiam? Et enim dedecus & opprobrium est Christiano trahere in ius Christianum pro re levissima. Adhac, si simus iudicaturi impios & superbos angelos, de quibus dicitur, Disce Matth. 25. dite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius, multo magis quae sunt huius seculi iudicabimus. Quod si sint in vobis pro secularibus negotiis controvenciule, contemptibiles qui sunt in Ecclesia constituite ad iudicandum. Et sensus est, Si nemo vestrum sit sapiens, nemo sufficiens ad diiudicandum, minimis tamen iudicia permittatis, ut infidelium iudicia declinetis. Nec tamen Paulus hoc loco vult dicere simpliciter, quod constituti sunt abiecti & indocti iudices: nam in dirimendis & rerum secularium & spiritualium controvenciis, diligendi sunt gnari, prudentes & sapientes iudices: Siquidem dicebat Ietro ipsi Moysi, Prouide de omni plebe viros sapientes & timentes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos & Ceturiones & Quinquagenarios & Decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent, leuiusque sit tibi partito in alio onere. Sed Corin thios tangit & reprehendit, quasi innueret, Si non esset inter vos sapiens quisquam, insipientibus permitti magis oportet, ut iudicia audirent, quam gentilibus. Et in hac sententiam

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST.

77

sententiam descendit Chrysostomus. *Attamen ad verecundiam vestram id dico.*) Nec possum non reprehendere vestram obiectiunculam tanquam friuolam. quasi vero non sit quispiam inter vos sapiens, eruditus & idoneus, qui possit fratrum disceptationes & controvencias finire. Nec possum non summo dolore affici, summaque tristitia pulsari, quod frater cum fratre iudicio contendat coram infidelis iudice. Et quis non excandesceret, quis non toto stomacho in vos inueheretur, quod ob vindictam, aut nocendi cupiditatem aut auaritiam aut fraudem, sint inter vos iudicia? Dissuadetis hoc contentionum genere infidelibus, ne fidem quam profecti estis, suscipiant. Nunquid vobis magis expediret vestrarum facultatum dispendium facere & iniuria pati, quam fraternalm charitatem laedere, & Euangelicam pacem & concordiam obturbare? O duri, stolidi, inhumani & Fordidi Christiani. Sunt innumera (nec dissimilare possum) inter fratres contentionum prodigia: Sunt & in Christianis inaudita litigia: Sunt & controvicias non tam astutae quam veneficas. Et quod vehementer dolendum est, coram iudice digladiantur Christiani pro rebus minimis, non attendentes neque animo versantes Euangelium & lege naturali & Mosaica longe praestatius esse, in quo non vindicta ut vindicta, aut mali retaliatio postulanda est, sed spretis bonis externis, pax, concordia & reconciliatio. Et si non improbem causas, contentiones, querimonias (& si dicam litigia) quae coram iudice tractantur, expenduntur & discutiuntur, tamen contentiunculas quae pro rebus nullius pensi concitantur, non tam improbari quam taxari velim. Nunquid, ut scite monet Paulus, longe melius est suae rei pecuniarie iacturam facere, quam Christianam tranquillitatem concutere, ac grauissimum sacramento fidei damnum adferre? Dic quae, vbinam viget pietas? vbi floret clementia? vbi ardet charitas? Prostrata Christianismi professione vnuquisque studet auaritiae, diesque suos in congerendis opibus consumit. Nescit Christianus aut nescire vult, quid Euangelico consilio sit praecriptum, ne pereat is qui a recto tramite sua cupiditate deflexit. Si quis velit tecum contendere in iudicio, & tu- Matth. 5. nicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Nec tamen eo inficias quin iusta de causa liceat contendere in iudicio. Nam in veteri testamento, cui nouum non repugnat, coram iudice controviliarum omnium causae discutiebantur, ut vnicuique quod suum est, redderetur. Licet & mihi pertrahere in ius conuiciatorem, qui me probrofis conuiciis incessuit, aut meam famam laesit, pariter & furem, qui bona mea abstulit & depredatus est. Legimus & in Leuitico, Iustè iudica proximo tuo. cui consentaneum est Leuiti. 19. illud Psalmographi, Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate. Et Psal. 81. in Esaia scriptum est, Iudicate pupillo, defendite viduam. Adde quod si non liceret Esa 1. Christiano contendere in iudicio coram iudice, nec liceret constituere iudices qui contendentium controvencias dirimerent, quod aduersatur illi scripturæ, Audite illos, & quod iustum est iudicate, quod sanè comprobatur illo Christi testimonio, No- Deute. 1. lite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, sed vitandus est affectus fouendorum litigiorum. Adiicit & Paulus, *An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare &c.*) Nolite eo insano errore cœcutire, ut putetis gehennam ignis aeterni non esse impis reseruatam, sed firmissime credite omnes diuinæ legis prævaricatores intrudendos in ardenter ignis aeterni fornacem, nisi mature resipuerint, quales sunt fornicatores, idolis seruientes, adulteri, molles siue euirati, qui prodigiosæ libidini inferuiunt, masculorum concubitores, qui cupiunt detestandam luxuriam contra naturam perpetrare, fures, auari, ebriosi, maledici, rapaces & id genus homines mortalibus vitiis contaminati. Quod si teste Paulo, fornicatores regnum Dei non possidebunt, necesse est nos concludere fornicationem etiam simplicem, esse peccatum mortale. *Hac obser- ua.* Adde qd voluntas Dei est sanctificatio nostra ut abstineamus a fornicatione. igitur qui i. Thess. 4. fornicatur, agit contra diuinam voluntatem: & per consequens, peccat mortaliter.

„ Et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei no-

„stri. Omnia mihi licent, sed nō omnia expediūt. Omnia mihi licent, sed „ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis. Deus au- „tem & hunc & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed Do- „mino, & Dominus corpori. Deus verò & Dominum fuscitauit, & nos „fuscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam corpora vestra, mem- „bra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciens membra mere- „tricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum cor- „pus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhæ- „ret Domino, vnum spiritus est. Fugite fornicationem: Omne enim pec- „catum quodcunque fecerit homo extra corpus est. Qui autem fornicata- „tur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra, tem- „plum sunt spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non „estis vestri? Empti enim estis precio magno. Glorificate & portate „Deum in corpore vestro.) Nemo vestrum iactet suam innocentiam, vitæque sanctimoniam. Nam illis vitiis etiam turpisimis (quorum paulo antea memini) fui- „stis inquinati, sed gratia Domini nostri Iesu Christi, ab his estis abluti, mundati, pur- „gati, sanctificati & iustificati: veruntamen vobis posthac precaendum est, ne in con- „familia recidatis, alioqui summa vos manebunt supplicia. Verùm quod hīc subnecit Paulus, *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*) nullam videtur prorsus habere ad præcedentia consequentiam. Nam prius monstrauit fornicatores, adulteros, molles, masculorum concubitores, idololatras, rapaces, maledicos & ebriosos non possessu- „ros hæreditatem regni cœlestis, si in suis vitiis perseuerauerint. Quorsum igitur nunc dicit, Omnia mihi licent: Nam hæc vitia commemorata non licebant Paulo. Siquidem id licet Christiano, quod diuina lege non est vetitum. Verùm si diligenter Pau- linam mentem intellexerimus, nobis suadebimus hæc Pauli verba, rectam habere ad præcedentia consequentiam. Nam reprehendit Corinthios quòd litigia fouerent co- ram iudice Christiano, initista causa, licet non omnino vetuerit Christianis iudicio contendere. Et propterea ad assequendam liberius & tutius euangelicam perfectio- nem, dicit, Et si mihi, & legatis Christi liceat in iudicio contendere, & coram iudice que mea sunt repetere, non tamen expedit: Vererer enim ne huiusmodi controuersię meum animum turbarent, aut fraternalm charitatem læderent, aut mihi officerent quominus finem ultimum assequerer, scilicet vitam eternā. Illud enim expedit quod nullum adfert Christiano impedimentum perueniendi ad regnum Dei. Tum quoque licebat Paulo vesci indiscriminatim quibuslibet cibis, eò quòd mundis mu- „da sunt omnia: sed non expediebat, ne fratrem in fide infirmum offenderet. Licebat & Paulo viuere de Euangeliō, sed non expediebat, ne quod offendiculum daret Euā gelio Christi. Denique licebat Paulo (nisi obstat votum continentiae) vxorem du- cere, sed non expediebat. Nam licet matrimonium non excludat hominem à regno Dei, adfert tamen impedimentum. Nam qui cum vxore est, solicitus est que sunt mū- di, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Præpedit & quodammodo coniugium ob- secrare, vt decet dominum: Et propterea dicebant Apostoli Christo, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Et quod subnecit Paulus, *Omnia mihi li- cent, sed ego sub nullius potestate redigar,* priori sententiæ cohæret: Si enim non mihi expe- diat ducere vxorem, vt tædia, molestias, iurgia & tribulationes coniugij euitem, & pu- rius Deo inferuiam, nec me dedam seruitutē coniugij. Et si non mihi expedit litiga- re in iudicio, nec subiiciar censuræ & potestati iudicis. Qui enim vtitur eo quod non expedit, siue sit licitum siue illicitum, quodammodo redigitur sub potestate illius rei. Cūm igitur sit Dominus rerum indifferentium, sibi præcaueat ne sit seruus illius rei

*Quid expe-
dit?*

Tit. i.

i. Cor. 8.

i. Cor. 9.

i. Cor. 7.

Matth. 19.

**. Iust. I.*

qua vtitur. Faber adnitens pro viribus corriger vulgatam editionem, circa hunc lo- „cum, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, Omnia mihi licent, sed ego sub nullius potestate redigar, vertit, Omnia in mea sunt potestate, sed non omnia condu- „cunt, omnia in mea sunt potestate, sed ego sub nullius redigar potestate. In potestate eius erat & helluari, cibóque & potu refarcire ventrem, & crapula distendi & forni- „cari, & cætera id genus quæ carnis sunt, sed sub nullius talium redactus est potestate, quia rationi spirituique hærebat. Hæc ille. Doleo vehementer quòd tam doctus in *In Fabrum.* terpres sit hallucinatus nimis Græcis literis additus. Dolco & vehementius quòd discrucians suum animum Græcorum elementis & grammatica, non ceperit men- tem Pauli, ab aliis doctis interpretibus etiam Græcis accurate explicatam. Chrysostomus qui abundè linguam Græcam callebat, legit, Omnia mihi licent, sed nō omnia expediunt, quem locum enarrans dicit, Non enim de vettis hoc dicit: illa enim nullo pacto licent, sed de his quæ indifferentia videntur. Hæc ille, cuius interpretationi si adhæsisset Faber, toto cœlo non errasset. Nónne & foeda & indocta est hæc tanti viri interpretatio? Erat in potestate Pauli helluari, cibóque & potu refarcire ventrem & crapula distendi & fornicari. Dicimus cum grauissimorum autorum iudicio, hæc nos verè posse, quæ iure possumus: propterea farcire ventrem, indulgere gulę, & impuræ fornicationi inferuire, non possumus, nisi infrænes libero arbitrio habenas laxaueri- mus. Vtinam Faber voluisse sapere ad sobrietatem, & sapere cum ecclesiasticis do- „ctoribus. Ambrosius libro 2. officiorum cap. 6. citans hunc Pauli locum, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, loco huius, Sed non omnia expediunt, legit, Sed non omnia utilia sunt, vbi sumit vtile pro honesto. Deinde adiicit, Supra de vitiis lo- quebatur, nunc ergo dicit, Licet peccare, sed non decet: In potestate sunt peccata, sed non sunt honesta: Luxuriari promptum est, sed non iustum. Hæc ille, non tamen puto Paulum in illa sententia voluisse innuere quòd liceat peccare. Nam peccatum est vettum, illuc autem Paulus loquitur de indifferentibus: vt scitè Chrysostomus scri- psit. Adhæc, ista propositio est absurdæ, & aures simpliciū offendit, licet peccare. for- sitan autor ille admodum doctus & grauis, sumpsit verbū hoc, Licet, pro illo quod subiacet facultati liberi arbitrij ita quod peccatum est in potestate hominis, non ta- men recipienda est illa assertio. Adiicit Paulus, *Esca ventri, & venter escis &c.* Esca est ventri, quam crapulosus, & Deus ventris ad ingluuiem usque deuorat. Et venter est escæ, cui plus æquo blanditur & indulget. Nec propterea eïa sua natura damnanda est, quandoquidem alit corpus, fouet & vegetat. Nec damnandus est venter, cùm sit pars corporis, ex se bene suo fungens officio. Sed damnandi sunt & criminandi, qui crapulae, ebrietati & commissationibus indulgent, longè maiorem corporis quam animæ curam habentes. Græci interpres non sumunt hoc loco ventrem pro parte corporis, sed pro gula & edacitate: Sicut alibi dicit Paulus, *Quorum Deus vëter est.* Hunc tamen sensum videtur prætendere, Si esca in ventre decocta, cedat in nutrimentum totius corporis, & venter escis recipiendis & concoquendis inferuiat, non sunt culpandi concionatores qui stipendum suorum laborum accipiunt ab his, quibus spiritualia seminant, vt suæ necessitatì succurrant. Nec insimulandi sunt qui res suas (quibus indigent) in subsidium vitæ coram iudice repetunt: hæc tamen non expedi- diebat Paulo, qui perfectam vitam agebat. Et licet esca sit ventri, & venter escis, de- struet tamen Deus in resurrectione & escas & ventrem: Escas quidem, quia non amplius nutrient corpus, & ventrem, (nō quidem quantum ad existentiam) quia resurget, sed quantum ad suum officium, quia non amplius cibos recipiet nec concoquet. Si quidem in resurrectione erimus sicut angeli Dei. Redit & Paulus ad priorem forni- cationis damnationem, nec potest non inuehi in fornicatores, dicens, *Corpus ait, non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.*) Et sensus est, Corpus non debet in- ferire fornicationi, sed Domino, non enim ordinatum est ad fornicandum: Et pro- pterea toto cœlo aberrant lascivi, qui putant se vti suō corpore secundū usum à Deo ordinatum: Agit itaque contra diuinam ordinationem qui fornicatur. Et *Dominus*

Matth. 22.

qua

est corpori, hoc est, Dominus noster Iesu Christus, qui est caput sui corporis mystici, nobis à Deo datus est, ut humana corpora suæ gloriae conformaret. Siquidem dicit Paulus ad Philippenses, Expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Et qui sua propria virtute excitauit à morte Dominum nostrum Iesum Christum ut hominé, eadem virtute nos excitabit. Qui enim fuscitauit Iesum Christum à mortuis, viuifica bit & mortalia corpora vestra: ut testatur idem doctor gentium in Epistola ad Romanos. Et licet Deus pater fuscitauerit à morte Iesum Christum, pariter & Deus spiritus sanctus. tamen Deus filius se fuscitauit à morte, & sua propria virtute resurrexit. Intellige filium Dæi sua nativa virtute excitasse à morte suam humanitatem: Nam qui crucifixus est ex infirmitate, viuit ex virtute Dei. Quod autem fornicator offendat Christum, eiisque membra polluat, aperte manifestat Paulus dicens, Ignoratis ne quod membra vestra, sunt membra Christi. Vos enim estis corpus Christi, & membra de membro: tollens ergo membra Christi, hoc est, iuste substrahens pro certa causa, (& potissimum ut vxorem ducā.) seruitio Christi, licet nō omnino, quia ei debent deputari, faciam ne membra meretricis? Absit. Id enim probrosum est & contumeliosum, licet membra fornicantis videantur esse membra meretricis. *An nescitis, inquit, quod qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur?* Erunt enim (inquit) duo in carne una.) Verū Paulus videtur absurdè citare illum Genesios locum, Erunt duo in carnu, ne vna. Nam scriptura illa intelligenda est de honorabili connubio & licto congresu, quam tamen detorquet ad foedam scortantium commixtionem. Verū dicā Paulum hoc loco, An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur, velle innuere fornicatorem meretrici commixtum, non minus efficere vnum corpus, licet tamen cötaminatum, quācūm vir suam vxorem cognoscit. Et licet vaticinum illud Adæ, Erunt duo in carne una, intelligendum sit propriè de licto coniugio, ut etiam vult Paulus ad Ephesios dicens, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. tamen non obstat quin possit intelligi de forido & illico viri cum meretrice congressu. Nam congressus siue commixtiones coniugatorum & scortantium, secundum speciem naturæ non differunt. Qui autem adhæret Deo sincera fide & feruida charitate, unus spiritus est. Nam spirituali coniunctione spiritui Dei connectitur & adglutinatur. Hinc illud, Vos autem in carne nō estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nec potest Paulus non detestari fornicationis vitium, cū dicit, *Fugite fornicationem.*) Non enim tam vincitur hoc vitium resistendo quācūm fugiendo. Nam immundæ cogitationes carnis nimis irretiunt hominem & titillant. Amatis foeda libidine occæcati, sordidisque voluptatibus dediti, quod deberetis omni via fugere, omnique studio aspernari. Nec solùm qui fornicatur agit contra diuinam ordinationem & voluntatem Christi, sed etiam contra munditiam corporis, qua conuenit Christiano Deum cohonestare & glorificare. Quod autem suum corpus contaminet qui fornicatur, hac ratione suadet Paulus, *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Verū pugnabit quispiam aduersus Paulum, Si omne peccatum quodcumque fecerit homo, sit extra corpus, & fornicatio est peccatum quod facit homo, igitur fornicatio est extra corpus. Respondebo Paulū in illa vniuersali propositione loqui de peccato spirituali, quod non consummatur carnali delectatione sed spirituali, ut inuidia, superbia, avaritia, pigritia, contentiones, rixæ &c. sed fornicatio est peccatum carnale, quod carnali voluntate consummatur. Habet & fornicatio pro sua materia propriam corporis substantiam, & propterea qui fornicatur, in suum corpus peccat. Nec aliter sordescit qui fornicatur quācūm qui in lebetem immundum infusus, cötagine inficitur. Nec solùm fornicatio inquinat corpus, sed corporis vires eneruat, mentem hebetat, spiritum extinguuit, iudicium corrumpt, animum polluit, scandalizat hominē etiam eximia dignitate præditum. Deinde prophanat & contaminat templū spiritus sancti, qui fornicatur. quod

quod subsequens hic locus indicat, *An nescitis quoniam membra vestra, templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est,* quē dono gratuito habetis à Deo, & nō estis vestri, sed Iesu Christi?) Siue enim viuimus, siue morimur, Domini sumus. Et quia redēpti estis, abluti & sanctificati preciosissimo sanguine Iesu Christi, deberetis & animas vestras & corpora vestra cum omni castitate, munditia & sanctitate, Deo cōsecrare, Nā sicut animus debet ministrare Deo, Deumque glorificare, ita & suo modulo corpus.

Argumentum septimi capit. 1

Licet honorabile sit coniugium ad procreandam sobolem institutum, & quo etiam vitatur fornicatio, & carnis incendium extinguitur: tamen Paulus cādido virginitatis flore decoratus, innuptis & viduis consulit (si Deo liberius, proptius & melius inferuire velint) ut perpetuam continentiam seruent. Precipit Dominus viro ne dimittat suam vxore, quod si propter scelus fornicationis quantum ad thorum dimissa fuerit, non tamen potest viuente viro alteri nubere, studiebit tamen pro virili ut viro suo reconcilietur. Præfert & Paulus matrimonio virginitatem nullis encomiis satis commendatam.

Caput septimum.

E quibus autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierē non tangere: propter fornicationem autem vnuquisque suā vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat. Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir, sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterū reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestrā: Hoc autē dico secundum indulgentiā, non secundū imperiū. Volo autē omnes vos esse sicut meipsum, sed vnuquisque propriū donū habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Dico autem non nuptis & viduis, bonū est illis, si sic permanserint sicut & ego. Quod si non se continent, nubant, melius est enim nubere quācūm vri.) Scripserant Corinthij ad Paulum quē in scrupulū & quæstionē vertebāt, In primis, An licebat ducere vxorē. Secundo, An licebat viro dimittere suam vxorē. Tertio, An cōiugia esent virginitati æquāda, an postponēda. His autē tribus quæstionibus singulatim respondet Paulus. *De quibus autē scripsistis mihi.* Et licet hic sermo sit inabsolutus, tamē hic loquēdi color nō est insolēti etiā apud latinos. Et sensus est, ut de his quē mihi scripsistis, respondeā. Et primā quæstionē diluendo, dicit, Bonū est homini mulierē non tāgere, nō propterea confitit colliges: Ergo malū est homini mulierē tangere. nā bonū & malū nō sunt cōtraria immediata: Siquidē erigere festucā, videre mulierē, ambulare, hortulos in ordinē disponere, nasum emungere, saliuā iacere, neque bonū est neque malum, sed quid indifferens inter bonū & malū. Et propterea Hieronymus in suis epistolis, virginitatē ad astra usque extollens, adeò ut parum matrimonio tribuere videatur, aut cum spiritis cōferre, sibi persuasit in libris quos scripsit aduersus Iouianum, hanc consequētiā esse bonam, Si bonū est homini mulierē nō tāgere, ergo malū est homini mulierē tangere, nihil enim bono contrariū est, nisi malum. Hac in re à Dialeticorum methodo deflexit, nec satis diligenter ad mentē Pauli attendit. Nam Paulus (vt sub-

sequens contextus demōstrabit) volebat dicere, & omnibus Christianis significare, Bonum esse homini mulierē non tangere, hoc est, nō ducere vxorē, si cōtinere possit: Si quidē præclara cōtinentiæ virtus totū hominem ad diuina officia allicies, & à molestiis rerum humanarū curis abducens, lōgē coniugio p̄cēllit. Hieronymus tamen in Apologia, ad Pammachum, pro libris aduersus Iouinianū, videtur se excusare, & redere suæ excusationis rationē, cùm ita ratiocinatus est, Si bonū est mulierem nō tangere, malum ergo est tangere. Paulus, inquit, pronunciat & definit, quod bonum est homini mulierē non tāgere, ego verò dubito & sciscitor. Ille apertè dicit, *Bonū est homini mulierē non tangere*, ego timidè quāro, Si bonū est mulierē non tangere, Si, dubitantis est, non confirmatis. Ille dicit, Bonū est non tangere, ego quid bono contrariū esse possit, adiungo. Hæc ille. Videbatur hoc vnū colligere Hieronymus, Si bonū est homini mulierē nō tangere, coniicio quid possit ex hoc absurdum & erroneū deduci: Quod scilicet mālum est mulierē tangere, sed friuola est illa cōsequentia. Deinde dicit Hieronymus, Statim in cōsequēntib⁹ animaduertēda est Apostoli prudētia, Nō dixit, Bonū est homini vxorē nō habere, sed bonū est mulierē non tangere, quasi & in tactu eius periculū sit, quasi qui illā tetigerit, nō euadat. Vides igitur nō de cōiugib⁹ nos exponere, sed de coītu simpliciter disputare, Hæc Hieronymus. Verūm Hieronymus videtur secum pugnare. Nā paulò ante hāc expositionē, dixerat, Si malum est tangere mulierem & ignoscitur, ideo cōceditur ne malo quid deterius fiat. Sed dic quāso Hieronyme, quid cōceditur & ignoscitur ne malo quid deterius fiat? An coītus illicitus? quod sanè absurdū putabis, ergo velis nolis, cogeris fateri Paulum illo in loco, Bonū est homini mulierē non tāgere voluisse planè dicere, Bonum est homini vxorē non habere, si scilicet cōtinere possit: Nā hoc in eodē capite, dicit, *Volo autē omnes vos effescit meipsum*. Nec illo in loco, Bonū est homini mulierē non tangere vult dicere Paulus, Quod mālū est homini vxorē habere, alioqui secū pugnaret: Nā laudā do cōiugium dicit in hoc capite, qui matrimonio iūgit virginē suā, bene facit. Nititur Erasmus in suis Adnotationib⁹ excusare Hieronymum, sumēs hoc loco bonum pro cōmodo, non tamen vt opponatur vitio, Et sensus est, Si cōmodum est non ducere vxorē ob sarcinas curarū, ob vincula affinitatiū, incommodum est igitur ducere. Et si Erasmus laborauerit pro virili vt excusaret Hieronymum, nō tamen potest eū excusare, nec capit mentē Hieronymi: Nā Hieronymus non exponit illum Pauli locū, Bonum est homini mulierē non tangere de coniugib⁹, quod tamē p̄tendit Erasmus, non indoctē colligens de cōmodo & incommodo, sed simpliciter de coītu disputat. Verūm plus æquo de hac re disputatum est. Animaduertens autem Paulus procluitatem hominis ad venerem, & longē propensiōrem concupiscentiam ad huiusmodi vitium, quā ad gulā, temulentia, & quāvis alia peccata, propter vehemētem libidinis delectationē, quā vix satiari potest, cōsuluit iis qui sunt soluti, nec astricti voto continentiae, vt ad vitandū scortū vel stuprum, ducāt vxorē. Propter fornicationē, inquit, *Vnus quisque suā vxorē habeat, & unaquaque suum virū habeat.*) Nec Paulina hæc doctrina incitat omnes fornicationis vitādæ causa, ad cōtrahēdum matrimonij: ab hac enim sancta veritate excluduntur religiosi, & sacerdotes, quod voverint votū continentiae: Si quidē religiosi in die suæ professionis vouēt voto quidē solenni, continentia perpetuā. Et si sacerdotes nō voveāt voto expresso cōtinentiā, tacito quidē vovēt: Nolet enim episcopus illos ordinare, siue ad sacros ordines promouere, nisi posthac omnino abstinerent à consuetudine mulierum: Siquidem sacrī ordinib⁹ annexa est continentia. Et propterea refragor Erasmo dicenti in enarratione huiuscē capitī, & quidē in suis Adnotationib⁹. Nunc mutatis rebus, haud scio, an magis expeditat sanctum connubium & immaculatum thorū sanctē purēque colere etiam sacerdotibus, si qui non continent, quando horū tam ingens vbique numerus est. Rursus, tāta raritas castē viuentium. Hæc ille. Et si quidam sacerdotes exclusa scortationis nota sanctius, purius & honestius viuerent, quām plerique laici, non tamen debuit Erasmus hæsitare, si nam expediebat sacerdotibus sanctum connubium & immaculatum thorū

thorum sanctē & purē colere. Laxat illis habenas sese commiscendi cū vxoribus, quos potius debuerat coērcere. Repudiat & Ecclesia ac detestatur sacerdotum cōiugia, quanuis id toleret Germania, innumeris vitiis inquinata. Vellētne Erasmus sacerdotalem dignitatem connubio prophanari? Licet non sit connubium damnandum, & licet veteris legis sacerdotes (si volebant) vxores ducebant, non propterea id existimandum est de sacerdotibus nouæ legis. Sicut enim nulla est comparatio *Hæc obser-* inter vetus testamentum & nouum, ita nulla ēt comparatio inter sacerdotes veteris *ua.* testamenti & noui: Illis enim licebat discernere inter lepram & non leprā, inter sanctum & prophanum, inter mundum & pollutum, non tamen eis erat data potestas remittendi aut retinendi peccata: Sacerdotibus verò nouæ legis non solum data est potestas discernendi inter lepram & non lepram, inter sanctum & prophanum, sed vt tanquam ministri Christi remittant aut retineant peccata. Adde quod consecrāt corpus & sanguinem Christi, sub speciebus panis & vini, quod mirum in modum ad amplificandam & extollendam eorum dignitatem & potestatem accedit. Denique quo sacramentum est maius, augustius & excellentius, eo magis decet tanti sacramēti ministros, sanctiorem, mundiorem & puriorem vitam agere. Audiat velim Erasmus, quidnam dicat Paulus, Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum, non quod Episcopali dignitate donatus, vxorem habeat, sed si prius habuerit vxorem, *i. Tim. 3.* antequam scilicet ad tantam dignitatem & sublimitatem subueheretur nō sit posthac habiturus. Dic consimiliter de illo qui nunc sacerdotio fungitur: quod si prius laicorum moribus viuens duxerit vxorem, ea defuncta, postquam ad sacros ordines promouetur, non sit posthac ducturus vxorem. Et in hac sententia stat Hieronymus in suis epistolis. Displacet & mihi quod Erasmus explicās hunc locū, *Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat.*) reiiciat hanc interpretationem, habeat, si habere liceat, cū id dicatur iis qui se non possunt à consuetudine mulierum prohibere. Hæc ille. Igitur concludam ex hac interpretatione, quod indiscriminatim licet omnibus & laicis & sacerdotibus vxorem habere (si modò nō possint) hoc est, difficulter possint sibi à congressu mulierum continere. Sed friuola & indocta est hæc interpretatio. Recta igitur erit hæc explanatio, Ad vitādam fornicationē vnusquisque habeat vxorem, si sibi liceat habere. Et sanè Paulus hoc loco loquitur de solutis: Nam communis hæc est doctorum sententia, Paulus consulit solutis vt si cōtinere non possint, ducant vxorem. Et cū finis primarius matrimonij sit ad propagandam sobolem institutus, vir spectando huiusmodi bonum, debet cū sua vxore inire coītum, pariter & vxor cū suo viro & hoc mutuo obsequio sese deuinciūt. Quamobrem adiicit Paulus, *Vxori vir debitū reddat, similiter autem & vxor viro.*) Legūt nonnulli etiam docti interpres, Vir debitum honorē suæ vxori reddat. Alii legūt, Debitam benevolentia reddat. Planè tamen vult dicere Paulus, coēat vir cū vxore, si vxor coītū postulet, sed verecundius vſus est verbo debiti. Et quia qui duxit vxorē, nisi ex cōsensu vxoris se nō valet abstinere, nec dare repudiū non peccanti, reddat coniugi debitum, quia sponte se alligauit, vt reddere cogeretur. Hoc autem est quod explicat Paulus dicens, *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.*) Nam in die nuptiarum vir transtulit dominium sui corporis in suum virum: licet ante coniugale officium poscit vir absque consensu suæ vxoris, vouere continentiam & contra, quia tale dominium nō absoluitur neque cōsummatur nisi subsequente carnali congressu. Postquam autem matrimonium est cōsummatū non licet viro absque consensu suæ vxoris vouere continentiam, nec etiā licet vxori absque consensu sui viri, huiusmodi votum emittere. Quod si vir nō habeat potestatem sui corporis, sed vxor, ergo hac in re vxor est domina corporis sui viri. Et recurrit hæc seruitus, Si vxor non habeat potestatem sui corporis, sed vir, igitur hac in re vir est dominus corporis suæ vxoris, & propterea, quantum ad coniugalia officia, vir & vxor sunt pares. Sed quantum ad regimen & œconomiā domus,

vir suæ vxori dominatur & imperat, oportetq; vxorē suo viro subiici: Nō enim vir est ex muliere, sed mulier ex viro, quāuis post ipsum Adā (qui factus est sine semine viri & mulieris) sit vir ex muliere, & mulier ex viro. Deinde docet Paulus quādo vir & vxor debent ad tēpus à cōiugali officio abstinere, *Nolite, inquit fraudare inuicē nisi forte ex consensu ad tēpus, ut vacatis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiā vestram.*) Sensus est, Nolit vxor inuito viro seruare continētiā, nolit & vir inuita vxore seruare continentiā: alioqui si vxor inuito viro seruaret continentiā, intentaret fraudē aduersus suum virū, & econtrā. Nā is dicitur alterū fraudare, qui detinet quod detinere nō debet, aut nō reddit quod tenet reddere. Potest tamē vir ex cōfensi suæ vxoris ad tēpus continere vt liberius & purius vacet orationibus, pariter & vxor: si tamē sit periculū lapsus carnis, & procliuitas ad incontinentiā, ad cōiugale officiū reuertantur, ne forte Satanas qui nemine nō callidē adoratur, de impudicitia eos sollicitet. Et quod subnec̄it Paulus, *Hoc autē dico secundū indulgentiā, non secundū imperium,*) hanc habet intelligentiam, Non impero vobis coniugalem congressum sed indulgeo & ignosco. Et indulgentia hoc loco sumitur pro ignoscētia & venia, siue permissione. Adnotemus tamen duplex esse permissionis genus: Vnum minoris mali, ad maius & deterius vitandū, & hoc modo in antiqua legē permittebatur repudium, etiā pro causa leuissima, ad vitandū vxoricidiū. Alterū minoris boni, & hoc modo permittit Paulus coniugiū, quod lōgē minus est bonū, *Augustin⁹.* quām virginitas. Augustinus tamē exponēs hunc locū libro vno Enchiridij ad Laurentiū, cap. 78. dicit, Quis autē iam esse peccatū neget, cūm dari veniā faciētibus Apostolica autoritas fateatur? arbitratur enim Augustinus miseri coniugi nō filiorum procreandorū causa, sed carnalis voluptatis, esse peccatū saltem veniale: & hoc forsitan Paulū prætendisse, cūm dixit, Hoc autem dico secundū veniā, nō secundū imperiū. Intelligamus vnu, Si vir cognoscat suā vxorem duntaxat propter voluptatē carnalē, & nullo modo propter filios procreādos, peccatū esse mortale, quia in tali cōgressu vir agit cōtra diuinā voluntatē, & contra finē primariū coniugii. si tamen misceatur suę vxori magis propter voluptatē quām sobolis propagationē, peccat peccato veniali. Sequor tamē quā adieci adnotatiunculā, nec puto Paulū velle innuere virum & vxorē peccare, cūm à Satana de incontinentiā solicitati, ad pristinū congressum reuertuntur, nec huiusmodi indulgentiā, siue permissioni, adiunctū est peccatū. Optaret enim Paulus vt vir & vxor à coītu abstinerent, quatenus magis placerēt & inferuissent Deo: si tamen à Diabolo de vito carnis tententur, permittit Paulus etiā sine peccato, vt coniugali officio incumbant: Nam subsequēs locus hoc planē indicat *Volo autē omnes vos esse sicut meipsum.*) Et sensus est, Opto & desidero omnes homines siue cōiugatos siue nō cōiugatos (si fieri potest) esse cōtinentes, sicut ego ipse sum cōtinentis: & si nō contineant omnino à congressu mulierū, saltē ad tēpus, ego tamen destinaui perpetuā seruare continentiā. Verū dicet quispiā, Si omnes homines cōtinerent sicut Paulus continebat, periret generatio: Respondebo Paulū id voluisse de singulis, non tamen quōd omnes simul continerent, aut dicam Paulum voluisse voluntate antecedente omnes homines continentēs esse, sicut Deus vult omnes homines saluos fieri, non tamen voluntate consequente: nam vult quosdam damnari, reprobos scilicet. Voluntas antecedens respicit id quod absolutē est melius, sicut omnes homines esse saluos vel continentēs: Voluntas autem consequens respicit, non id quod est absolutē melius, sed quod est melius, consideratis circunstantiis personarum & negociorum, & hac voluntate vult Deus quosdam damnari, & Paulus quosdam cōiugio alligari. Nec particula, Sicut, hoc loco, Volo autem omnes vos esse sicut meipsum, dicit omnimodam similitudinem: nam vanum esset illud desiderium, cūm non omnibus datum sit perpetuō continere, sicut Paulo datum est, sed induit quandā similitudinis imaginē. Et sensus est, sicut contineo à congressu mulieris, vellem singulos homines continere, & si nō perpetuō, saltē ad tempus. Id dico pro cōiugatis. Nec mihi placet expositio Erasmi, dicētis in suis Adnotatiōnibus

nibus, Paulum hunc sensum prætendisse, Velle omnes qui habent vxores, in totum abstinere ab illis. Deinde adiicit, Vel ex hoc loco coniicere licet Paulo fuisse coniugem, posteaquam de coniugatis agens sui facit mentionem. Sed exploratum est, vt iam dixi, Paulum hoc loco non solum agere de coniugatis, vt quid Paulus vellet omnes qui habent vxores, in totum abstinere ab illis, contra primarium finem coniugij? Hallucinatur & Erasmus arbitrando Paulum habuisse vxorem: Nam loquens *Lapsus Eras* Paulus de virginibus & viduis, dicit, Dico autem non nuptis & viduis, bonum est il- *lis si sic permanerint sicut & ego.* Obserua quāso verbum, permanerint, & sensus est, Consulerem virginibus & viduis vt perpetuō continerent sicut perpetuō continēo. Adde quod aduersatur Hieronymo, qui planē fatetur in suis Epistolis Paulum fuisse virginem. Quod autem subnec̄it Paulus, *Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, aliis verò sic.*) Planē monstrat donorum magnam esse diuerſitatem. Siquidem Deus vni largitur donum coniugij, & quidem propter bonū finem, alteri verò donum virginitatis & perpetuæ continentiæ, quod longè dono nuptiarum præstantius est. Et licet diuersa sint donorum & gratiarum genera, tamen vnu atque idem est spiritus, diuidens singulis prout vult. Hæc & præcedentibus adiicit Paulus, *Dico autē non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanerint, sicut & ego.*) Paulo antē, hunc locum explicuimus. Verū dicet quispiā, Si omnes viduae sint innuptæ, eō quōd licet aliquando nupserint, tamen per viduitatem sunt absolutæ à vinculo nuptiarum, cur igitur dicit Paulus, Dico innuptis & viduis, &c. Respondebo, non frustra Paulum adieciisse, innuptis & viduis: nam licet viduae omnes sint innuptæ, non tamen omnes innuptæ sunt viduae: nam virgines sunt innuptæ, quæ tamen non sunt viduae. Volebat itaque Paulus innuere, dico innuptis, hoc est, non eis solis dico quæ virgines sunt, sed etiam eis quæ viduae sunt, Bonum est illis, si sic permanerint sicut & ego. Et hæc est expositio Augustini libro vno de bono viruditatis, capite secundo. Dat & Paulus remedium & antidotum aduersus luxuriam, dicens, *Quod si non se continet, nubant,* hoc est, si non acceperint virgines & viduae donum continentiæ, vixque possint infrānem cōcupiscentiam reprimere, nubant: sicut & alibi dicit, Volo iuniores nubere, filios procreare. Assignat & sui consilijs rationē, *Melius est enim nubere quām vri.*) Hoce est, eligibilius est nubere quām libidinis incendio aduri: non quōd bonū sit vri, & superari cōcupiscentia, sed tolerabilius est matrimonio copulari quām incontinentiæ vitium incurrere. & hoc loco vñus est Paulus comparatione abusiva.

„ Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro nō discedere: quōd si discesserit, manere innuptam, „ aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat. Nam cæteris ego „ dico, nō dominus, Si quis frater vxorē habet infidelē, & hæc cōsentit ha- „ bitare cū illo, nō dimittat illā. Et si qua mulier habet virū infidelē, & hic „ cōsentit habitare cū illa, nō dimittat virū: sanctificatus est enim vir in- „ fidelis, per mulierē fidelē, & sanctificata est mulier infidelis, per virum fi- „ delē: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autē sancti sunt. Quod si „ infidelis discedit, discedat, nō enim seruituti subiectus est frater, aut so- „ ror in huiusmodi, in pace autem vocavit nos Deus. Vnde enim scis mu- „ lier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? „ nisi vnicuique sicut diuisit Dominus.) Paulus in exordio huiusc capitū cō- „ fuluerat Corinthiis (si gratia Dei cōtinere possent) ne se indissolubili coniugij nexu irretirent, nūc verò ostēdit quā sit volūtas Dei etiā præcipiēs, pro his qui sunt matrimonio alligati. Præcipit Dominus vxori ne à viro suo discedat; excepta quidem fornicationis causa, quōd si discesserit fracta coniugij fide, debet manere innupta, *o. iiij.*

aut viro suo (si continere non posse) reconciliari. Nam quandiu viuit eius vir, alligata est legi coniugij. quod si fuerit cum alio viro, vocabitur adultera. Nec licitum est viro, vxorem suam repudiare, nisi ob adulterij causam, (si modò consimili vitio non fuerit inquinatus) aut nō eam prostituerit, aut non ei præbuerit occasionem huiusc lapsus, nō reddendo forsitan debitum coniugale, cùm reddere debuerat. Nec ob sor didum adulterij vitium potest suam vxorem omnino repudiare, & à se abiicere, sed duntaxat quantum ad thorum. Siquidem in Euangeliō legimus Christū dixisse suis discipulis cùm ad eos in monte sermonem habuit, Dicitum est autem, Quicunque di-
Deut. 24. miserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui
Matth. 5. dimiserit vxorem suā, excepta fornicationis causa, facit eā mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Et cùm Pharisæi tentarent Christū, eumque interrogarent, Si nā li-
Matth. 19. ceret homini dimittere vxorē suam quacunque ex causa, respondit, Nō legistis, quia
Gene. 1. qui fecit ab initio masculū & fœminā, fecit eos, & dixit, Propter hoc dimitte homo
Gene. 2. patrem & matrem, & adhæredit vxori suā, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat. Dicunt illi,
Quid ergo Moïses mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moïses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationē, & aliā duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Quod autem adiicit Paulus, Nam ceteris ego dico, nō Dominus, si quis frater vxorem habet infidele, & haec consentit habitare cū illo, nō dimittat illam.) hanc habet intelligentiā. Si vir & mulier fuerint infideles cū matrimoniu contrixerunt, & vir post contractū matrimoniu ab errore infidelitatis ad fidem resipuerit, non autē vxor: aut ediuerso, si vxor post cōtinguum sit ad fidem adducta, non autē vir, consulit Paulus (non tamen præcipit) fratrem fideli ne dimittat suam vxorem infidelem, si velit cum eo citra cōtumeliam, iniuriam & blasphemiam creatoris habitare & conuersari. Siquidem præceptū Domini de dirimēdo coniugio intelligendū est, quando qui contrahunt matrimoniu sunt infideles. Quando autem iij qui volunt contrahere matrimoniu, dispare habēt & pugnātem cultum, ita quod vir colit vnum Deum, mulier verò idōla, aut ediuerso, tunc nō licet illis vinculo coniugali alligari. quod ostendit scriptura illa, Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis. Adde quod Esdras sacerdos diremit coniugium filiorum Israël qui duxerant vxores alienigenas de populis terrae. Similiter inquit Paulus, Si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit cum illa habitare, nolens eam seducere, & à cultu vnius Dei abducere, non dimittat virum.) & promptam huiusc rei rationem adfert, dicens, Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidem.) Hoc est, forsitan aliquando continget quod sanctitate, admonitione, exhortatione & fœnia doctrina mulieris fideli, resipiscet à sua infidelitate. Nam Sisinnius per Theodoram sanctam & fidelem coniugem suam, Romæ, tempore Clementis, conuersus est. Perstraxit & ad fidem Cæcilia virginitate & martyrio nobilitata Valerianum, cui inuita fuerat desponsata. Aliter sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidem, hoc est, nihil immunditia, nihil pollutionis contrahit, concubendo cum sua vxore fideli, sed integrum & veram pudicitiam seruat. Et eodem iure eadēque ratione sanctificata est mulier infidelis per virum fidem, Alioqui, inquit Paulus, Filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.) Hoc autem potest exponi de filiis nascitibus, aut de his qui iam nati sunt. Et primū de nascitibus loquendo vult impuere, Si facile dirimatis matrimonium vbi vir infidelis vult habitare cum sua uxore fideli, citra cōtumeliam creatoris, & ediuerso, filii qui de vestro coniugio nascerentur essent spurij, quia non de legitimo matrimonio procrearentur. Nunc autem si permaneatis in vestro coniugio, supportantes vos inuicem, sancti reputabuntur, hoc est mundi, quia de legitimo matrimonio procreabuntur. Loquendo autem de natis

de natis libefis, vult Paulus afferere, Si facile dirimeretis coniugium ob solam infidelitatis causam, filij vestri voluntarentur cōeno infidelitatis, sequentes maiorem partem infidelium qui tunc erant: nunc autem si persistatis in pudico coniugio, sancti sunt, hoc est, Christiani sunt, adhærentes fidei sui patris conuersi, aut matris conuersæ, vbi non est periculum de incitamento ad cultum idolorum. Quod si mulier infidelis ve lit discedere cum odio, contumelia & blasphemia creatoris, nolens à sua pertinaci infidelitate resipiscere, discedat: poterit enim vir fidelis licet contrahere matrimonium cum alia muliere fidelis. Nam pertinax contumelia creatoris dirimit omnino coniugium: Satius est enim coniugium ipsum dissoluere, quam pietatem in Dei cultū dimittere. Adde quod primum matrimonium erat dissoluble, quia nūquam fuit ratum. Nec frater fidelis aut soror fidelis in huiusmodi contractu seruituti coniugij subiectus est, nec astringitur sequi infidelem in odium & contumeliam creatoris discedētem. In pace enim Deus nos vocavit. Siquidem vetat foueri contentiones, litigia & dissensiones cum eo, qui in sui odium discessit. Nec vir fidelis debet suæ vxori in detrimentum suæ animæ discedenti, præbere ansam discordiæ & dissidiij, sed debet patienter tolerare eius discessum, ne si remaneret, eius veneno inficeretur. Quod autem adiicit Paulus, Vnde enim scis mulier si virum saluum facies? Aut vnde scis vir si mulierem salvam facies? hunc habet sensum, Qui scis mulier si tua admonitione, diligentia, assiduis que precationibus saluatura sis virum infidelem? quasi innueret, id quidem potest contingere, quamvis forsitan non contingat: & propterea quandiu res in ambiguo est, nō est dirimendū coniugium. Rursum, Qui scis vir fidelis si vxorem tuam ad salutis viā reduces? forsitan id Deus tibi tribuet, & tuis sacris officiis prophanicum cultum deferset, & propterea tibi consulo ne facilè suscepsum coniugium dirimas, nisi ita te geras erga tuam vxorem sicut vnicuique diuisit Deus, viro scilicet præfici, & mulieri subiici. Aliter, vnde id scis, nisi patienter expectes fieri sicut diuisit dominus vnicuique, hoc est, ordinavit de unoquoque, quando credat & quando saluetur.

Vnumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesiis doceo. Circuncisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorū Dei. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es? non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Precio empti estis, nolite fieri servi hominū. Vnusquisque ergo in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud Deum. De virginibus autem præceptum domini non habeo. consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori, noli querere solutionem. Solutus es ab vxore, noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.) Rursum Paulus ad id quod superius dixerat, redit, Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Et propterea consulit vnicuique ut permaneat in eo statu in quem à Deo accessitus est. Quod si in fortē coniugatorum vocatus sit, in ea castè mundè & honestè persistat. Si verò in sanctissimum & nobilissimum virginum chorum accessitus sit, ne tam præclaro munere abutatur, in eo permaneat. Nec tamen haec Christianæ vitae instituta solū docet Paulus in Corinthiorum Ecclesia, sed & in o. iiiij.

omnibus Ecclesiis, siue Iudeorum siue gentilium. Et inductionis forma hanc suadet assertionem, Vnusquisque ambulet, sicut a Deo vocatus est. Si Iudaico more circumcisus sit, non cogatur pertrahi ad praeputium, hoc est, ad ritum & mores gentiliū. Quod si in praeputio vocatus sit, non astringatur Iudaismum sectari. Hieronymus in Epistola ad Gaudentium, exponens hunc Pauli locum, Circuncisus aliquis vocatus est &c. dicit, Circuncisus quis, id est, virgo vocatus est, non adducat praeputium, hoc est, non querat pelliceas tunicas nuptiarum, quibus Adam electus de paradiſo virginitatis, induitus est. In praeputio quis vocatus est, hoc est, habens vxorem, & matrimonij pelle circundatus, non querat virginitatis & æternæ pudicitiae nuditatem, quam semel habere definit, sed vtatur vase suo in sanctificatione & pudicitia, bibatq; de fontibus suis, & non querat cisternas luparum dissipatas, quæ purissimas aquas pudicitiae continere non possunt. Hæc ille. Idem sentit libro i. aduersus Iouinianum, & in expositione illius loci Esaiae cap. 52. Quia non adiicit vltra vt pertranseat per te in circuncisus & immundus. Videtur tamen Hieronymus à communi interpretatione discedere, non enim hoc loco agit Paulus de virginibus, aut coniugatis, sed de diuerso statu in quem vocati sunt multi. Et cum dicit, Circuncisus aliquis vocatus est, &c. hoc vnum cum diuo Thoma prætendit, Si vocatus fuerit ad ritum Iudaicum, non adducat praeputium, hoc est, non cogatur ritus gentilium sectari. Et licet vnuſ sit in circuncisione vocatus ad fidem, alius verò in praeputio, non tamen ritus debet mutari vbi non officit saluti. quod pulchrè docet hoc subsequenti loco, Circuncisio nihil est, & praeputium nihil est, hoc est, neque Iudaicus neque Gentilis ritus quicquam ex se prodeſt aut obefit ad salutem, sed obseruatio diuinorū præceptorum, in qua summa Christianæ religionis sita est. Et quod ad Galatas dicit, huic veritati consentit, In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque praeputium, sed noua creatura, quæ scilicet exuto veteri homine nouum induit, & prostratis domitisque carnalibus affectibus Deo inseruit. Nec reiicit Paulus Circuncisionem tanquam prorsus inutilem, cum fuerit in veteri testamento Sacramentum institutum ad tollendum peccatum originale, & vt hoc signaculo fidei iustificantis a gentibus distinguerentur Iudei. Prodeſt itaq; Circuncisio si legem obſerues, si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua, praeputium facta est, hoc est, pro nihilo reputatur. Et quid commodi tibi adferunt excellētissima Ecclesiæ sacramēta, si tuis pertinacibus vitiis Deum ad iram prouoces? Quod autem gentilis nō debeat induci ad Iudaismum, nec Iudeus ad paganis̄mum, subindicat hæc authoritas. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Deniq; si quis vxorem duxerit, mancat in ea forte ad quam vocatus est. Si voverit virginitatem aut continentiam perpetuam, permaneat in ea vocatione in qua vocatus est, & agat gratias Deo quod in meliorem & perfectiorem statum sit accersitus. Insuper si quis ad sacerdotalem dignitatem vocatus sit, in ea cum omni vitæ sanctimonia permaneat. Quod si seruus ad fidem Christi sectandam vocatus sit, non sit illi curę seruitutem effugere. Vnde Paulus Onesimum seruum (quem autoramēto fidei donauera) ad suum dominum Philemonem remisit. Et licet seruus in Christo regeneratus, possit conari pro viribus vt in libertatem (qua nihil est iucundius & optabilius) asciscatur, tamen consilio Pauli debet manere in spirituali seruitute, vt omnibus in rebus magnam & commēdabilem humilitatem præ se ferat. & propterea cùm addit, Magis vire, vult dicere magis seruias. Quanto enim quis despectior est in hoc seculo propter dominum, tanto magis exaltabitur in futuro. Et licet Ioseph esset omnium liberissimus, non tamen seruitutem sub Pharaone Aegyptiorum rege respuit: imo in sua irreprehensibili seruitute suam dominam libera mœchię notauit, non quam commiserat, sed quam secum committere volebat. Et quia seruitus & libertas non officiū saluti, debent nobis pro indifferentibus reputari. Siquidem seruus & liber quantum ad rationem fidei pares sunt. Vnde ad Galatas dicit Paulus, Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudeus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque foemina: Omnes enim vnuſ estis in Christo Iesu. Addit

Paulus,

Paulus, Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini, hoc est, qui prius intolerabile seruitutis iugū portabat, cùm Domini gratia ad fidē vocatus est, a Domino manumissus est, vt sit liber libertate spirituali. Et qui liberatus est a peccato, factus est Rom. 6. seruus iustitiae. Vnde dicebat Christus Iudeis, Si vos filius liberauerit, verè liberi eri Ioan. 8. tis. Et qui excussa libertate corporali in spiritualē ascitus est, debet Christo per omnia inferuire: Denique qui redempti sunt & abluti preciosissimo sanguine Iesu Christi, debent officia Dei humanis officiis præferre. Cùm autem dicit Paulus, *Precio empti estis, nolite fieri serui hominum*, non prohibet Christianis, suis dominis etiam carnalibus Ephes. 6. inferuire. Nam ad Ephesios & Colloſſenses dicit, Serui obedite dominis carnalibus, Coloff. 3. cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, sed vetat magis & propensius inferuire hominibus quam Deo. Inhibet & hoc loco seruis exequi iussa suorum dominorum si quid imperauerint quod sit contra diuinum præceptum. Et concludendo dicit, *Vnusquisque ergo in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud Deum.* diuinis quidem iussis obsequendo, Vnusquisque enim quodcumque fecerit bonum hoc recipiet a Domino, siue seruus siue liber. Quod autem subnectitur, indicat Paulū omnibus studiis totisque affectibus ardere & accendi in commendationem virginitatis, quam qui suis laudibus extenuat, sicut fecit Iouinianus, perperā & indocte exæquans cum virginitate coniugia, & quem validissimis argumentis & sacris scripture testimoniis, confutauit Hieronymus, nescit quid commendare debeat. Pudicissimæ virgines & spiritu & corpore Deo sacratae, assiduis vigiliis, duris ieuniis, indefesso scarum literarum studio & incredibili cibi potusque parsimonia carnem suam perdomuerunt, vt candidissimum virginitatis florem, floridissimumque virginem pudicitiae candorem, illibatum, intactum & integrum seruarent. Et licet Dominus nō præceperit nobis vt virginitatem seruaremus, alioqui peccaret mortaliter qui vxore duceret, tamen Paulus perfectissimæ & mundissimæ continentiae studiosissimus, cōfudit nobis (si fieri potest) tanquam is qui Dei misericordia Apostolatum propaganda fidei susceperebat, vt omnino contineamus, nec sinamus nostra corpora mulierum congressu inquinari. Vnde in Apocalypsi legimus, Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coquinati, virgines enim sunt, Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Reddit & Paulus apertissimam rationem cur optimum sit in totum continere. Existimo, inquit, *hoc bonum esse propter instantem necessitatem*, coniugij scilicet vitandam, quoniam multæ necessitates instant. Sunt & intolerabiles cōnubij sarcinæ, sunt denique & innumeræ molestiae. Quidam legunt hoc loco, propter præsens tempus, siue præsentē necessitatē: Oportet enim huiusmodi cōfilia pro téporū ratione moderari. Et propterea bonū est homini sic esse: in virginitate scilicet aut cœlibatu persistere. Bonū quidē propter laudatissimā puritatē, libertatem spiritualē, & amplissimam mercedē. Deinde dicit Paulus pro cōiugatis, Si sis nexu coniugij vincitus, ne queras ab vxore dissolui, quandoquidē nexus tuus viuente vxore est indissolubilis. Quod si solutus sis ab vxore, tibi consulo ne iterum seruitutem coniugij toleres: Quod si nō possis cōtinere, duc iterum vxorem: Melius est enim nubere quam vri. Attende hoc loco Paulum non culpare secundas nuptias, nec vituperare bigamiā & trigamiam. Nec peccat virgo si nupserit, si modò virginitatem non voverit, Tribulationē tamen carnis sufferent huiusmodi, scilicet coniugati, nam cruciabuntur & affligētur multis curis, vt suę vitę consulant, siisque liberis, & toti familiae gubernandæ prouideat. Nec desunt aliquando lites cum affinibus, iurgia cum vxore, solicitudines rei domesticæ, improperia multa, & varia huius mundi incommoda, quæ matrimonium comitantur. Deinde adiicit Paulus, Ego autem vobis parco. Indulgeo & parco vestra fragilitati & infirmitati, vt si non possitis continere, vxorem ducatis: Aliter, condoleo vestras vicces, considerādo angores, curas, solicitudines & tristitias, quas in cōiugio tolerabitis.

Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flē-

„tes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mudo, tanquam non vtantur: præter enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat Deo. Ceat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu: Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porrò ad vtilitatem vestram dico, vt non laqueuni vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi. Si quis autem turpem se videri existimat super virginem sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. qd si dormierit vir eius, liberata est, cui autem vult nubat, tantu in Domino. Beatior autem erit, si sic permiserit secundum meum consiliū. Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.)

Et quoniam ætas hominum est admodum brevis, nec habemus h̄ic ciuitatem permanentem, sed futuram disquirimus: cōsulit Paulus viris ne carnalibus voluptatibus nimium indulgendo, Deum deserant, vt sic habitet & versentur cum suis vxoribus, quasi eas non haberent: nam lenius affliget matrimonij seruitus. cōsulit & omnibus Christianis diē supremū expectantibus, vt si rebus huius seculi fluxis, & mox perituri tangentur, leuissimè tamē tangentur. Sic gaudeant quibus fortuna arridet & blanditur, quasi nō gaudeat, & quos fortuna rebus sinistris presit, sic plorēt quasi nō plorent: & qui mercantur, sic mercentur quasi rem emptam non posseident: Et qui secularibus negotiis implicantur & inuoluuntur, sic vtatur hoc mudo, quasi nō vtantur. Præterit enim figura huius mudi, & fugit velut umbra, nihil habēs, quod sit diuturnum. Cupit & Paulus nos anxia rerum humanarum solicitudine minimè distorqueri, quo tutius & facilius ad immortalitatē properemus. Et quod potior sit cœlibatus quam coniugij conditio, subsequēs hic cōtextus indicat, *Quisine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.*) Qui cœlibatum agit studiis omnibus adnititur Domino placere, illecebrofas voluptates exhorret, lasciuas cantiones fugit, impudicorum colloquia vitat, cupit cum his vel maximè viuere, qui calcatis rebus humanis cœlestia meditantur. Qui verò duxit vxore, modis omnibus studet vxori placere, cùm verborum blanditiis, tum splendido vestimentorum cultu, multis deniq; pollicitationibus, quamplurimis insuper blādimentis, lepidisque iocis & salibus, ita vt laqueis amoris irretitus, quę Dei sunt, nō cogitet, & diuisus est, quia partim Domino vacat, partim rebus vxoriis. Itidem accidit in muliere: Virgo autē & mulier alioqui cœlebs, sui voti cōpos, rebūsque diuinis omnino addicta, fatigat vni Christo, tāquam suo sponso placere, vt illibatam & corporis & animi sanctimonī seruet. Et propterea quæ ardet in libidinem, non tamen habet facultatem concubendi, non est dicenda absolūte & perfecte virgo, quia animo cōtaminata est, licet reputetur virgo, quia claustra suæ virginitatis non sunt rupta. Et quæ nupsit humanis affectibus cruciata, cogitat quæ sunt mudi, quomodo placeat viro, cui debet obsequiū. Et quod adiicit

adiicit Paulus, *Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi,* hūc habet sensum, Licet cœlibatum extollam, & magnopere cōtinentiam prædicem, non tam meus sermo eō tendit vt vobis adimam libertatem contrahendi, aut non contrahendi matrimonij, aut vos quadam necessitate adigam in aliquod vitæ genus, quod cuiusquā animo non sedeat: nec vobis (si pruriatis amore coniugij contrahendi) iniiciendus est laqueus fornicationis, sed vobis consulo vt cœlibem vitam agatis, si velitis perpetuo studio, sincerōque cultu Deo adhærere: *Siquidem anxia rei vxoriæ solicitude vos quodammodo à domino nostro Iesu Christo diuellit, præpeditq; quo minus pure & liberè sacrī obsecrationibus & precationibus vacetis.* Porrò qui reformidat ne quid turpitudinis & infamiae sibi contrahat, si filiam virginem plus satis viro maturam, ultra iustum tempus domi clausam teneat, atque ita res suadet vt nubat, nō obſisto. Denique qui non compellitur seruare virginitatem, potestatem tamen habet seruandi, & firma animi sententia decernit, se hoc præclarum munus seruaturum, bene facit & præclarè agit. Igitur qui non potest continere, si matrimonio virginitatem suam copulauerit, bene facit, rectius autem & melius facit, si non copulauerit. Lapsus est foedissimè Iouinianus non dispiciens quid hoc loco Paulus dicat de virginitate, *Lapsus Ioui-* quam nuptiis longè præfert. Afferuit ille magis ineptus quam doctus, magisque bar-*nianus.* barus quam lepidus, virgines, viduas & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepēt cæteris operibus, eiusdem esse meriti. Et adeò prædicauit nuptias & extulit, vt virginitati detraxerit. Quando enim minora maioribus coæquantur, inferioris comparatio, superioris iniuria est, vt dicit Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum. Verū reiecta hac pestifera hæresi ad institutum & narrationem Pauli redeamus. Mulier quæ födere coniugij sese marito astrinxit, non potest ab eo nisi per mortem diuelli, quod si è vita decesserit, ius habet & libertatem iterandi coniugij, vt nubat cuicunque velit, duntaxat tamen in domino, hoc est, quod Christianum sit cōiugium, & cum viro fideli contractum. Longè tamen fœlicior erit secundum Paulinum consilium si concessas nuptias non iterauerit. Et ne hoc consilium leue pondus apud Corinthios haberet, fatetur Paulus se spiritum à Deo hausisse, vt hoc tanquam commodius cōsuleret. Optat Erasmus in Annotationib; quas in hoc caput differē. *In Erasmū,* dum edidit, vt qui infoelici coniugio sibi cohærent cum exitio vtriusque, vt omnino disiungantur, ita quod liceat viro (si rectè diremptum sit matrimonium) cum alia copulari: Liceat etiam & vxori quæ cum viro diuortium fecit, alteri nubere. Sed reiicendum puto & explodēdum hoc Erasmicū votum, quandoquidem non potest vir à sua vxore omnino diuelli citrā iniuriam & diuini præcepti, & Paulinæ authoritatis. Et si diuortium fiat sola fornicationis causa, non tamen tollit indissolubile cōiugij vinculum. Ergo nulla causa adduci potest quæ permittat viro, facto equidem diuortio quantum ad thorū, cum alia copulari. In primo Tomo nostræ Theosophiæ, hunc Erasmi errorem, Adulterium facit vt mulier desierit esse vxor, quæ se alteri viro miscuit, reuicimus.

Argumentum octauī capitī.

R Idiculus est ille & insanus ac veræ scientiæ prorsus ignarus, qui idōlis immolat quod Deo immolandum est. Turgescit & inflatur vana scientia qui magnificè de se sentit, sibi que multarum rerum peritiam vindicat. Qui verò sincero affectu Deum diligit, proximūque suum feruenti amore prosequitur cognitus est ab eo qui abditam habet & arcanam rerum omnium sapientiam. Et licet idōlum nihil sit in mundo, sed sit vnius Deus purè colendus, tamen qui citra scrupulū conscientiæ idolothyrum manducat, nō polluitur. Qui in fratre ad lapsū facilem peccat, eūmque quodam ciboru genere scandalizat, in Christum peccat.

Caput octauum.

DE iis autem quæ idôlis immolantur, scimus quòd omnes sciétiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nôdum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis autem quæ idôlis immolantur, scimus quia nihil est idôlum in mundo, & quòd nullus est Deus nisi vñus. nam & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, (siquidé sunt dij multi & domini multi) nobis tamé vñus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illum, & vñus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum, sed non in omnibus est scientia.) Satis supérque satis docuit Paulus Corinthios, de his quæ ad coniugium, cœlibatum & virginitatem spectant: de his autem quæ idôlis litantur & sacrificantur, non arbitratur necessarium esse eos docere, & propterea dicit, De iis quæ idôlis immolâtur, nō est necesse vt vos certiores reddam: an scilicet liceat edere idolothytum, an non. Nam & ego & vos ipsi scimus, quòd licet huiusmodi cibis in se vesci. Siquidem omnia sunt munda mundis. Et nos omnes, & vos inter cæteros præcellentes, & creatoris & creaturarum sciétiam habemus, & propterea non poterimus nobis prætexere excusationem si turpia facta commiserimus. Et licet scientia præclarum Dei sit donum, quo à brutis animantibus separamur, tamen inutilis est, frigida & manca, nisi charitatis igne inflametur, ardeat & incalescat. Nam si sola sit scientia, inflat, hominémque facit aduersus ignaros, idiotas & illitteratos, superbire & insolescere. Sicut enim vinum non dilutum aqua, mentem turbat & hebet, ita scientia superbum facit si non fuerit charitate temperata. Charitas verò & si nullis sit scientiæ præsidiis adiuta, tamen plurimum prodest & ædificat. Nam patiēt & benigna, nec querit quæ sua sunt, nec cogitat malum, nec gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Quòd si quis tumido animo iactet se nonnihil scire, & ob huiusmodi persuasio nem cæteros contemptim despiciat, neminémque non rhinocerontis naso subsannet, cupiatque in conspectu hominum & theatro videri, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire, quia non vtitur scientia vt decet, nec virtutem scientiæ cum charitate copulat. Quid enim mihi cōducit scire si nam liceat vesci idolothyto, & nō expendere si huiusmodi esus offendat infirmum? Omnia enim & recto ordine & exquisito studio & iusta dispensatione & bono fine tractanda sunt, ne quæ per se licita sunt, per occasionem scandali fiant illicita. Quòd si quis ardentibus votis synceróq; affectu diligat Deum, ab eo cognoscetur, hoc est, approbabitur. Etenim nouit dominus illos, qui suis iussis obsequuntur, nescit autem illos qui suæ voluntati reclamant. vnde de impiis & iniustis dicit dominus in Euangeliō, Nunquam noui vos. Nec cognoscimus Deum, nisi eius mandata obseruemus. Quod verò subneçtit Paulus de vintando simulacrorum cultu, *Idôlum nihil est*, hanc habet intelligentiam, idôlum nihil debet æstimari, nihilque diuinitatis & potestatis habet. quod patet manifestè de idôlo Baal, quod sanctus Helias spreuit & derisit, interfecitq; in torrente Cison Prophetas Baal. Nihil tamen prohibet in idôlo esse spiritualem quandam virtutem, à dæmone profectam, quæ responsa dabat querentibus. Adiicit & præcedentibus Paulus ad negligenda & conterenda idôla, *Nam & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo siue in terra (siquidem sunt dij multi, & domini multi) nobis tamé vñus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illum, &c.* Dij in cœlo (vt volunt nonnulli interpretes) sunt boni angeli, & electi Dei. Dij verò in terra, sunt Imperatores, Reges, Duces, Iudices & Magistratus, & in vñuersum qui publicam reipublicæ functionem obeút, de quibus dicit dominus per Prophetam, *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.*

Vsquequo

Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis. Et paulo post, *Ego di- Psal. 31 xi. Dij estis, & filij excelsi omnes. Hoc autē Psalmographi testimonio vñus est Christus aduersus pertinacissimos Iudæos de eius diuinitate malè sentientes. Cùm enim illi obiicerent Christo, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia Ioan. 10. tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis, Nónne scriptum est in lege vestra, Ego dixi Dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scripture, quem pater sanctificauit, & misit in mundū, vos dicitis, Quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum. Legimus & in Exodo de iis qui publica functio Exo. 22. ne cæteris præficiuntur, Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Ab Ethnicis Sol & Luna, & cætera astra dij coelestes dicebantur: Apollo verò Hercules & Aesculapius, dij terreni. vñus tamen est Deus simpliciter & absolutè, Pater coelestis, quem nos oportet adorare spiritu & veritate. Ab hoc autem supremo Deo dimanant omnia, & nos ab eo sumus, & vñus est dominus Iesus Christus, per quem omnia sunt creata, & nos per ipsum, etiam regenerati & saluati: vñus denique est spiritus sanctus in quem sunt omnia, & nos in ipsum, veruntamen non in omnibus est hæc diuina scientia spiritualisque & arcana cognitio. Nec omnes etiam credentes norunt mysterium vnius Dei: Nam quidam ex iis qui credunt arbitrantur aliquid esse numinis in simulacris.*

Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothy- tum manducat, & conscientia ipsorum, cùm sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo: Neque enim si manducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentem, nónne conscientia eius, cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandū idolothyta? Et peribit infirmus in tua cōscientia frater, propter quē Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorū infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, nō māducabo carnem in æternū, ne fratrem meū scandalizem.)

Adnotemus idolothyta, nomen esse compositum ad idôlo, & verbo γεω, quod est sacrificio, hinc ἀθλόθυτα, idôlis siue simulacris immolata. Et dicitur idôlon ab εἴλος, species, quòd speciem & imaginem inanem præ se ferat, quum absit veritas. Vnde quæ nos spētra vocamus, Græci vocant εἰδῶλα. Cùm autem dicit Paulus, *Quidam cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothyta manducant &c.* vult innuere quosdam arbitrii idôlum nonnihil esse, & aliquid virtutis & diuinitatis in se continere, & propterea vescebantur escis idôlo immolatis. verū non ita erat vescendum: Nā conscientia eorum fide infirma, & propterea polluebantur, & peccabant vescendo idolothyto: Nec peccabant quia vescebantur cibis idôlo immolatis, sed quia cum tali conscientia infirma vescebantur. Non enim licet de immolatis edere tanquā immolatis, aut si vis quatenus sunt idôlo immolata, sed licet simpliciter & absque vlo conscientiæ scrupulo edere, nihilo plus existimando quòd sint immolata quām non essent immolata, firmiter credendo idôlū nihil esse. Non enim vetitum est vesci in se cibis idôlo immolatis, nec etiam præceptū est, quandoquidē esca secundum sui substatiātē cōsiderata, minimè nos cōmendat Deo, sed recta fides in edendo. In Apocalypsi capite secundo reprehenditur Iezabel mulier, quòd seduxerit seruos suos, eosque docuerit manducare de idolothyta. Nec regnum Dei est esca & potus. *Nam si manducauerimus non propterea abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus.* Et sensus est, si manducauerimus non plus gratiæ à Deo accipiemus, quām si non manducauerimus: Et si non manducauerimus, non minus gratiæ à Deo accipiemus, quā si

mānducauerimus. Nec pollutus fuit Helias comedendo carnes, nec fuit Esau iustificatus esu lenticulæ. Quare comedere hunc vel illum cibum (si modò neq; Deus neque Ecclesia vetuerit) est quid indifferens: comedere autem carnes in sancta quadragesima aut feria sexta & sabbato etiam extra quadragesimam, citra vrgentem necessitatem, est graue admodum peccatum, quia id vetat Ecclesia, vetant & sancta concilia. Ad hunc Pauli locum differendum de esca quæ nos non commendat Deo, dicit Faber, Ergo dicet quispiam, erunt actus hominis, erunt hominis opera quæ neq; meritoria erunt neque demeritoria. Dicimus apud Paulum qui gratia Dei tribuit omnia, fermè prophanum esse loqui de merito operum, maximè erga Deum. Nam propriè meritum, non gratiam requirere videtur, sed debitum. & meritum tribuere operibus, propemodum cum eis est sentire qui credunt nos ex operibus iustificari posse, de quo errore damnantur Iudæi plurimùm. Hæc ille. Verùm hunc errorem refellendo, ostendam ex sacris literis non esse prophanum sed sacrum & pium, loqui de merito operum, etiam erga Deum. Beatitudo æterna, de qua dicit Christus in Euangeliō, Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis, rependitur electis Dei & sanctis, secundum eorum merita, ita q; si plus meruerint, erit & illis maior retributio, si minus, & minor quoque retributio. Siquidē in libro Sapientiæ legimus, Reddedit iustis mercedem laborum suorum. Nec dominus Deus reddidit iustis mercedem laborum suorum, nisi huiusmodi mercedem meruerint, alioqui non esset vocanda merces. Tum quoque, Justi autem in perpetuum viuent, & apud Deū est merces eorum. Adhuc, Seminanti iustitiam merces fidelis. Insuper, Qui timetis dominū, credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Præterea loqués Paulus de merito suorum certaminum dicit, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quā reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Postulat itaq; Paulus athleta Christi generosissimus, coronā rependi suis præclaris & meritorius operibus, etiam secundum rationem iustitiae. Dicit & Ioannes in Apocalypsi, Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradyso Dei mei. Scribit & Iacobus, Beatus qui suffert temptationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se. Et quis negat, meritum esse operis, sufferre inuicto animo temptationem, si modò homo sit in gratia, alioqui non recipere posthac immarcessibilem vitæ æternæ coronam. Et falsa esset illa Christi assertio, Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius, si non essent opera meritoria & demeritoria, quem locum enarrans Paulus dicit, Reddet vitam æternam iis qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem querunt: iis autem qui sunt ex contentione & qui non acquiescent veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Et quid clarius & evidentius hac Paulina autoritate ad extollenda merita? Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Nec meritum tribuere operibus, est male sentire cum eis, qui credunt nos ex operibus iustificari posse, quod tamen putat Faber. Non enim hallucinantur, sed recte sentiunt cum diuo Iacobo, qui credunt hominem posse iustificari ex operibus fidem consummantibus. & hoc genere iustificationis iustificatus est Abraham, offerens Isaac filium suū super altare. Damnantur autem Iudæi & reprehenduntur, quia suam iustificationem magis tribuebant suis ceremoniis & operibus Mosaicæ legis quām dono fidei, vt diximus exponendo illum Pauli locum, Israel sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Quare? Quia nō ex fide, sed quasi ex operibus. Quomodo autem meremur, an ex condigno simpliciter, an ex condigno secundum quid, alibi declarauimus. Sed reuertamur ad explicationē huiusc contextus de mandatione idolothyti, quando est licita, & quando est illicita. Cùm nobis est facultas aliquid faciendi vel non faciendi, dispiciamus si facientes ædificamus, aut si fratrem offendimus. Si ædificamus, possumus facere, si verò fratré offendimus, nō possumus facere: verbi causa, tu qui scis firmiter idólū nihil esse, simpliciter vesceris idolothyto etiam absque

absque laſione tuę conscientiæ, si tamē cognoueris fratrē tuum hæsitare si nam idōlum sit aliquid nécne, non debes eo spectante comedere idōlo immolatum: nam confirmabis eius errorem, quod idōlum sit aliquid, & arbitrabitur te vesci immolato, quatenus immolatum est, téque manducaſſe idolothytum causa venerationis idōli. hoc autem exprimit Paulus dicens, *Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis: Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, quod scilicet idōlum nihil est, & quidem discubentem in idolio siue templo idōli, nōnne conscientia eius cùm sit infirma tuo exemplo ædificabitur ad manducandum idolothyta?* qui tamen prius iudicabat non sibi licere vesci idolothyto, & peribit infirm⁹ in tua conscientia frater, occasione scilicet accepta à tua sciētia siue cognitione, propter quem tamen saluandum Christus oppetiit mortem. Huic sententiæ similis est illa, *Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est.* Rom.14. Itaque peccantes in fratres peccato scandali, & percutientes conscientiam eorum infirmam, gladio quidē mali exēpli in Christum peccatis, qui vetuit scandalum pusillorum & infirmorum. Quapropter si esca occasione quadam offendat fratrem meum, abstinebo perpetuo ab esu carnium, ne fratrem meum offendam. Quod si nobis abstinendum sit ab his quæ quodammodo vitæ necessaria sunt ad vitandum scandalum fratrum, multo magis à superfluis.

Argumentum noni capit. 40

Q Vanus Paulus destinatus gentibus Apostolus, intelligeret multa sibi atque ceteris Apostolis licere, vt quod meteret & reciperet temporaria ab his quibus spiritualia seminauerat, non tamen v̄sus est hac libertate & facultate ne quod offendiculum & impedimentum daret Euangelio Iesu Christi. Et quia vocatus est à Deo ad spargendum longè latèque sementem Euangelicam, impetratur sibi malum, si euangelicæ legationis munus non obierit. Et licet omnium liberimus esset, pro Christo tamen optatissimum & iucundissimum euangelicæ seruitutis iugum tolerare voluit, vt neminem non ad fidem accenseret. Adhortatur omnes Christianos ad strenuè & legitimè certandum aduersus carnem, dæmones, & omnes fidei hostes, vt incorruptibilem æternæ vitæ coronam affuantur.

Caput nonum.

„ **N** On sum liber? Non sum Apostolus? Nónne Christum Iesum dominum nostrum vidi? Nónne opus meum vos estis in domino? Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum: „ Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino. Mea „ defensio apud eos qui me interrogant, hæc est, Nunquid non habe „ mus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus po „ testatem mulierem sororem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli, & „ fratres domini, & Cephas? Aut ego solus & Barnabas non habemus po „ testatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vñquam? Quis plâ „ tat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte „ gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An

Gala.2.

Act.9.

Act.22.

i.Cor.4.

Rom.11.

Math.13.

Ioan.1.

„ & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi , Non alligabis os boui trituranti . Nunquid de bobus cura est Deo ? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi . Si nos vobis spiritualia seminauimus , magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? Sed non vñsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus , ne quod offendiculum demus Euangelio Christi . Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt , & qui altario deseruiunt , cum altario participant? Ita & dominus ordinavit iis qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.) Nihil non reiicit Paulus etiam quod sibi licet, vt euangelicam perfectionem indipiscatur. *Non sum*, inquit, *liber?* quasi innueret, sum sanè liber, & non mihi deest facultas accipiendi stipendia pro functione mei Apostolatus, & pro meis concionibus. *Non sum Apostolus?* Imo sanè vere sum Apostolus . Nec id laudis mihi tribuo sed Christo, qui me ad Apostolatum vocauit : Qui enim operatus est Petro in Apostolatu Circumcisiois, operatus est & mihi inter gentes. Quòd si Apostolus ratione sui Apostolatus habeat facultatem accipiendi sumptus , & ego qui sum Apostolus potero vti hac facultate: non tamen mihi est animus ea vti, ne offendam Euangelium Christi . Duplici autem ratione probat se esse Apostolum.

Nonne Christum dominum nostrum vidi? qui me misit ad obeundum euangelicæ legationis munus. Et licet non eum viderim cùm inter mortales versabatur , tamen eum vidi immortalitate donatum, & quidem in via, vnde in Actis Apostolorum legimus, quòd Barnabas apprehensum Paulum duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset dominum, & quòd locutus est ei. Vidi, & dominum cùm orare in templo . Siquidem in eadem hystoria dicit Lucas , Factum est autem reuertenti mihi in Hierusalem, & oranti in templo, fieri me in stuporem mentis, & videre illum dicitem mihi, Festina, & exi velociter ex Hierusalem. Alia ratione suadet se esse Apostolum cùm dicit, *Nonne opus meum vos estis in domino?* Nam meis studiis , mea opera meisque conatibus, ad fidem Iesu Christi adducti estis , & in Christo Iesu per Euangelium vos genui. Et si non sim aliis Apostolus, videlicet Iudeis, vobis tamen & ceteris gentibus sum Apostolus. Quandiu enim sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo. Nec hæsitandum est quin sim vobis delectus Apostolus. Nam estis sigillum & confirmatio meæ authoritatis apostolicæ. Alludit autem Paulus hoc loco ad vulgatum prouerbium . cùm enim quid certum & indubitatum intelligi volamus, id dicimus obsignatis literis testatum . Cùm autem subnec̄tit, *Mea defensio appud eos qui me interrogant hæc est.* vult innuere , Illis per vos tanquam meos filiolos, respondeo, qui rogant quo argumento doceam me esse Apostolum . Et quia apostolatu fungor, potestatem habeo manducandi & bibendi, & recipiendi commeatum vitæ ab his, quibus coelestem Euangelij cibum suppedito. Denique facultatē habeo mulierem, sororem quidē Christianam circunducendi sicut cæteri Apostoli, & fratres domini, cognati scilicet, Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas: addidit & Cephas, quod interpretatur Petrus , & huiusmodi sanctæ mulieres virtutum omnium admodum cupidæ , & Euangelicæ doctrinæ studiosæ , sequebantur Apostolos, ipsisque necessaria ministrabant . Nec hoc loco sumit Paulus mulierem pro vxore, quod tamen multi arbitrantur , qui dicunt Apostolos vxores suas secum circunducere solitos. Nec defuit Ignatio sua opinio , qui dixit Paulum habuisse vxorem , quod tamen non credimus : & sectando sententiam & iudicium Hieronymi dicimus Paulum fuisse virginem, nec vñquam duxisse vxorem : sed generaliter sumit nomen mulieris pro fœmineo sexu . non enim nomen mulieris, est nomen corruptæ, alioqui Chri-

Christus non vocasset frequenter suam matrem, mulierem. Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum , exponens hunc Pauli locum , qui de mulieribus sororibus infertur, dicit, Perspicuum est, non vxores debere intelligi, sed eas quæ de sua substancia magistris ministrabant. Quod & in veteri lege de Sunamitide illa scribitur , quæ solita sit Eliseum recipere, & ponere ei mensam & panem &c. Quod autem adiicit,

Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi, hunc habet sensum, An non habemus potestatem non operandi? An nobis solis non licet in ocio viuere suppeditantibus aliis? Nam ego & Barnabas opera manuaria nobis victum paramus. Aut hunc sensum accipe, An nō habemus potestatem, vt hoc nobis liceat agere quod agunt omnes? Et pulcherrimis parabolis validissimisque testimoniis è sacra scriptura desumptis, probat sibi & suis commilitonibus licuisse accipere stipendiolum ab his , quos euangelicam sapientiam docebant. *Quis, inquit, militat suis stipendii unquam?* quasi dicat, nullus. Siquidem militibus decernuntur à principe aut à republi-*ca stipendia.* Vnde dicebat Ioannes Baptista militibus ab eo sciscitantibus quidnam essent facturi vt regnum Dei assequerentur, Neminem concutiatis , neque calumniā *Luc.3.* faciatis, & contenti estote stipendiis vestris . Quòd si carnales milites publicis stipendiis alantur, multò magis Christiani milites, qui innumeris persecutionibus agitan-*tur, infestantur & ab hoste spiritali , nullumque vitæ discriminem pro Christiana reli- gione non subeunt. Porrò quis plantat vineam, & fructum eius non edit?* Quòd si viticola colendo vitem, pluuiam perferant, grandinem sentiant, estum solis admodum feruentem tolerent, multaque calamitates patientur , & ob id qui nutriantur digni sint, multo magis Apostoli, qui nouellas in agro Ecclesiæ plantationes cum multa solici-*tudine variisque afflictionibus plantarunt. Insuper, quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Nec dicit, qui pascit semetipsum . Nam diris imprecationibus suisque infernalibus deuouendus est sordidus & auarus pastor , qui lupum agens, se ipsum pascit, & non suum gregem . Quòd si diligentissimi pastores promerentur vt de lacte gregis manducent, non autem vt lac totum absorbeant , multo magis ecclesiastici & Euangelici pastores promerentur vt ab illis nutriantur , quibus Euangelij pabulum suppeditant . Nec id solū Paulus humanis rationibus affirmat, sed & Mosaicæ legis testimonio. Siquidem scriptum est in lege Moysi, *Non alligabis os boui trituranti.* In Deuteromio legimus, Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas . Quòd si non sit obserandum neque obstruendum os bouis triturantis, neque Apostolis & Ecclesiasticis viris, qui laborant in verbo & doctrina , denegandus est cibus. Et ad id plenius confirmandum adiicit Paulus, *Nunquid de bobus cura est Deo?* non quòd Deus boum curam non habeat (siquidem omnibus animantibus prouidet) sed quòd legem illam de bobus non tulerit, quemadmodum quæ in veteri testamento de brutis animantibus narrantur, ad hominum doctrinam conferri debet. Hinc illud, Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, hoc sanè asseverat hic subsequens contextus, *An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt,* ne vllus auditori contradicendi locus relinquatur. *Quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi.* Qui enim alios instruit & docet, debet sub spe labore mercedis insumere. Deinde ostendit compensanda esse sacroru officia, licet non possimus inuenire parem bonoru temporaliū pro spiritualibus cōpen-*sationē.* *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est si carnalia vestra metamus,* quasi innueret, saltē ad vos spectat cōcionatores alere, qui vestras animas spiritali cibo sagina-*runt.* Deniq; si alij pseudapostoli scilicet, fuerint vestre potestatis participes, quare nō potius nos qui nō adulteramus Euageliū Iesu Christi, sed sincere prædicamus? Aliatis pseudapostolos, qui tamē loco cibi venenū vobis porrexerūt, multo magis debetis veros Apostolos alere, qui modis omnibus vestræ saluti prospiciunt & studēt. Nec tamen facultate etiā nobis licita vñsumus . & licet penuria patiamur, non tamen sumptus & vitæ cōmeatum à vobis exigimus, sed omnia inuicto animo pro gloria & singulari cōmendatione Euageliū Iesu Christi toleramus , veremur enim ne accipiendo à *Hec obserua.* *Deut.25.* *i. Tim.5.* *Rom.15.* *p. iii.*

vobis admodum auaris, vita necessaria, nostra authoritas in reprehendendis liberè vi
tii immiuatur. hinc daremus impedimentum & offendiculum Euangelio Iesu Christi, & non nihil existeret quod Euagelicæ prædicationi moram vllam adferret. Nec est hoc loco græcè σκάνδαλον, quod interpres vertit offendiculum, sed ἔγκωντων, quod significat intermissionem siue intercisionem, vt diligenter Theophylactus adnotauit. Alia ratione probat sibi licuisse munusculū aliquod pro suis sacris concionibus recipere, *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, siue qui sacra operantur, de sacrario edunt? Et qui altario deseruiunt, siue altari insistunt, cum altario participant?* Siquidem oblata haud quamquam de cætero erat iuris offerentium, sed in sacrarij & altaris potestatem cædebant. Participes autem eò dixit quia immolatorū animantium sanguis in altare per-

Exod.29. fundebatur, adolebatürque adeps, & igni consumebatur. Carnis verò portionem sa-

Deut.18. cerdos sumebat, pectusculū scilicet & aruum dextrum. Erant itaque holocaustomata ipsa & altari & sacrario mancipata. *Ordinavit ergo dominus iis qui Euangelium annunciar, de Euangelio viuere.* Pulchrè dixit & scitè de Euangelio viuere, & non pro Euangelio opes congerere, & cumulandis pecuniis incumbere, quod faciunt quidam auari concionatores, qui nihil pro replendis fæculis non exigunt à populo, stomachantur & in suos auditores quod non sibiipsis abundè sit satisfactum. Legimus dominum suis discipulis dixisse cùm eos ad prædicandum misit, ne commeatus vitæ essent soliciiti,

Matth.10. Dignus est operarius cibo suo, siue vt scribit Lucas, mercede sua, vt sit aliquantula tēporanei boni pro spiritali compensatio.

„ Ego autem nullo horum usus sum. Nō autem scripsi hæc, vt ita fiat „ in me: Bonum est enim mihi magis mori, quām vt gloriam meam quis „ euacuet. Nam & si Euangelizauero, nō est mihi gloria, necessitas enim „ mihi incumbit, vñ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim vo- „ lens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi cre- „ dita est. Quæ est ergo merces mea? vt Euangelium prædicans, sine sum- „ ptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio: „ Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium mē seruum feci, vt plures „ lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucra- „ rer, iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub le- „ ge) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem, iis qui sine lege erant, tan- „ quam sine lege essem (cùm sine lege Dei non essem) sed in lege essem „ Christi, vt lucrifacerem eos qui sine lege erant, factus sum infirmis infir- „ mus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes „ facerem saluos. Omnia autem facio propter Euangelium, vt particeps „ eius efficiar. Nescitis quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidem cur- „ runt, sed vñus accipit brauim? Sic currite vt comprehendatis. Omnis „ autem qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt „ corruptibilem coronam accipient, nos autem incorruptam. Ego igitur „ sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans, „ sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cùm aliis prædi- „ cauerim, ipse reprobus efficiar.) Et licet non sit mihi ademptum ius rei con- „ cessæ, secundo tamen Christianam charitatem, & vt liberius, integrius & inculpatius munus meum obirem, magis volui alienis quām meis studere commodis. Denique licet multis argumentis suaferim licere concionatoribus de Euangelio viuere, nun- quam tamen mihi fuit animus vtendi hac facultate. Siquidem optarem citius emori fame

fame quām committerem vt quisquam hanc mihi gloriam adimeret, quam gratis prædicando Euangelium consequutus sum. Quòd si à vobis aut ab aliis sumptus, vi- tæque alimoniam sumerem, meam haud dubie (& si nulla sit) gloriam obscurarem, priuarérque præmio supererogationis, quod loco meæ gloriæ intelligendum existi- mo. Nec tamen est quod glorier, si prædicem Euangelium: siquidem necessitas mihi incumbit, nam Dominus cui debeo per omnia parere, mihi præcepit vt hoc delega- to officio fungar. Imprecabor & mihi supplicium, si non vt decet meum munus ob- iero. Quòd si sp̄otanea voluntate prædicauerim Euangelium, præmio mihi promis- so non frustrabor. Si verò inuitus, & solo præcepto coactus prædicem, dispensatio mihi credita est, velim nolim, mihi peragendū est quod delegatum est. Et quia gratis Matth.10. accepi sicut & cæteri apostoli, gratis dabo. Verùm vt amplissimo supererogationis præmio doner, sine sumptibus, sine quæstu, sine muneribus sine vlla temporanei cō- modi spe, gratis & vobis & omnibus ḡtibus euangelicam doctrinam impertiar. Nec illos imitabor qui ad quæstum docendo, non Iesu Christi negocium, sed suum agūt. Et licet omnium liberrimus essem, vltò tamen seruitutis iugum subij, quod non mihi euangelicam libertatem ademit. Id autem lubens feci, vt omnibus obseruiēdo, plu- res Domino meo lucrifacerem. Denique memet attemperauit & accommodauit Iu- daïs, obseruando ad tempus Mosaïca legis præscripta, diligendo certum genus cibō- rum, circuncidendo Timotheum, purificando meipsum cum quatuor viris votum Act.16. super se habentibus, tanquam verè Iudæus essem, licet scirem abrogatam esse Mosaï- cam legem, quantūm ad ceremonias, post passionem Christi, & sufficientē Euangelijs promulgationem. Id autem feci vt Iudæos adhuc laborantes superstitione pa- triæ legis, meis officiis, meisque obsequiis blandè pellicerem ad Christum. Itaque sic me gesvi apud illos qui erat obnoxij legi, quasi forem & ipse obnoxius, licet per Euā gelij gratiam essem à Mosaïca lege liberatus. Denique sic me accommodauit gentili- bus qui erant à Mosaïca lege liberi, tanquam sine lege essem, nullóque legis nexu astringeret, licet & legi Dei & Christi sim obnoxius: Etenim mente seruio legi Dei, nec possum non amplexari euangelicam legem, quæ nihil habet commercij cum le- ge talionis. Castigat & refrænat in vindictis legem naturalem. Eam de osculorū vt legē patientiæ, gratiæ, charitatis & totius perfectionis. Quod autem pro gentibus conatus sum, cædet forsitan in mei nominis commendationem. Siquidem eò mea tendebant studia vt gentiles meo Domino lucrifacerem. Et licet non laborarem imbecillitate fi- dei, ad alienam tamen infirmitatem meipsum attemperauit, abstinentia à licitis cibis, vt infirmos lucrifacerem, eosque fidei præsidii stabilitem. Et quid pluribus opus est? Ad omnium captum & commodum me attemperauit, & in quanuis speciem & ima- ginem meipsum verti, vt omnium saluti consulerem. Denique nūc molior propter Euangelium Iesu Christi, vt insigne quoddam præmium consequar. Feram & ego palmam si in Euangelico stadio præclarè meo officio functus fuero, *Nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vñus accipit brauim?* Huic sententiæ subsci- bit locus ille, Qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitimè certauerit. Intelliga- mus stadium olim fuisse spaciū in quo pedites currebant, quod Hercules hoc ge- nere certaminis oblectatus, statuisse dicitur. Continet autem stadium 125. passus, & à stando nomen de sumpfit. Nam Hercules cùm absoluisset permolestum tot passuum cursum quiescebat, stabat & respirabat. Sumit & Paulus hoc loco brauim pro præ- mio quod vincentibus dabatur. Dicitur autē βεβεῖον, quasi, φαελεῖον, propterea quòd certaminum iudices data virga palmea designarent victorem. Quòd si in vulgaribus stadiis, cursu certatur pro temporaneo præmio, multo magis in Euangelico stadio Christianis athletis pro æterno præmio certandum est. Et licet in stadio audis ani- mis cursitent omnes, nitantürque pro virili vt gloriæ palmam ferant, duntaxat tamē vñus victricem palmam reportat. Hac brauij similitudine forsitan depingit præmiū, æternum, quod pauci in comparatione periturorum assequentur. Cùm enim Chri- stus Hierosolymam proficeretur, sciscitatus est ab eo quidam, Si nam pauci salua- p. iiiij.

rentur: Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt. Non igitur satis est nos aliquando fœliciter cucuruisse & Dei præcepta obseruasse, sed opus est perseverantia. Qui enim perseverauerit usque ad finem saluus erit. Itaque nobis ita conuenit currere, ut inuestigemus ad metam, propositumque præmium perueniamus. Adiicit Paulus. *Sic currite, ut comprehendatis.*) Et sensus est, Sic currite ut anteueratatis, & omnes præoccupetis: Denique eo animo currite, ut non videamini tantum certasse, sed appetisse victoriam. Et qui in agone contendit, siue publico in certamine certat, veluti palestra, aut Olympiacis, aut Circensis, nihil non tolerat, sibiisque ab omnibus continet quæ posunt suam futuræ victoriæ spem fallere, ut corruptibilem coronam indipiscatur: multo magis Athleta siue Palestrita Euangelicus, generosusque Christi miles debet duræ omnia tolerare, & ab omnibus vitiis temperare, ut incorruptibilem coronam, perpetuumque immortalitatis præmium consequatur. Subnecit & Paulus ut ne quid vicioriam, vetricemque palmarum remoretur, *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum.*) Siquidem certò mihi persuasi me habiturum præmium æternum, si cursum meum fœliciter consummauerim. Sic pugno, siue potius, ut scribunt docti, pugnis certo, aut pugilum certamen exerceo, non quasi aerem verberans, siue feriens: Qui enim aerem verberat, iuxta proterium prouerbium, frustra & inaniter laborant, sed ieuniis, inedia, nuditate, vigiliis & obsecrationibus, multisque afflictionibus coercent corpus meum, liquidumque facio, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis Euangelium prædicaverim, reprobus efficiar, abeamque illaudatus. Siquidem volo sermone docere, quod inculpata vita præsto, ne de me indelebili accusationis nota dicatur, Qui alium doces, te ipsum non doces, Qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non moechandum, moecharis. Hieronymus in epistola ad Eustochium de Custodia virginitatis dicit Paulum ob carnis aculeos & incentiua vitiorum, repressisse corpus suum, & seruiti subiecisse, ne aliis prædicans, ipse reprobus inueniretur.

Argumentum decimi capit. I.

Mosaïcæ legis lauacra siue baptismata, sacrificia & sacramenta, adumbrant absoluissima euangelicæ legis sacramenta, quæ tamen Christiano populo minime cōducere possunt, si noxiis affectibus sordidisque concupiscentiis inferviat, ut patrum figuræ illæ nihilo proderat Hebreis, cum gulae, fornicationis, auaritiae & idololatriæ vicia se etabanc. Nobis precaueamus, ne tentemus Deum, nec aduersus Dominum murmuraremus, sicut fecerunt Iudei, unde vtricem Dei manum senserunt. Non deerit nobis Dei præsidium, si ad eum configerimus, cum tentatione humana affligimur. In sacramento Eucharistiæ (quo nullū est maius, præstantius & augustius) viuis sacri panis, viuisque diuini calicis (si cum ardenti fide animorum nostrorum fides absterimus) participes sumus. Non affrenemur infidelium mensas & coniuicia, vbi conscientia nostra non polluitur. Non manducemus idolothyrum, vbi fide infirmus offenderetur.

Caput decimum.

Olo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysē baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eundem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, (bibeant autem de spirituali, consequente

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST. 89
 „ eos petra, petra autem erat Christus: sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.)

Nolim vos, fratres mei & in Christo dilectissimi, latere antiquos patres nostros olim fuisse sub nube. Siquidem nostri Pædagogi, nostræque fidei institutores, & carnis nostræ coercendæ eruditores sub nube fuerunt in deserto, qua Dei præsidio ab hostibus protegebantur: Vnde in Exodo legimus, Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam per diem, in columna nubis, & per noctem, in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore. Nūquam desuit columnæ nubis per diem, nec columnæ ignis per noctem coram populo. Vel dic patres nostros fuisse sub nube, hoc est, obiectos umbris, typis, symbolis & figuris. Etenim lex habebat umbram futurorum bonorum, non tamen ipsam rerum imaginem. Et omnes Hebræi duce Mose baptizati sunt, hoc est, per legem Mosaïcam purgati, scilicet ab ignorantia, sed in nube & mari, videlicet per huiusmodi visibilia signa. Vel à vitiis sunt per fidem repurgati, submerso in mari rubro Pharaonis exercitu: Dicit enim scriptura, Postquam filij Israël sicco pede pertransierunt mare rubrum, & submersi sunt Ægyptij eos persequentes, timuit populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius. Aut dic quod fuerunt baptizati in nube & mari, quia signum futuri baptismi receperunt, fulcitur enim baptismus Christi aqua & spiritu, quod Dominus Nicodemo detexit, dicens, Amen, Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Columna nubis, typus est spiritus, & mare, symbolum est aquæ & baptismatis. Adiicit & Paulus, *Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt.*)

Dæ manna agit hoc loco Paulus, cibo quidem tenuissimo & leuissimo, qui referebat semen coriandi album, & cuius gustus erat quasi simile cum melle. Et licet manna ab aere profluens esset sua natura cibus corporeus & temporaneus, tamen à Paulo spiritualis dicitur, quia diuinitus dabatur: Cùm enim filij Israël per admirationem & stuporem mentis dicerent de hac esca, Manhu? quod significat quid est hoc (ignorabant enim quid esset) dixit illis Moyses, Iste est panis quæ Dominus dedit vobis ad vescendum. Et huic sententiæ arridet locus ille Sapientiæ, Panem de cœlo præstisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem. Aut dicebatur panis spiritualis, quia panem verum & viuum Christum scilicet, qui de cœlo descendit, figurabat de quo dicit scriptura, Ego sum panis vite, Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, Ego sum panis viuuus qui de cœlo descendit, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et sicut manna erat figura corporis Christi, ut panis colestis, ita aqua ex petra profluens erat figura sanguinis Christi, ut potus vitalis: Pætra autem erat typus Christi ut in cruce confosci vel confodiendi, de qua dicit Psal. III. mographus, Lapidem quæ reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Rom. 9. Et de eodem lapide precioso, electo, & probato, quæ ingratissimi Iudei suis ceremo- Esaïæ 28. niis nimium fidentes conculcarunt, & conculcando preuererunt, dicit Paulus, Offen- & 8.

- i.Petr.2. derunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion, lapidem offensionis & petram scandali. Et propterea in hoc contextu dicitur, *Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus.*) Et petra illa dicebatur spiritalis, aut quia miraculum inauditum diuina voluntate, & non sua natura fecit, aut quia Christum spiritalem & verum lapidem angularem significabat. Erat & petra spiritalis consequens Iudæos, quia votis Iudæorum obmurmurantium satisfaciebat, aut quia adumbrabat veritatem subsequuturam, scilicet Christum. Et propterea accurate & scitè adiecit, *Petra autem erat Christus, de qua alibi dicit, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Et licet Dominus pauerit abundè manna suum populum in deserto quadraginta annis, potumque ei dederit cùm sitiebat, & nihil non contulerit vt ad se blandè alliceret, tam summa ingratitudine laborauit, suumque Deum deseruit. hoc autem subindicit Paulus dicens, *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto.*) Et licet duo viri pietate insignes, & vera religione conspicui, Iosue scilicet & Caleph placuerint Deo, diuinisque iussis obtemperauerint. & ob id ingressi sint terram promissionis, innumera tamen Iudæorum multitudo suis vitiis addicta, Deum grauiter offendit, & ob grauem offensam, rebellionem, incredulitatem & peruvicaciam, poenas dedit non modicas. *Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum quemadmodum & illi concupierunt.*) Supplicia & tormenta Iudæis illata, nostri figuram expresserunt. Quòd si Deum offenderimus, grauioribus suppliciis afficiemur: quantò enim quis magnitudine donorum alium præcellit, tanto acerbius punietur, si delinquendo Deum offenderit. Et primo explicat in quo Iudæi Deum offenderunt in concupiscentia malorum, de qua dicit propheta, Concupierunt concupiscentiam in deserto. Flagravit & vulgus promiscuum desiderio carnium. vnde in numeris legimus, Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecrat huiusmodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percusit eum plaga magna nimis, vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ, ibi enim sepe llierunt populum qui desiderauerat carnes. Peccabant & quidam Corinthij (quos hinc taxat Paulus) quod idolis immolata manducabant cum scandalo infirmorum. Secundò Iudæi offenderunt Deum vitio idolatriæ. & propterea adiecit Paulus, *Neque officiamini idololatriæ, vescendo idolothyo in venerationem idoli, sicut quidam ex ipsis.*) quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. Siquidem nobis compertum est ex scriptura Exodi, Iudæos adorasse vitulum conflatilem, eique immolassem hostias, & post immolationem sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere, choreas agendo in honorem idoli: vel ludebant, quia adorabant idolum in similitudinem puerorum qui fingunt imagines luteas. Tertiò deliquerunt Iudæi salacissimo fornicationis vitio, concubendo cum Madianitis. & cùm quidam Iudæus intrasset ad scortum Madianitem, & id Phinees amicus Dei, & Mosaicæ legis obseruandæ studiofissimus resciuisse, arrepto pugione ingressus est post virum Israëlitum in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. cessauitque plaga à filiis Israël, & occisi sunt vigintiquatuor milia hominum. Præclarum autem Phineis factum commendat Psalmographus dicens, Et stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio, & reputatum est ei in iustitiam in generatione & generationem usque in sempiternum. Hoc autem exprimit Paulus dicens, Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia. nec dicit Paulus solùm cecidisse vigintitria milia hominum, sed dicit vigintitria milia cecidisse, licet ceciderint vigintiquatuor milia, non enim maior numerus minorem excludit. Nec solùm propter fornicationem simpliçem Iudæi luerunt pœnam mortis, sed potius propter idolatriam: Nam vt dicit scriptura, Initiatus est Israël Beelphegor, huiusmodi tamen mulierculæ infideles propter familiarem amicitiam quam contraxerant cum Israëlitis ob voluptatem fornicationis, alliciebant Israëlitas ad cultum suorum deorum. Interierunt & à serpentibus Iudæi,

dæi, quòd Deum tentauerint dicentes. Nunquid poterit Deus parare mensam in deferto? Legimus in numeris quonampacto populus Israëliticus murmurauit contra Dominum & Moysen, dicens, Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam naufragat super cibo isto leuisimo. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes ad quorum plagas & mortes plurimorum venerunt ad Moysen, atque dixerūt, Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te: Ora vt tollat à nobis serpentes. Oravit Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum, Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo. Qui percussus aspicerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. Quem cùm percussi aspicerent, sanabantur. Adiicit & Paulus, *Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.*) Si quidem dicit scriptura, Omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandam terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum, omnem multitudinem detrahentes terræ quòd esset mala, mortui sunt atque percusi in conspectu Domini. Legimus & in libro Judith, Illi autem qui tentationes suas non suscepserunt cum timore Domini, & impatientiam suam & impropperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. *Et quæ Iudæis in figura contigerunt, scripta sunt in nostram correptionem & commonefactionem.*) vt post hac nullum sit vitium quod non exhorreamus. Hunc autem Pauli locum, *In quos fines seculorum deuenerunt.*) Quidam interpres sic explicant, finis mundi imminet Christianis: Non enim tormenta momentanea post mundi consummationem nos excipient, si Deum mortiferis delictis offenderimus, nec ad meliorem frugem resipuerimus, sed sempiterna: iam enim Dei iudicium illud pro foribus adest, cùm mundi huius secula, nacta sunt finem. *Quamobrem qui existimat se stare, videat ne cadat.*) Perspicere & attende ne ob tuam scientiam insolefas & superbias, quòd si arbitris te stabilem esse, nec Deum offendisse, tibi tamen præcauendum est, ne prolaboraris. Alij finibus seculorum, qui in nos deuenerunt, exprimunt sextam ætatem quæ est ultima ætas certantium & laborantium.

Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum temptatione prouentum, vt possitis sustinere. Propter quod charifissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, vos ipsi iudicaret quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quæ frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes quidem de uno pane, & de uno calice participamus. Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? Dico quòd idolis immolatum, sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid? sed quòd quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus?) Hic locus, *Tentatio vos non apprehendat nisi humana*, à diuersis interpretibus etiam doctis varie discutitur. Augustinus in 2. parte questionum ex nouo testamento, *Quæstione 52.* hanc Paulinam doctrinam enarrans, dicit, Diuina tentatio est, si sub lege Dei agens, ex alia parte, aut ab idolis auxiliu petat, diffidens de Deo. Ideo hoc Apostolus cauendum monet: vt autem humana tentatio nos teneat, exhortatur, quia humana tentatio est in

*Hec obser-
ua.**Ionæ.2.**Hebr. 2.
Heb.4.**Gregori.**Tob.12.**Ephe.6.*

Dei causa desperare de homine, & promptum esse in fide Dei. Tentatio enim hæc, diffidentia intelligitur, vt de promissis & spebus Dei nō diffidant. Hæc ille. Coniicio Augustinum velle innuere tentationem humanam esse quandam diffidentiam, non quidem absolutè sed humanarum virium, ita quòd humana tentatione pulsati, cùm de humanis præsidiis (quæ tantilla sunt) diffidunt, ad diuinum auxilium confugientes, sperant se huiusmodi tentationem victuros: quod haud dubiè videtur Paulus affirmare, dicens, *Fidelis autem Deus est, qui non patierit vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum ut possitis sustinere.* Hieronymus explicās hunc Ionæ.2. nā prophetē locum, Omnes gurgites tui & fluctus tui super me transferunt. Loco hu ius prouentum, legit exitum, & ita legit Chrysostomus, & sanè hæc lectio est intelle- & tu admodum facilis: Nam futurus est fœlix temptationis exitus, si diuina ope suffulti, temptationi viriliter obstiterimus. Et quòd non possimus cunctas temptationes sustine re absque eo qui tentatus est in omnibus iuxta nostram similitudinem sine peccato, Paulus in epistola ad Hebræos planè declarat dicens, In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Tum quoque, non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tètatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Alij dicunt temptationem esse humanam, qua plerū que in turpi cogitatione tangimur etiam nolentes, quia vt nonnunquam illicita ad animum veniant. hoc vtique in nobis metip̄is ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam verò demoniaca est & non humana tentatio, cùm ad hoc quod corruptibilitas carnis suggerit, per consensum se animus astringit. Et huius est sententiæ Gregori. Gregorius, vt habetur de Pœnitētia, Distinctione 2. capite Inter hæc sciendum. Nec ab hac opinione mihi videtur Lyranus, hunc Pauli locum exponens, discedere. Si quidem arbitratur temptationem humanam esse de peccatis venialibus, quæ non pos sunt omnino à nobis in hac mortali vita deuitari. Quòd si tentatio nos ad mortiferū peccatum inducat, depositum est nobis diuinum præsidium ne succumbamus. Alij differentes hunc locum de temptatione exteriori, dicunt Paulum hoc exhortando voluisse innuere, Si qua tentatio vos apprehendat aut pulset, sit humana, hoc est, æquabilis tribulationum omnium & persequitionum propter Christum tolerantia. Siquidem propter Christum pati, humana tentatio est. Vnde Raphael dicebat de iusto & sancto Tobia, quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Accedit & huic sententiæ Chrysostomus dicens, Tentatio vos non apprehendat nisi humana, hoc est, parua, breuis, mediocris. Quod enim humanum est, id paruum dicit, quemadmodum in alio loco, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Eph.6. Nec hæc Paulina sententia cum illa pugnat, Non est nobis collectatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores te nebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus. Vult enim Paulus dicere & asserere, non esse nobis principaliter dimicandum aduersus carnales homines, & via carnis, sed potissimum aduersus dæmones, quo enim hostis fortior est & callidior, eo magis debemus nobis præcauere ne ab eo superemur & prosternamur. Et quo etiam poterior est, eo formidabilior est & periculosior victoria. Quòd verò de uitanda sit diuina tentatio cùm de gratia Dei diffidendo, ab idolis & idolorum au toribus auxilium petimus, pulchrè & scitè monstrat Paulus dicens, *Propter quod charissimi mei fugite ab idolorum cultura.*) Exhorrescat vñusquisque vestrum in Christo renatus vanam idolorum superstitionem & venerationem: Declinet modis omnibus quæ idolis immolantur. Et hæc vobis vt prudentibus & sapientibus dico, & vt ceteris præstantiores bono & æquo iudicio expendite, si quid sit tribuendum idolis, ne simplices offenderentur, si vos agnoscerent aut venerari idola aut vesci idolothytis. Deinde toto studio nititur allicere Corinthios ad habendum de Eucharistia synceram fidem & rectam opinionem, cùm subnectit, *Calix benedictionis cui benedic mus, nōne communicatio sanguinis Christi est?*) Hoc est, sacer & cœlestis calicis potus, cui cum gratiarum actione benedicimus, aut quem consecramus, nōne est communica

catio sanguinis Christi? nōne facit nos coniungi Christo, & esse vnum cum eo? De hoc autem calice dicit Matthæus, Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Aut aliter, Nōne sanguis iste qui calice continetur, & qui è Christi latere profluxit, est nobis summa cum Christo coniunctio? nolite igitur recurrere ad prophanos & putidos idolorum calices. Denique & panis quem nos sacerdotali munere fungendo, frangimus, nōne participatio corporis domini est? Nōne sincera hæc fides, & sacra sumptio panis consecrati, facit nos vñiri Christo, qui suum corpus vñtrò obtulit patri in sacrificium? Siquidem sub specie panis sumitur corpus Christi. Tū quoque sumus & vñus panis vñione fidei, spei & charitatis. Nam de vno pane participamus, similiter & de vno calice, non solùm participatione sacramentali sed & spirituali. Et vnum corpus sumus, mysticum quidem, vna scilicet ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis, cuius caput est Christus. Quod autem subiungit, *Videte Israhel secundum carnem. Nōne qui edunt hostias, participes sunt altaris?*) hunc habet sensum, Attendite ad carnalia Iudæorum sacrificia, vel ad Iudæum carnalibus sacrificiis inseruentem. Et quemadmodum qui edunt hostias veteris legis, participes sunt altaris legalis, ita qui edunt hostias idolis immolatas participes sunt idolorū. Quòd si quid numinis & sacri cultus idolo tribueretis (quod tamen Deus auertat) non inficiarer quin essetis participes idolorum. Deinde Paulus contrahit sermonem, ne Corinthij arbitrarentur his verbis eum voluisse non nihil idolis tribuere. *Quid ergo? Dico quòd idolis immolatum, sit aliquid, aut quòd idolum sit ali quid?*) Quasi dicat, non. Non enim est spiritus in ore ipsorum: *Sed quæ gentes immolant, non Deo immolant, sed dæmonis.*) quod sanè affirmat illud Psalmographi testimonium, Omnes dij gentium dæmonia. Tum quoque scripsit Moses de populo incrafato & impinguato, qui dereliquit eum factorem suum, Immolauerūt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant. Verùm vt Corinthij despiciant omnino & execrentur cultum idolorum, adiecit Paulus, *Nolo vos socios fieri dæmoniorum.*) Siquidem nullum debet esse fidelium & Christianorum cum infidelibus commercium, quod plane docet scriptura illa, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio Tob.12. iustitiae cù iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuictio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Et multo apertius subindicat Paulus ab idolothytis abstinentem esse, *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum.*) Siquidem calix Domini cum calice dæmoniorum pugnat, nec minus, quām veritas cum mendacio. Nec potestis esse participes regiæ Domini mensæ, & spurcissimæ dæmoniorum mēse. Quod autem adiicit, *An emulamur Dominum?*) hanc habet intelligentiam, Non debemus prouocare iram Dei, comedendo idolothytam, aut idolis inseruendo. hinc illud Deuteronomij, Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Nec debemus inuidere Deo, vt in eius contemptum idolis litemus. *Nunquid & sumus illo fortiores?*) sanè nequaquam, quandoquidem nihil est quod possit cum fortitudine Dei conferri.

, Omnia mihi licent, sed nō omnia expedient. Omnia mihi licet, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. , Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogates propter cō scientiā. Domini est terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infideliū, , ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil , interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, Hoc immo latū est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter , conscientiam: conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Vt quid , enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia par-

, ticipo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manduca-
tis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine
offensione estote Iudeis & Gentibus, & ecclesiæ Dei, sicut & ego per o-
mnia omnibus placebo, non querens quod mihi utile est, sed quod mul-
tis, ut salui fiant.) Paulus frequenter auribus Corinthiorum hanc assertionem
inculcauit, *Omnia mihi licent, sed non omnia expedient*, & id potissimum hoc loco (vt
precedentia indicant) ad idolothyta referendū putat, quasi innueret. Et si mihi liceat
citra ullum meæ conscientiæ scrupulum idolothytis vesci, non tamen expedit. ve-
rerer enim ne qui nondum sunt fide firmati, offenderentur, si huiusmodi cibo vesce-
rer. Expediunt autem illa, quæ proximorum saluti conducunt, & quæ ad euangelicā
perfectionem indiscendam aditum faciunt. Nec conuenit Christiano potissimum
quod suum est sectari, sed quod est alterius: Imo expedit aliquando illi qui Christianum
pectus spirat, ut facto aliquantulum suarum facultatum dispendio, aliorum cō-
moditati prouideat. Hinc dicit Paulus, *Nemo quod suum est querat, sed quod alterius*.) Et
alibi, Charitas non querit quæ sua sunt. Itaque Paulus hoc unum præcipue commo-
ne facit, ut queramus quæ proximo magnopere conferunt. Et licet pura & illibata cō-
scientia possis idolothyto vesci, debes tamen perspicere si nam huiusmodi cibus ædi-
ficet fratrem tuum, quod si non ædificet, ab huiusmodi esu abstineto. Et licet ab ido-
lorum immolationibus sit abstinendum, propter offendiculū infirmorum, non tamē
omnino, quod scitè docet Paulus dicens, *Omne quod in macello venit, manducate, nihil
interrogantes propter conscientiam*.) non enim spernenda sunt obsonia quæ in foro vena-
lia exponuntur, siue sint idolothyta, siue nō. Nec frater Christianus (quæ vrget fames &
premit) suā cōscientiā lēdit comedēdo idolothytu, nō quatenus est idolothytu, ut se-
pius ac sèpius exposuim⁹. Quod si interrogaret vtrū sit idolothytu, posset forsitan cer-
tior factus suā conscientiā offendere. Confirmat autē Paulus suā assertionē testimo-
nio prophetæ dicentis, *Domini est terra, et plenitudo eius*, Vniuersa enim quæ terra pro-
ducit, sub Dei potestate sunt. Et licet habeatur pro immūdo, quod quis respuendum
duixerit, natura tamen & in se nō est immundū. Adiicit & robur suæ assertioni, *Si quis
infidelis, gentilis scilicet, ad cœnā vos vocat, et vultus ire, omne quod vobis apponitur, mādū
care, nihil interrogantes propter conscientiam*.) Non enim velim vos interrogare an hoc sit
immolatum idolis an non, & hoc propter conscientiā infirmoru. *Quod si quis dixerit,
hoc est immolatum idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, et propter conscientiam*.) Nam qui indicauit huiusmodi cibum esse immolatum idolis, crederet forsitan aut
suspicaretur te manducare sub veneratione idoli. Et licet tua conscientia sit firma &
stabilis, nec ullo scrupulo pulsetur, infirmorum tamen conscientia posset laedi &
pulsari, inspicio te vesci idolothyto. Hoc autem exprimit Paulus dicens, *Con-
scientiam autem dico non tuam sed alterius*.) Et subsequens hic locus rem apertius elu-
cidat, *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?* Suam libertatem vocat
quæ animi iactura, scrupulo & impedimento vacat. Et hunc sensum prætendit, Etsi
desumam idolothytu liberè & inoffensè, si tamen infirmus fide offendatur, me
condemnabit. Hinc illud Christi verbum, *Qui scandalizauerit unum de pusillis
istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, &
demergatur in profundum maris*. Quod autem subnectit, *Si ego cum gratia partici-
po, quid blasphemor pro eo quod gratias ago*.) hanc habet intelligentiam, licet non debe-
rem vituperari nec maledic̄tis impeti, quod necessitate compulsus comedam ido-
lothytum cum gratiarum actione, tamen si Iudeus aut quiuis alias huiusmodi ci-
bo offendatur, mala mihi imprecabitur. Quod autem omnis cibus sua natura bo-
nus sit qui cum gratiarum actione sumitur, ubi animus infirmi non offenditur, sub-
indicit Paulus dicens, *Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia
in gloriam Dei facite*.) Et adiicit quod monet vitandum infirmorum scandalum,
*Sine offensione estote Iudeis & Gentibus, et ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus
placeo*,

Matth.18. istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, &
demergatur in profundum maris. Quod autem subnectit, *Si ego cum gratia partici-
po, quid blasphemor pro eo quod gratias ago*.) hanc habet intelligentiam, licet non debe-
rem vituperari nec maledic̄tis impeti, quod necessitate compulsus comedam ido-
lothytum cum gratiarum actione, tamen si Iudeus aut quiuis alias huiusmodi ci-
bo offendatur, mala mihi imprecabitur. Quod autem omnis cibus sua natura bo-
nus sit qui cum gratiarum actione sumitur, ubi animus infirmi non offenditur, sub-
indicit Paulus dicens, *Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia
in gloriam Dei facite*.) Et adiicit quod monet vitandum infirmorum scandalum,
*Sine offensione estote Iudeis & Gentibus, et ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus
placeo*,

placeo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.) Sancta Pauli conuer-
satio per omnia laudanda est & commendanda, quod quicquid cogitauerit quicquid
dixerit cùm docendo tum prædicando, quicquid denique fecerit, in gloriam Dei &
vtilitatē ecclesiæ contulerit. nec tam à Deo postulauerit quod sibi conduceret, quām
publicæ omnium commoditati & saluti. Hic autem zelus, totus charitatis incendio
ardet, totus amore Dei & proximi æstuat, totus Deo & ecclesiæ perplacet.

Argumentum vndecimi capit. 1.

Expediit Corinthiis ut imitentur Paulum probitate vita, morum sanctimo-
nia, inculpatæ religionis integritate, modestia, humilitate, obedientia & in-
uicta animi magnitudine, sicut & Paulus in omni virtutum genere suum Chri-
stum imitatus est. Intelligent & Corinthi virum, mulieris quidem caput, debe-
re nudato capite aut orare, aut vaticinari, mulierem verò operto capite. Asper-
natur ecclesia Dei, alumna pacis & concordiae, contentiones, dissidia & schi-
smata. Damnat & contentiosos ac rixarum scissurarumque fautores inquietos.
Arguit & Paulus Corinthios, quod non ut decebat sacre mensæ ac-
cumberent, & farti ventre ac temulenti, sacram Eucharistiam sumerent. Ex-
hortatur & Christianos omnes ut discutiant suam conscientiam, suorumque
animorum fortes detergant, antequam ad augustissimum Eucharistie sacra-
mentum accedant.

Caput vndecimum.

Mitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos
fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi
vobis præcepta mea tenetis. Volo autē vos scire quod omnis
viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput ve-
rò Christi, Deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite detur-
pat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non vela-
to capite, detur pat caput suum, vnum enim est, ac si decaluetur. Nam
si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tondeatur
decaluari, velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum,
quoniam imago & gloria Dei est, mulier autem, gloria viri est: Non
enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir
propter mulierem, sed mulier propter virum, ideo debet mulier vela-
men habere supra caput suum, & propter angelos. Veruntamen neque
vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino. Nam sicut mulier
de viro, ita & vir per mulierem. Omnia autem ex Deo. Vosip̄ si iudi-
cate, decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura do-
cet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi, mu-
lier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro ve-
lamine ei dati sunt.) Non vos piceat viri Corinthij ad exemplar meip̄suis
imitari Christum, pro cuius legatione obcunda, omnia mea studia, vires, con-
q. ij.

tus & labores, vobis & omnibus Christianis contuli, eius quoque imitabili exemplo didici inediā, æstus, frigora, carceres, probra, irrisiones, flagella, & omne tormentorum genus tolerare. Nec possum vos fratres charissimi non magnopere laudare & commendare, quod per omnia sitis mei memores, quod vobis fidei tyrocinia & fundamēta iecerim, vosque frequenter ad euangelicam pietatem & obedientiam amplexandam sim adhortatus. Licet quibusdam in rebus, ut mox sum ostensurus, erretis. Gesit & præ gaudio meus animus, quod quæ vobis in Christo Iesu præscriperim, summa cum diligentia obseruetis, & quo diligentius studetis mea præcepta, quæ nō tam mea sunt quam Iesu Christi, obseruare, eo & amplius gaudeo. Et quia lubenter meis verbis auscultatis, velim vos scire Christū viris omnibus præfici, & esse sui corporis mystici caput, virum autem mulieris caput, & Deum Christi, ut hominis, caput. Hinc il-

Ioan. 14. lud, Pater maior me est. Tum quoque, Ut faceré voluntatē tuā Deus, volui. Item, Se-
Psal. 39. metipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, &
Philip. 2. habitu inuentus ut homo. Est & Deus pater, caput Christi, quia ab æterno Christum genuit. Et sicut Christus spiritualia quæque viris influit, eorumque mentibus rerum diuinarum cognitionem transfundit, ita vir (penes quem est autoritas) non nihil mulieri influit eam gubernando. Nunc verò Paulus insimulat Corinthios dicens, *Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, decurpat caput suum.*) Corinthij in publico & solēni conuentu operto capite & orabant & prædicebant futura: Similiter mulieres detecta & reuelata facie orabant & vaticinabantur. Accumbebant & sacræ mensæ etiam non velatae, quod sanè est indecorum. & propterea Paulus hanc ridiculam & absurdam consuetudinem castigando, dicit, Vir orans aut prophetans velato capite dedecorat caput suum. Similiter mulier orans aut prophetans non velato capite dehonestat caput suum. Vnum est ac si decaluetur, aut sit derafa coma. Et sicut decaluatio dedecet mulierem, sic capitis detectio mulierem dehonestat. Et acrius instat ut arguat in muliere capitis detectionem, *Nam si non velatur mulier, tondetur: Si verò turpe est mulieri tondere aut decaluari, velet caput suū.*) Assignat & rationē quare vir non debet velare caput suū quādo orat oratione quidē priuata, quādo autem orat oratione publica offerēdo Deo in persona totius ecclesiæ quæ offerēda sunt, potest absq; turpitudinis nota velato capite orare, *Quoniam est imago & gloria Dei.*) Hinc reuellitur error quorundā dicentium virum duntaxat esse creatum ad imaginem Dei, & non esse imaginem Dei, sed solum Dei filium, de quo dicitur, Qui est imago Dei inuisibilis: Nam Paulus hīc planè asserit virum esse imaginem Dei. In Genesi autem legimus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Est itaque homo imago Dei, & ad imaginem Dei conditus. Et quia homo assimilatur Deo quantum ad memoriam, mentem, intelligentiam & voluntatem, idcirco dicitur creatus ad imaginem Dei, & est Dei imago licet imperfecta. Ad imaginem verò perfectam requiritur per omnia æqualitas. & quia homo non æquatur Deo, idcirco non est imago Dei perfecta, Christus verò est imago Dei perfecta, quia per omnia equatur Deo. Hieronymus in primū caput Ezechielis dicit, Imago & similitudo Dei, non est corporis forma, sed mētis, descripta ad similitudinem veræ imaginis Christi, qui est imago Dei inuisibilis. Est & vir gloria Dei, non tamen illa qua Deus in se gloriosus est, sed potius deus est gloria hominis. Hinc illud, Tu Domine susceptor meus es, & gloria mea: sed est gloria Dei, hoc est, quādam claritas à diuina gloria dimanans. Vnde dicit Psalmographus, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Alij exponentes hunc locum, dicunt virum esse Dei gloriam, hoc est, sub Deo constitutum, sicut mulier est gloria viri, sub viri scilicet potestate: & propterea debet cum seruitutis insignibus compare quæ in capitis velamento siue oportento consistunt. Ut enim rāsus vertex in viro indicat libertatem, ita capitis velamen in muliere, seruitutis est insigne. Quod verò vir debeat mulieri imperare, probat Paulus dicens, *Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.*) Nam Eua ex latere Adam subducta est. Et quod perfectius est, primum conditum est, & quod imaginem Dei præ seferret, deinde quod imperfectius.

Psal. 3.

Psal. 4.

Gene. 2.

Nec.

Nec creatus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum, & in solatium & adiutorium viri condita est, *& propterea mulier debet velamen habere supra caput suum, & propter angelos.*) Hunc autem locum, Propter angelos, quidam in hunc modum expōnunt, Si mulier eō impudentiæ venerit, vt testes hominum oculos non vereatur, saltem ob angelos testes, qui vestris conuentibus intersunt, caput operiat. Quidam nomine angelorum exprimunt sacerdotes, quia sunt nunciū Domini. hinc illud **Malac. 2.** Iachia, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercitum est, idest, nuncius Domini exercitum. Debent & mulieres in ecclesia velari propter reuerentiam sacerdotum, ne etiam si non essent velatae ad earum concupiscentiam prouocarentur. Prior tamen expositio mihi magis arredit. Et licet mulier olim ex viro prodierit, nunc tamen neque absque viro gignit aut concipit, nec absque muliere vir futurus est pater. quod explicat Paulus dicens, *Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem,* In subsequentibus scilicet generationibus, *Omnia autem ex Deo.*) **Rom. 11.** Nam & ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quod autem indecorum sit mulierem in propatulo orare vel vaticinari nudato capite, vos ipsi Corinthij iudicate, & rem expendite. Desumite & iudicium à natura siue naturali inclinatione quæ non indicat virum debere esse comatum. alioqui si mulierum more nutriat comam cedit illi in ignominiam. At contra decus accedit mulieri quod sit comata. Siquidem à natura mulieri capillitum densius est & copiosius. Idcirco in eius gloriam cedit quod sit comata. Quod si Paulus damnet & criminetur viros comatos, cur non crimina-
**Hec obser-
ua.**

„ Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem „ non habemus, neque ecclesia Dei. Hoc autem præcipio non laudans, „ quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem con- „ uenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex par- „ te credo: Nam oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti „ fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est do- „ minicam cœnam manducare: Vnusquisque enim suam cœnam præsu- „ mit ad manducandum, & aliis quidem esurit, aliis autem ebrios est. „ Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut „ ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid „ dicā vobis? Laudo vos! In hoc non laudo.) Insimulat & Corinthios quod rixosis quibusdam contentionibus & mordacissimis rixis adinuicem dissiderent, nec darent operam ut pacem, concordiam & amicitiam inter se fouerent, quam ta- men ecclesia Dei magnopere commendat, suspicit & extollit, ut capiti corporis mystici (à quo pax omnis & tranquillitas diminant) singula membra vniuantur. Et si consueuerint Corinthiorū mulieres orare aut vaticinari nudato capite, hanc tamen consuetudinem damnant Iudæi. Increpat & ecclesia Dei per gentes & nationes dif- fusa. Quod si rationis expertia in vnum tranquillo foedere coeant & coalescant, multo magis animantia ratione prædicta. Quamobrem non potest Paulus non reprehendere Corinthios, quod non ament vnanimitatem, sed in deterius conueniant, multisque dissidiis adinuicē decentent. hoc autem explicat dicens, *Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.*) Corinthij per molestis contentionibus (ex quibus innumera scelera proficiscuntur) adinuicē digla- diabantur, & cùm debuissent in cōmune sua conferre, nec aspernari pauperes, cùm in vnum conueniebant, erantque dominicam cœnā sumpturi, diuites, spretis egenis, q. iii.

diuitibus adiungebantur. Et licet modis omnibus vitanda sint dissidia, tamen diuina ordinatione oportet & contentiones esse & hæreses. Verùm dicet quispiam, Si oporteat hæreses esse, nónne arbitrij libertas adimetur? nónne & necessitas quædam & vio lentiæ imponetur? Minimè sanè. sed Paulus quod futurum erat ob prauam & pertinacem hominum mentem, prædixit. Nec quia prædixit, hæc futura sunt, sed quia futura sunt, idcirco prædixit. Huic autem loco accedit euangelica illa doctrina, Neceesse est vt veniant scandala: non tamen neceesse est absolute, sed secundum quid, considerata pertinaci quorundam malitia, quæ non facile curari potest. Oportet itaque hæreses esse, spectando diuinam intentionem, quæ malitiam & superbiam hæreticorum, in fidelium commodum ordinavit. nec Deus permitteret mala fieri nisi de quolibet malo posset bonum elicere. Chrysostomus existimat Paulum hoc loco non intelligere hæreses doctrinæ, sed horum dissidiorum. Ego verò arbitror Paulum de vtræque peste, nempe & perniciose doctrinæ & contentionum agere. Reddit autem rationem cur oportet secundum quid hæreses esse, *vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* In Deo probati sunt qui bene possunt docere, sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cùm docent vt vult Augustinus libro I. de Genesi contra Manichæos, capite I. Nec particula, vt, dicit causam, sed euentum. Nō enim factæ sunt hæreses vt probati manifestentur, sed cùm hæreses fiunt id contingit. Et hîc erit apertissimus sensus, vt qui à Deo probati sunt, maiorem in modum clari euadant. Nam qui sunt immutabiles & firmi in fide, non offenduntur, sed cliores apparent. Deinde ostendit quod cùm Corinthij in vnum conueniebant vt sacramentum Eucharistiæ reciperent, non vt decebat, recipiebant, *Conuenientibus, inquit, vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare.* Et licet in vnum corpore conueniatis, non tamen animo, quia capitalia sunt inter vos dissidia. hoc autem perfectissimum & absolutissimum sacramentum, est vnitatis & charitatis sacramentum. Adde quod non agitur inter vos talis cœna dominica, qualem Dominus cum suis discipulis egit, sed post prandium, & per luxum, crapulam, ventris ingluuiem & temulentiam, non expectatis cæteris, suam quisque cœnam occupat. Et licet Dominus cœna peracta hoc venerabile sacramentum suis discipulis tradiderit, nō propterea debebant Corinthij post communem cœnam sumere corpus Domini. Quod autem Dominus post coenam tradiderit hoc sacramentum suis discipulis, id multis de causis factum suisse credimus. vt scilicet veritas figuræ succederet, agnus enim paschalilis quem manducarunt discipuli luna 14. erat figura & typus huius sacramenti: & ideo post coenam agni paschalilis, Christus hoc sacramentum instituit. Deinde instituto hoc sacramento confessim Dominus ad subeundum crucis tormentum transiuit: Nam dixit suis discipulis, Surgite, eamus hinc, scilicet ad passionem, cuius commemorationem gestat hoc sacramentum. Adde quod Dominus volens à suis discipulis pro salute totius mundi recedere peracta hac cœna, instituit hoc sacramentum vt arctius mentibus illorum & cordibus infigeretur. Sed in reuerentiam tanti sacramenti instituit ecclesia quod duntaxat à iejunis sumeretur. Quod autem adiicit Paulus, *Vnusquisque suam cœnam præsumit ad manducandum,* hanc habet intelligentiam, Vnusquisque aliis non expectatis, suam cœnam occupat. *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Nam pauperes sustinebat, quia non habebat quod ederet, vel quia non in tempore veniebat, diues autem cœnæ occupator, lautè comedebat, & ad ebrietatem vsque ingurgitabatur: Et propterea mysticum illud conuiuum de honestabatur, sacrâque mensa per fastum, luxū & crapulam diuitium, fastiditis pauperibus, polluebatur. Nec deerant Corinthiis ædes priuatae in quibus poterant helluari, & ventris negocium agere, misterium autem tanti sacramenti à sobriis peragendum est. Aut contemnebant Corinthij ecclesiam Dei, siue publicam Christianorum congregationem, quia in ecclesia vnuquisque suam cœnam ad lautitiam vsque & gulam occupabat, & in conspectu fidelium in loco sacro fordidum conuiuum actitabat. Quod autem adiicit, *Et confunditis eos qui non habent.* hunc habet sensum, Quia diuites publicè luxum & apparatum ostentabant

Hæc obserua.

Matth. 18.

Matth. 26.

tabat, erubescerat pauperes quod nō haberent quod offerrent, aut quod esurirent in conspectu totius conuentus, aliis aluum expletibus. Sed quid dicā vobis Corinthij? Et si in aliis rebus & factis vos laudauerim, hac tamen in re non possum vos laudare.

„ Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens frēgit, & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: Similiter & calicem, postquam cœnauit dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuciabitis donec veniat. Itaque quicunq; manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibt indignè, iudicium sibi manducat & bibt, non dijudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmet ipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damнемur. Itaque fratres, tres mei, cùm conuenitis ad manducandum, in uicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem cùm venero, disponam.) Nititur Paulus, & quidem ex euangelicis scripturis, allicere Corinthios ad firmissimè credendum corpus Christi esse re ipsa, siue realiter sub specie panis consecrati, eius pariter sanguinem esse sub specie vini consecrati,

Ego, inquit, accepi à domino, quod & tradidi vobis. Verùm dicet quispiam, cur Paulus hoc loco mystici panis & sacrosancti poculi meminit? Respondebo Paulum non absurdè mentionem huiusc mysterij fecisse. Nam dominus Iesus Christus vniuersos eadem sacra mensa dignatus est, nec quempiam ex numero suorum Apostolorum à tam sacro conuiuo repulit. Corinthij verò contra agebant: Nam pauperes propulsabant, & vnuquisque spretis egenis suam cœnam occupabat. Adeò magnificentum est tam sacræ mensæ conuiuum, vt neminem etiam abiectæ conditionis (si modò purgatis suis affectibus accedat) dedignet & reiiciat. Sicut enim dominus diues est in omnibus, nec personarum acceptor est, ita hoc sacrum & Euangelicum conuiuum omnibus ex æquo se offert, nec nobilem ignobilis, aut diuitem pauperi præfert. Et cùm dicit, Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, apertere insinuat se à Christo cœlestem tanti mysterij doctrinam haufisse, vti alibi dicit, Notum vobis facio fratres. Euangelium quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque Galat. enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Iesu Christi. Intelligamus itaque quamnam arcani mysterij philosophiam mentibus Corinthiorum transfuderit, quam à suo domino, suóque principe & tanti sacramenti authore vnuco acceperat, *Quoniam, inquit dominus Iesus in qua nocte tradebatnr accepit panem & gratias agens frēgit & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Legimus in Euangelio Matthæi, Coenantibus autem eis accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meū. Idem sentit Marcus, Solus autem Lucas inter quatuor Euangelistas hæc narravit; Et Luc. 22. accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, Hoc facite in meam commemorationem. In hanc autem vinam & eadē sententiam conspirant prædicti Euangelistæ, quod scilicet Christus hoc nouum sa-

Ioan. 6.

cramentum instituit, nec quidem abs re, nam in hoc sacramento, corpus & sanguis Christi communicatur. Siquidem narrat diuus Ioannes quæ dixerit Christus de hoc futuro pane mystico, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Item, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et licet ante institutionem tanti sacramenti hæc verba dixerit Christus, non tamen absurdè vsus est verbo præsentí, quia firmissimè credere debemus instituto Eucharistiae sacramento carnem Christi esse verum cibum ipsius animæ, sicut dicit Lucas, Quod pro vobis datur, etiam antequā esset datum: nam oportet ut pro salute nostra tradatur, & ita eueniet, siquidem oportuit Christum pati. Cùm autem dicit Paulus, In qua nocte tradebatur, vult te intelligere

Luc. 24.

Math. 26.

Gene. 14.

Hec obser-

ua.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

stibus cōfirmatur: Alio modo speciatim & astrictius pro dispositione hæreditatis percipiendæ, quam necesse est certo testium numero confirmari, morte autem testatoris confirmatur, quod affirmat Paulus dicens, Vbi enim testamentum, mors necesse est Hebr. 9. intercedat testatoris: Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui nondū valet dum viuit qui testatus est. Dirimitur & Testamentum siue pactum, in vetus & nouum: Vetus censetur, cùm Deus in eundo pactum cum humano genere promisit bona temporalia: Nouum verò cùm pollicitus est bona spiritualia. vnde dicit Paulus de summo, sanctissimo & perfectissimo Pontifice, qui Christianis pollicitus est vitam æternam, Christus assistens Pontifex futurorum bonorum &c. Prædixit autem Ibidem. Hieremias quidnam virtutis & efficaciam nouum testamentum contineret, dices, Ecce dies venient dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, nō secundum pactum quod pepigunt patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Egypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum dicit Dominus, sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel. Post dies illos dicit dominus, Dabo legem meam in visceribus eorum & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, Cognosce dominum: Omnes enim cognoscunt me à minimo eorum usque ad maximum. Denique adnotemus pro explanatione huiusc loci, *Testamentum in meo sanguine*, eam fuisse antiquis consuetudinem ut cuiusdam victimæ sanguis effunderetur ad confirmandum pactum. Vnde Iacob postquam init fœdus cum Laban, immolatis victimis in monte, vocauit fratres suos ut ederent panem. Tum quoque Moses sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis foederis quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Sicut ergo vetus testamentum sanguine vitulorum & hircorum confirmabatur, sicut & approbat Paulus dicens, Vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est, ita nouum testamentum sanguine Christi in passione effuso confirmatum est, non enim fit remissio sine sanguinis effusione. Denique sanguis Christi emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viventi. Et quia sanguis Christi repræsentat proximè passionem, ne tantæ rei memoria periret dixit Paulus, *Hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem: Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciatibus donec veniat.* Itaque firmissimè credamus hoc summum sacramentum usque ad consummationem perduraturum, & suam vim non modicam habiturum. Decertabit quispiam, Si antequam sanguis Christi consecratur, non sit in hoc sacramento corpus Christi sine sanguine, cur igitur consecratur sanguis Christi sub specie vini: Respondebo, Licet non sit corpus Christi sine sanguine, antequam sanguis consecratur, non propterea absurdè consecratur sanguis Christi. Nam in consecratione corporis Christi sub specie panis, est duntaxat sanguis Christi per quandam concomitantiam, sicut diuinitas Christi est in hoc sacramento per quandam unionem indissolubilem ipsius ad corpus Christi. Consecratur autem sanguis Christi sub specie vini, ut sit in hoc sacramento vi consecrationis. Et quemadmodum sub specie panis vi consecrationis, est duntaxat corpus Christi, ita sub specie vini est duntaxat sanguis Christi vi consecrationis, licet forma concomitantia sit & corpus Christi, à quo nunc sanguis non separatur. Et sub utraque specie est totus Christus. Quod si tempore passionis quando sanguis Christi fuit à corpore separatus, hoc sacramentum fuisset ab aliquo Apostolorum peractu, sub specie panis fuisset corpus Christi exangue, sicut fuisset inanime, & sub specie vini fuisset duntaxat sanguis Christi. In subsequentibus locis ostendit Paulus illum qui irreuerenter & indigne sumit panem mysticum & sacrum poculum esse graui criminis obnoxium, & æterno supplicio dignum. Itaque inquit, *Quicunque manducaverit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini.* Ex eo qui polluta conscientia & illotis affectibus manducat hunc panem & bibt calicem domini, censetur reus corporis & sanguinis domini,

Gene. 31.

Exod. 24.

Hebr. 9.

Ibidem.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

. . .

quia non minus se reddit obstrictum sceleri quā si sanguinem domini effudisset. Siquidem peccatum indignè sumentum hoc sacramentum, comparatur peccato occidentium Christum, non quidem secundum æqualitatem, sed secundum similitudinem speciei, quia vtrunque est circa eundem Christum. Et ne quis iudicium Dei incurrit, vtricib[us]que flammis aduretur manducando impudenter & immerito hūc sacrum panem, adiicit Paulus, *Prober autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Discutiat suam conscientiam si nullius letiferi criminis sit conscientia, perspiciat & exquisito iudicio expendat sinam sit eius anima vitorum omnium cœno immersa, attendat qua in re diuinam maiestatem læsit, quod si vitiis madeat, & grauius Deum offenderit, det operam vt profusis lachrymis à pristinis flagitiis resipiscat. Adeat cum bona fiducia & compuncta mente, ardentique fide ad thronum diuinæ misericordiæ, vt in tempore opportuno inueniat gratiam. Nec eum pudeat ad pedes sacerdotis se prosternere, cui sua seorsim proditurus est peccata. Sit & illi sanum propositum nunquam posthac reuertendi ad vomitum, alioqui non est ei tutum accedere. Hoc si præstiterit, sacrum panem in nuptiali Christi conuiuo manducabit. Potest & singulis diebus ad hanc coelestem mensam accedere, si nullius mali sit sibi cōscius. Quod si cum indignitate & impuritate animi hæc diuina mysteria adierit, iudicium sibi manducabit & bibet, quia poenis æternis adiudicabitur. Nec iudicium sibi manducat quod malum sit quod manducat, sed quod bonum male malus accepit. Aliud enim est sacramentum, & aliud virtus sacramenti. Et eo atrocius punietur quod non diiudicet corpus domini, nec disquirat quisnam & quantus sit ille, cuius carnem sacramentaliter manducat, persimilis Iudæ, proditori quidem flagitiousissimo, qui non discreuit inter corpus domini & corpus puri hominis nullo non vitio foedatum, & propterea possedit eum diabolus cùm indignè, temerè, contemptim & negligenter sacramentum panem manducauit. Et propter indignam tanti sacramenti sumptionem, oborienteantur in primitiva Ecclesia diuturni morbi, innumeræ pestes & mortes immaturæ, quod planè monstrat hic locus, *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* morte quidem corporea. Quod si non modica reprehensione dignus sit qui sordida veste amictus, mensæ cuiusdam serenissimi Principis accumbit, multo magis reprehendendus est qui foedata conscientia in sacro Christi conuiuo discumbit. Nec tibi prodest huc adducere corpus nitidum & cultū, si tua anima sit squalida & inculta. Et propterea subnechtit, *Quod si nosmetipso diiudicaremus, non virique diiudicaremur.* hoc est, si nosmetipso ob prava facinora damnaremus, forsitan Dei iudicium euaderemus, nec suppliciis æternis addiceremur. dum autem ab accusatrice cōscientia diiudicamus & pulsamur, à domino qui neminem perire vult, leniter corripimus, vt non cum hoc mundo, id est, cum pertinacissimis infidelibus, vel cum mundanis hominibus damnemur. Rursum ad assuetam exhortationem reuertitur Paulus, ne diuites fastiditis pauperibus ad mysticam cœnam accedant, cùm dicit, *Itaque fratres mei cùm conuenitis ad manducandum inuicem expectate.* Cùm enim omnibus debeant esse communia quæ in huiusmodi cœnam conferuntur, oportet & communem omnium expectari aduentum. Cœant igitur posthac diuites ne spretis pauperibus hāc sacram cœnam occupent, cùm enim hoc sacrum conuiuum inuitet omnes, nō est quod diuites hac in re quicquam sibi vendicent. His autem verbis, *Si quis esurit, domi manducet,* arguit Corinthios intolerantia, nec secus eos alloquitur quā si pueros qui famiem & esuriem tolerare non possunt, alloqueretur. Improbat & illorum crapulam & ingluiciem, & propterea eos cum quadam ignominia ab Ecclesia educens, domum remittit vt ventrem farciant, non attendantes quā necessaria sit illi sobrietas qui in Ecclesia vult sacris epulis vesci. Reddit autem rationem cur ventri deditos domum remittat ad vescēdum communibus escis, vt scilicet, *Non in iudicium conueniatis,* ne cum dissidiis & indignitate mysticum hunc panem in Ecclesia comedendo, perpetuam damnationem incuratis, hoc enim venerabile sacramentum est pacis, concordia, charitatis & Ecclesiasticae unitatis sacramentum. *Cetera autem cùm venero disponam.* quæ scilicet vel

ad vestros mores formandos vel corrigendos spectant. quod si quis vestrum quidpiā aliud interrogandum habeat, meum expectet aduentum. Ex hoc etiam loco datur intelligi, quia multum erat vt in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem feruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuinitate variatur. Hæc Augustinus epistola 122. vbi ostendit Ecclesiam rationabiliter instituisse vt sacramentum Eucharistiæ sumeretur ieuno stomacho, quanvis cùm principiū Apostoli receperunt, non ieuniū acceperunt.

Argumentum duodecimi capituli.

Abducit Paulus Corinthios à prophanis idolorum simulachris ad veram & integrum vnius Dei venerationem, ita vt putet illos hallucinari & blasphemare qui contempto Dei filio spiritum venerantur, aut spredo Spiritus cultu filiū Dei colunt. Persuadet & Corinthiis omnib[us]que Christianis diuersa gratiarū, ministracionum & operationum genera ab eodem spiritu, domino & Deo diminare. Et licet unus habeat donum sapientiæ, alius vero donum humanæ scientiæ, aut donum fidei vel morborum depellendorum, vel gratiam diuersarum linguarum, aut interpretationem linguarum & sacrorum eloquiorum, tamen unus & idem est Spiritus qui huiusmodi cœlestia dona quibus vult, largitur. Quod si Spiritus sanctus regat Ecclesiam Dei, (cui Christus praeficitur) debent & singula eiusdem Ecclesiæ membra se mutuo fouere, sibi que ipsi opitulari, vt integrum, inculpatum & sanum hoc mysticum corpus conseruent, protegant & tueantur.

Caput duodecimum.

DE spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cùm gētes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt, idem autem Spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnina in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus, ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophecia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatione sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, diuidēs singulis prout vult.) Neminem vestum fratres charissimi latere arbitror quanta vos aliquando erroris, superstitionis & infidelitatis caligo obtenebauerit, cùm vanâ & falsam gentilium religionem (quæ sui studiosissimum ad profundum inferorum demergit) lequeremini. Nonne & toto cœlo errabatis cùm & à diabolo & pseudo prophetis seducti, idolis quæ verè muta sunt & surda, non nihil diuinitatis diuinitique cultus tribuebatis? Verum grātia Spiritus sancti vos ab illo insano errore reuocauit, vobisque inspirauit vt ad illa psalmographi verba attenderetis. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient, nares habent & non odora-

- bunt, manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, nō clamabunt in gutture suo. Quod si spiritus sancto sitis afflati, in Christum creditis, cūmque vt dominum vestrum verūmque Deum coletis. Nec is potest execrari dominum Iesum, qui in spiritu Dei loquitur. Et quonam pacto blasphemaret Christum qui bene sentit de spiritus sancto, cūm Christus sit consubstantialis, coeternus & coequalis spiritus sancto? Nec etiam quis potest fateri Iesum Christum esse Deum & Dei filium, nisi spiritus sancto agatur. Est enim spiritus sanctus dux fidei, spei & charitatis, author & largitor omnium gratiarum & consolationum, cuius fauore & præsidio in filios Dei adoptati sumus. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Et cū dicit Paulus, *Nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto*, hoc ipsum dicere, non tam sermone quām affectu cordis ponderat. Et licet diuersa sint dona spiritus sancti, diuersæ quoque gratiæ, vnuſ tamen & idem est spiritus, licet etiam diuersæ sint ministrations & functiones, vnuſ tamen & idem est dominus. Denique licet diuersæ sint operationes, idē tamē est Deus qui operatur omnia in omnibus, vt prima causa creans omnia. nec quicquam est boni operis in nobis, quod non operetur. Et sicut spiritus, dominus, & Deus idem sunt vt in causa, ita in effectibus dona, ministrations & operationes eadem sunt, rationes verò sunt diuersæ. Cūm autem dicit Paulus, *Divisiones gratiarum sunt*, intellige in puris hominibus & non in capite ecclesiæ. Nam Christus habet omnia gratiarum genera, non enim Deus dedit ei spiritum ad mensuram. Et spiritus, de quo hīc agit Paulus potest referri ad spiritum sanctum, dominus ad Christum, Deus verò ad patrem cœlestem. Aut hæc tria possumus attribuere spiritus sancto, qui est spiritus & dominus & Deus. Ea autem virtute præcellit spiritus Dei, idq; natuæ bonitatis & magnificentiæ retinet, vt vnumquemque velit esse suarum elargitionum (si modò ad Christum accedere velit) participem. Quod haud dubie manifestat Paulus dicens, *Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem*. Detectus est Apostolis & Euangelistis spiritus sanctus ad publicam Ecclesiæ utilitatem, vt infideles suis sacris concionibus virtute multa confirmatis, ad fidem Christi accerferent, fideles verò propugnaculo fidei & robore solidarēt. Data est & manifestatio spiritus ipsi Paullo, vt ad Christum conuerteretur, & quē prius viis omnibus oppugnare cōtendebat, tueretur. Innotuit & idem spiritus Mariæ Magdalenæ vt à pristinis vitiis resipisceret. Inclarescit & quotidie idem spiritus Christianis, vt quam načti sunt fortē probitate vitæ, morum sanctimonia cæterisque virtutibus cohonestent. Et hāc quoque vniuersalem assertionem Inductionis forma confirmat Paulus dicens, *Alij autem sermo scientiae siue cognitionis secundum eundem spiritum*, vt præcepta fidei & quæ saluti magnopere conducunt, rudibus traderet. *Altri fides in eodem spiritu*. Quod in Centurione, Maria Magdalene, & illa muliere quæ fluxum sanguinis duodecim annis patiebatur, cōperimus. *Alij gratia sanitarum in eodem spiritu*. Et hoc munere donati sunt Apostoli vt in Euangelicis scripturis & Actis Apostolorum exploratum est. *Alij operatio virtutum* siue potestatum, vt virtute non modica immundis spiritibus imperet & solo gladio spiritus idolorum templa diruat & euertat. *Alij prophetia*, vt diuinitus inspiratus futura prænunciet. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritus sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. *Alij discretio spirituum*, vt scilicet dijudicare possit inter bonos & malos spiritus, non enim omni spiritui credendū est, sed probandi sunt spiritus, vtrum ex Deo sint necne. *Alij genera linguarum*. His autem amplissimis muneribus illustrati sunt Apostoli in die Pentecostes, qui insigni quodam miraculo suam linguam Hebræam, reddebat peruiam & intelligibilem omnium nationum viris, qui tunc temporis erant Hierosolymis. Aut variis linguis loquebantur vt longè latèque euangelicam fermentem respersuri, proprio nationum omnium idioma loquerentur, *Alij interpretatio sermonum* siue linguarum. vt aliis qui peregrinam & extraneam linguam non audierant, per spiritum interpretaretur. Nihil enim prohibet quempiam habere donum linguae, & interpretationem non habere,
- habet
- Rom. 8.
Ioan. 3.
Math. 8.
Luc. 7.
Matth. 9.
2. Pet. 1.
1. Ioan. 4.
Act. 2.

habet & alius donum linguae & interpretationem, dat enim spiritus sanctus quibusdam facultatem & virtutem interpretandi locos sacræ scripturæ admodū difficiles & obscuros. Vnde dicebat Balthasar Rex Chaldæoru de sapientissimo Danielie, Audiui de te quod possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Et licet enumerata dona diuersa sint, vnuſ tamen & idem est spiritus diuidens separatim & sigillatim vnicuique quemadmodum vult: Non enim spiritus sanctus thesauri suarum opum, fontemque exuberantissimum suorum donorum vni effudit, sed largitur vnicuique vt sibi libet. Effundit & plerunque suum liquorem secundum mensuram vasculorum. Et licet donorum spiritus sancti quædam sint summa, quædam media, & quædam ima, omnia tamen ab eodem spiritu, velut radij folares ab eodem sole profluunt.

„ Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cūm sint multa, vnuſ tamen corpus sunt, ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnuſ corpus baptizati sumus, siue Iudæi siue Gentiles, siue serui siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnuſ membrum sed multa. Si dixerit pes, Quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnuſ quodque eorū in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia vnuſ membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnuſ autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui, Opera tua non indigo, aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii: Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt, & quæ putamus ignobilia membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent: Honesta autem nostra, nullius egent, sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorum tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra. Et si quid patitur vnuſ membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnuſ membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primū Apostolos, secundò Prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiore via vobis demonstro.)

Hoc loco Paulus vtitur eleganti analogia corporis naturalis, ad intelligendū corpus Christi mysticū. Sicut enim in corpore naturali diuersa sunt membra, diuersæque membrorum functiones, attamē vnuſ sunt corpus & inuicem cōspirat, mutuoq; se iuant, ita in corpore Christi mystico multi sunt ministri, & diuersæ ministrorum functiones.

nes, in vnu tamē coalescunt, & pulcherrimū inter se consensum retinent. Siquidem vnus & idē spiritus sua gratia Iudeos & Gētiles, seruos & liberos, masculos & foeminas, in vnu corpus spirituali lauacro abluit, regenerauit & irrigauit, suaq; dona diuersarū nationū hominibus impertiit. Et hic spiritualis potus cuius meminit Paulus, dici potest internū refrigeriū, quo humanū cor extincta illicitorū desideriorum siti refri geratur. Et sicut non est hæc ratiocinatio iusta, Non sum manus, ergo nō sum de corpore, non sum oculus, ergo non sum de corpore, ita nec ista, Nō sum Prophetæ, ergo nō sum de mystico Christi corpore, nō sum Apostolus, ergo nō sum de Christi corpore. Et sicut non expedit vt omnia membra sint manus aut pes aut oculus vel auris, ita non expedit vt in corpore Christi omnes sint Prophetæ vel Apostoli vel interpretes. Denique sicut caput non potest dicere pedi, vel oculus manui, Opera tua non indigeo: ita neque Apostolus potest dicere Prophetæ, Tuis præsidiis non indigeo. Neque qui loquitur linguis potest dicere interpreti, non es mihi necessarius. Nec etiam clarissimus Christianus potest dicere abiectissimo Christiano, Opera tua non indigeo. Imo membra corporis quæ videntur esse infirmiora & abiectiora, sunt magis necessaria. & quæ existimamus inhonoratoria esse corporis, iis honorem abundantiorem circumponimus, & quæ turpia nostra sunt abundantiore ornantur venustate. Siquidem membra quæ putantur inhonestā, necessitate commendantur & vsu. Nec tamen ex hoc loco colligere debes membra quæ vocantur pudenda, esse magis necessaria cæteris, sed satis sit illa non esse negligenda. Imo necessaria corpori, ad procreandam (quibus licet) sobolem aut ad soluendam virinam. Nec dicuntur membra aliqua in sanctis inhonestā propter quandam peccati turpitudinem, sed propter inobedientiam membrorum genitalium à peccato originali cōtractam: honestis tamen studiis, probitate vitæ & castimonia, multaque frugalitate castigata, cedunt homini in honorem. Venusta autem nostra siue honesta nullius egent, exteriori scilicet cultu & apparatu, sed Deus contemperauit corpus ei quod defectum patiebatur, ampliorem largiens honorem vt non sit discordia in corpore, sed idem pro se inuicem current membra. Et cùm dicit, Contemperauit, vult innuere simul moderatus est & miscuit membra temperatura quadam, vt sibi mutuo sint auxilio. Et siue patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, siue honorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Nec quispiam debet considerare quid ipse sit aut nobilissimo vel obscurissimo loco natus, sed cuius sit: Omnes enim sumus Christi. Quicunque enim in Christo baptizati sunt, Christum induerunt, sumus & membra Christi, & inuicem commembra. Itaque nos adhortatur Paulus vt nullis rixis, factionibus aut contentionibus dissideamus, sed conemur pro viribus fouere inuicem pacem & concordiam. Quòd si corpus mysticum à suo capite non dissideat, nec caput à suo corpore, nec membra debent à corpore aut à capite dissidere, nec adiuicem conflictari. Et quemadmodum corporis naturalis membra sibi inuicem patrocinantur, mutuisque officiis se iuuant, ita membra corporis mystici debent sibi inuicem patrocinari. Quòd si quis tentatione aut infirmitate in vitium carnis lapsus fuerit, qui fortior est carne iuuet lapsum. Vnde alibi dicit Paulus, Fratres, Et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quòd si frater mortifero scelere fauciis sit, contristentur omnes, si verò à peccato resurrexerit, & ad gratiam à qua exciderat, redierit, gaudeant omnes. Intelligamus & honorem quo mundus nos honorificat, nobisque blanditur, esse vanum & terrenum, honorem verò quo Deus nos honorificat esse summum & cœlestem. Deinde adiicit Paulus quæ plurimum faciunt ad fulciendum corpus Christi, Vos autem etsi corpus Christi, & membra de membro. & quidem de supereminenti membro, nempe de Christo, à quo sumitis influxum, dona & præsidia non modica: Græci legunt hoc loco μέλη ἐν μέρεσι, id est, membra ex parte. hoc enim dicit allo-

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST. 98
 alloquens Corinthios, q; non essent omnia membra corporis, sed aliqua pars mēbrorum. Qui autem primi iecere fundamenta fidei in Ecclesia, explicat dicens, Et quosdā quidem posuit Deus in Ecclesia, primū Apostolos, secūdo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes siue potestates, postea gratias curationū, siue dona sanitatum, opulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes sermonū. Nec hīc agit Paulus de illis prophetis qui futura vaticinabantur, quales in veteri testamento legimus, sed qui infideles & imperitos arguant atque dijudicent, & isti sunt Prophetæ noui testamenti. Cōmemorat autem Paulus hoc loco Deum patrem posuisse primū in Ecclesia Apostolos, secūdo Prophetas &c. In epistola autē ad Ephesios dicit Christum Ephe. 4. dedisse quosdā quidem Apostolos, quosdā autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autē pastores & doctores ad consummationē sanctorū, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, vt manifestissimè cōprobaret patris & filij vnam diuinitatem. Quòd autē Deus hæc incredibilia dona separatim & priuatim diuersis cōtulerit, pulchrè demonstrat dicens, Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes habent gratiā curationum? nunquid omnes loquuntur linguis? nunquid omnes interpretātur? Et licet insignia sint hæc dona ad ædificationem ecclesiæ variis hominibus collata, nobis tamē conandū est studiis omnibus illa habere quæ sunt potiora & præstatiōra, ac aliorum ædificationi accommodata. & illa, vt coniicio, spectant ad vnitatē spiritus vinculo pacis obuinctam, & ad publicam Christianæ religionis charitatē. Vnde adiicit, Aemulamini autē charismata meliora, aut si mauis, zelate potiora dona, Et adhuc excellentiore viam vobis demonstro. quæ scilicet tēdit ad efflagitanda potiora spiritussancti dona, népe fidem, spem & charitatem, vt subsequens caput indicabit.

Argumentum decimiertii capit. 1

ET si donum linguae siue humanæ siue angelicæ ornet hominē, parum tamen ornamenti adfert, nisi charitate fulciatur. Prodest etiam & plurimū donū fidei, cùm ad credendū in Deū, tum ad edendū miracula, parum tamen habet momenti cùm amoris tegumento nō amicitur. Iuuat & plurimū prōpta eleemosynarum largitio, vt ad gratiam redeamus, aut in gratia perseueremus, nunquam tamen benefico homini salutem aeternam adferet, nisi igne charitatis ardeat. Quænam autem sint charitatis conditiones etiam admodum præclaræ & magnopere commendabiles, aperte declarat Paulus, tantisque praconiis eximiam charitatis virtutem extollit, vt eam ceteris spiritussancti donis longè putet esse præferendam.

Caput decimumtertium.

SI linguis hominum loquar & angelorū, charitatem autē nō habeam, factus sum velut æs sonas, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia & omnē scientiā, & si habuero omnē fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Etsi distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū ita vt ardeam, charitatē autē non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est, Charitas nō æmulatur, nō agit perperā, non inflatur, non r. ij.

„est ambitiosa, nō quærit quæ sua sunt, nō irritatur, non cogitat malum,
„nō gaudet super iniquitate, cōgaudet autē veritati, omnia suffert, omnia
„credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquā excidit, siue pro-
„phetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex
„parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cūm autem vene-
„rit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.) Nemo nescit pre-

clarū esse linguis loqui Hebræis, Græcis aut Latinis, attamen nihil nostræ saluti con-
ducit loqui linguis hominū aut angelorum si amorem Dei & proximi nobis nō con-
ciliauerimus. Et qui nō confert donū Dei in cōmunem vsum, persimilis est ēri, inani
ſtrepitu discindēti æré, aut cymbalo inutili tinnitu ferenti aures. Nec abs re cōparat
Paulus loquelā præſidio charitatis deſtitutā, ēri ſonanti aut cymbalo tinnienti. Nam
licet aēs aut cymbalū, clarum ſonū emittat, non tamen eſt viuus ſed mortuus: ita loqui
linguis facundis & diſertis, quo nomine mirum in modū Corinthij ſibi placebant, eſt
quid excellens, & auribus hominum gratum, non tamen huiusmodi donum confert
homini vitam æternam, ſi non habeat charitatē ſibi copulatam. vnde dicit Ioannes,

i. Joan. 3.
Hec obſer-
ua.

Nos ſcimus quoniā translati ſumus de morte ad vitā, quoniam diligimus fratres. Qui
non diligit, manet in morte. Et licet dicat Paulus, Si linguis angelorum loquar, nō tamen
putes angelos propriè loqui, nam lingua eſt membrū corporeum, quod ſimplicibus
angelorum ſubſtantīis cōpetere non potest: Sed id adiecit exaggerandæ rei gratia. Et
conceptus ac expreſſio mentis, ipsius angeli, metaphoricè ſiue per ſimilitudinē lingua
nominatur. Sicut enim homo ſua lingua manifestat alteri homini quæ intelligit, ita
vnus angelus manifestat alteri angelo quæ mente concepit. Etenim supremæ hierar-
chiæ angeli, purgant, iſſtant & perficiunt angelos mediæ hierarchiæ, nam illis quæ
dam rerū diuinarum mysteria & abdita arcana detegunt & annunciant: quo enim cla-
rius & perſpicacius Deum vident, eo plura in ipſo Deo cognoscunt. Denique angeli
mediæ hierarchiæ, purgant, iſſtant & perficiunt angelos infimæ hierarchiæ. Ad-
iñuicem tamen colloquuntur omniū hierarchiarum angeli de occultis cordium quæ
ex libero arbitrio dependent. Et maniſtationes rerum occultarum in ipſis angelis
dicuntur signa vel nutus. Nec conferendum eſt donū prophetæ cum ipſa charitate,
nam licet inſigne ſit, & omnium votis optandum, ad prædicendum futura, neminem
tamen abſque charitate ſaluat. Inſuper nemo non commendat abſolutiſſimam rerū

Encomium
charitatis.

omnium cognitionem & robur fidei ad dimouendum eſt ſuo loco montes, signaque
longè maiora edenda, ſi tamen deſit charitas, fruſtra adsunt huiusmodi dona. Et quid
prodeſt ſuas facultates in vſum pauperum inſumere, & corpus ſuum pro ſubleuan-
dis oppreſſis, omnibus periculis etiam ad incendium vſque obiicere, ſi non adſit chara-
tas quæ huiusmodi dotes ſuffulciat? Adde quòd charitas ea virtute præſtat, vt nec
ambitione nec liuore, nec rixis, ſectis aut diſſidiis vitiari poſſit, ſed eſt prompta ad o-
mnes iniurias tolerandas, comis quoque, facilis & benigna, & ad vitæ conſuetudinem
comoda. Charitas nulli ſuam proſperam fortunam inuidet, ſed alterius proſperitati
congratulatur. Nihil perperam molitur, non inflatur, non ambit ſummos honores,
non ſtudet ſuis priuatis commodiſ, ſed vltro ſua bona in alios tranſfundit, omnibus
viſcera ſuæ miſericordiæ aperit, nec repetit corā iudice cū ſcandalō proximi quæ ſibi
ſunt ablata, magis enim amat ſalutem proximi quā rem pecuniariā. Non irritatur
iniuria, nec optat acceptam iniuriam retaliare, non cogitat de vlciscendis probris &
contumeliis, omnem iniquitatem & iniuſtiā inſectatur odio, amat autem verita-
tem, iuſtiā & ſynceros mores. Sinistra quæque inuita animi magnitudine ſuffert,
nihil non credit, nihil non ſperat, & pro aſſequenda immortalitate dura quæque to-
lerat. Et licet contingat aliquando aboleri prophetias, ſiue linguæ ceſſabunt, aut hu-
manæ ſcientiæ antiquabuntur, nunquam tamē perfecta charitas excidet, ſed eius donū
in æuum perdurabit. Deniq; licet aliquātulam habeamus rerum diuinarum ſcientiā,
tamen

tamen pro ſtātu huius mortalis vitæ, eſt nobis imperfecta, nec ad plenum cognosci-
mus, nec etiam ad plenum prophetamus. Cūm autem contigerit id quod perfectum
eſt, ſiue consummata diuinæ gloriæ perfectio, quod nunc dimidiatū eſt, abolebitur.
Cūm eſsem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, co-
gitabam vt paruulus. Quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erat
paruuli. Videamus nūc per ſpeculū in ænigmate, tunc autē facie ad facié.
Nūc cognosco ex parte, tunc autē cognoscā ſicut & cognitus ſum. Nunc
autē manēt fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior autem horū eſt charitas.)

Eleganti ſimilitudine probat imperfectum ceſſaturum cūm contigerit id quod per-
fectum eſt. Cūm eſsem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. *Conditions*
Etenim paruulum decet crassulī vti, vt crassulus eſt, & loquitur in infantia bal paruuli.
butiendo, ſapit infantiliter, & contemptis rebus ſeriis & ſpiritualibus, terrenis in hæret,
cogitat & quæ vana ſunt. Cūm autem grandescit & ad ætatem virilem adoleſcit, quæ
infantulorum ſunt abiicit. Intelligamus autem Paulum hoc loco conſerre ſtātu præ-
ſentem cum pueritia propter imperfectionem, ſtātu verò futuræ gloriæ, cum virili
ætate propter perfectionem. Siquidem immortalitate donati, perfectè cognoscunt
Deum, & quæ diuina ſunt. Deinde conſert cognitionem quam habemus de Deo in
hoc ſeculo cum viſione alicuius rei in ſpeculo oculari, & cognitionem Dei ſiue diu-
inæ eſſentiæ quam habituri ſumus in patria, cum viſione alicuius rei facie ad faciem.
Quemadmodum enim qui rem quampiam intuetur in ſpeculo, nō videt rem ipsam,
ſed duntaxat eius ſimilitudinē, ita qui videt Deū in hoc ſeculo, non videt Deum vti
Deus eſt, aut in ſeipſo, ſed ſolū eius ſimilitudinem in creaturis relucentem. vnde di-
cit Paulus, Inuifilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpi-
ciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt ſint inexcufables. Et huius-
modi viſio eſt ænigmatica & obſcura, fide tamen fulcitur. Non enim videmus quòd
Deus sit trinus & vnus, aut quòd verbum caro factū ſit, ſed videmus quæ nos oportet
credere. Et quemadmodum qui videt aliiquid facie ad faciem, clarè videt & aper-
tè, cognoscitque rem ipsam ſicut eſt, ita in patria clarè & lympidè videbimus Deum,
ſiue diuinam eſſentiā ſicut eſt, quod attestatur Ioannes dicens, Scimus quoniam
cūm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Itaque videre
Deum facie ad faciem, eſt clarè videre Deum, & abſque vlo medio. Et quoniā Deus
quatenus Deus, non habet faciem, intelligamus Paulum dixiſſe metaphoricè, tunc
autem facie ad faciem. At dicit quispiam, Jacob vidit dominum facie ad faciem, & ta-
men manifestum eſt quòd non viderit diuinam eſſentiā: ergo videre Deum facie
ad faciem non eſt videre diuinam eſſentiā ſiue Deum ſicuti eſt. Respondebo Ja-
cob non ob id dixiſſe, Vidi dominum facie ad faciem, quòd viderit Deum ſicuti eſt,
aut quòd conſpexerit diuinam eſſentiā, ſed ſolū illis verbis voluit exprimere ex-
cellentem domini apparitionem: non quòd viderit Deum in ſeipſo, ſed Deum in vi-
ro (cum quo luctatus eſt) apparentem, & hunc virū vidiſ facie ad faciem. Alij dicunt
hanc viſionem ſuiſſe imaginariam, ita quòd Jacob vidit dominum imaginariè in ſua
imagine apparentem. Augustinus libro 22. de ciuitate Dei capite 29. dicit, Fácie Dei
manifestatio eius intelligenda eſt, non aliquod tale membrorum, quale nos habemus
in corpore, atque iſto nomine nuncupamus. Adiicit & Paulus quod plurimū facit
ad explanationem præcedentium, Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam ſicut &
cognitus ſum. In hac præſenti vita cognoscimus ex parte, quia obſcurè & imperfectè co-
gnoscimus, in futuro autē ſeculo cognoscemus ſicut & cogniti ſumus, hoc eſt, vt di-
cunt quidam doctores ſcholaſtici, ſicut Deus cognoscit eſſentiā noſtrā, ita Deum
cognoscemus per eſſentiā. Et hæc particula, Sicut, non indicat æqualitatem cogni-
tionis, ſed ſimilitudinem, non enim ex hoc loco colligendum eſt hoſminem habi-
turum tantam Dei cognitionem quantum nunc habet hominis Deus, ſed pro ſuo
modo ita perfectam, vt ei nihil adhuc expectetur addendum, vt quem perfectè nunc
r. iiij.

Deus nouit hominem, sed tamen sicut Deus hominem, ita nunc perfectè nouerit homo Deum, sed tamen sicut homo Deum. Deinde exprimit dona spiritus sancti quæ habent Deum pro objecto proximo. *Nunc autem manent fides, spes & charitas.* verum charitas & fide & spes longè præsterior est. Fides integra ad spem futuræ beatitudinis nos allicit, quod explicat scriptura illa, Fides est substantia rerū sperandarū. Denique spes ad synceram Dei charitatem nos prouocat, charitas vero nos Deo copulat & conicit. Loco huius *Maior horum*, legunt Greeci, μείζων τούτων id est, maxima ex his charitas. Latini tamen ad exemplum Græcorum nonnunquam usurpant compararium pro superlativo. Aut legere possumus, Maior autem his est charitas.

Argumentum decimiquarti capit. I.

PAULUS adhortatur Corinthios ut spretis iis quæ carnem titillant & demulcent, seriis rerum cœlestium studiis incumbant, eaque sectentur quæ Deo per grata sunt, & saluti animarum magnopere conducunt. & licet optandum sit linguarum donum, longè tamen prophetæ donum optabilius est. Cupit & Christianos omnes magis orare Deum spiritu & mente quam lingua, qui si euangelicam perfectionem nancisci velint, debent puerorum inscitiam & infantilia defideria vitare. Ridiculum putat & prophanum mulieres in sacra æde habere cōcioneum ad populum, aut publicitus de sacris literis philosophari. & sicut sunt viris subditæ, ita debent à suis viris discere quæ ad assequendam æternæ vitæ salutem conferunt.

Caput decimumquartum.

Sicut etiamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur sed Deo, nemo enim audit spiritu autem loquitur mysteria. nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem. Qui loquitur lingua, semet ipsum ædificat, qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat. Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi interpretetur vt ecclesia ædificationem accipiat.) Quod charitas fit dono fidei & spei præferenda, commonstrat Paulus dicens, *Sectamini charitatem.* Studiis omnibus vobis optanda est charitas Dei & proximi, qua vobis iter tutissimum sternitur ad assequendam æternam felicitatem. *Aemulamini & spiritualia*, contemptis prorsus rebus carnalibus, quæ saluti animæ plurimum officiunt. Et quia Corinthij donis linguarum multa tribuentes, munus prophetæ linguis postponebant, vt hunc errorem suis mentibus adimerent, adiecit, *Magis autem vt prophetetis*, vos commonefacio vt super omnia charitatem habeatis, detis & operam vt totis viribus incumbatis spiritualibus, & potissimum petatis à Deo donum prophetæ, quod vobis multis argumentis persuadebo linguis esse præferendum. Qui loquitur lingua, incognita scilicet & minimè explanata, non loquitur hominibus, ad intelligentiam scilicet hominum, quia non capiunt huiusmodi linguam peregrinam, nec quid sibi velit, agnoscent, sed Deo loquitur nihil non intelligenti. Huiusmodi autem donum, diuinum honorem concernit. Quod autem non loquatur hominibus, sic probat, *Nemo audit.* hoc est, intelligit: Etenim non nunquam audire in sacris literis sumitur pro intelligere. hinc illud, *Qui habet aures audiendi, audiat.* & quod soli Deo loquatur, sic suadet, *Spiritus loquitur mysteria.* hoc est,

est, detegit arcana Dei, eaque cum vult, nobis manifestat. Nemo enim cognovit quæ *1. Cor. 2* sunt Dei, nisi spiritus Dei. Hoc loco nonnulli legunt, Spiritu loquitur mysteria, hoc est, spiritus sancto afflante humanum spiritum loquitur occulta Dei. *Qui autem prophetaat*, hoc est, prædictit futura, & quæ videt, explanat, diuinamque scripturam interpretatur, *hominibus loquitur ad ædificationem, exhortationem & consolationem.* etenim ædificat ignorantes, & laborantes exhortatur proficientes, consolatur & pusillanimis. Vel dic, ædificationem respicere affectum animi, exhortationem, robur boni operis, consolationem verò, tolerantiam malorum. Hinc perspicuum est veram & perfectam prophetiam spectare ad honorem Dei & commoditatem proximi. Alia ratione probat donum linguae esse postponendum prophetæ. *Qui loquitur lingua, semet ipsum ædificat*, & duntaxat sibi ipsi prodest, qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat. nā prodest plurimum fidelibus eos instruendo. & quantum est inter uallum inter priuatam utilitatem & communem, tantundem est linguarum & prophetæ discrimen. Quod autem singulari commendatione dignum sit donum linguae, tametsi postponendum sit prophetæ, commonstrat dicens, *Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare, nam maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat.*) Licet prophetam præferat illi qui duntaxat loquitur linguis, attamen confert donum linguarum cum interpretatione, ipsi prophetæ, nā qui loquitur linguis quas explanat & aperte explicat, facrásque literas edifferit, sua confert studia in publicum ecclesiæ commodum, vti facit eximus propheta.

Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonitum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa, vtputa genera linguarum, sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & vos quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quarite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea si ne fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locū idiotæ, quomodo dicet, Amen super tuam benedictionē, quoniā quid dicas, nescit? nam tu quidem bene gratias agis, sed alter nō ædificatur.)

Docet Paulus donum linguae parum posse prodesse, nisi quid velit, explicit audienti. *Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina.*) Eximij prophetæ, quales fuerunt Esaias, Hieremias, Ezechiel & Daniel, dono reuelationis, scientiæ, prophetiæ, doctrinæ & interpretationis ad publicum fidelium commodum loquuti sunt. Et eleganti similitudine probat munus linguarum absque rerum explicatione, parum, aut nihil audienti posse prodesse. Si inanimata vt fistulae, tibiae, cithara, vocem emittentia, non dederint certos & distinctos sonos, nulli sunt usui, nec faciunt nos cognoscere quid tibia canitur aut cithara, an latum an lugubre. nec animata linguae præsidio suffulta facient nos cognoscere quid profertur, nisi aptum sermonem dederint. Et qui loquitur lingua, nec tamen quid loquitur explicat & manifestat, quatit aerem, &

vocem inanem emitit. Et sicut miles aduersus hostem congressurus, non se accingit ad bellum, si tuba dederit vocem incognitam, ita nec incitatur auditor cum quis contra sermonis explicationem lingua loquitur. Quod si quis ignoret vim vocis, erit ei qui loquitur barbarus, & is qui loquitur erit apud eum barbarus, & prorsus ineptus & peregrinus, & ex eo barbarus, quia ab eo non intelligitur. Qui enim Græcè loquitur, est barbarus Afro, & Afer vicissim est barbarus Africè nescienti. Fuerunt & Scythæ Atheniensibus barbari, & Athenienses vicissim apud Scythes. Quamobrè Paulus hortatur Corinthios, ut qui à spiritu sancto haberent donum linguarum, ab eodē depositant intelligentiæ donum & interpretationis linguæ. hoc autem explicat hic locus, *Quoniam emulatores estis spirituum, hoc est, linguarum quas spiritus sanctus largitur, ad ædificationem ecclesie, querite ut abundetis.*) Scio quod non deest vobis eximiū linguæ donū, sed precibus extorquete à spiritu sancto donū interpretationis, ut magis ac magis abundetis, noménque vestrum amplius inclarescat. *Et ideo qui loquitur lingua, orebat ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.*) Hinc perspicuè vides Paulum discernere spiritum à mœte. Et hic spiritus, est spiritus, quem spiritus sanctus afflat, & mouet ad orandum, aut ratio ipsa nos incitans ad orandum. Vel dic hunc spiritum esse gratiam spiritus sancti, quæ linguam agitat. Quidam dicunt hunc spiritum esse halitum edentem verba precantia. Attamen mens mea, hoc est, intellectus meus, vel animus meus est sine fructu, quia nihil eorum quæ proferuntur intelligit, *Quid igitur est?*) hoc est Pauli consilium, *Orabo spiritu et mente, psallam spiritu, psallam et mente.*) Dabo operam ut quod præcor, intelligam, studebo pro viribus, ut quod occino Deo & voce & spiritu, planè cognoscam. Adiicit Paulus, *Ceterum si benedixeris spiritui, qui supplet locum Idiotæ, quomodo dicet. Amen super tuam benedictionem, quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur.*) Hic agit Paulus de oratione publica, quam profert sacerdos cum publicitùs orat. & hunc sensum prætendit, Si benedictionem dederis lingua, quæ à spiritu sancto mouetur. Licet intellegas quod profers, qui ignarus est prorsus spiritualis sermonis, quem spiritus sanctus dat eloqui, quomodo dicet consentiendo tuae publicæ benedictioni Amen, hoc est, ita fiat, vel verum est? Et licet quām maximas agas Deo gratias in his quæ eloquendo intelligis, alter tamen qui audit non ædificatur, quia non intelligit affata.

Gratias ago Deo quod omnium vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia malo quinque verba sensu meo loqui, ut & alios instruam, quām decem millia verborum in lingua. Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote: In lege enim scriptum est, Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic, & nec sic exaudient me dicit Dominus. Itaque linguæ in sanguine non fidelibus sed infidelibus: prophetæ autem non infidelibus sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in unum, & omnines linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles, nonne dicent quod insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuncians quod verè Deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? Cum conuenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant, siue lingua quis loquitur, secundum duos, aut ut multum tres & per partes & unus interpretetur. Si autem non fuerit

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST. 101
 „fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. Prophetae autem duo aut tres dicant, & ceteri diiudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat: Potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exhortentur, & spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Non enim est dissensio- nis Deus, sed pacis, sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.)

Et ne quis suspicaretur Paulum ut linguarum imperitum & expertem, parum fauere dono linguarum, gratias agit deo, quod omnibus Corinthiorum linguis loquatur, intelligat & planè quid diuersa sermonum genera sonent. Et quod anteponenda sit interpretatio sermonum dono linguarum, sic suadet, *Malo, inquit, in ecclesia, & ita publico sanctorum coetu, quinque verba meo sensu loqui, ut intelligam quid sonent verba & à ceteris intelligar, quām decem millia verborum,* ita lingua sonare, ut nec ego ipse intelligam, nec ceteri intelligant. Proinde vos adhortor fratres, ne loquamini & doceatis quæ sunt infantilia, imbecilla, inutilia & stulta, sed relicti inferioribus donis ad maiora proficiatis. Hoc tamen vnum opto ut sitis paruuli malitia, simplices scilicet & innocentes, de quibus dicebat Christus suis discipulis, cum de primis honoribus cōtenderent, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et quia propagandæ sunt dotes animi, vobis enitendum est ut ad summum perueniatis, sitisque sensibus & potissimum cœlesti sapientia perfecti. Etenim perfectorum solidus est cibus, & eorum præsertim qui pro ipsa con- suetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Adiicit autem Paulus, *In lege enim scriptum est, Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic, & nec sic exaudient me dicit Dominus.* Secundum autem Hebraicam veritatem legimus, *In lo- Esaie. 28. quela enim labijs, & in lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit, Hæc est re quies mea, reficie lassum, & hoc est meum refrigerium, & noluerunt audire. hoc loco extenditur nomen legis ad prophetias, sicut aliquando extenditur ad psalmos, ut facile est ex euangelistis agnoscere. Sed cur Paulus hoc propheticum testimonium adducit, si subsequentia non cohærent præcedentibus? Verum mirè cohærent: Nam prius dictum est, Nolite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Non enim in primis fidei rudimentis consenserendum est, sed propria ganda est fides cœlesti doctrina, propheticis oraculis, linguarum donis, interpretatione sacrae scripturæ & morum integritate. Paulus autem cum Esaia propheta vult in- gatur. Quomodo fides propria*

Manifestantur & eius occulta scelerata, Deo per vos reuelante, & cum exemplo vestrae pietatis & inculpatæ religionis resipiscit, *procidit in faciem suam, adorans Deum*, palamque testificans quod verè diuino spiritu sitis afflati. Hinc clarè cōstat veram prophetiam spectare ad confirmandam fidem & instruendos mores. Itaque fratres, cūm in publicum cōcūtum conuenitis, intelligat vnuſquisque vestrum, donum Dei suæ fidei ad publicum ecclesiæ commodum concretum fuisse, siue quis habeat cāticum mysticum ad occinēdum Deo laudes, siue doctrinam quam possit profiteri, aut qua possit ad instituendam vitam erudire, siue apocalypsim, hoc est, reuelationem ad eruenda abstrusa & abdita, quæ in sacris literis latent, siue donum linguæ & interpretationis sermonum. Verū ne qua nascatur confusio, sit præscriptus modus vtendi dono linguarū, ita vt bini duntaxat loquātur in singulis conciliabulis, aut vt plurimū terni, neque tamen simul sed per vices adsit & vnuſ qui quod ab aliis dictum est, interpretetur. *Quod si desit interpres*, qui præditus est dono linguarum, *taceat in ecclesia*, frustra enim lingua ignota loqueretur ad populum, sibi autem canat & Deo. Ad eundem non omnes prophetæ loquantur, sed bini aut terni edifferentes prophetias & sacram scripturam, ac exhortantes populum ad pietatem & morum sanctimoniam. Ceteri vero diuident prophetarum afflatus, si nam sint veri necne, reiiciant autem si quid protulerint absurdum & Christi spiritu indignum. Quod si is qui sedebat cōperit interloqui, velut spiritu excellentioris reuelationis afflatus, prior subticeat. Et si hic pulcherrimus ordo seruetur, nihil vetabit quominus omnes vicissim prophetent, vt omnes discant. (Nam sapiens audiendo sapientior erit) & omnes vberiorem exhortationem recipient, & spiritus prophetarum sint prophetis subiecti. Hoc intellige quantū ad pronunciationem: Nam est in potestate prophetæ pronunciare, aut non pronunciare quæ reuelantur: non enim cœlestis afflatus te semper cogit loqui. Quod autem cœlestis afflatus siue pię mentis impetus, ad ea quæ ad gloriam Dei pertinent, nō semper te impellat ad loquendum, sic suadet Paulus, *Non enim Deus est autor dissensionis sed pacis*. Et id vult obseruari in sacris Corinthiorum conciliabulis, sicut & in omnibus sanctorum ecclesiis docuit.

Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent: Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesia. An à vobis verbum Dei processit, aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quod Domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis, nolite prohibere. Omnia autem, honeste, & secundum ordinem fiant in vobis.) Quoniam viris perfectis, &

Cur Paulus omni virtutum genere absolutis conuenit cœlestem doctrinam aut publicitus prohibet mulieris aut prædicare, inhibet Paulus mulieribus ob leuitatem iudicij, garrulitatem linguæ, & fragilitatem ac imperfectionem sexus, in ecclesiis solemnibusque conuentiis sacram scripturam docere, & ad populum concionem habere, & munus prophetæ obire. *Mulieres* inquit in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, publicè scilicet docendo, aut prophetando, sed subditas esse, sicut & lex dicit, Siquidem ex Genesi comperimus Dominum dixisse, Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent, à quibus scilicet debent instrui, *Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia*.) Indecorum est mulieri in publico Christianorum conuentu concendere suggestum vt doceat aut prædicet Euangelium Iesu Christi: potest tamen suæ salutis causa audire concionatorem, & à sacerdotibus sciscitari, si nam hoc, vel illud peccatum sit mortiferum vel veniale. Eandem habet sententiam priore ad Timotheum epistola, in qua dicit, *Mulier in silentio discat cum omni subiectione: Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum,*

virum, sed esse in silētio. Adā enim primus formatus est, deinde Eua. Verū obiiciet quispiam, Anna filia Phanuel, sicut prophetissa, & loqua est de Domino omnibus qui expectabant redemptions Israël. Prophetauit & Samaritana, Scio inquit quia Messias venit qui dicitur Christus, cūm ergo venerit, ille annunciat nobis omnia. Tum quoque Delbora prophetauit, & iudicauit Israëliticum populum. Quod si nō Iudi. 4: fit inhibitū mulieri prophetare, nec illi inhibebitur interpretari sacram scripturam. Respondebo prophetiam duo in se includere, reuelationem, & manifestationem reuelationis. primum conceditur mulieri diuinitus inspiratæ, secundum inhibitetur, si publica fuerit reuelationis manifestatio, non autem si fuerit priuata. Et quia docere includit præsidentiam siue præfecturam, quæ nō conuenit mulieri, idcirco vetat Paulus mulieri publicitus docere. Verum vt Corinthij quantum ad rationem prophetæ & interpretationis sacræ scripturæ, nihil sibi arrogarent, nec quicquam de se magnificè spretis aliis sentirent, sed hactenus obseruatam cæterarum ecclesiarum consuetudinem imitarentur, adiecit, An à vobis verbum Dei processit? vt in tractandis sacris scripturis, cæteris præemineretis? quasi dicat non, sed à Iudeis. Quandoquidem scriptum est, De Syon exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Aut in vos solos Esai. 2: peruenit? non sané. Nam viris omnium nationum disseminatum est diuinum verbum, quod subindicat propheta dicens, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et ne scripta Pauli & documenta à Corinthiis reliquerent, addidit, Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis siue sapiens, cognoscat quæ scribo vobis, quod Domini sunt mandata. Non enim vobis ullus relinquitur locus calumniandi meas scripturas, nec potestis arripere ansam contradicendi meis verbis, nam spiritus sanctus mentem meam afflavit vt hæc vobis scriberem. hinc colligere nos oportet verba & præcepta Apostolorum non minus esse seruanda quam præcepta Christi. Huic autem sententiæ accedit locus ille, An experimētum quæreris eius qui in me loquitur Christus? Item, Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. Quod si quis protervæ mentis, ignoret hæc, ignorabitur hoc est, Si quis nolit hæc scire quæ scribo vobis, nesciet suo periculo, & à Domino punietur, teneat enim omnes scire quæ saluti necessaria sunt, itaque fratres, cūm donum prophetæ sit præstantius dono linguarum, auidis animis optate vt prophetetis, nolim tamen inhibere loqui linguis, inuidet enim donis spiritus sancti & bonis literis, qui eximia linguarum genera contemnit & deridet, Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in vobis.) honeste quidem, composite & concinnè, vt cūm vnuſ loquitur in ecclesia, alij taceant, & secundum ordinem vt vicissim prophetetis aut loquamini.

Argumentum decimiquinti capituli.

E Vangelium quod prædicauit Paulus Corinthiis & ceteris Ethnorum nationibus, omni credenti allaturum est salutem eternam. continet autem euangelica philosophia Christum spontaneam mortem pro peccatis nostris oppetisse, iacuisse in sepulchro & tertia die reuixisse, & de morte, mortisque autore triumphasse, ac multis argumentis se rediuiuum suis discipulis manifestasse. Quod si tam insignis tamque apertæ & glorioſæ resurrectionis testes fuerint Apostoli, qui spiritus sancto afflati, hanc firmam, stabilem & inconcussam veritatem prædicarunt, quomodo quidam Corinthij ausi sunt temere affirmare non esse resurrectionem mortuorum? Siquidem sublata tantæ rei veritate, tollitur omnis spes immortalitatis, cūm autem resurgent in gloria & claritate (si modò imaginem cœlestis hominis portauerimus). nihil fætoris, nihil squaloris, nihil corruptionis, ni-

bil denique imperfectionis & infirmitatis in nobis inuenietur, sed corpora nostra sole splendidiora, perfecta immortalitate donabuntur.

Caput decimumquintum.

„ Otum autem vobis facio fratres euangelium quod prædicauis vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salvamini, qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis: Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, „ quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & quia „ sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundū scripturas, & quia visus „ est Cephæ, & post hoc undecim. Deinde visus est plusquam quingentis „ fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem „ dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. No- „ uissimè autem omniū tanquam abortiuo, visus est & mihi: Ego enim sum „ minimus apostolorū, qui nō sum dignus vocari apostolus, quoniā perse- „ cutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum, & gra- „ tia eius in me vacua nō fuit, sed abundatius illis omnibus laborauit, nō „ ego autem, sed gratia Dei tecum. Siue enim ego siue illi, sic prædica- „ mus, & sic credidistis. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à „ mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mor- „ tuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Chri- „ stus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædica- „ tio nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimus autem & falsi testes Dei „ quoniam testimonium diximus aduersus Deū, quod suscitauerit Chri- „ stum, quem non suscitauit si mortui non resurgent. Nam si mortui nō „ resurgent, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexe- „ rit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & „ qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Chri- „ sto sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.)

Paulus reuocat Corinthiis in memoriam euangelium quod primum eis tradi- dit, quodque vtrò receperunt, & in quo hactenus perseverant, & per quod sperant se asequuturos salutem æternam. Et quia præcipua pars Euangelicæ philosophiæ est credere resurrectionem mortuorum, & vniuersa fidei nostræ spes in hac re sita est, nisi huic veritati auscultent Corinthij, censet Paulus eos frustra credidisse, non enim futura est perfecta salus animæ quæ ad cœlos migravit è corpore, nisi ad pri- stinum corporis domicilium aliquando redeat. Et quemadmodum morbus cen- setur esse immedicabilis cum ad præcipua & nobiliora membra serpit, nisi docti- simi & vigilansimi medici arte sanetur, ita quorundam Corinthiorum negantiū resurrectionem mortuorum error futurus est insanabilis, nisi Pauli & cæterorum doctorum eruditione oppugnetur & euellatur. Et in primis tradidit Paulus Cor-inthiis quod à Christo vel spiritu sancto acceperat, caput scilicet rerum credenda- rum, idque vult esse omnibus persuasum, Christum scilicet oppetuisse mortem ut sua morte nos à peccatis nostris liberaret, quod facile scripturarum testimonio co- probari potest. Dicit enim Esaias, Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus

coram

coram tondente se obmutescet. & ibidem, Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Suffragatur & huic Prophetico oraculo illud Hieremias, Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Scribit & Hier. II. Matthæus de genere mortis quod pertulit Christus, Ecce ascendimus Hierosolymam, Math. 20 & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. Tum quoque dicebat Christus in die suæ resurrectionis duobus discipulis euntibus in castellum nomine Emmaus, Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam Luc. 24. suam. Nec mortuus est pro nostris peccatis abluendis, nisi esset reuicturus pro nostra iustificatione siue glorificatione. Nam alibi dicit Paulus, Traditus est propter Rom. 4. delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram. Nec dicit, Mortuus est pro suis peccatis, sed pro peccatis nostris. Siquidè decet illū esse immunē ab omni pecca-to, qui pro peccatorib⁹ moritur. Et qui mortuus est ut destrueretur corp⁹ peccati, se-pultus est, & hoc indicat Christū verè mortē oppetisse, & sepultus est ut exurgeret. De hac autem admirabili sepultura testatus est Esaias dicens, Et erit sepulchrū eius Esaiæ. II. gloriosum. Quod autē Christus resurrexerit tertia die secundū scripturas, facile est ſuadere. Dicit Osee propheta, Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit Osee. 6. nos. Et huiusc resurrectionis typū gessit Ionas, quod affirmat illud Christi verbū, Matth. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius homi-nis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Legimus & in Evangelio Lu-cale, Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die. Nec intelligas Chri-ſtum tertia die à morte fuīsse excitatum quod fuerint tres dies integri, sed duæ no-ctes integræ & unus dies, & illud per synecdochen dictum putamus. Adumbratur & corpus Christi mortuum quod diuina virtute à morte excitatum est, rubo quem vi Exo. 3. dit Moses, nam ardebat & non comburebatur. corpus etiam Christi fuit mortuum, sed non mansit perpetuò subditum morti, & cum reuixit Christus sua propria vir-tute, apparuit Cephæ, hoc est, Petro. Siquidem narrat Lucas, Surrexit Dominus ve-Ibidem. rere, & apparuit Simoni. Apparuit primò Petro inter peccatores, sicut inter peccatri-ces primò apparuit Mariæ Magdalena. Aut dic Petrum non abs re primum vidisse Mar. 16. resurgentem, q̄ primus cōfessus fit Christū esse filium Dei viui. Adde quod Christus huic primò pascendas oves commisit. Deinde Christus se conspicuum reddidit undecim Apostolis: Semel duntaxat decem Apostolis, quando Thomas diu la-Ioan. 20. borans vitio incredulitatis aberat: deinde post octo dies Thoma præfente se ma-nifestauit undecim Apostolis. Adiicit autem Paulus quod in aliis sacris scripturis non comperimus, veruntamen ei fidem adhibemus, *V̄sus est, inquit, plus quam quin-gentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt.*) hoc est, hac vita temporanea defuncti sunt, & dormierunt quidem, quia excitandi sunt aliquando à morte, ut manifestum sit omnibus Christianis morte nō tam vocādam morte quā somnum. quod affirmat illud Christi verbum, Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut à somno excitem eum. Existimant nonnulli interpretes hanc visionem factam esse ante ascensionem Domini: & ij quingenti fratres partim ex Galilæa, partim vero ex Hierosolyma collecti sunt. Deinde apparuit Iacobo, scilicet mi-nori qui frater Domini dictus est, & qui primus constitutus est à Christo Hierosolymitanus episcopus. Postmodum apparuit selectis omnibus Apostolis in die resur-rectionis. Siquidem narrat Matthæus, Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam Matth. 28 in monte ubi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Scribit & Marcus, Nouissimè autem recumbentibus illis undecim ap-paruit, & exprobauit incredulitatem eorū & duritiam cordis, quia his qui viderat eum resurrexisse, nō crediderunt. Quid autē dicat Paulus de seipso, cui dignatus est Dominus se cōspicuū exhibere, attendamus, *Nouissimè autē omniū tanquam abortiuo visus est & mihi.*) Affirmat Paulus se esse cōsimilē abortiuo Apostolo, quod post maturos & fœlices partus pro selectis duodecim Apostolis editos, velut imperfectus fœtus

f. j.

verius sit electus quam natus. Vocamus autem abortiuū fœtum quod nascatur extra te
pus debitum, vel cum violentia educatur, aut si educatus sit, non tamen perducitur ad
debitā quantitatē. Primò fuit Paulus renatus Christo extra tempus aliorum Aposto-
lorū. Nā alij Apostoli renati sunt Christo, antequā spiritus sancto repletentur: Pau-
lus verò lōgo tēpore post effusionem spiritus sancti. Secundò alij Apostoli spōte ad
Christū accersiti sunt, Paulus verò quodāmodo coacte. Tertiò existimauit se esse
omniū Apostolorū minimū, nec se posse aliorū virtutes assecurari. Et cum se abortiuū
cōfert, primò se extenuat & deicit, deinde suos labores cōmendatione p̄aclara
dignos non suppressit. Cur autem afferuerit se esse omniū Apostolorū inimū & hoc
nomine indignū, reddit rationem, *quoniam persequutus sum ecclesiam Dei*: Et ad Ga-
latas dicit, *Audistis enim conuersationem meā aliquando in Iudaismo, quoniam su-
pra modū persequabar ecclesiam Dei, & expugnabam illam.* Tum quoque in prior-
itate ad Timothéū epistola scribit hēc, *Prius blasphemus fui & persecutor & cōtume-
liosus.* Etenim expugnabat illos & concutiebat qui inuocabāt nomen Christi, & à
principibus sacerdotū potestatem acceperat intrudēdi in carceres illos qui de Chri-
sto recte sentiebāt. Quod autem in functionem Apostolatus sit accersitus, hoc tribuit
Deo acceptū dices, *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit sed abū-
dantius illis omnibus laboravi, non ego autem sed gratia Dei tecum.*) Hoc est, quod plus cæ-
teris sudauerim in functione Euāgeliī muneris, non tam mihi tribuēdū est, quam di-
uinæ beneficentia. Gaudeo & magnopere quod longè plures aduersitates & cala-
mitates, erumnas & miseras pro nomine Christi, p̄a cæteris omnibus pertulerim.
Rom.15. Latius etiam Euāgeliā sementē propagauit. Nā ab Hierusalem per circumituū usque
ad Illyricum repleui euangelium Christi. Nec est quod quisquam minus autoritatis
mihi tribuat quod sim ultimus Apostolorum, nā in functione euangelici muneris
plus laborū exhausi quam quisquam aliis Apostolorum, nec tamen hoc mihi vindicō,
sed diuinæ gratiæ ascribo. Siue ergo vobis diuina ope fretus, p̄adicauerim Euā-
geliā doctrinā, siue alij vobis annūcianterint, quod non refert (quia ad eundē finē ten-
debāt nostri conatus) & p̄aestim expressimus vobis sūmā rei credēdē, nepe resur-
rectionē Christi, & frequentem eiusdē apparitionem: & id vos bona & sincera fide
credidistis. Non est quod quisquam vestrū de resurrectione mortuorum ambigere
debeat. Quod si Christus p̄edicetur à nobis, testibus quidem p̄aordinatis, quod re-
surrexerit à mortuis, quomodo quidam vestrū dicunt non esse resurrectionē mor-
tuorum? Quod si non sit resurrectio mortuorū, neque Christus surrexit, hoc enim
validū est argumentū, nam Christus est primitiæ dormientium, & Christi resur-
rectio, est causa nostræ resurrectionis, quamobrem recte colligit. Non est resurrectio
mortuorū, ergo Christus non surrexit: ex uno enim inconueniente, aliud inconueniēs
pertrahitur. Quæna autem absurdā cōtingere possunt, si Christus non surrexit, pul-
chritudinē demonstrat. Primò si Christus non surrexerit, inanis est p̄adicatio nostra, nā
falsa, vana & ridicula reputabitur p̄adicatio nostra. Etenim frequenter p̄adicauimus
Deum suscitasse Iesum Christum à mortuis. Secundò, inanis est fides vestra,
nam frustra credidistis Christum reuixisse. Tertiò, inconueniunt falsi testes aduersus
Deum, quod subnotat sacrilegiū crimē. Nam testimonium diximus aduersus Deū,
quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit si mortui non resurgunt. Redit &
ad eandem vim ratiocinādi. Nā si mortui non resurgunt, neque Christus surrexit.
Quod si Christus non surrexerit vana est fides vestra, quia falso credidistis eum re-
uixisse, si non reuixerit. Adiiciam & ego vnum, Si Christus mortuus non potuisset
resurgere, nec peccatum fuisset solutum, nec victa fuisset mors, nec sublata maledi-
ctio. Quartò, *Adhuc nū es in peccatis vestris.*) Nam si non surrexerit, nec mor-
tuus est, quod si non sit mortuus, nec peccatum soluit: Nam huius mors, est pecca-
tū solutio, & per consequens adhuc es in peccatis. Adhac, si non surrexit, non
habetis integrā fidē quę purificat corda, & per cōsequens adhuc sordetis peccatis.
Quartò, ex hoc inconuenienti, Si Christus non surrexit, infert, Ergo, & qui dormie-
runt

runt in Christo, perierunt.) Dormierūt in Christo, quia propter Christum mortui sunt,
& perierūt, quia memoria eorum est omnino extincta, nec diuina essentia perfruen-
tur: Non enim consentire possunt hēc duo, Anima fruitur Dei gloria, & nō est resur-
rectio mortuorum. Quintò, Si tantum in hac vita habeamus spem in Christum, mor-
talium omnium sumus miserrimi: Nam si corpus non resurgat, anima nostra iace-
bit incoronata, extra cœlestem beatitudinem erit. Aut hunc p̄etendit sensum, Si
duntaxat speremus nos recepturos temporaneam mercedem pro exantlatis labori-
bus, quos nomine Christi pertulimus, miseriores sumus omnibus perditis mortalib-
us, qui nullas aduersitates, nullasque afflictiones nomine Christi pertulerunt, sed
more Epicureorum & Saduceorum sordidam & voluptuosam vitam egerunt.

Hec obser-
ua.

” Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium,
” quoniam quidem per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuo-
rum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viui-
ficabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine: Primitiæ Christus, dein-
de ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis
” cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem princi-
” patum & potestatem & virtutem. Oportet autem illum regnare donec
” ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimè autem inimica de-
” structur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat,
” Omnia subiecta sunt ei, sine dubio p̄ater eum qui subiecit ei omnia.
” Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit
” ei qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Alioquin
” quid faciet qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resur-
” gunt, vt qui & baptizantur pro illis? vt quid & nos periclitamur omni
” hora? Quotidie morior propter vestrā gloriā fratres, quā habeo in Chri-
” sto Iesu Domino nostro. Si secundū hominē ad bestias pugnaui Ephesi,
” quid mihi prodest, si mortui non resurgunt, manducemus & bibamus,
” cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrupunt mores bonos colloquia
” mala. Euigilate iuste, & nolite peccare, ignorantiā enim Dei quidā ha-
” bēt. Ad reuerentiā vobis loquor.) Nunc cōstāti fide adfirmat Christū reuixisse,
qui non solum obdormiuit in Domino, sed est primitiæ obdormientiū in omnibus
primitū tenēs. Nec est primitiæ obdormientium quod primus surrexerit. Nā an-
te eū multi fuerunt à morte excitati, sed quod primus propria virtute surrexerit
sitque causa resurrectionis omnium. Denique primus surrexit ad vitam immor-
talem, cæteri verò ad vitam mortalem. Et quia inobedientia & delicto vnius homi-
nis, videlicet Adam, mors inuaserat omnes, congruū erat vt vnius hominis, nempe
Christi obedientia & innocētia fieret resurrectio mortuorū. Et sicut in Adā omnes mo-
riuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. In epistola ad Romanos demōstrauit Paulus
omnes per Adā debitū mortis soluturos. Propterea inquit, Sicut per vnu hominem, Rom.5.
peccatu in hūc mundū intravit, & per peccatu mors, & ita in omnes homines mors
pertrāsiit, in quo omnes peccauerūt, in Christo autem omnes viuificabūt vita naturę
cū mali tū boni, sed dūtaxat boni viuificabūt vita gratię. Quod autem futurus sit or-
do illorū qui reuiviscet, subindicat dices, *Vnusquisque autem in suo ordine,* hoc est, tēpore
cōgruo statui sui ordinis, & etiā quantum ad ordinem dignitatis, caput autem ecclesiæ
prius reuixit, & propterea adiecit, *Primitiæ Christus,* nam prius & tempore & digni-
tate reuixit, *Deinde qui sunt Christi,* hoc est, fideles & probati, qui in primū & secundū
Christi aduentum pura & perfecta fide crediderunt. Deinde erit finis resurrectio-
s. ij.

Cap. 15. COMMENTARII IO. ARBOREI

Ephe. 6.

Psal. 109.

Matth. 1.

Psal. 8.

nis in qua electi Dei, eterna gloria perfueruntur. Explicat autem quando erit finis rerum omniū. Quando, inquit, tradiderit regnum Deo & patri, cùm etiā euacauerit omnē principiatū & potestatē & virtutem.) Bisfariam possumus explicare hunc locū. Cùm tradiderit regnum Deo & patri. Primo, cùm Christus perduxerit suos fideles ad vitā aeternā, quos suo sanguine redemit, erit finis omniū. Secundō cùm declarauerit suū patrem cœlestē in omnibus regnare, erit finis omniū: pariter cùm aboleuerit omnē principiatū & potestatē & virtutē, hoc est, cùm abstulerit omnē magistratum siue humanū siue angelicū. Quandiu enim viuum, & angeli & reges ac principes præsunt nobis, sed in vniuersali resurrectione cessabit omne dominiū & supremū & mediū & infimum.

Diuus Chrysostomus enarrans hunc locū, dicit imperiū quod est abolendū, esse de monū, de quibus dicit Paulus, Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, contra spiritualia nequitiā in cœlestibus, nunc enim huiusmodi principatus nō sunt ab aliis prorsus, sed vbique operātur, tunc autē cessabunt. Verū priori expositioni accedo. Adiicit Paulus, Oportet autē illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.)

Cohēret huic loco illud Psalmographi, Dixit Domin⁹ domino meo, sede à dextris meis, Donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Verū obiciet quispiā, Si sedebit Christus à dextris sui patris donec suos inimicos prostrauerit, ergo suis inimicis prostratis nō amplius sedebit à dextris sui patris. Tū quoque oportet illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedib⁹ eius, ergo ubi contruerit sua virtute omnes inimicos, nō amplius regnabit, quod tamē est falsum & absurdū, Nā eius regnū est aeternum. Intelligamus pro solutione huius obiectionis particulam hanc, donec aliquando indicare tēpus finitum & præscriptū, vt cùm dicimus, nō viuā fœliciter donec mortē oppetiero. Aliquando verò infinitum & indeterminatū, sicut hōc loco, Sede à dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum, & sensus est, perpetuō sedebis à dextris meis, etiam profligatis tuis inimicis. Oportet & Christū regnare donec ponet omnes inimicos sub suis pedibus, hoc est, in aeternū regnaturus est Christus, etiā subiugatis suis inimicis, inclarescat autē & amplius innotescat eius regnū cū suos inimicos domuerit & vicerit. In Euangelio Mathei legimus de sancto Ioseph, Et nō cognoscet eā donec peperit filiū suū primogenitū, nō quod Ioseph officio coniugali cognoverit Virginē Mariā postquam peperit filiū suum primogenitū, sed quod nunquā debebat eā cognoscere, congresū scilicet coniugali. Nouissimè autem inimica destruetur mors.) Et licet Christus sua resurrectione destruxerit mortem, & illū qui habebat mortis imperium, tamē in vniuersali resurrectione omnino mortis imperium abolebitur. Nam omnes ad vitam resurgent siue fœliciter siue infœliciter. Exponit & Paulus hunc Psalmographi locū. Omnia subiecisti sub pedibus eius, præter eum scilicet qui ei subiecit omnia, nō enim pater cœlestis est subiectus Christo. Cū autē subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia vt sit Deus omnia in omnibus.) Ex hoc loco cognoscis nō dū omnia esse subiecta Christo vt homini, quod alibi affirmat Paulus dicēs, Nūc autem necdū videmus omnia subiecta ei, plenissima autē huius sc̄e subiectionis executio in die iudicij manifestabitur. Electi subiiciuntur Christo, voluntate, reprobri verò & impij, necessitate. Tunc autem filius Dei quatenus homo, erit subiectus ei scilicet patre cœlesti, qui subiecit sibi omnia, hoc est, apertius innotescet, quod quatenus homo subiicitur patri cœlesti, & forsitan nouo subiectionis modo, Vt sit deus omnia in omnibus.) hoc est, immediate erimus sub Deo, cessante omni dominio & humano & angelico. Erit & Deus omnia in omnibus, scilicet omniū ratio agnosceretur, & plenius eius augustissimū regnū. Alia disputationis via aggreditur illos qui negat resurrectionē mortuorū, dicens, Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgent? vt quid & baptizantur pro illis?) Hunc locum quidam interpres sic edisserunt, Si non sit futura corporum resurrectio, frustra baptizantur qui pro mortuis scilicet corporibus baptizantur, ob id enim baptizaris quia credis corpus

IN PRIMAM PAVLI AD CORINTH. EPIST.

105

corpus tuum non mansurum mortuum sed resurrectum, & per consequens in vanum baptizaris si non sit resurrectio mortuorum. & hoc loco vocat Paulus baptisma, sepulchrum: Conspulti enim sumus cum illo per baptismū in mortem, vt quod modo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vita ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Baptizantur & pro mortuis qui suo baptismo mortuos agunt & representant: Siquidem immersi aquis, agunt mortuos, & ob id immerguntur, vt aliquando emergant, & agant resurrectionem mortuorum. Quod si non sit resurrectio mortuorum, frustra pro mortuis baptizantur. Quidam sic exponunt hunc locum, Si non sit resurrectio mortuorum, frustra baptizantur pro mortuis, hoc est, peccatis morte inducentibus. Etenim stipendia peccati, mors est. Verū hæc expositio nihil habet nasi, nihilque exquisiti iudicij. Adhæc, Si non sit spes vniuersalis resurrectionis vt quid nos periclitamur omni hora?) hoc est, frustra tribulationes huius seculi patimur, & subimus rerum omnium pericula & discrimina. Tū quoque cur Paulus frequenter se exposuit periculo mortis pro gloria & salute Corinthiorū, & omnium Christianorum, si prorsus nobis sit adempta spes resurrectionis mortuorum? Præterea frustra Paulus Ephesi pugnasset secundum hominem ad bestias, si mortui nō resurgunt. Passus est Paulus Ephesi multa pericula, nam cùm multos spreto cultu magnæ Dianæ conuertisset ad fidem, quidam rabie & inuidia in eum commoti concitarunt populum vt eum enecaret, pugnauit autem Ephesi ad bestias secundum hominem, ad hunc sensum, quod pugnauerit secundum rationem aduersus homines Ephesi bestialiter viuentes, qui in omnem libidinem, crapulam & temulētiām proiecti, more brutorum viuebant, nec quicquam tribuebant resurrectioni mortuorum. Forsitan Paulus fuit Ephesi obiectus truculentissimis bestiis, vt membratim dilaniaretur & devoraretur, sed spem suam collocans in Christo & resurrectione mortuorum, victor euasit. Verū de hac pugna nihil præter hunc locum comperimus. Quidam dicunt Paulum pugnasse Ephesi ad bestias propter tumultum ab aurifice Demetrio concitatum ob Ephesiam Dianam. Insuper si destituamur spe resurrectionis mortuorum, liberabit nobis helluari, deliciari, inferire gulæ, ventri & veneri, nā omnino moriemur, extingueturque anima vna cum corpore, vnde dicebat Sardanapalus Assyriorū rex, non sperans aliam vitam post hanc præsentē, Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Adiicit autem Paulus exhortationis forma, Nolite seduci.) ab his scilicet qui negant resurrectionem mortuorum, Corrumptunt enim mores bonos colloquia mala, Senatorius est Menandri, quemadmodum indicat diuus Hieronymus, & constat suis pedibus. Nec vetat sacram scripturam in his quæ spectant ad mores, fulciri testimonio gētiliū. Euigilate iusti.) siue vt alij legunt, Experciscimi iuste, ne vos pseudoprophetae seducant, & à veritatis cognitione abducant, & nolite peccatis consentire, & præsertim illorum qui volunt subuertere resurrectionem mortuorum. Ignorantiam enim quidam habent.) non rectam scilicet fidem, quia non credunt quod eos credere oportet. Ad reuerentiam vobis loquor.) potius ad erubescitiam, Græcè enim legimus πρὸς ἐν Σοπλῷ, hoc est, ad pudorem: vos enim qui instructi estis in fide, & reputamini ab omnibus sapientes, deberitis erubescere, quod nonnulli vestrum vacillent in fide, & de resurrectione mortuorum hæsitant.

„ Sed dicit aliquis, Quomodo resurgent mortui? quali autem corpora re veniēt? Insipiēs tu, quod seminas nō viuiscatur, nisi prius moriatur. „ Et quod seminas, nō corpus quod futurū est seminas, sed nudū granū, vt „ puta tritici, aut alicuius cæterorū. Deus autē dat illi corpus sicut vult & „ vnicuiq; seminū propriū corpus. Nō omnis caro eadē caro, sed alia ho- „ minū, alia pecorū, alia autē volucrū, alia pisciū. Et corpora cœlestia, & „ corpora terrestria, sed alia quidē cœlestiū gloria, alia autem terrestrium.

f. iij.

Act. 21.

Act. 19.

„ Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum : Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum . Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Si corpus animale, est & corpus spirituale, sicut scriptum est, Factus est primus homo Adam, in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem, sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. „ Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. „ Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.)

Decertabit hoc modo qui negat resurrectionem mortuorum, aut qui vix potest allici ad fidem resurrectionis. Si futura sit mortuorum resurrectio, quali corpore redibunt qui resurgent? corruptione illo & soluto, an alio quodam? Verum Paulus huic obiectioni diluenda occurrit dicens, Stulte quod seminas, non viuiscatur, nisi prius moriatur. Et similitudine seminis adfirmat statum illorum corporum quæ reuiuiscent. Quemadmodum semen nullum parit fructum nisi prius mortuum fuerit & putrefactum, ita corpus humanum non resurget, neque ad vitam reuocabitur nisi prius mortuum fuerit. & quia mortuum est, quando voluerit Dominus à morte excitabitur. Nec seminator cum seminat corpus quod futurum est, spicam seminat, sed nudum granum aut tritici, aut alicuius ex cæteris. Deus autem (cui omnia possibilia sunt) dat illi pro sua voluntate corpus, & non natura neque terra neque pluia (quauis hæc conferant ut fructus hinc enascatur) Non enim qui plantat aut qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Est & vnicuique seminum proprium corpus: Non enim semina omnia, eadem vim habent, sed sunt alia aliis præstantiora. Ita in resurrectione non erit idem status omnium qui resurgent, nec omnes pari dignitate excitabuntur, sed unusquisque in suo ordine. Denique quemadmodum non omnis caro alteri carni eadem est, sed alia est caro hominum, alia pecorum, alia autem volucrum & alia piscium, ita non omnium resurgentium eadem erit ratio & præstantia. Adhæc, ut corpora cœlestia à terrenis diuersa sunt, nec eadem est gloria corporum cœlestium & terrestrium: pariter splendor solis diuersus est à splendore lunæ, & stella fulgore quodam differt à stella, sic erit & diueritas resurgentium. Quod verò adiicit Paulus, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.) hunc habet sensum, corpus humanum putidis & sordidis affectibus obnoxium extinguetur, putrefacet & sepelietur, tamen resurget incorruptibile & impassibile. Hoc autem semine exprimitur sepultura, quæ non minus tendit ad vitam corporis excitandi, quam semen ad fructum de se recipiendum. Et quod prius erat ignobile, vile, contemptum & deforme, resurget in gloria & insigni claritate præfulgebit. Insuper quod prius erat infirmum, crassum & imbecillum, surget in virtute, & eximiis agilitatis dotibus donabitur. Adhæc, corpus quod prius erat animale, surget spirituale, ita quod non amplius ipsius animalis facultates retinebit, nec locum occupabit, nec locorum dimissionibus coercedebitur, sed velut in angelicam substantiam transformatur, mutabitur & in gloriam, retenta priori natura. Probat autem Paulus quod resurget corpus spirituale, si est inquit corpus animale, est & spirituale. Illud autem corpus animale à primo Adā dimanat, spirituale verò à secundo Adam, scilicet Christo. Sicut inquit, scriptū est, Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. In Genesi legimus, formauit Dominus

minus

minus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, Gene.2: & factus est homo in animam viuentem, ut scilicet fieret corpus animale, & hoc sentit Augustinus libro 13. de ciuitate Dei capite 24. & sic erat factum, non ut mori omnino non posset, sed ut non moreretur, nisi homo peccasset. Illud autem quod spiritu viuificantem erit spiritale & immortale, mori omnino non poterit. Vocat autem Paulus Christum, nouissimum Adam, quia ad cœlestia nos euexit, induxitque statū gloriæ & vitæ. Primus autem Adam suo peccato induxerat statum culpæ. Et quia secundus Adam, à primo luteo longè diuersus, est fons & spiritus totius vitæ, dicitur esse factus in spiritum viuificantem. Vnde comperimus in Euangeliō Ioannis Christum dixisse, Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Et licet corpus humanum Christi gratia futurum sit spiritale, prius tamen fuit animale quam spirituale. Siquidem ut ordo seruetur, oportuit huiusmodi corpus ab imperfecto ad perfectum progredi. Et sicut primus homo factus est de puluere terræ terrenus, animalis, & multis noxiis affectibus obnoxius, ita secundus homo factus est de cœlo cœlestis, habens diuinitatis imaginem humanitati coniunctam. Nam hic homo (si dicam deificatus) omnimodam perfectionem cœlestem & spiritalem obtinuit. Hinc illud Ioannis de Christo testimoniū, Qui de sursum venit, super omnes est. Qualis Ioan.3: autem terrenus & mortalis, tales sunt & terreni & morti obnoxij, qui ab eo descendunt. & qualis est cœlestis, tales sunt & cœlestes, qui contéptis rebus mundanis vitam agunt cœlestem, & pro modulo Christum sanctimonia vitæ imitantur. Quod si sub peccato venundati aliquando gestauerimus imaginem terreni, & terræ affixi cœlestia spreuerimus, nunc gratia Christi à lege mortis & peccati soluti, gestemus imaginem cœlestis, & per omnia studeamus spretis rebus humanis, Deo optimo & maximo placere: Non enim caro & sanguis regnum Dei possidebunt, neque corruptio incorruptibilitatis hæreditatem accipiet. Vocat autem Paulus hoc loco carnem & sanguinem, opera mala, & homines carnalibus desideriis inferuientes. Vnde alibi dicit, Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

Rom.8:

„ Ecce mysterium vobis dico, Omnes quidem resurgemus, sed non omnines immutabimur. In mométo, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors Victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est, virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino.)

Paulus de resurrectione mortuorum plenius disserturus, dixit, Ecce mysterium siue sacramentum vobis dico, ut attentos faceret auditores, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Quia omnes morituri sunt (eo quod in Adam omnes moriuntur) omnes resurgent. Quod si non omnes essent resurrecti, nec omnes tamen immutabimur ad gloriæ mutationem, quæ dabatur iustis & sanctis. Quidam docti interpres legunt hoc loco, Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur. Alij verò legunt, Non omnes dormiemus, omnes tamen immutabimur. & vtrunque in Græcis codicibus inuenitur. Et qui secundæ assertioni astupulantur, hac ratione moueri videntur, Enoch & Elias mortis necessitate superata, ita ut erant in corporibus de terræ conuersatione ad cœlestia regna translati

f. iiiij.

I. Thes. 4. sunt. Tum quoque dicit Paulus ad Thessalonicenses, Nos qui viuimus qui residui sumus in aduentum domini non præueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā domino in aera, & sic semper cum domino erimus. quo loco videtur Paulus ostendere quosdam sanctos die iudicij in corporibus reperiendos esse, qui cum aliis sanctis qui ex mortuis resurrexerunt, rapiuntur in nubibus obuiā Christo in aera, & subito gustabunt mortē, erūntque semper cum domino grauissima mortis necessitate calcata, & tanta celeritate fiet resurrectio mortuorum, vt viui, quos in corporibus suis consummationis tempus inuenerit, mortuos de inferis resurgentes præuenire non valebunt. Qui tamen hanc assertionem tutantur, Omnes quidem dormiemus siue moriemur, sed non omnes immutabimur, hac validissima ratione sufficiuntur. Si omnes essent immutandi, superfluum fuit Paulo dicere, *Et nos immutabimur.* Licet enim omnes mortui resurgent incorrupti, eò quod corruptuum hoc induet incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem, tamen vt secernātur iusti & sancti à peccatoribus qui in suis peccatis mortui sunt, adiecit Paulus & nos immutabimur. Nam iusti non solum in corruptionem & immortalitatē consequentur, verum etiam & gloriam. Et licet Enoch & Elias sint translati, non tamen asserit sacra scriptura quod non morietur, aut quod sint translati ad regna cœlestia, nisi nomine regni cœlestis intelligas locum quendam quietum & tranquillum, in quo Deum, diuinaque opera contemplantur. Quod vero dicit Paulus, Nos qui viuimus, qui residui sumus &c. non vult intelligere & se & alios Apostolos resurrectionis tempore in corpore reperiendos esse, sed vult planè innuere iustos & sanctos (de quorum numero erat) rapiendos obuiam Christo in aera. Siquidem sanctos, vocamus viuentes, qui peccato non sunt mortui. Et cum adiecit, Simul rapiemur cum illis, ostendit subitu ad meliora transcensum, & idcirco vouluit dicere se esse raptum, vt velocitas transeuntis, sensum cogitantis excederet. Hoc autem sentit Hieronymus in Epistola ad Minerium & Alexandrum, sequens hanc veritatem. Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur, futura autem omnium resurrectio fiet in atomo, siue momento, aut punto temporis, & in ictu oculi. Græcè legimus, ἐν ρυπῃ, siue ἐν ροπῃ ὄφθαλμῳ, hoc est, in ictu, siue motu oculi. Motus enim oculi tanta velocitate transcurrit, vt pene sensum videntis effugiat. Et quemadmodum leuis pluma vel stipula aut tenue siccumque folium vento flatuque raptatur, & de terra ad sublime transfertur, sic ad ictum oculi & ad nutum Dei, omnium mortuorum corpora mouebuntur parata ad aduentum iudicis. Clangore autem tubæ indicat magnitudinem vocis, aut apertam omnium resurrectionem, & nouissima tuba exprimit clarum tubæ personantis strepitum. Potest & hac nouissima tuba significari septimus angelus, qui huiusmodi tuba canet. In Apocalypsi Ioannis septem describuntur angeli cum tubis, & unoquoque clangente quid per singulos actum sit indicatur. Cum autem mortale hoc immortalitate vestitum fuerit & ornatum, ac de fauissima mortis tyrannide triumphauerit, tunc fiet sermo qui scriptus est, *Absorpta est mors in Victoria.* Absorbut & deglutiuit Christus mortem, mortisque imperium fregit & contrivit, cum sua propria virtute reuixit. & nos Christi gratia cum reuiscemus, & ad pristinum corporis domicilium reuertemur, de morte victores euademus. In sacro Esaiæ vaticinio legimus, De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, Ero mors tua, ô mors, ero morsus tuus inferne. Augustinus libro vno. 83. quæstionum, quæstione 70, legit hunc in modum, Absorpta est mors in victoriā. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum, virtus autem peccati, lex. Vbi exponens hanc Paulinam doctrinam dicit, Mortem significari arbitror hoc loco carnalem consuetudinē quæ resistit bonę voluntati delectatione bonorum temporalium fruendorum: Non enim diceretur vbi est contentio tua, si non restisset & repugnasset. Cur autem aculeus mortis sit peccatum expo-

Hierony.

Osee. 13:

nit paulopost dicens, quia peccato facta est delectatio, quæ iam possit resistere bona voluntati, & cum dolore cohiberi, quam delectationē, quia in defectu est animæ deterioris effectæ, iure mortem vocamus. Virtus autem peccati, lex est, quia multo sceleratus & flagitosius quæ lex prohibet, committuntur, quæ si nulla lege prohiberentur. Tunc itaque absorpta erit mors in victoriā, cum per sanctificationem in omni parte hominis perfecta, delectatione spiritualium delectatio carnalis obruetur. Hæc ille. Prostrata autem morte & prorsus calcata, exultans proclamat Paulus dices; *Vbi est mors Victoria tua?* nonne aliquando totum genus humanum prostrasti? nonne de lapsu hominis triumphasti? & nunc victore Christo deiecta es. & quia mors propter victoriā Christi absorpta est, debemus summo gaudio affici, & tutissimam nostræ spei anchoram in Christo defigerè, qui in consummatione seculi corpora nostra (si modò fœliciter hinc demigrauerimus) in consummatam gloriam transformatabit. *Vbi est mors stimulus tuus?* nonne aliquando hominem ad mortem usque stimulasti & deieciisti? peccatum autem tibi patrocinabatur vt ad interitum usque deploratum hominem impelleres. occasione autem accepta per legem crevit peccatum, peccatum enim non imputabatur cum lex non esset. Subintravit & lex vt abundaret delictum, & occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in nobis omnem concupiscentiam. Et quia stimulus mortis victore Christo destructus est, Rom. 7: debemus quæ maximas Deo gratias agere, quod dederit nobis victoriā per dominum nostrum Iesum Christum. Hac autem lepida & docta conclusione, *Iraqne fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles,* adhortatur Paulus Corinthios vt sint murro ahæneo firmiores in tuenda vniuersalis resurrectionis veritate. Quod si hac fide suffulti, de virtute ad virtutem adoleuerint, ac in melius profecerint, amplissimam æternæ fœlicitatis mercedem assequentur.

Argumentum decimosextri capitii.

Hortatur Paulus Corinthios vt sanctorum, & illorum qui verè pauperes sunt, in opiam subleueret. Optat etiam antequam Corinthios inuisat, vt collegetæ pro pascendis famelicis fiant. Nec sibi in animo est diem unum cum Corinthiis (quos unice amat) viuere, sed si per oculum liceat cum illis hyemare. Commendat & obnoxie Corinthiis suum Timotheum, vt eum tanquam seipsum absque ullis comminationibus excipiant, ne euangelicam legationem suæ fidei concretam deserat, quanvis ad omne supplicium perferendum sit promptus. Commonefacit & Corinthios, vt aduersus callidissimum insidiatorem aduigilent, stentque in fide suscepta firmissimi, & charitatem cateris virtutibus antecellentem excolant. Magnopere commendat domum Stephanæ, Fortunati & Achaici, quod prompta voluntate sanctis suppeditauerint, quæ illis erant pernecessaria. Imprecatur & anathema siue extremū exitium iis qui non amant dominum nostrum Iesum Christum.

Caput decimumsexturnum.

” **D**E collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam Sabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit, ” vt non cum venero tunc collectæ fiant. Cum autem præsens ” fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam ve- ” stram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit vt ego eam, mecum ibunt,

„Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam pertransiero, nam Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunque iero: Nolo enim vos modò in trāsitu videre, spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten: „Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos, opus enim domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat, deduci- „te autem illū in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cū fratribus.)

Quām feruens sit Pauli erga sanctos pauperes affectus, quāmque syncera charitas, & prompta per omnia voluntas, patefacit exordium huiusc capitis, *De collectis inquit, que sunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.* Nihil est quod æquè possit vos ad sublime virtutum fastigium euchere, quām hylaris, prompta, facilis & parata vestrorum bonorum in pauperes largitio. Et sicut ordinaui Ecclesiis Galatiæ vt consulerent ac prospicerent Galatæ necessitati pauperum, & illorū potissimum qui sacramento & autoramento fidei donati sunt, ita velim mea equidem authoritate (qua nonnihil apud vos possum) vt studiis omnibus & propenso animo in vnum conferatis quæ magnopere conducent ad subleuandam pauperū inopiam. Etenim hoc sacrificio nullum Deo maius & gratius esse poterit. Quo autem die poterunt singuli pro ratione suarum facultatum cōmodè vacare eleemosynis erogandis & in vnum congerendis, subaperit dicens, *Per unam Sabbati vnuſquisque vestrum apud se ponat recondens quod ei bene placuerit.* vnam autem Sabbati vocat primam Sabbati, siue primum hebdomadæ diem aut diem dominicum, Deo quidem sacratum & colligendis pro alimonia pauperum eleemosynis oppido quām commodum. Vult & vnumquemque quodlibet recondere, hoc est, quocunque destinauerit Deus seruare, & quod factum sit facile cuique conferenti. Nec dixit statim conferte, ne is cuius tenues essent facultates pudore suffunderetur, si quidpiā pusillum aut tantillum tribuisset, sed recondat inquit apud seipsum, quisque profuis facultatibus & cumulet, & cumulatum deferat. Nec minus optat Paulus sua absentia quām præsentia collationes fieri, ne quid pauperum vñsi deesse videatur. Licet forsitan cùm adesset, promptiores essent Corinthij ad collendum. Mittet & Paulus cùm præsens fuerit & quidem per literas, ministros & baiulos (quos Corinthij idoneos iudicauerint) vt munera & beneficia ab eis vltro collata perferant sanctis fratribus qui Hierosolymam habitant, *Hos, inquit, mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem.* Vocat autem gratiam, liberalitatem & munificentiam, aut beneficiū vltro oblatum, quod si necessitate, impulsu & coactione offeratur, à nomine gratiae excidit. Denique si tanta fuerit collectæ pecuniae magnitudo, vt præsentiam Pauli desideret, lubens cum nunciis iter proficietur. Et vbi pertransierit Macedones siue citatim & obiter illos inuiserit, apud Corinthios tanquam discipulos Macedonibus digniores & propinquiores, complusculos dies commorabitur, & forsitan cum eis, vt suis domesticis, hyemem transiget. Adiicit autem, *Spero me aliquantulum temporis apud vos fore, si dominus permiserit.* vt ostendat se esse nescium vtrum sibi liceret spiritus sancti permisso diutius cum Corinthiis versari, vt etiam planè doceat nos in postulandis à Deo temporaneis bonis debere conditionem adiicere. vnde dicit Iacobus, Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? vapor est, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis, Si dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Permanebit autem Paulus Ephesi vsque ad Pentecosten. hoc est vsque ad quinquagesimum diem. Nechic agit vt opinor de Pentecostes festo, cùm sub id temporis nondum

nondum esset Gétium auribus notum, & ob id diutius erat Ephesi mansurus, quod illic multos haberet aduersarios & fructus eius in genere: hoc autem subindicat hic contextus, *Ostium mihi apertum est magnum & euidens siue efficax, & aduersarij multi.* Quod enim certamen est maius aduersus perditissimos fidei inimicos, eò spes vberioris fructus maior est, si eos vicerimus. & quia Paulus diuina ope adiutus, sperabat se capitales Christianæ religionis hostes propulsaturum, idcirco cum bona spe commodi nō modici acrius pugnabat. Patebat & Paulo liberior accessus ad illos qui erant feruēti animo fidem Christi amplexaturi. Quod si Timotheus mihi filiolus in Christo charissimus vos inuiserit, & multorum scelera obiurgauerit, facite vt tutior apud vos maneatur, non quod ille præ timore ingenti succumberet, quandoquidem ad subeunda pro fide pericula erat paratus: sed ne eius legatio insidiis, terroribus & comminationibus præpediretur. Hoc autem subindicat dicens, *Opus enim domini operatur sicut & ego.* ne quis ergo illum spernat quod ætate fit iunior, est enim meus collega, qui enim illum contemptim spernit, & me spernit, & qui eum syncerè amat, & me quoque amat. Obit & quām diligentissime suæ legationis munus, insistit & sacris concessionibus, alios quoque nec minus quām ego ipse ad fidem instruit. Commonhefacit & Paulus Corinthios, vt & Timotheum omni honore & reuerentia dignum deducant in pace, in tuto scilicet, sublata omni altercatione, molestia & contētione, vt ad eum veniat, siquidem illum vt sibi necessarium cum fratribus duxit expectandum.

„ De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus, & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret, veniet autem cùm ei vacuum fuerit. Vigilate, statim te in fide, viriliter agite, & confortamini, omnia vestra in charitate fiat. Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaicæ, & in mysterium sanctorum ordinauerunt seipso, vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperati & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in domino multum Aquila, & Priscilla cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto: Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema, maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi vobis. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu, Amen.)

Intelligite viri Corinthij, vobisque suadete quoniam ardenti affectu vos prosequar, quod non solum destinato animo voluerim vos inuiserem, sed multis precationibus compulerim & interpellauerim Apollo, virum quidem pius, & in Euangelico munere obeundo sedulum, ac meum adiutorem ac collegam, vt vos adiret vna cum fratribus comitatu. verum non fuit illi animus ob certas forsitan causas vobis incognitus vt vos adiret, spero tamen eum venturum cùm ei per ocium licuerit. Adhortor vos per omnia, si quid apud vos nonnihil possum, vt aduigiletis aduersus infidolum tentatorem, & illorum captiunculas, astutias & insidias qui nituntur viis omnibus vestræ saluti officere, & Christianam religionem interturbare. Persistite in fide suscepta, pro qua vobis ad mortem usque certandum est. Sitis & fortis ac robusti aduersus illos qui Euangeliu obseruantur. Quicquid autem à vobis geritur excessa omni querela & contentione per charitatem geratur: etenim charitas est vinculum perfectionis, quo disrupto ceteræ virtutes languescunt. Quod si quid possunt meæ apud

vos preces assiduæ, velim vt familiam Stephanæ singulari honore & commendatione dignam obseruetis. Etenim huiusmodi domum, pauperum alumnam, ceu primicias Achaiae Christo lucrifeç, nam sua misericordiaæ viscera alendis pauperibus effuderunt, séque totos dediderunt sanctis officio subleuandis, & propterea vos admoneo vt vicissim talibus honorem impendatis, & quod vobis præstiterunt, & vos ipsi præstate. Suspicite quoque & illos qui euangelicum negocium adiuuant, & adiuuando propagat. Gratum & mihi fuit quod Stephanam, Fortunatum & Achaicum hoc miseritis: Nam sua gratuita beneficentia, suisque próptis officiis quod vobis deerat, suppleuerunt, meumque & vestrum spiritum refocillarunt. Tales igitur agnoscite, non mediocri honore illos prosequentes, & si fieri possit omnes facultates vestras pro illis effundite. Impertiuntur & vobis salutem omnes Ecclesiæ Asiaticæ. Salutat & vos ardenti affectu Aquila & Priscilla cum reliqua congregatione Christianorū, quam habent domi suæ. Optant & vobis salutem omnes Christiani. Salutate & vos inuicem ósculo sancto & puro, vt agnoscant omnes quænam charitas & mutua benevolentia vos Christo conglutinauerit. Hac epistola quam meapte manu scripsi (ne quis putet eam esse subdititiam) saluto vos omnes. *Quod si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, nec eius cœlestem sapientiam recipiat, sed pertinaci odio infectetur & subsannet, sit anathema, & abominatione dignus, Maranatha.* hoc est, in adventu domini, quod negat eum venisse, cùm tamen compertum est eum ad conferendam omnibus credentibus salutem venisse. Allusit forsitan Paulus ad illud Malachiæ, Ne forte veniā, & percutiam terram anathemate. Maranatha, vt scribit Ambrosius in enarrationem huiusc loci, magis est Syrum quam Hebræum, & interpretatur dominus noster venit. Hoc autem Maranatha intulit Paulus vt Corinthios pudore afficeret, ac si diceret planè, Sinastra quæque vestri causa tolerauit, vos tamen illum odio habetis. Quod si venerit, (nec hæsitandum esseum venisse) superfluum est pertinacibus odiis aduersus eum velle contendere. Adsit vobis gratia & fauor domini nostri Iesu Christi, & sicut syncera charitate in Christo Iesu vos dilexi, ita vos quoque inuicem sincerè diligatis.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, Doctoris Theologi
Parisiensis, in priorem Pauli ad Corinthios Epistolam finis.

IOANNIS

IOANNIS ARBOREI LAUDUNENSIS, Doctoris Theologi, in secundam Pauli ad Corinthios Epistolam, Praefatio.



Aulus in hac secunda ad Corinthios epistola, subindicat in primis se aduersa queque pro exhortatione & salute Corinthiorū pertulisse. verum quā maximas Deo optimo & maximo gratias agit, q̄ eius ope subsidiaria tāta pericula euaserit. Cōmendat & Corinthios (quibus vñā cū Syluano & Timotheo Euangelium Iesu Christi inuulgauit,) q̄ in fide suscepta persistant. Et licet aliquādo ob grauiſſima scelera quæ acriter increpabat, Corinthios tristitia affecerit, nō tamen ærefert & cruciatur, sed sumnopere gaudent, nā vt à pristinis virtus mature resipisceret, id intētavit. Optat & hanc epistolā Corinthiorū cordibus mordicus hærere. Planè demonstrat liberum arbitriū sine Dei gratia nihil boni posse aut cogitare aut efficere. Dei erga se benignitatē extollit, q̄ eum fecerit idoneū noui testamenti ministrū. Subaperit & velamē lectio- nis veteris testamenti nondū à cordibus Iudaorū ablatum esse, auferetur tamē cū ab errore incredulitatis ad Christū defecerint. Deinde docet Euangeliū Iesu Christi (quod minime adulterauit & deprauauit) opertū esse & obiectum iis qui pereūt, & densissima suæ incredulitatis caligine obtenebrati, fulgidissimū diuinæ sapientiæ lumen auersantur, quod sanè sinceras Christianorū cordibus per Iesum Christum illuxit. Gestit & præ gaudio animus Pauli q̄ omnia sua studia, vires, conatus, omnem denique industriā & labore in publicā Corinthiorum utilitatē contulerit. Adhæc ostēdit nos hac corporea sarcina grauatos, nō debere magnopere expetere hoc terrestre tabernaculū, sed illud quod nunquā dissoluetur, & in quo nobis erit cū Deo cōmercum & gaudiū perpetuum. Insuper Christianos omnes ad sectandā pietatem & vitæ sanctimoniam adhortatur, vt in die iudicii quicquid gesserint, præclarè referant. Ad resipiscientiā peccatores dum tēpus opportunū habent, prouocat. Vult & ministros Christi (quibus concreditū est Euangelicæ legationis munus) ne quem offendant, & suum ministeriū contaminent, per omnia cæteris prælucere. Verat & fidelibus (ne templū Dei viui polluatur) cōmercum habere cum infidelibus. Subducit & pios ab impiis, & à sceleratis iustos. Et quoniam Deus immortalitatem & aeternam salutē nobis pollicetur, nos cōmonefacit Paulus vt illecebrosas voluptates fugiamus, mundemusque nosipso ab omni inquinamento carnis. Interpellauit & Titum vt quemadmodū cœpit suū munus apud Corinthios præclarè obire, ita & absoluat. Laudat & magnopere Corinthios quod abundet gratia, fide, sapientia & charitate, nec desinat prompto animo sinceroque affectu sanctis pauperibus opitulari. Vult & armorū præsidia quibus milites Christiani instruuntur, esse spiritualia ad conterendū Satanam, ad diruendas eius machinas, & ad propulsandos capitales fidei inimicos. Et ne præclaris donis sibi diuinitus collatis intumesceret & insoleceret, nihil magnificè de se sentit, nec cuipia se esse conferendum putat, sed suo pede se metitur. Gloriatur & in Christo Iesu quod non minus recte quam magni & insignes Apostoli Euangelicum negocium

tractauerit. Nec reticet quot plagas, quot supplicia, quot carceres, quot denique tormenta pro fide constanti animo pertulerit. Differit & abunde de suo cœlesti raptu in Paradisum, vbi arcana verba audiuit, quæ nulli, licet homini eloqui & explanare. Et ne tantarum reuelationū magnitudine efferretur, passus est stimulū carnis, eoque cruciatus est. Luxit & quosdam petulantissimos Corinthios quod à sua salacissima impudicitia non resipuerint, quos censet non modico supplicio plectendos esse. Incitat & Corinthios ut omni studio seipso probent si nam sint in fide stabiles, quibus eam optat pacem quam Deus sanctis & electis largitur.

Argumentum primi capit. .

PAULUS CORINTHIUS & vniuersæ Achaicorū congregationi, salutem, pacem & gratiam in domino impartitur. Benedicit Deo misericordiarum omniū & consolationū auctori vno, q̄ cū multis tribulationibus afflictaretur, non fuerit ab eo desertus. Vult Corinthios in prosperis sibi congratulari, in aduersis verò condole & cōpati. Spem omnē & fiduciā in solo Deo, primario collocat. Qualis fuerit eius conuersatio in hoc mundo contemptis adulatoribus, reiectaque mundana & carnali sapientia declarat. Promissiones Dei (à quo ad obeundum Apostolatus officium vñctus est) firmas esse & inconcussas assuerat. Corinthios quod in fide suscepta persistant, magnopere commendat.

Epistola Pauli ad Corinthios secunda.

Caput primum.

IAULUS APOSTOLUS IESU CHRISTI, per voluntatem Dei, & Timotheus frater, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia, gratia vobis, & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo, Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarū & Deus totius cōsolationis qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationē qua exhortamur & ipsi à Deo, quoniā sicut abūdant passiones Christi in nobis, ita & per Christū abūdat & cōsolatio nostra. siue autē tribulamur p̄ vestra exhortatione & salute siue cōsolamur pro vestra cōsolatione & salute, quę operatur tolerantiā earundē passionū quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, scientes q̄ sicut socij passionū estis, sic eritis & cōsolationis.)

Paulus Iesu Christi Apostolus, vna cum Timotheo suo fratre, confortio quidem Christianæ religionis, & collega, communione officij, Corinthiis, & vniuersis qui per totam Achiam (cuius metropolis est Corinthus) Christo militant, pacem, gratiam, concordiam & salutem comprecatur. Deum autē & patrem dominī nostri Iesu Christi, summa & inenarrabili benedictione extollit, quod eius gratia & præsidio, à multis angustiis & pressuris dum euangelicum negocium tractaret, fuerit eruptus. Est autem Deus, pater Iesu Christi quantum ad diuinitatem, quia eū ab æterno genuit, & est eius Deus quantum ad humanitatē. vnde dixit Christus loquens de humanitate quā assumpsit, Pater maior me est. Et licet Paulus cūm prædicaret, multorū odiū sibi conflaret, districtos aduersum se gladios sentiret & vrgen-

ibus pressuris cōcuteretur & pulsaretur, non tamē clipeū abiiciebat, nec certaminis hastā excutiebat, nec arenæ velut mollis palæstrita & cōcertator cedebat, sed diuinæ misericordiæ fidēdo nullum telum non in se intortum retorquebat, nec tamē suis meritis victoriā tribuebat, sed patri cœlesti, qui est fons omniū misericordiarum & Deus perfectæ cōsolationis. Et licet sinat nos vrgeri & diuexari quamplurimis afflictionibus vt ampliore mercedē assequamur, nō tamen in pressuris & aduersitatibus nos deserit, sed cū premimur & vrgemur, nos cōsolatur, vt & cæteros acerbis malis oppressos, hoc diuinæ cōsolationis exéplo cōsolemur. Et sicut Deus nos adhortatur vt aduersa quæq; toleremus, & euangelicā fermentē longè latēq; spargamus, ita debemus & alios exhortari ne ingruētibus malorū omniū procellis succubāt, sed finistra fortuna fortiores, aduersus rerū omniū discrimina alaci animo decertēt, & gratiā à Deo sibi collatā pro virib⁹ locupletare studeāt. Adhæc, quo magis premimur & cūiamur, eo maiori solatio in Christo Iesu fruimur. Hoc autē exprimit Paulus dicēs, Quoniā sicut abūdant passiones Christi in nobis, ita & per Christū abūdat cōsolatio nostra. Exhilarescimus & eo magis, q̄ quæcūq; finistra perpetimur, vobis salutē omnino pariūt. Et quoniā multis prefluris pro vestra cōsolatiōe & salute premimur, optam⁹ vos nobis indolere, & fieri nostrarū passionū & vexationū participes. Siquidē vt mutua cōcordia seruetur itacta & icolumis, debet esse inter amicos bonorū & malorū societas.

Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra quæfacta est in Asia, quoniam supra modū grauati sumus supra virtutē, ita vt tēderet nos etiā viuere. Sed ipsi in nobis respōsum mortis habuimus, vt non simus fidētes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quē speramus, quoniā & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis, vt ex multarū personis facierū, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agātur pro nobis. Nā gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ, q̄ in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei cōuersati sumus in hoc mūdo, abundantius autē ad vos. Nō enim alia scribimus vobis quā quæ legitis & cognouistis. Spero autē q̄ vsque in fine cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, q̄ gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi.) Verūt Corinthij subleuent Paulū innumeris afflictionibus cōcūsum, & sibi persuadeāt se dura quæque pro salute omniū tolerasse, dicit, Agnoscite fratres quantis malorū procellis perculti fuerimus in Asia. Nā iniuriæ, opprobria, sputa, cōuicia, illusiones, tormēta, vitæ discrimina & pericula vsq; adeò nos quatiebāt, vt pene oneri quod lōgē nostris viribus impar erat, succubuerimus: & nisi dominus sua gratia vires nostras admodū extenuatas roborasset, de vita desperassemus, aut potius mortē q̄ vitā elegifsemus. Accepimus & respōsum mortis, hoc est, decretū, iudiciū & expectationē: Nā quæ tunc accedebāt pericula, nobis mortē esse in foribus denunciabant, verūt Dei potentia non permisit ré ipsam ad euentū progredi. Permisit autē Deus (qui semper ex malo bonū elicit) nos in multa incidere pericula, ne cum iactūtia virium nostrarum & liberi arbitrij præsumptione, nobis metip̄sis fideremus, sed Deo qui suscitat mortuos, suoſque generosos milites à mortis fauibus retrahit, cui gratiam habemus quod de tantis periculis nos eripuerit. speramus etiam quod cū rursum pro eius gloria & vestra salute periclitabitur, præsidio vestrarum precationum iterum nos eripiet, vt in multa facie pro dono in nos collato per multos gratiæ agantur pro nobis. Siquidem vos omnes funditis in Deum preces, vt ex tantis mortibus nos eripiāt. Quod si pro tantis afflictionibus, pressuris & crūnis, nobis liceat in vobis gloriarī, tantæ gloriæ cōmendationem testabitur nostra illibata conscientia. Siquidem t. ij.

nihil per hypocrisim, adulacionem & ambitionem, nihil per infidias & fraudes gesimus, sed in simplicitate cordis & sinceritate mentis, ac in omni libertate, spreta humana sapientia, carnali & tumida, secundum gratiam nobis à Deo donatam cōuerfati sumus in hoc mundo, abundantius autem apud vos. Etenim totis viribus adnixi sumus & miraculis & cœlesti sapientia & inculpatissima vita vos Christo lucrifacere. Et ne multa de nobis magnificè prædicemus, cupimus vos esse testes eorū quæ & diximus & prædicauimus. *Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legisti & cognovisti.* Speramus autem quodd vsque ad finem cognoscetis quām sincero affectu vobis virtutem & sapientiam domini nostri Iesu Christi prædicauerimus. Deniq; vobis persuadebitis q; in die domini nostri Iesu Christi (in quo omnium merita expēdentur) participes eritis nostræ gloriæ, & nos vestræ. Nō enim intra nos consistit hēc gloria, verū & in vos dimanat, ac rursus à vobis in nos, vt post multas afflictiones eiusdem diuinæ gloriæ simus participes.

„ Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundā gratiā habet retis, & per vos transire in Macedonia, & iterū à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæa. Cū ergo hoc voluisse, nūquid leuitate v̄sus sū? Aut quæ cogito, secūdū carnē cogito, vt sit apud me, Est, & Nō? „ Fidelis autē Deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, nō est in illo Est, „ & Nō, sed est in illo Est. Dei enim filius, Iesus Christ⁹, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Sylvanū & Timotheū, nō fuit in illo Est, & Nō, „ sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est. „ Ideo & per ipsum Amē Deo ad gloriā nostrā. Qui autē cōfirmat nos, „ vobiscū in Christū, & qui vnxit nos, Deus, qui & signauit nos, & dedit „ pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autē testem Deū inuoco in animam meam, q; parcens vobis non vni vltra Corinthū, non quia domi- „ namur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statis.)

Et quia mihi vt Apostolo Christi, & doctori gentium fiditis, & ego vobis per me in Christo regeneratis, huiusmodi fiducia fretus decreui secundò vos inuisere, vt vobis in Christo Iesu ampliorē gratiam impartiar, vósque in fide persistentes Euangelicā philosophiā audiūs docerem, desiderauit & per vos transire in Macedonia, & rursus à Macedonia redire ad vos, & à vobis deduci in Iudæa. Et licet decreueram prius venire ad vos, & non venerim, nō tamen ob id leuitatis sum arguendus, nec more mundanorum & carnalium hominū (qui sunt arundine instabiliores) quæ facturus sum delibero, vt idem nunc affirmem, nunc verò negem. Et quod promissum redditū distulerim, non est mutatæ sententiæ, Volebam enim tū & adhuc volo, sed sum subditus spiritui Dei, per quem aliquādo vētor facere quod volo, & iubeor facere quod nolebā. Per hunc igitur stetit quominus venerim. Cū autē dicit Paulus, *Vt sit apud me etiam, etiam, siue est, est, & non, non, Fidelis Deus quod sermo noster ad vos, nō fuit etiam, & nō.* hunc habet sensum, Sermo noster ad vos, non fuit eiusdē affirmatio & negatio. Adnotes cursim, Etiā, esse notam affirmationis, & Non, negationis. Amen, confirmationis. Quod autem firma, certa & inconcussa fuerint eius verba quæ Corinthiis dixit & prædicauit, sic suadet, Dei filius, Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Sylvanū & Timotheū, non fuit in illo etiā, & non, sed etiā, siue est, id est affirmatio. Quotquot enim promissiones in eo sunt, certitudines sunt & affirmations, nec in dubiū reuocari debet. Est & in eo per nostrā legationē & nostri munēris functionē cōfirmatio, ad gloriā quidē Deo, qui nostros sermones cōfirmat, & qui nos inuinxit & signauit, deditq; nobis pignus siue arrabonē, spiritus in cordibus nostris. Hūc autē locū, *Et qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris,* explicās Theophylactus, dicit, nos vnxit & signauit, hoc est, Prophetas & facer-

facerdotes & reges nos ille effecit. Istiusmodi namque est quicūque est in baptismo perlutus: Prophetas quidē, quia quod nequit oculus intueri, ipsi perspicimus, audiūsq; quod auris nunquā auditu percepit. Sacerdotes verò quia necesse est vt Deo nos ipsos hostiā offeramus viuentem, sanctā, & illi acceptam. Reges demum constituit, quia nos ille sibi in filios adsciuīt, cuius in ditione sunt omnia, futurique & cœlestis imperij fecit hæredes. Atqui vt in veteri testamento sacerdotes ipsi & reges oleo vngebantur, sic & nos hoc tempore spiritu oblinimur, eiūsque & pignus, quod Deus immisit cordibus nostris, excipimus. Et quemadmodum id pignoris contulit, sic & reliqua nobis est proculdubio largitus. Pignus autem dicit hoc loco spiritus dona. Hæc ille. Verū vt cōilicere possum, volebat innuere Paulus se præsertim esse vñctum ad Apostolatum, siue ad obeundam euangelicæ legationis functionē, quod quidem vñctionis genus, nō est omnibus hominibus concessum. Arbitratur diuus Thomas, 3. parte suæ summæ, quæstione 63. arti. 1. hanc signationem siue signaculum, esse characterem sacramētalem, quo sumus participes sacerdotij Christi. verū secundum Græcos interpres, hoc verbo, signauit nos, vult rei certitudinē exprimere: velut cūm obsignamus instrumentum aut vas, atque id mox explicat, indicans datam arram, quo certius esset promissum. Et ne Paulus in castiganda quorundam Corinthiorum vitia admodum monstrofa desæuiret, grauitérque delinquentes acerbius taxaret, adiecit, *Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, non vni vltra Corinthum,* hoc est, ne vos (vt oportet) castigasse, non vtra me contuli Corinthum. Quod si me cōtulisse, in illos sanè animaduertisse, quos cōperisse nondum emendatos, nec tamen hæc dico, quod dominus fidei vestræ (quandoquidem voluntaria est) aut in vos habeam imperium, sed ne vos ad tristitiam & mœrem compellerem, meam ad vos profectionem remoratus sum. Si quidem attemperando meipsum vestris affectibus, malui gaudio vestro obsequi, quām vos duris comminationibus exacerbare: Nam fide statis, inconcussūmque fidei propugnaculum spiritualibus armis defenditis & protegitis.

Argumentum secundi capit. 1

NE Paulus nimio mœrore, grauiorique tristitia Corinthios afficeret, apud se metipsum statuit, non iterum eos inuiseret in spiritu molestie & cūm stomacho acerbioris notæ. Adhortatur Corinthios vt mutuò seipso consolentur, & inuicem sibi condonent admissa, & aduersus lapsū iudicent quo charitatis incendio ardeant. Cūm venisset Troadem, Euangeliū Iesu Christi prædicaturus, doluit vehementer q; non inuenerit Titum sibi fratre vnicē charum. Deo gratias agit quod Christi præsidio & fauore de suis hostibus domitis victor euaserit. Cōmonstrat & quām sincerè & liberè sine ullo verborum fuso, aut rhetorum artificio, aut ambitionis quæstusque vitio, euangelicam Christi doctrinam prædicauerit.

Caput secundum.

„ **S**TATUI autem hoc ipsum apud me ne iterum in tristitia veniam ad vos. Si enim contristo vos, & quis est qui me lætitiet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cūm venero tristitiam super tristitiā habeā, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia meū gaudiū omniū vestrum est. Nā ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non vt contristemini, sed vt sciatis quā chāritatem habeam abundantius in vobis. Si quis autem contristauit me,

„non me contristauit, sed ex parte, ut non onerem omnes vos. Sufficit il-
„li qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus, ita ut econtrariò
„magis donetis, & consolemini ne forte abundantiori tristitia absorbea-
„tur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos ut confirmetis in illū
„charitatem. Ideo enim & scripsi vobis ut cognoscam experimentum ve-
„strum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, &
„ego. Nam & ego quod donauit, si quid donauit propter vos in persona
„Christi, ut non circunueniamur à Satana, non enim ignoramus cogi-
„tationes eius.) Quia Paulus in priori epistola damnato incestu, obiurgatique
sceleratissimorum hominum flagitiis, summum Corinthiis mœrorem iniecerat, nūc
sibi téperādo à mœstis & acerbis optat omni cū lœtitia, & prōpta volūtate iterum a-
dire Corinthios. Quòd si luxerit & doluerit, ob quorundam admissa, luxit & doluit,
quos cùm agnouerit resipiscientia sanatos, exhilarescet. Denique si quosdam Corin-
thios sordide & improbè viuentes contristauerit, exilarabitur, cùm per se suæ fa-
lutis causa contristatos ad meliorem resipiscientiæ frugem resipuisse conspexerit. Et
has literas ob id ad Corinthios scripsit, ne cùm eos reuiserit, mœrorem mœrori ad-
iiciat, nec tam prodigioso fornicationis flagitio notatum sanet, quām desperationis
laqueum illi iniiciat. Siquidem discruciatur animo cùm sceleratissimi peccatores no-
lunt à suis vitiis resipiscere, ingenti verò gaudio afficitur cùm defleta ipsorum tur-
pitudine ad sanam mentem redeunt, agnoscuntque summa Dei misericordia se esse
abliutos, & omnibus se attemperando, mœret cum mœrentibus, & cum gaudentibus
gaudet. Nec Corinthios arbitratur posse latere quo mœrore quāve tristitia affectus
fuerit & præfocatus, cùm rescivit quoniam inaudito incestu sordebat. Hinc tanti cri-
minis flagitium deplorans, non potuit sibi temperare à lachrymis. Nec tamen hunc
exeruit mœrorem, tantāmque doloris magnitudinem patefecit, quòd vellet Corinthios
tristitia suffundere, sed vt planè intelligerent quo charitatis affectu, quāve dile-
ctionis flagrantia in eos æstuabat, nec se quidpiam omisisse, vnde possent male acte
vitæ pœnitentiam agere. Quòd si quis facinorosus sua execranda turpitudine con-
tristauerit Paulum, non solum eum contristauit, sed ex parte, nā omnes Corinthios
contristauit, & ingenti mœrore affecit. Satis sit tanti flagitij autorem grauiter obiur-
gasse, cuius nomen prodere non licet, nec eius delicti meminiſſe, cùm eū sui admis-
si non sine profusis lachrymis pœniteat. Et quia in conspectu omnium fuit casti-
gatus, & à bonorum confortio vitatus, eo alacrius & amantius peracta sua resipiscé-
tia debetis eum recipere, & in vestrum cōsortium admittere. Quòd si Deus gaudeat
super vno peccatore pœnitentiam agente, & nos agnoscentes quām fragilis sit no-
stra conditio, debemus magnopere gaudere cùm frater noster Christianus, à dæmo-
num fauibus eruptus ad Deum conuertitur. Si enim suum pristinum scelus ei im-
properaremus, eūmque ludibriis & conuiciis impeteremus, verendum esset ne im-
modico dolore absorberetur, acerbiorique vulnere cruciaretur, & ab omnibus de-
spectus, desperationis laqueum sibi innecteret. Et hoc loco docet Paulus ad mentē
habitūmque peccantium oportere moderari pœnitentiam. Et propterea bene sperás
de salute illius petulantissimi fornicatoris, qui matrè resipuit, obsecrat Corinthios
ut confirmet in illum charitatē, eūmque flagrantissimo amore prosequātur. Quod
fanè præstítit pater filij prodigi, in cuius oscula irruit, eūmque strictis brachiis am-
plexatus est, cùm reuixit, & suam culpam opportunè agnouit. Idcirco hanc episto-
lam scripsit Paulus ad Corinthios, vt experimento disseret snam suis iussis per o-
mnia obtemperarent. Quòd si huiusmodi peccatorē vt oportuit castigauerit, eūm-
que ab omnium cōsortio eiegerint, deinde eiectum & castigatum, vt fratrem pri-
stina amicitia donauerint, agnoscet plane illos fuille sibi in omnibus obsequentes.
Adhæc, si resipiscenti admissum donauerint, & ipse quoque donauit, & quod lubeti
animo

animo condonauit delinquenti, in persona Christi, qui omnia nobis donauit, om-
niūmque miseretur, condonauit, ne à versutissimo Satana circuueniamur, qui insi-
diatur mœrenti ab hominibus omnino derelicto, ut eum in desperationis barathru
præcipitet. Nihil enim non cogitat & molitur, ut animas precioso Christi sanguine
redemptas deuoret & strangulet.

Cùm venissem autem Troadē propter Euāgelium Ch̄risti, &
„ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spirituī
„meo, eò quòd non inuenierim Titum fratrem meum, sed valefaciſas
„eis, profectus sum in Macedonia. Deo autem gratias, qui semper triū-
„phat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos
„in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui sūt,
„& in iis qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem
„odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus (si-
„cut plurimi) adulterantes verbum Dei, sed ex synceritate, sicut ex Deo
„coram Deo in Christo loquimur.) Venit Paulus Troadē, quæ prius Troia
appellabatur, ut Euāgelium Christi in Asia prædicaret. Cùmque illi ostium esset
apertum in Domino, hoc est, plurimi credidissent, siue per signa atque virtutes que
in eo operabatur Deus, & spes esset nascētis fidei & in Domino succrētis, non ha-
buit requiem suo spiritui, hoc est, speratam consolationem inuenire non potuit, eò
quòd Titum sibi collegam, & fratrem in Christo non inuenierit, quem aut putabat
ibi reperiendum, aut quem audierat ibi degentem, vel qui dixerat se illuc esse ven-
turum. Et quia tædio & mœrere affectus non eum inuenit, Valefaciens eis profectus
est in Macedonia. Ad comprobandum autem quòd de Troade perrexit Mace-
doniam, suppetit nobis ex Actibus Apostolorum testimonium. Cùm autē pertran-
ſiſſent Myſiam, descenderunt Troadē, & visio per noctem Paulō ostensa est. Vir
Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens, Transiens in Macedonia
adiuua nos. vt autē visu vidit, statim quæsiuimus proficiſi in Macedonia, certi facti
quòd vocasset nos Deus euangelizare eis. Habuit autem Paulus (qui diuinorum sen-
sum maiestatē digno non poterat Græci eloquij explicare sermone) Titum in-
terpretem, sicut & beatus Petrus Marcum, vt scribit Hieronymus quæſitione II. ad
Hedibiam. Idcirco Paulus contristatur quia prædicationis suæ in præsentiarum fi-
ſtulam organūmque, per quod Christo caneret, non inuenierat, perrexitque in Ma-
cедонiam, apparuerat enim ei vir Macedo dicens, Transiens adiuua nos, vt ibi in-
ueniret Titū, & visitaret fratres, vel persecutionibus probaretur, hoc est enim quod
dicit, Deo curiē gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ ſpargit
in omni loco, Triumphat nos, pro eo quod est, triumphat de nobis, siue triumphum
ſuum agit per nos. Siquidem Paulus gloriam Dei, maiestatem, virtutem, clementiā
& iustitiam suis doctis & fanis concionibus extulit, nullūmque opprobrium & ſup-
plicium pro nomine Iesu Christi non pertulit. Triumphus Dei, est paſſio martyrum, Triumphus
& pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta lœtitia. Cùm enim quis vi-
derit tanta perseverantia stare martyres atque torqueri, & in suis cruciatibus gloria-
ri, odor notitiæ Dei disseminatur in gentes, & subit tacita cogitatio, quod niſi verū
effet, Euāgelium nunquam sanguine defenseretur. Hic Triumphus est Dei Apo-
ſtolorūmque victoria. Et licet fragrātia Christi sit per se grata & salutaris omnibus,
multis tamen ipsorum vitio exitialis est & mortifera. Qui enim non crediderunt
in Christum, cùm fidei tyrocinis vt crederent in ſtructi fuerunt, peribunt. Et qui cre-
diderunt, peccati tamen mortalis sarcina onusſi expirarunt, perpetuò cruciabantur.
Qui verò syncera fide crediderunt in Christum & in carceribus, in plagiis, in perse-
cutionibus, in fame, in nuditate & siti, eius nomen confessi sunt, accipient coronam
t. iiiij.

COMMENTARII IO. ARBOREI

Cap.3.

Iaco.1. vitæ, quam reprobavit Deus diligentibus se. Et quemadmodum tam loca munda quam immunda solis radios excipiunt, nec tamen solis radij polluuntur, sic & Christi bonus odor, qui nunquam mutari potest, nec suam naturam amittere, credéibus vita est, incredulis mors. Mors autem non ista communis, qua cum bestiis morimur & iumentis, sed illa de qua scriptum est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et via cuius hoc loco meminit Paulus, illa est de qua dicit Dauid, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Quod autem adiicit Paulus, *Et ad hanc quis tam idoneus.*)

Ezech.18. hunc habet sensum, Nisi nos ô Corinthij, locuti essemus, nec incredulos mors, nec credentes vita sequeretur: quia difficile dignus præco Christi inueniri potest, qui in annunciadis illis, non suam, sed eius querat gloriam quem predicat. In eo quod negat se esse sicut multos, qui adulterant siue venditant verbum Dei, ostédit esse quā plurimos qui quæstum putant esse pietatem, & turpis lucri gratia omnia faciunt, qui deuorant domos viduarum, se autem ex sinceritate, quasi missum à Deo, & præfert eo qui se miserit, omnia in Christo & pro Christo loqui, ut causa prædicationis Dei, sit triumphus Christi, eiúsque gloria. Adulterant & illi Euangelium qui ad captandam auram popularem, aut ambitionem, aut quæstum prædicant, à quorum moribus abhorruit Paulus, qui sincero pectore & seruenti affectu euangelicam doctrinam prædicauit. Adnotat Hieronymus in eadem epistola, ex qua bona ex parte doctam hanc expositionem desumpsimus, mysterium Trinitatis in huius capituli fine monstrari. Ex Deo enim, in spiritu sancto, corā Deo patre, in Christo loquimur.

Psal.26.

Argumentum tertij capit. .

Licer Paulus singulari commendatione dignus fit, ne tamen apud Corinthios sua studia, suos conatus, suosque labores iactare videatur, pro tritam commendationis laudem reiicit. non enim commendatione opus est cum res ipsa commendat hominem, quod si optet commendari, non tamen commendatitiis ad Corinthios epistolis, sed viua epistola sinceras cordibus per Christum inscripta. Nec habet (qui animis Corinthiorum euangelicam doctrinam impressit) quod possit sibi arrogare, quandoquidem non possumus nostris viribus tanquam nostris propriis viribus quicquam laude dignū aut cogitare aut efficere, sed si quid valemus, Dei beneficio valemus, cui quicquid in nobis præclarū est, acceptū referimus. Quod si lex Mosaica lapideis tabulis insculpta, tantum maiestatis & gloriæ habuerit, ut cū iterū Moses tabulas deferret, nō possent filii Israel eius vultū conspicer ob fulgidā gloriā quæ aliquando erat peritura, multo magis Euāgelica functio suā maiestatē suāmque gloriā & dignitatē retinebit, quæ resipiscētibus aeternā salutē pollicetur. Habebat & crassus ille populus mētem occēcatā, & hebetudinis velo obiectā, quādiū Moyſi libros legebat & nō intelligebat. Cūm quidē euāgelicā Christi doctrinā amplexabitur, auferetur illius legis velamē, & detecta facie per sincera fidē vna cum ceteris Christianis fulgidissimam Dei gloriam conspiciet.

Caput tertium.

Ncipimus iterum nosmetipſos commendare? Aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos? aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati

IN SECUNDAM PAVLI AD CORIN. EPIST. 113

„ statu quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atra-
„ mento sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cor-
„ dis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deū,
„ non quod sufficiens simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis,
„ sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros
„ noui testamenti, non literæ sed spiritus: Litera enim occidit, spiri-
„ tus autem viuificat.) Paulus non indigebat commendatitiis ad Corinthios
epistolis. Nam probitas vitæ, inculpati mores, & euangelica legatio, quam pro Corinthiis & ceteris gentilium nationibus obibat, eum magnopere commendabant. Quidam autem, (vt pseudoprophetæ & pseudoapostoli) indigebant commendatitiis ad Corinthios epistolis, vt vel fauorem vulgi capturent, aut suos fakkulos Corinthiorum munusculis replerent. Aut forsitan sub pietatis & religionis prætextu Corinthios seducerent. Si qui tamen digni sint, qui vel maximè Corinthiis commendentur, sunt vigilansimi noui testamenti ministri. Reddit autem apertissimam rationem cur libi minimè sit opus commendatitiis epistolis. *Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris.*) Scitis quæ vos ad salutem indipendam docuerim, nec vos latet quā acerbè aliquando nephantissima vestra vitia reprehenderim, vnde non modica tristitia fuerim affectus. Licet delinquentium resipiscētia meum mōrorem mēāmque tristitudinem in summum gaudium verterit, nostra prædicatio nostrāque cœlestis sapientia (quam apud vos deteximus) est ipfissima nostra epistola: Imo vos ipsi estis nostra epistola, qua eluxit nostra & dignitas & autoritas. Et hæc me hercle virtutum insignia, plus satis nos vobis commendant. Et ne putetis viuam hanc epistolam nostræ posse memorię excidere (vnde vestrum omnium obliuisci possem) cordibus nostris inscripta est, & ita insculpta & effigiata, vt nulla vnuquā obliuione oblitterari poterit. Nec ita arbitremini eam nostris cordibus inscriptam esse, quod duntaxat eam legerimus & intellexerimus, sed percupimus eam omnibus hominibus innotescere, eo quidem affectu vt à nullo non legatur & intelligatur. Velim quoque vt vobis persuadeatis hanc epistolam primariò à Christo (à quo estis manifestati & instructi) dimanasse, à nobis verò secundariò, nihil enim nobis præter ministerium & munera functionem tribuimus. Nec huiusmodi epistola scripta est atramento quo posset aut obscurari aut deleri, aut innumeris erroribus commisceri, sed digito aut spiritu Dei nihil non viuificantis: Nec tabulis lapideis inscripta est, velut lex Mosaica populo duræ cœruicis data. Siquidem lex illa extrinfecus erat posita, qua iniusti terrebantur. Lex autem euangelica intrinsecus data est qua Christiani iustificantur, sed tabulis cordis carnalibus aut carneis conscripta est, vt intelligant omnes legem euangelicam (quæ teste Augustino Dei charitas est) diffusam esse cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Carnales autem tabulas cordis dixit, non carnalis prudētiæ, sed tanquam viuentis sensumque habentis in comparatione lapidis qui sine sensu est, vt exponit Augustinus libro vno de spiritu & litera capite 17. Sunt (vt quidam interpretantur) tabule cordis carnales, hoc est, molles, quando affectus veri Christiani se exerit ad intelligendum & implendum legem euangelicam. Et ne nostris viribus tribueremus quod maximè Deo tribendum est, summopere commendans Paulus diuinam operationem adiecit, *Confidentiam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficiens simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*) Intelligent omnes in hac assertione mentem Pauli, neminem debere liberi arbitrij vires iactare, aut quicquam de suis bonis operibus præsumere. Licet enim humana iustitia non fiat sine hominīs voluntate, nec quis posset sine libero arbitrio bene viuere, tamen huiusmodi iustitia operationi Dei tribuenda est. Sibi quoque persuadeat ex hac Paulina doctrina candidus lector ne incidat in errorem Pelagianorum, non solūm perfectionē



Hac obser-

ua.

COMMENTARI I O. ARBOREI

Cap.3.

boni operis esse à Deo, sed etiam & exordium siue inchoationem. Quòd autem nō sit euertenda & abolenda liberi arbitrij facultas, ostendit docta hæc & accurata ad iectio. A nobis quasi ex nobis.) Non enim inficiatur Paulus quin possimus aliquid quo quis modo cogitare à nobis, quod Deo placeat aut placere possit: Nam Deus operatur in nobis non nihil boni cooperante nostra voluntate, sed ob id adiecit tāquam ex nobis, vt si qua sit in nobis bona aut meritoria actio, non tam nobis quām Deo ascribamus. Sit itaque sufficientia nostra in omnibus bonis operibus donum Dei, licet liberi arbitrij viribus innitatur. Ex hac Pauli doctrina elicere possumus has duas veritates, Sufficiens est homo cogitare aliquid boni à se, impulsu quidem Dei actus, Homo non est sufficiens cogitare aliquid boni à se, tanquam ex se. Quòd autem ita dicendum sit, subsequens hic locus indicat, *Qui & idoneos nos fecit ministros nostri testamenti, &c.*) Quis igitur fecit Paulum aptum & idoneum ut cœlestem noui testamenti doctrinam gentibus inuulgaret? Deus sanè, non enim idonei sumus ex nobis tanquam ex nobis euangelicū negociū tractare. Fuit autē minister non literæ sed spiritus. Literā hoc loco ut paulo post explicabimus, vocat legē Mosaicā, eò q̄ neminē ad perfectionē adduxit, nec quempia iustificauit, & viuificauit. Spiritū verò vocat legem euangelicam, quia spiritualiter viuificat, eāmque spiritus sanctus nobis dedit. Siquidem charitas Dei diffusa est cordibus nostris per spiritus sanctū qui datum est nobis. Et hanc quoque explanationem subsequens hæc lectio continet, *Litera occidit, spiritus autem viuificat.*) Lex vetus nomine literæ significata, ex eo censetur occidere, quia concupiscentiam & omne scelus prohibens occasione quadam, peccādi libidinem irritat, & peccantem supplicio capitī aut alio mortis genere plectit.

Rom.7.

Hac obser-
ua.

vnde dicit idem Paulus ad Romanos, Peccatum non cognoui nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, non concupiscens. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Si ne lege enim peccatum mortuum est, & paulo post, Peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me & per illud occidit. & hoc postremum verbum, illi loco respondet, litera occidit. Licet enim lex sancta & bona daret cognitionem peccati non tamen concupiscentiam reprimebat, sed occasione accepta magis inflammabat. Siquidem concupiscentia ardenter fertur in rem prohibitam. In hanc autem sententiam accedit Augustinus libro uno de spiritu & litera, cap. 4. dicens, Vbi sanctus non adiuuat spiritus, inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est, charitatem diffundens in cordibus nostris, profecto illa lex quanuis bona, auget prohibendo desiderium malum, sicut aquæ impetus si in eam partem non cefset influere, vehementer fit obice opposito, cuius molem cum euicerit maiore cumulo præcipitatus violentius per prona prouoluitur. Et capite 5. eiusdem operis, explanans plenius quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autē viuificat. Afferit id non de figuratis locutionibus dictum esse, quanuis & illic congruenter accipiatur, sed potius de lege, aperte quod malum est prohibente. Et in fine eiusdem capitū, mē tem Pauli de litera occidente, multo clarius aperiendo, dicit, Legis litera quæ docet non esse peccandum, si spiritus viuificans desit, occidit: sciri enim facit peccatum potius quām caueri, & ideo magis augeri quām minui, quia malæ concupiscentiæ etiam præuaricatio legis accedit. Hæc ille. Spiritus autem, hoc est, lex spiritus vitæ, siue lex euangelica viuificat, quia non solum resipiscentibus admissa omnia condonat, sed confert iustitiam, vitāmque æternam bene viuentibus pollicetur.

Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? nā si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria. Nam nec glorificatū est

IN SECUNDAM PAVLI AD CORIN. EPIST.

114

, est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur, & non sicut Moyse ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filii Israel in faciem eius quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vf que in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quoniam in Christo euacuatur) sed vf que in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, Velamen positum est super per cor eorum. Cùm autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autē spiritus est. vbi autē spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloriæ Domini speculantes, in eandem imaginē trāsformamur à claritate tāquam à domini spiritu.)

Adnotemus Paulum obiicere hoc loco ministrationem mortis & damnationis ministrationi spiritus & iustitiae. Et quia lex vetus siue litera ista extra hominem scripta, præuaricationis gratia posita est, propterea eam & ministrationem mortis & ministrationem damnationis appellat. ministrat & mortē ut litera occidit. Hanc autem, Id est, nouum testamentum ministrationem spiritus & ministrationem iustitiae dicit, quia per donum spiritus operamur iustitiam, & à præuaricationis damnatione liberamur. Ideo illud euacuatur, hoc manet, quoniam terrenus pædagogus auferetur cùm timori successerit charitas. Erat autem ministratio mortis in literis, deformata in lapidib⁹, quia erat formata siue insculpta tabulis lapideis, & hoc loco deformata, sumitur pro formata. Nec particula, de, hoc loco auget, quanuis nonnulli idopinentur. Indicat & clarissimè Paulus legem euangelicam Mosaicā longè præstantiorem esse, dicens, Si lex illa siue ministratio mortis fuerit in gloria, ita cum Moses rursus deferret catalogum lapideis tabulis inscriptum, non possent Hebræi eius vultum intueri propter maiestatem, dignitatem & eminentem vultus gloriam, quæ tamen aliquando peritura est, multo magis lex gratiæ siue ministratio spiritus suam dignitatem augustissimamque gloriam retinebit, siquidem hæc non est peritura. Nec dicit Paulus lex facit mortem, sed est ministratio mortis, ministrat enim in mortem, non item ipsam mortem, nam quod gignit mortem, peccatum erat. Hæc autem pœnam induxit, & peccatum ostendit, non genuit, vt scribit in hunc locum Chrysostomus, propter igitur pœnam mortis quam subito lex irrogabat, appellauit Paulus legem illam ministrationem mortis. De gloria autem quæ in vultu Moysi refulsi, sic legimus in Exodo, Cūmque descendere Moyses de monte Synai tenebat duas tabulas lapideas testimonij, & ignorabat quod cornuta esset (siue vt alij legunt) splendida facies sua ex confortio sermonis Domini. Videntes autem Aaron & filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere, vocatique ab eo reuersi sunt, tam Aaron quām principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos, venerūt ad eum etiam omnes filii Israel. Quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Synai, impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam. Qui ingressus ad Domum & loquens cum eo auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egreditis Moysi esse cornutam, fed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos. Vocat & Paulus nouum testamentum ministrationem iustitiae, quod pecatores non solum non punit subito, verum etiam iustos reddit, quod tamen vetus testamentum præstare non poterat. Denique rursus ostendit vetus testamentum nō esse omnino cum nouo conferendum, & hac quidem ratione, *Nec enim glorificatum est quod claruit, siue quod erat glorificatum in hac parte, propter excellentem gloriam.*) Si veteris legis gloriam cum gloria nouæ legis contuleris, aut nulla, aut tantilla vide-

Exo.34.

bitur, nec putat illius legi gloriam simpliciter esse gloriam, sed aliqua ex parte. Si quidem præludebat ad supereminente noui testamenti gloriam. Adde quod gloria illa non omnibus ministris veteris legis dabatur, sed soli Moysi, nec in toto Moysi corpore eluxit, sed duntaxat in eius facie. Rursum & multo clarius suam assertionem affirmat, dicens, *Si enim quod antiquatur & evanescatur in gloria est, multo magis quod manet et in gloria.*) Vetus testamentum quantum ad ceremonias, iudicia & sacrificia, suā gloriam obtinuit, sed illa consenuit, supereminens verò noui testamenti gloria perdurat, iugiterque permanet. Et quia nouum testamentum in se futuram & stabilem gloriam continet, bene sperent summa cum fiducia sinceri Christiani, se perpetuā gloriam in futuro seculo aſſequutūros. Nec terrebuntur illius fulgidissimā gloriā conspectu, sicut per strictis oculis terrebantur Hebræi cùm videbant gloriam in vultu Moysi promicantem. Et propterea Moses ad dimouendum hunc pauorem velo quodam suam fulgidissimam faciem obtegebatur, cùm alloquebatur filios Israel. Poterunt autem perfecta fide illustrati absque vlo velo intendere oculos in illam excellentissimam gloriam. Habebat & durus ille populus mentem hebetudine & crassitudine obtenebratam, non ferens tanti luminis splendorem & maiestatem, nec intelligens quæ Decalogo & vniuersa lege continebantur. Siquidem superbus, arrogans & durus ille populus videndo nihil videbat, & audiendo nihil intelligebat. Ratio autem quare populus ille pertinaci & malitiæ & errori addictus, non poterat clare gloriam legis confpicere, est, quia nolebat ad Christum conuerti. Igitur propter illorum incredulitatem erat velamen, hoc est, cecitas in eorum cordibus. obiecti sunt & huiusmodi velo discipuli Christi in die dominicæ resurrectionis, cùm non credebant suum præceptorem reuixisse. Verum postquam validissimis argumentis ad fidem resurrectionis sui Domini adducti sunt, & aperti sunt eorum sensus vt intellicherent Scripturas, huiusmodi velum ablatum est. Erat & velamen veteris legis, quædam obscuritas figurarum, quæ per Christum Christique philosophiam antiquata est. Siquidem veritas figura successit. Quod si finis legis sit Christus, & legis gloria erit ad Christum conuerti. Quod autem populus ille rebellis obtusos siue excæcatos haberet sensus & animum humi repente, manifestat Paulus dicens, *Visque in hodiernum diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo antiquatur*, nec à cordibus huiuscæ stupidi & crassi populi dimouebitur, donec in Christum sincera fide crediderit. Auferetur & velamen quando fiet transitus à lege ad gratiam, & tunc populus ille in Christianorum numerum ascitus, submoto illius crassitudinis & hebetudinis inuolucro, non solùm videbit Mosen, veruētā in eodē cum legislatore ordine collocabitur, spectabit & illam fulgidissimā gloriam quā Euangeliū creditibus pollicetur. Et quia Dominus, spiritus est, imo ille spiritus, nempe legis: nam Græci articulum adiiciunt πνεῦμα, hoc est, ille spiritus, cùm conuersi fuerint Iudei spontanea voluntate ad Dominum nostrum Iesum Christum sublata intolerabili seruitute peccati, euangelica & spirituali libertate (qua nulla præstantior est) donabuntur. Et qui receperunt Euangeliū absque vlo velamine & medio, gloriam Domini speculantes secundum eandem imaginem, transformabuntur à gloria in gloriam tanquam à Domini spiritu) hoc est, anima spiritu repurgata, clarius multo & fulgidius gloriam Domini in Elysii campis contemplabuntur. Hæc autem scriptura illi propemodum accedit, Videlimus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Iterum, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. cùm autem venerit quod perfectum est, evanescabitur quod ex parte est. Appositè autem adiecit Paulus, Gloriam Domini speculantes, hoc est, per speculum rationis, in qua est quædam imago Dei, summam gloriam in Deo præfulgentem cognoscimus. hoc autem speculatur homo: Siquidem agnoscens se esse mortalem, fragilem, passibilem, & omni vitio obnoxium, ex consideratione sui ipsius in cognitionem Dei, cui huiusmodi imperfectiones accidere non possunt, assurgit, & assurgendo transformatur. Et quia claritas qua Deum in

statu viæ cognoscimus & speculamur, est imperfecta, illa autē qua Deum in patria contemplamur & intuemur, est perfecta, recte conclusit, Transformamur à claritate in claritatem. Transformabimur & dum hanc vitam fœliciter peregerimus, à claritate cognitionis naturalis in claritatem æternæ visionis.

Argumentum quarti capit. 1

Quod idonei noui testamēti ministri Christianam religionem profidentibus, cælestem Euangeliū sapientiam cùm docendo tum prædicando administrant, diuinæ & misericordiæ & beneficentiae tribuendum est, & propterea tantis præsidii adiuti non deficiunt, suam euangelicam legationem obeundo, sed abdicatis us quæ indecora & turpia censentur, & exosa omni calliditate & astutia, euāgelicam philosophiam sincerè prædicant, & ob id in omnium benevolentiam se se insinuant. Et licet Euangeliū lux omnibus ex se eluceat, omnésque ad veritatis cognitionem optet allicere, pereūtibus tamen, & pertinaci incredulitatis errore occæcatis suos radios occludit. Licet etiam diuini verbi buccinatores protuenda veritate, sinistra quæque sufferant, non tamen angustiis, persecutionibus & tribulationibus succumbunt. Denique sperantes se vitam æternam aſſequuros, quæ dura admodum & acerba videntur, existimant esse leuisima.

Caput quintum.

Deo habentes hanc ministrationem, iuxta quod misericordiā consecuti sumus, nō deficitus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipſos ad omnē conscientiā hominū coram Deo. Quod si etiā opertum est euāgeliū nostrum, in iis qui pereunt est opertum, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt nō fulgeat illis illuminatio euāgelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Nō enim nosmetipſos prædicamus, sed Iesum Christū Dominū nostrū, nos autē seruos vestros per Iesum, quoniā Deus qui dixit de tenebris lucē splédescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu.)

Non exigua est gratia quā Dominus Apostolis contulit cùm eos (licet alioqui rudes & illiteratos) omni sapientiæ præſidio instruxit, & munivit, vt quod audierat & didicerat in aliorum animos transfunderent. & propterea hanc naēti gratiam, licet in obeundo suo munere plurimū sudauerint, tamen quicquid in ipſis eximia laude & singulari cōmendatione dignū erat, Deo optimo acceptissimū referebant. hoc autē pulchrè docet Paulus dices, *Ideo habētes hāc ministrationē iuxta quod misericordiā consecuti sumus, nō deficitus.*) nō enim nostris meritis prioribus adscribenda est hæc euāgelica functio, sed diuinæ misericordiæ, qua freti munus nostræ fidei concretū nō oscitāter obimus, nec cessamus pro viribus gloriæ, claritatē & doctrinā Euāgelij Iesu in omniū animos transfundere, & ne officiū nostrum vilesceret, contéptuīque haberetur, si quæ sunt carnis saperemus, & in carne deliciaremur, toto studio quæ turpia sunt deuitamus, abdicauimus & occulta dedecoris siue cōfusionis, vt nihil in occultis nostris pectusculis relinquamus, quod pudeat manifestū fieri, horremus & illecebrosas voluptates, crapulā & temulentia insectamur odio, turpiloquia fugimus.

Siquidē euangelicē legis ministrū decet castè & sobriè viuere. Neque ambulamus in astutia, sicut quidā vafri homines fratrē suū in negocio circūueniūt, vt in immēsum his technis opes sibi cōgerāt. detestamur & hypocrisim, qua superbi volūt videri iusti. Hinc nō immeritō hypocrisis pro astutia & dolo sumitur. Neque adulteramus aut falsificam⁹ verbū Dei, sicut quidā pseudapostoli, dolo captātes hominū fauores, qui cūm prædicat, non alio fine prædicat quām vt quibusdā fumis & verborum le nociniis, aurā popularē mercētur, sed ex affectu & sinceritate animi euangelicā Christi doctrinā prædicamus: & ob id manifestādo & inuulgādo veritatē, quā à Christo didicimus, cū omni vitæ sanctimonia cōmendamus nosmetip̄sos, nostrūmque officiū extollimus ad omnē cōscientiā hominū corā Deo. Siquidē in hoc incūbimus vt prouideamus bona corā Deo & hominibus, vt sit vitę nostrę ratio omnibus exploratissima: nobis & præcauemus ne prædicādo vllius conscientiā pulsemus & lādamus. Studemus & pro virib⁹ ne cui simus offendiculo, nec verbis duntaxat philosophamur, sed quod docemus, præstamus opere. Et licet Euāgeliū nō sit absolutè velatū, sicut erat vetus testamentū, si tamē sit velatū & occultū in iis qui pereūt, nec ad fidē & cognitionem veritatis adduci volunt, velatū est. Adnotes velamen veteris legis fuisse cōmune omnibus Hebreis, cū Moses alloquebatur populū. Velamē au-

Velamē ye tem nouā legis est dūtaxat propriū iis qui pereūt, nec est perpendendū huiusmodi teris & no- velamē ex parte Euāgeliij aut ministrorū, sed duntaxat ex parte pereuntiū, & eorum uite/temēti qui mordicus suā incredulitati adhārēt. Et propterea Deus huius seculi excēcauit mētes infideliū, vt nō illis effulgeat illuminatio siue illustratio Euāgeliij gloriæ Christi.)

Quomodo pliciter excecauit mētes infideliū, sed infideles nolētes ab errore suā in fidelitatis ad Deus quē- fidē Christi deficere, seipsoſ excēcarunt. Deus autē permisſu quodā illos excēcauit, pīa excēcat sicut indurauit cor Pharaonis. De hoc autem excēcationis genere dicit Efaias. Excē

Efai.6. ca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortē videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cōuertatur & sanē eū. Permisit & Deus Abrahā, Isaac & Iacob, vt Deus huius seculi, hoc est, Diabolus, excēca-

Hec obser- ret mentes infideliū, suggestendo illis mala, aut illos inducēdo ad pertinacē incredu-

na. litatis errorē. Et licet Diabolus nō sit simpliciter Deus, est tamē Deus illis, qui illum anteponūt Christo, veluti avaris pecunia, Deus est: nepotibus gula, Deus est, & homo homini, iuxta prouerbium, Deus est. Est & Diabolus Deus malorū huius seculi, hoc est, fōrdidē & seculariter viuentiū. Aut dic, Quia Deus habet rationē finis, quicquid aliquis sibi pro fine vltimo cōstituit, in quo eius desiderium quiescit, censetur illius Deus. Si enim pro fine vltimo ames cupidinē, cupido tibi Deus est: si crapulam loco Dei colis, crapula tibi Deus est. hinc illud, Quorum Deus venter est. Sensus itaque erit, Deus huius seculi, hoc est, illud quod homines seculariter viuentes loco vltimi finis sibi statuunt, videlicet diuitias, voluptates aut honores, &c. excēcat mentes illorum, quia præpedit ne lumen gratiæ in hoc seculo, & lumē gloriæ in futuro intueri possint. Veruntamen non existimo hanc esse Pauli mentem qui iustum reddit rationem cur Deus optimus & maximus excēauerit mentem infideliū,

ne illis elucesceret gloria Euāgeliij Iesu Christi, ita enim occēcati sunt vt sua pertinaci infidelitate voluerunt excēcari, quod de Scribis & Phariseis non ineptē dici potest, de quibus hāc asserebat Christus, Si cāci effetis, non haberetis peccatum, nunç verò dicitis quia videamus: peccatum ergo vestrum manet. Dic itaque si velis quōd Deus huius seculi, & omnium rerum natura & creatione dominus, excēcauit mentes infideliū, ne illis effulgeat, quod magnopere gloriam Iesu Christi commendat & attollit. Nō nulli docti interpretes legūt per hyperbatō, hunc Pauli locū, ad hūc modū, in quibus Deus excēcauit cogitationes incredulorū huius seculi, vt planè intelligamus Deū esse verū vltore scelerū. Ratio autē cur Paulus vocat Christū, imāginē Dei, hēc est, quōd sit ab æterno à Deo patre genitus, & illi per omnia equalis. Ad Hebreos asserit Christum esse splendorem & figuram diuinæ & gloriæ & substantiæ. Et ne Paulus sua officia suōsque labores iactaret, licet plurimū propagā-

Ioan.9.

dæ euāgelicæ doctrinæ cōtulerit) adiecit, *Nō enim nos metip̄sos prædicamus, sed Iesum Christū Dominū nostrum.*) Frustra enim conaremur nostra iactare, aut quicquā magnificē de nobis sentire, cūm omnia nostra, vires, conatus, labores, & studia, Dei sint. Nec nostrā prædicationē solemus, vt cāteri, in quāstū aut inanem gloriā vertere, sed prædicamus illū qui nos Apostolatu donauit, & quicquid molimur, in eius gloriā referim⁹. Afferim⁹ ô viri Corinthij, nos esse seruos vestros admodū humiles & obsequiosos, attamē per Iesum Christū, cui magis quām vobis inferuire cupimus. Et licet vobis vt sapiētes architecti fidei tyrocinia iecerimus, ne tamē ambitionis affectu tāgamur, affirmamus magno etiā cū gaudio nos esse paratos ad omne officiū vobis prestandū. Siquidē Deus qui dixit, siue suo verbo fecit lucē de tenebris (quæ erāt super faciē abyssi) splēdescere, illuxit cordibus nostris ad illuminandū illos qui diu mēte habuerāt tenebris ignoratiæ & incredulitatis obductā, vt cognitio diuinæ claritatis, quē est in facie siue persona Christi, illis innotesceret. Est itaque gloria & deitas in persona Iesu Christi. Insuper, hēc est sciētia gloriæ eius, qua scimus ipsum esse lumē, quo tenebræ nostræ illuminātur. Habem⁹ autē ex Genesi cōpertū testimoniu, quōd fecerit Deus è tenebris lucē splēdescere. Terra erat inanis & vacua & tenebræ erāt Gene.1. super faciē abyssi, & spiritus domini ferebatur super aquas, dixitque, Deus, Fiat lux, & facta est lux. Obseruauit autem Paulus hoc loco ordinem naturæ cūm scripsit, *Qui dixit de tenebris lucem splēdescere.* Nam prius natura diaphanum tenebrosum est quām illuminetur, eō quōd secundum se caret lumine. Splenduit autem lux de tenebris, non tanquam de materia, sed tanquam de termino à quo, & huiuscē proportionis siue similitudinis lucis corporeæ ad incorpoream. ob id meminit Paulus, vt quemadmodum Deus de tenebris fecit lucem corporeā ad illuminandum alia corpora, ita transſudit suis legatis lucem spiritalem ad illuminandum alios.

„ Habemus autē theſaurū istū in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & nō ex nobis. In omnibus tribulationē patimur, sed non angustiamur, aporiamur, sed nō destituimur, persecutionē patimur, sed nō derelinquimur, humiliamur, sed nō cōfundimur, deiiciamur, sed nō perim⁹, semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circūferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris: Séper enim nos qui viuimus, in mortē tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in car-“ ne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.)

Circunferimus & hūc euāgelicæ veritatis, lucidissimāque gloriæ Iesu Christi theſaurū in fictilibus vasculis, hoc est, in nostris corpusculis, inedia, frigori, æstui, nuditati, molestiæ, afflictioni, dolori & cōtumeliam obnoxii, ne quā per nos magna & sublimia geruntur, nobis nō sine tumore & elatione mentis vindicaremus: sed nostrā agnoscētes imbecillitatē & imperfectionem, excellentē illā autoritatē & eminentem potentiā (quā data est Apostolis) vni Deo acceptissimā referimus. Et hoc vnu debet nos humiles reddere, ac nostræ imbecillæ cōditionis cōscios efficere, quōd innumeris malis affligimur, Dei tamē præsidio afflictionē omnem vincimus. Redigimur ad summā egestatē, nō tamē in egestate destituimur. Secundū vulgatā editionē hoc loco legimus, *Aporiamur, sed non destituimur.*) Siquidē Græcē ἀπορεύ̄ signifcat egere, & ἀπορεύ̄, redigi ad summā angustiā. Adiicit & Paulus, *Persecutionē patimur sed non derelinquimur.*) Siquidē Deus permittit persecutionē ad nostrā exercitationē, Humiliamur & cōculcamur, nō tamē cōfundimur neq; perimus, sed in omni aduersitatū & tribulationū genere perduram⁹, iuicti, Séper periculis mortis obiicimur, efficimur & crue ta nocentissimis fideli persecutoribus victima. Conamur & pro virili imitari Iesum Christū, quē prædicamus: Siquidē ille mortē vltro pro salute nostra oppetiit, & nos quoq; nihil sinistri nō preferētes, quotidie mortē illius in corpore nostro circūferim⁹, vt vita quoq; Iesu Christi qua mortuus reuixit, in corporibus nostris declaretur.

CAP.4. COMMENTARIIO ARBOREI

Intelligamus itaque vitam Iesu, hoc loco sumi pro eius resurrectione. Siquidē nos qui viuimus, contēpta prorsus nostri corporis vita, semper periculis mortis exponimur propter Iesum Christū, bene sperantes de viuifica corporū resurrectione, vt fœlicissima illa Iesu Christi vita in nostro mortali corpore manifestetur. Et licet mortis impetus in nostrū caput impingat, tamē vitę fructus qui ex nostra morte nascitur, ad vos redit. Siquidem omnium vestrūm cauſā, dura quæque & acerba toleramus.

Habentes autem eundem spiritum fidci, sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitauit Iesum & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, vt gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus, sed licet is qui foris est noster homo corrūpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem: Id enim quod in præsenti momētaneū est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pōdus operatur in nobis, non contēplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autē nō videtur, æterna sunt.) Subsequēs hēc narratio planè docet Paulū ad omnia tolerāda paratissimū esse, quod syncera & inuita fide credidit futurā resurrectionē, & ad id suadēdū profert certissimū regij Prophetę testimoniū, Credidi, inquit, Psalmographus, propter quod & locutus sum, & nos habētes eundē spiritū fidei credimus, propterea & loquimur.)

Psalmi 115. Quemadmodū enim Daud cū multis tribulatiōnibus, persecutionibus & tentationibus diuexaretur, & ab his à solo Deo eriperetur, credidit, & propterea potentia Dei, fortitudinē, virtutē & misericordiā multis encomiis decantauit, ita quoque nos eundē solidæ fidei spiritū afflēuti, quē Daud ille natus est, victis omnibus aduersitatibus & pressuris credimus, & propterea de inenarrabili Dei potētia, maiestate & virtute audemus ferre in omniū cōspectu testimoniū etiā locupletissimū. Et sicut Daud credēdo quod Christus resurgeret, de eius resurrectione testatus est, dicens, Exurgā diluculo, Et iterū, Exurrexi, & adhuc sum tecū: Ita nos indubitate fide credētes Christū à mortuis reuixisse, de eius & omniū mortaliū resurrectione testamur. Prædicamus & intrepidē vitā nostrā ab eius victrice resurrectione pēdere. Scimus quoque & affirmamus quod qui suscitauit Iesum, & nos extatūs est, & cōstituet vobiscū. Credim⁹, & credēdo profitemur Deū excitasse à mortuis Iesum Christū, imo filiū Dei suā animā triduo à morte, propria quidem virtute in pristinū sui corporis domiciliū reduxisse. & propterea hac firmissima fide suffulsi, credimus quod idē Deus corpora nostra aliquando à morte excitabit, & nos vobiscum faciet æternis bonis perfrui. Perpetimur & inuita animi magnitudine causa vestræ salutis mala omnia, vt affluens gratia per multos abūdet in gloriam Dei, quam pseudapostoli nihil non sibi multa cum arrogantia vendicantes, obscurant.

Propterea omnia nostra studia in laudem Dei referentes, ingruentibus vndique malorum omnium procellis minimē succumbimus, & tutissima spe bene sperantes de illa splendidissima claritate, quæ nostris corporibus in die resurrectionis effulget, certamina omnia aduersus fidei hostes, etiam nocentissimos sustinemus. Et licet exterior noster homo corrumpatur, interior tamen innouatur de die in diem.) Ambrosius enarrans hunc locum, vocat carnem, exteriorem hominem, quæ pressuris, plagis, fame, siti, frigore & nuditate corrumpitur, appellat autem animam, hominem interiorem, quæ spe futuri præmij renouatur, quia assiduis tribulationibus purgatur. Potest & corpus ipsum nomine exterioris hominis exprimi, quod cū cæditur, pulsatur, concutitur, vulneratur & exagitatur, corrumpi solet. Interior vero homo, hoc est, spiritus, bene sperando de fœlicitate æterna innouatur:

IN SECUNDAM PAVLI AD CORINT. EPIST. 117

tur. Nō enim cedit tormētis, sed cū corpus omni tormētorū genere afficitur, fortior euadit. Nos quoque alibi cōmonefacit Paulus, vt deponamus secūdū pristinā conuersationem veterem hominem, qui corruptitur secundum desideria erroris, & renouemur spiritu mentis nostræ, & induamus nouū hominē, qui secundū Deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Adiicit & Paulus præcedentibus hæc, vt quæ horrorem & pauorem non modicum nobis incutere videntur, magno animo contemnamus. *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis.*) Sensus est, licet tribulationes & pressuræ quas nomine Christi subimus, sint perbreues & momentaneæ, perpetua tamen gloria & ingenti mercede pensabuntur. Etenim paruis laboribus magna redditur merces, & propterea spe tanti præmij illecti, nihil non sinistri debemus pro gloria Christi perferre. Ex hac Paulina doctrina tibi cōpertū erit, merita nostra supera condignū remunerari. Quod autē debeamus nobis persuadere pressurā omnem stra supracō esse facilem, tolerabile & periūcundam, subsequēs hic locus patefacit, *Non contemplā dignū remunribus nobis quæ videntur, sed quæ nō videntur: Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autē nō videntur, & eterna sunt.*) Non rapimur in contemplationem temporalium, quia sub aspectum veniunt & visuntur, & propterea brevia sunt & spēnenda. Rapimur autem in contemplationem coelestium, quia non videntur, nec nostris ingenii comprehendendi possunt, & idcirco cēsentur æterna. Et ita se habent temporalia ad coelestia, atque figura ad veritatem, sicut enim figura deperit & veritas manet, ita depereunt temporaria, superna verò & coelestia permanent. Et propterea nobis incumbēdum est pro viribus, vt exuto veteri homine, exosāque carne ac spretis voluptatum illecebribus, ad coelestium rerum contemplationem assurgamus.

Argumentum quinti capit. 117

Q Via contemptis rebus temporaneis iugi contemplatione ad coelestia assurgimus, & nitimur pro viribus bene sperantes de futura resurrectione nos omnino diuinis studiis addicere, petimus à Deo vt hoc vasculū fītile frangatur & dissoluatur, eoque dissoluto in æterno Dei tabernaculo habitemus. & ob id profusis lachrymis ingemiscimus, quod hoc testaceo corpore onerati, nostris votis nondum fruimur. Speramus tamē etiā ingēti cū gaudio, quod deus qui dedit nobis pignus spiritus, absorpta hac mortalitate, nos immortalitatis ueste superuestiet. Et quia oportet nos omnes palāsisti ad tribunal Christi, vt unusquisque reddat rationē suæ vitæ, demus operā vt piis virtutū officiis, Deo per omnia placeamus, qui nos per Iesum Christū sibi reconciliavit, voluitque pro nostra iustitia & salute, vt eius filius innocentissimus, fieret hostia pro nostris sceleribus expiandis.

Caput quintum.

SCimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod adēdicationem ex Deo habemus, domum non manuactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est, à vita. Qui autē efficit nos in hoc ipsū, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.)

Hæc obser-
vata.

Psal.14.

Ita se habet hoc corpus mortale & luteum ad immortalitatis gloriam, quam per bona opera speramus nos assequuturos, atque se habet domus terrestris ad eternam Dei viuentis domum. & quemadmodum destructa domo non destruitur homo eā inhabitans, sed manet, ita destructo corpore non destruitur mens, siue anima rationalis, sed manet. Sit itaque hoc corpus mortale, domus terrestris & manufacta, opere quidem hominis & industria naturæ: corpus verò immortale, Dei opificium, & domus Dei non manufacta sed æterna. Siquidem incorruptibilitas & immortalitas nostrorum corporum duntaxat prouenit ex operatione diuina. Habitamus autem in hoc terrestri domicilio, non vt ciborum cupediis & delitiis ventrem farciamus, aut veneri indulgeamus, aut à diluculo ad vesperam usque ebrietatem sectemur: sed vt mortificando carnales affectus & castigando corpuscula nostra ieiunio, inedia, nuditate, frigore multisque pressuris, possimus aliquando in perpetuo Dei tabernaculo conquiescere. hinc illud Psalmographi, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut requiescat in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Et quoniam prorsus aliquando contabescet hoc corpus mortale, deiicietur & peribit, non defigamus anchoram nostræ spei in corporeis bonis, sed dominio carnis aculeo ad coelestia assurgentes, assiduis precationibus à Deo deponscamus coeleste tabernaculum, quod nulla vñquā temporū iniuria collabascet. Promissum est & hoc diuinum tabernaculum iis qui piè viuunt in Christo, qui Christi morte in hac lutea domuncula circuferunt, qui atrocissima pro fide tormenta subeunt, qui abnegant semetipos, & indulgentissimis parentum affectibus reclamant vt Christū sequantur. dum tamen tota mente versant & cogitant immortalē illam & diuinā dominum, quietis quidē, salutis, pacis & tranquillitatis alūnam, ingemiscunt, cupientes votis ardētibus clara & fulgida immortalitatis tunica superindui, qua nemo fide & bonis operibus nudatus, vestietur. Siquidē ad tabernaculum altissimi, & ciuitatē Dei viuentis, nulli nisi fide bonis operibus firmata & fulcita patet aditus. Et quandiu in hoc caduco & fragili domicilio diuersamur, nō satis agnoscētes quæ sit nostræ fortis cōditio, ingemiscimus pressi & onerati hoc mortali corpore, nulli malo nō obnoxio. Et licet sarcina tāti corporis nos grauet & cruciet, nolumus tamē cōsideratis appetitus naturalis & sensitiui facultatibus exui, sed superuestiri. Quid enim prodebet homini è vita decedere, si non speraret se posthac habiturum corpus immortale & incorruptibile? Optamus & exonerari hac corporea mole nulli non permolesta, vt gratia Dei nostris conatibus per omnia patrocinante, fulgidissimam immortalitatis tunicam possideamus. Et licet anima humana ad corpus plurimum afficiatur, non tamen ob mortale corpus, sed ob corpus immortale: Etenim immortalitas ipsa, futura est nostri corporis gloria. Itaque cum absorptum fuerit quod est corruptibile & mortale, tunc augmento nostræ gloriæ superuestiemur. Deus autem totius immortalitatis fons & origo, ad tātē gloriæ contemplationem mentes nostras subuehendo, per baptismum vice arrabonis spiritum suum, spiritum quidem immortalitatis, nobis impariit, nōsque finxit vt posthac essemus immortales.

Audentes igitur semper, & scientes quoniam dū sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem: audemus autē, & bonam volūtatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominū. Et ideo contendimus siue absentes siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vñusquisque propria corporis prout gesit, siue bonū siue malū. Scientes ergo timorē domini, hominibus suademus, Deo autē manifesti sumus. Spero autē & in conscientiis vestris manifestos nos esse. Nō iterū cōmendamus nos vobis, sed occasione damus vo-

bis

, bis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie glorianter, & non in corde. Siue enim mente excedimus, deo, siue sobrii sum⁹, vobis.)

Loco huius versionis, Audentes igitur semper legit Chrysostomus, Confidentes autem omnino. Et hunc existimat esse Pauli sensum, Exagitat te quispiam & persequitur & occidit, ne concidas animo, propter te hōc totum fit, ne timeas, sed confide, in perseguitionibus scilicet, tribulationibus, insidiis & mortibus cōtinuis, quas si inuicto animo pertuleris, victrice palma coronaberis, & cùm dies resurrectionis instabit, in resurrectionem vitæ excitaberis. Et licet gemas & doleas quòd corruptioni seruias, ab huiusmodi tamen seruitute aliquando liberaberis, nempe ab illo qui nouit iustos de temptationibus & periculis omnibus eripere. Et hac fiducia suffultus tibi velim persuadeas quòd dum versaris in hoc corpore, peregrinaris à domino. Siquidem præsens in corpore, absens es à domino, non quòd eius præsidio destituaris, sed quòd eius gloriam inaccesibilem non conspicis, quam tamē aliquando conspecturus es. hoc autem subsequens hæc narratio continet, *Per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Et alibi, Videlus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, credimus enim quod non videmus, & syncera fide communici tendimus ad Elysios cāpos. Facit & hæc inuicta fides nos ambulare in hac mortali vita cum malorum omnium tolerantia, & hac armatura protecti aduersus serpentes, scorpiones, aspides, basiliscos, & leones decertamus. Nec tantæ fidei virtus sine nos à gradu desistere. Dabitur autem nobis aliquando tempus fulgidissimam Dei speciem intueri. Ex eo autem afferuit Paulus nos peregrinari à domino cùm sumus in hoc corpore, quia nondum donamur illa coelesti patria, quam tamen speramus nos aliquando assequuturos. Confidimus autem & probamus magis, peregrinari à corpore, & versari apud dominum. magis enim cupimus dissolui à corpore, & præsentes esse domino per clarum suæ essentiæ visionem, quam corpori adglutinati, absentes esse domino. vnde alibi dicit Paulus, Mihi viuere Christus est, & mori lumen, & paulo post. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Et propterea pulchrè concludit Paulus, *Contendimus, siue pro viribus nitimur placere Deo, siue absentes siue præsentes simus.* Siquidem hic vnicus est nostræ salutis scopus, diuinis iussis per omnia obsequi. Suppetit & Paulo iusta ratio ad probandum quod debemus canari pro viribus vt Deo placeamus, *Oportet, inquit, nos omnes manifestari ante tribunal Christi vt referat vñusquisque propria corporis, prout gesit, siue bonum siue malum.* Hæc assertio consolatur iustos, qui pro suis meritis amplissimum præmium consequentur, In iustis verò & impiis comminatur gehennam ignis, nisi mature resipuerint. Secundum autem puriorem & faciliorem versionem legimus hoc loco, Nam omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, vt vñusquisque reportet quæ per corpus fecit, siue bonum siue malum. Si Christianus suum corpus Deo consecrauerit & sanctificauerit, nec foeda libidine cōtaminari permiserit, fructum sanctificationis reportabit, si verò pruriens in libidinem, suum corpus omni petulahtia & immuniditia foedauerit, nec vitam in melius commutauerit, ardentibus flammis cruciabitur. Porrò si in suo corpore afflictiones, cruciatus, dolores, angustias, pressuras & tribulationes inuicta animi magnitudine pertulerit, immarcessibilem vitæ æternæ coronam accipiet: Si verò renuerit aut neglexerit in suo corpore plagas, flagella, persecutions & tormenta omnia pro nomine Christi tolerare, luet poenam non modi Matth.25: cam. Intelligamus autem nomine tribunalis Christi, exprimi iudicariam Christi potestatem. Siquidem Christo data est omnis potestas iudicandi, & iudicabit Christus in ea forma (augustiore tamen & splendidiore) in qua fuit iudicatus. Veniet enim Matth.25: filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, & tunc sedebit super sedē maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hōedis, & statuet oves quidem à dextris suis, hōdos autem à sinistris. Et alibi, Filius hominis vēturus est in gloria patris sui cum an- Matth.16:

v. iiiij.

COMMENTARII IO. ARBOREI

Cap.5. gelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Audient itaque omnes in die tribulationis & vindictæ, æquissimi iudicis sententiam, qui æqua lance omnium merita trutinabit & expendet. Feret & in reprobos sententiam secundæ mortis siue supplicij æterni, probos verò & iustos ad florentissimum sui regni palatium introduci iubebit. Et quia nos oportet assistere tribunalii Christi, non potest nos tanti iudicij timor non pulsare, quem non improbat Paulus sed commendat. Etenim timēdus est dominus qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Vnde ait,

Matt.10. *Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus.* hoc est, quām purè & castè sit timendus dominus noster Iesus Christus, suademus hominibus, vt timeant & credant. *Deo autem sumus manifestati* qui nouit quām sincerè & ex affectu vos (vt eum timeatis) incitemus. Nec vos latere potest qualem solicitudinem pro vestra omnium salute habuerim, potest enim vestra pura conscientia de meis laboribus vltro pro vobis suscepis, iudicare. Nec tamen velim hæc dici quod optem à vobis extolli, probari & commendari, vt quidam inanis gloriae cupidi, auram vulgi mercantur, sed offero vobis ansam gloriandi pro nobis. Quod si qua vos inurat gloria, vobis consulo vt in Christo Iesu (qui nos ad munus Apostolatus vocauit) gloriemini, vt possitis liberè reprehendere illos qui in facie gloriantur, & non in corde. hoc est, suam collocant gloriam in ceremoniis & obseruatiunculis Mosaicæ legis, & non in virtute & gratia Iesu Christi. Gloriantur & huiusmodi hypocritæ in conspectu hominum, & non in testimonio conscientiæ. Et licet aliquando in sublimum rerum intelligentiam rapti, de abditissimis Dei secretis & mysteriis loquamur, non tamen huius rapturn gloriam nobis tribuimus, sed Deo. Quod si aliquando mediocria loquamur, id vobis & infirmioribus tribuimus, quorum captui nos ipsos attēperauimus. Hoc autē planè demonstrat subsequens hic contextus, *Siue enim mente excedimus, Deo siue sobrij sumus, vobis.* Sensus est, Siue excedimus mente, Deo excedimus, hoc est, ob Dei gratiam: siue sobrij sumus, vobis sumus sobrij. Excedebat autem Paulus mente, quando extra se rapiebatur, quē quidem raptū vocant ecstasim, siue mentis excessum. Theophylactus enarrans hunc locum, dicit, Si furore arrepti, mente excessimus, Dei ob causam insanimus, vt vos ei commendatores reddamus. Tenebatur itaque Paulus ingentis amoris dementia (si dici dementia potest) quo sanè vt amator aliquis percitus, Deum haud dubiè deperibat, cùm illi duntaxat is viueret quem adamasset, & ita vt extra se raptus, totus ad Deum traduceretur. Hæc ille. Tribuit Theophylactus paulo insaniam, sed ἐρωτικήν, hoc est, amatoriam, vt diligenter annotauit Erasmus. Nam Plato triplicem furorem docet, vatum, poëtarum & amantium, quorum postremum putat esse fœlicissimum. Talem furorē Theophylactus tribuit Paulo, qui non in se, sed in Christo vixerit, quemadmodum amantis anima nō est vbi animat, sed vbi amat. Putant nonnulli Paulum voluisse hoc loco hæc prætendere, Siue enim mente excidimus, Deo excidimus, siue sanæ mentis sumus, vobis sani sumus. Alij etiam græcam phrasim intelligentes, legunt, Siue excellimus Deo, siue modestè sapimus vobis, & hæc excellentia siue excedentia, qua pectora Deo afflata in iis quæ Dei sunt, transcendunt humana, ecstasis dicitur.

Charitas enim Christi vrget nos, estimantes hoc, quoniam si vnuis pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos, ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi

IN SECUNDAM PAVLI AD CORIN. EPIST. 119

, sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum recōciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhorteante per nos. Obscuramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.) Charitas Christi quæ plus satis effusione sui sanguinis pro nostris delictis abstergendis nobis innotuit, nos compellit & vestra & omnium fidelium saluti consulere. & vt igne tantæ charitatis ardeamus, parati sumus sinistra quæque perferre. Hoc autem alibi expressimus declarando quoniam amore Christus nos dilexerit. Vt quid enim Christus, cùm adhuc in firmi essemus, secundum te- Rom. 5. pus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. Iudicamus quoque & nobis persuademus, quoniam si vnuis pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Mortui sunt omnes, vel morte peccati in Adam. Sicut enim in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuiscabuntur. Vel mortui sunt omnes veteri vitæ, vt nouam & spiritu- 1. Cor. 15. lem in Christo viuant. Qui enim insitus est Christo, debet ponere veteres affectus. Aut omnes debent reputare se esse mortuos sibi ipsi. Vnde alibi dicit Paulus, Mori Colloff. 3. tui estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Et quia mortificamus membra nostra quæ sunt super terram, & exuto veteri homine nouum induimus, ac pro gloria æterna asequenda, mundus nobis crucifixus est, & nos mundo, Neminem nō sumus secundum carnem, hoc est, neminem approbamus carnaliter viuētem. Qui enim Rom. 8. in carne sunt, Deo placere non possunt. Reificimus & illos à nostro consortio, qui secundum carnales Mosaicæ legis obseruantias viuere volunt. Et licet neminem secundum carnem nouerimus, tamen aliquando nouimus Christum secundum carnem, habentem scilicet carnem passibilem & mortalem ante suam passionem, sed nunc iam non nouimus, quod scilicet post suam resurrectionem habeat carnē passibilem. Nam habet modò triumphum agens aduersus mortem, mortisque auctorē, carnem impassibilem. Vnde alibi dicit Paulus, Christus resurgens, iam nō moritur. Aliter explicabis hunc locum, Aliquando cognouimus Christum secundum carnem, cùm illi affectu carnali adhærebamus, sed intermortua est huiusmodi cognitio. Nā Spiritus sanctus qui datus est nobis, fecit in nobis vt aboleretur hic affectus carnalis. Excipe & hanc facilem expositionem, Et si noueramus aliquando Christum quantum ad presentiam corporalem, iam tamen nunc non nouimus quantum ad huiusmodi presentiam, cùm cœlos concendet. Sicut dixerat Christus suis Apostolis, Me Matt. 26. autem non semper habetis. Licet futurus sim vobis cum vsque ad consummationem Matt. 28. seculi. Et quia spiritu Dei agimur, & spiritus Dei habitat in nobis, per Christum facti sumus noua creatura, nō quidem ad esse naturæ, sed gratiæ. Etenim innovatio siue regeneratio per gratiam, censetur creatio. Vnde alibi dicit Paulus, Renouamini Eph. 4. spiritu mentis vestrae & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Quod si qua sit in Christo noua creatura, bellè concludit Paulus, vetera transierunt, legalia scilicet & errores gentilium. Crucifixus est & vetus homo vt destruatur corpus peccati. Legimus in Esaiā, Ne memineritis prius, Esa. 43. & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea. Tum quoque in Apocalypsi scriptum est, Dixit, qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et quod vetera desierint & innovata sint omnia, hoc minimè nobis tribendum est, sed Deo, à quo dimanat omne donum perfectum. & propterea adiecit Paulus, Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, siquidem effusione sanguinis Christi, pacata sunt omnia, & qui prius erant filii tenebrarum, facti sunt filii lucis. Oblatus est & agnus ille immaculatus ad exhaustienda multorum Hebr. 9.

peccata. *Dedit & nobis Deus* gratuito dono *ministerium reconciliationis*, vt palam & libere prædicaremus & testaremur vnicum esse reconciliationis & repropiciationis au thorem, nempe Iesum Christum. *Inspirauit & cordibus nostris tantæ rei virtutem*, & hoc est sanè verbum reconciliationis, quod debemus eloqui & in omnium conspe ctu euulgare. *hoc autem amplissimum beneficium à Deo nobis collatum esse intel ligamus*, quod cùm mundum sibi per Christum reconciliauit, nulli sua delicta ad futuram animaduersiōnē imputauit. Hinc illud Prophetæ, Beatus vir, cui non im putauit dominus peccatum. Et ex eo non imputantur delicta, si posthac piē & san ē vixerimus, quia Christus pro delictis omnium abundè satisfecit. Et sicut Christus pro suo patre legatione functus est, ita & nos ad Apostolatū accersiti, pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo per nos exhortante populum ad credendum. *Hec de ope* reconciliationem per Christum factam esse. Et licet Deus nos sibi per Christum vt *ribus meritorum* causam tantæ rei efficientem reconciliauerit, vt tamen hæc reconciliatio ex parte *hominis sit meritoria*, debemus cessare à peccatis, & per bona opera Deo placere. & propterea adiecit Paulus, *Obsecramus pro Christo*, siue propter amorem Christi, vt si in quodpiam scelus prolapsi sitis, detis operam vt reconciliemini Deo. Exerit autem Deus suam charitatem erga nos, quod eum qui non nouerat peccatum, hoc est, non fecerat peccatum, fecerit pro nobis peccatum, hostiam scilicet & sacrificium pro nostris delictis abstergendis, hoc quidem fine, vt efficemur iustitia Dei in ipso, siue *Roma.5.* vt eius gratia à Deo iustificaremur. vnde ad Romanos dicit, *Nunc iustificati in san guine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.*

Argumentum sexti capituli.

N Ititur Paulus modis omnibus opitulari Corinthiis, eosque cohortatur vt quā à Deo gratiam receperunt, propagare studeant. Quid autem præstare de beant, & quales esse conuenit qui legatione pro Christo funguntur, planè demō strat. Eo amore eoque affectu prosequitur Corinthios, vt non cesseret eos docere quae ad nascendam salutem æternam magnopere conducunt. *Vt etat Corinthiis Deo viuo consecratis, ne vllum habeant cū infidelibus & prophani commerciū.*

Caput sextum.

A Diuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiat is. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetippos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, potius perturbationibus, in laboribus, in vigiliis, in ieuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiae à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autē locupletantes, tanquā nihil habentes, & omnia possidētes.) Conamur pro viribus viri Corinthij vestræ saluti prospicere, exhortamur & vos omnes,

omnes, vt quam nacti estis gratiam, pietate, religione, modestia, humilitate, patientia, fide, charitate, castitate & cæteris virtutibus locupletetis, ne ignavia aut superbia aut aliis vitiis excidatis à spe salutis æternæ quā tantopere cupitis. Dicit enim Esaias, *Esa.49.* Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Secundum Hebraicam veritatem legimus, In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Secundum verò septuaginta Interpretes legimus, Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Hoc autem testimonium refert Paulus ad pri mi aduentus Christi intelligentiam. Est autem tempus acceptum & opportunum quo Deus nostris vitiis offensus placari potest, tempus Christi, passio scilicet & resurrectio, qui de cœlo descendit, vt non potissimum nos iudicet, sed saluet. Est & dies salutis, dies nostræ reconciliationis, in quo per Christum nostræ salutis authorem vnicum, Deo reconciliamur. Nec Christus in die salutis nos iuuat, nisi & fide & sincero amore velimus ei inseri. Et quia adest tempus acceptabile & dies nostræ salutis, à somno pigritiæ, immunditiæ, ambitionis, avaritiae, inuidiae, iræ & cæterorū vitiorum expurgiscamur. Abiiciamus & opera tenebrarum & conuestiti armis lucis pugnemus alacriter aduersus callidissimum tenebrarum omnium principem. Ad uigilabunt & legati Christi, assiduisque vigiliis insistent Apostoli & ecclesiastici pastores aduersus hostes fidei, ne infidiosus prædo nihil non cupiens depredari, oves suæ fidei concreditas strangulet & deuoret. Dabunt & operam ne qua in re cuiquā sint offendicula, ne Euangeliū Iesu Christi (cuius sunt ministri) vituperetur. Vt superatur autem ministerium & officium Apostolorum, pastorum & doctorum cū vel fastu vel quæstu vel ostentatione prædicant, aut non præstant operibus quæ verbis docent. Quibus autem virtutibus ornari debeant veri Christi ministri, subiudicat Paulus dicens, *In omnibus exhibeamus siue commendemus nosmetippos. Vt Dei ministros*, non cupientes adulari hominibus, aut captare auram vulgi, sed illi placere pro quo negocium Euangeliū agimus. In primis *in multa patientia*, quæ legato Christi vi res adiicit, & quæ saluat homines. Etenim Paulus sua incredibili patientia Corinthios multis & morum & errorum & sectarum vitiis inuolutos, paulatim ad cœlestem Christi doctrinam reuocauit, *In pressuris, in necessitatibus, in angustiis, in plagiis, in carceribus, in seditionibus*, potius perturbationibus, *in laboribus, in vigiliis, in ieuniis, in castitate, in euangelica scientia, in longanimitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non figura, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiae*, quibus vicimus incredulos & ini quis. *A dextris*, ne res secundæ nos efferant, & à sinistris, ne consternent aduersæ. *Per gloriam*. Euangeliū scilicet Iesu Christi, quam non cessamus nostris inquietis cognitionibus extollere. *Et ignobilitem*. Non enim terremur, neque nos pudet diuinam doctrinam eloqui & prædicare, quam stulti & humana scientia tumidi, horrent audire, & quam putant esse ignobilitatem & deformationem. *Per infamiam & bonam famam*. Siquidem fideles (vt arbitramur) diuini verbi disp̄satores nos exhibuimus iis qui rectam habebant de fide & Euangeliū Iesu Christi opinionem. Nec metuimus illorum inuidiam & cachinnos, qui malam habebant. Et licet simus veraces, & veram sanamque doctrinam profiteamur, tamen ab incredulis & pseudapostolis reputamur seductores & impostores. *Sicut qui ignoti & cogniti*. Malis enim fuimus ignoti, bonis vero & simplicibus cogniti. *Quasi morientes, & ecce viuimus*. Licet fuerimus innumeris mortibus obiecti, Dei tamen gratia persequitorum gladios & minas evasimus. *Vt castigati, & non mortificati*. Et licet per omnia in tormentis fuerimus tentati, vt arenæ cederemus, non tamen fuimus morti traditi. Hic enim addicitur morti qui in fide non permanet. *Vt tristes, semper autem gaudentes*. Qui enim multis conuiciis & opprobriis impetebant Apostolos, eorum gaudium exaggerabant. *Vt egentes, multos autem locupletantes*. Licet existimati simus omnium pauperrimi, spiritualibus tamen diuiniis multos ditauius. *Vt nihil habentes, omnia autem possidentes*. Licet enim terrenas opes despicerimus, per Christum tamen omnia possidemus, plus enim super peditat charitas quam patrimonium. Est & me hercle satis diues, qui in Christo pau

per est. Adde quod in Apostolorum gloriam cedebat quod ante eorum pedes causa virtutum bona omnia ponerentur.

Os nostrum patet ad vos, ô Corinthij, cor nostrum dilatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus: Quæ enim partcipatio iustitiae cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infidelibus? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & in ambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.) Quoniam autem charitatis incendio pro salute Corinthiorum ardeat Paulus, subsequens hæc narratio dilucidè monstrat, Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, Cor nostrum dilatum est. Non enim solum verbis meam apud vos præfero charitatem, sed etiam & corde, cum illud cupiam pro vobis effundi & distendi. Est & proculdubio maximum meæ erga vos charitatis indicium, quod nō desinam etiam liberè vestra via increpare, & vestras virtutes multis encomiis commendare. Adiicit Paulus, Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Huiusc loci hæc est intelligentia. Quia ingenti benevolentia vos prosequor, & mei erga vos amoris viscera effusa sunt, non potest mea erga vos charitas esse arcta & angusta: vestra autem erga me charitas intimis præcordiis inclusa, arctior est & angustior quam ut me cōplete possitis. Porro angustus est animus vester in obseruantis legalibus, in quibus falso à pseudopostolis seducti, vestram salutem collocatis. Obiicienda est hoc loco angustia ampliudo: Siquidem in angustia friget aut tepet charitas, in amplitudine vero ardet. Et quia eadem speramus pro mutuo amore remunerationem siue retributionem, vobis tanquam filiolis meis, quos in Christo genui, consulto ut sitis in charitate effusi. Siquidem filij debent in patrem præstare mutua charitatis officium. Dilatetur & cor vestrum libertate spirituali, quæ in fide & amore Christi sita est. Deinde Paulus commonefacit Corinthios ne nullum habeant cum incredulis commercium, in operibus potissimum incredulitatis, dicens, Nolite iugum ducere cum infidelibus. non enim licet Christiano ducere vxorem Ethnicam, nec Christianus debet esse in gerendo magistratu collega Ethnico. debet & Christo sacratus colloquium infidelis vitare, ne ab eo ad errorem infidelitatis pertrahatur. Alludit autem Paulus hoc loco ad rationem iugi. Etenim iugum illud vocamus quod ligat plures ad aliquid faciendum. Quod si conueniat ad faciendum aliquid quod Deus præcipit aut consultit fieri, censesbitur illorum iugum. unde dicebat Christus, Iugum meum suave est, & onus meum leue, & hoc iugum charitas est deuinciens Christianos. Quod si conueniant ad perpetrandum aliquid malum ad quod eos incitat & impellit diabolus, illorum iugum dicetur iugum diaboli, de quo dicit Esaias, Iugum oneris eius. Reddit autem rationem Paulus quare non debemus iungi eodem iugo cum infidelibus. Quæ enim est participatio iustitiae cum iniquitate? Etenim Christianoru debet esse indubitate iustitia, infidelium vero est desperita nequitia. Adde quod maxima iustitia est reddere Deo quod suum est, hoc autem est colere Deum. Summa vero iniquitas est auferre Deo quod suum est, & dare diabolo. Aut quæ societas lucis ad tenebras? Siquidem infideles nolentes ab errore sua infidelitatis resipiscere, in abditissimis ignorantia tenebris diversantur: Christiani vero fide illustrati, lux appellantur, quod alibi testatur Paulus dicens,

dicens, Eratis aliquando tenebrae, nūc autē lux in domino, Quæ autem conuentio Christi Ephes. 5. ad Belial? Belial apostatam vocat & desertore. Belial, vt adnotat viri peritissimi, apud Hebreos significat malum & iniquum, aut etiam noxiū dæmonem. Et ex eo non est conuentio Christo ad Belial, quia Christus omnia fecit vt profit, cōtrā Belial etiā cūm iuuat, in hoc iuuat vt noceat. Aut quæ pars fidei cum infidelibus? Pars fidelis siue portio, est Deus meritorum retributor. Hinc illud Prophetæ, Dominus pars hæreditatis meæ. Et alibi, Portio mea domine, in terra viuentū. Pars vero infidelis, est bonū Psal. 15. terrenum quod tantopere amat, aut princeps huius mudi, quem loco summi numeri colit. Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui. Horret fidelis Ethnicum tāquam impurum & prophanum, cūmque fugitat vt periculum contagium. Et quia viri Corinthij vos estis templum Dei viui, & dominus habitat in vobis: infideles vero sunt templum idolorum, aut potius idola, nulla debet esse vobis conuentio cū infidelibus. Adiicit Paulus ad confirmandum suam doctrinam, quod ex veteri testamento depromptū est. Sicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & in ambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum &c. Hoc autem testimonium è pluribus locis conflatum est. Siquidem prima pars è Leuitico deprompta est, vbi legimus, Ponam tabernaculum meum in Leui. 26. medio vestri, & nō abiiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vobisque eritis populus meus. Secunda vero pars ex Esaia decerpta est, in quo legimus, Esa. 62. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Quod autem subnecit Paulus, Et ero vobis in patrem &c. ad illud Hieremiæ accedit, Ero eis in Deum, & ipsi erunt Hiere. II. mihi in populum. Legimus quoq; in libris Regum, Deum dixisse de rege Salomo 2. Reg. 7. ne, Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Tum quoque ex Apocalypsi no Apoc. 21. bis compertū est, vocem magnam quam audiuit Ioannes, de throno dixisse, Ecce tabernaculum Dei cū hominibus, & habitabit cū eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Ex istis testimoniis colligimus Deum propriè esse Deum fidelium, & patrem illorū qui eius iussis obsequuntur, iudicem vero impiorū & infidelium, quos vt sauvissimam pestem (nisi mature resipiscere velint) vitare debemus.

Argumentum septimi capit. 5. 121

Qvia fide & sacramento baptismi sumus Deo consecrati, & ob id promissa est nobis beatorum hæreditas, nitamur pro viribus vt omne inquinamen- tum, omnemque carnis & spiritus labem abstergamus: quandoquidem nihil sor- didum, nihil fædū, nihil denique obscurum æterna luce fruetur. Et quia Corinthij intimis Pauli præcordiis includuntur, eoque singulari amore prosequitur, optat & illis commori & conuinere. Gaudet & magnopere q; Titus sibi & discipulus & amicus mellitus, retulerit quonā affectu in se ardeant Corinthij, quos eis priori epistola & tristitia & mærore afficerit, non tamen eum pænitit. Nā salutaris est & medicabilis huiusmodi tristitia, qua haud dubiè pulsari debent & cōcuti qui à pristinis vitiis resipiscere volunt. Commendat & Corinthios q; Titum cū omni reverentia, timore & obedientia humanissime exceperint.

Caput septimum.

As ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos, neminem læsimus, neminem corruptimus, neminem circunuenimus. Non ad cō-

,,demnationem vestram dico: Prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolacione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cum veniam in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnæ, intus timores. Sed qui cor solatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem.)

Quia Deus per suam gratiam habitat in Christianis, eosque ab omnibus malis eripit, & inambulat inter eos ut dux eorum tutissimus & protector optimus, cupit que eos ad sublimiora prouehere, debent conari tantis pollicitationibus suffulti, ut quæ sordida sunt, squallida & polluta deuident. non enim Christianus sordidus luxuriæ cœno volutatus, ad assequendam immortalitatem diuina pollicitatione dignus est, nec qui blasphemat sanctum Dei nomen, aut suo proximo inuidet, futurus est Dei hæres, nisi à suo scelere resipiscat. Et propterea Paulus salutis omnium delinquentium cupidissimus, agnoscens quām fragilis sit & propensa hominis conditio ad omne vitium perpetrandum, dicit, vnicuique maturam à delictis resipiscentiam consulendo, ne diuinis pollicitationibus frustrentur, *Charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.* hoc est, ab omni vitio carnali, & spirituali. Verum obiiciet quispiam Paulum Paulo, & ostendet eum sibi pugnare, Si omnia peccata sunt carnis, sicut dicit in epistola ad Galatas: Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitia, contentiones, æmulations, iræ, rixæ, dissensiones, seftæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comediations, & his similia. non igitur sunt quædam peccata spiritus. cur ergo dicit Paulus, Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus? Huiusc argumenti dilutio, Si propriè spectemus peccatum carnis, illud dicetur quod consummatur in delectatione carnis, ut gula, ebrietas, comedatio & luxuria. Censetur etiam propriè peccatum spiritus, quod perficitur in delectatione spiritus, ut inimicitia, contentio, ira, rixa, inuidia, & id genus. Si tamen

Quomodo peccata omnia dicuntur carnalia? latè sumpserimus peccatum carnis, illud vocabitur quod ex conceptione carnis trahit originem, & hoc modo peccata omnia dici possunt carnalia: Omne enim quod carnia dicuntur lex prohibet, autore Ambrosio, carnale est. Paulus autem dicens, Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, vocabula ipsa propriè sumpfit. Qui autem ab omni inquinamento carnis & spiritus abluti sunt, apti sunt ad perficiendam sanctificationem in timore Dei. & hoc adiecit Paulus ne quis causaretur quod sibi sufficeret à baptismō emundatio & lotio. Nam debemus pro viribus conari ut perficiamus emundationem à fonte baptismi inchoatam. vnde dicebat Christus suis discipulis, Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et propterea admittamus ut omni ex parte cum auxilio Dei perficiamus sanctificationem in timore Dei. Hinc adnotemus Ethnico philosophos (tametsi multis virtutibus essent ornati) non potuisse suam sanctificationem consummare: quia licet vitarent peccatum luxuriæ, gulæ, inuidiæ, odij aut homicidij, non tamen à peccato infidelitatis resipiscabant. Itaque censebantur imminendi. Quicquid enim sine Christo est, immundum est. Vnde dicit Paulus ad Titum, Infidelibus nihil est mundum. Et propterea integra emundatio & sanctificatio, dum taxat in vero Dei cultu perficitur, & hoc est quod dicit Paulus, In timore Dei, hoc est, in cultu Dei, ut quidam adnotant. Et licet charitate consummetur sanctificatio, sicut alibi dicit

Paulus,

Gala.5.

Quomodo peccata omnia dicuntur carnalia.

Ioan.13.

Tit.1.

Paulus, Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, tamen timore filiali, qui est effectus charitatis, sanctificatio perficitur. Nec hīc agit Paulus de timore seruili, qui aduersatur charitati. Et hic timor filialis nos incitat ad habendum syncerum affectum erga Deum, cum quadam non modica reuerentia. Adiicit Paulus exhortans Corinthios ad percipiendum synceram charitatem, qua pro eis decertat, *Capite nos.* hoc est, facite ut ampla & effusa charitate à vobis complectamur. Vel, capite mentem nostram ut planè intelligatis vera esse quæ loquimur. *Neminem lasimus, neminem corruptimus,* potius grauauimus, *neminem circumuenimus.* hoc autem dicit Paulus redarguendo fraudulentos quorundam pseudapostolorum mores, qui nulli non nocebant, seducebant & quām plurimos impiis dogmatibus. Inducebant & multos, vel factis vel persuasionibus ad malum perpetrandū, illisque fraudem intentabant: extorquebant & à multis sub praetextu prædicationis ingentem pecuniam. Nec tamen hæc dixit Paulus ut Corinthios condemnaret. Is enim dignus est ut condénetur, qui est prorsus incorrigibilis, & quia non eum latebat Corinthios esse emendabiles, & facile suis monitis posse corrigi. Idcirco dixit; *Non ad condemnationem vestram dico, Prædiximus enim vobis quod in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum.* Existimo quod ardens & syncerus amor, quo nos adinuicem complectimur, nunquam neque morte neque vita diuelli poterit. Commorimur autem vobis, quando afflictiones, pressuras, tormēta & persecutions magnō & inuiicto animo vobiscum toleramus, quibus toleratis & victis speramus nos vobiscum viucturos vita illa æterna quæ beatis destinata est. Est & mihi multa fiducia apud vos. Ita vobis fido ut mihi vera & salutaria loquenti facile credetis & auctorabitis, & ob id multa mihi est fiducia apud vos, quod non amarulento animo priorem meam epistolam (quæ de correptione vestra scripta est) suscepitis, nam agnoui quām propensi sitis etiam nullo penè monitore, ut vitam vestram in melius commutetis. vnde mihi multa est consolatio & gloriatio pro vobis, nec possum pro meis tribulationibus non modico affici gaudio. *Etenim cum venissimus in Macedonia, nullam requiem habuit caro nostra.* Siquidem in Macedonia tot nobis cædes, pressuræ & tribulationum omnium procellæ vndique inguebant, ut vix horula vna ab irrogatis pœnis conquescere potuerimus. Fui & vobis exemplo, ut pro salute credentium ceruices vestras supponeretis. Aptè autem dicit Paulus, Nullam requiem habuit caro nostra, quia licet eius caro nullam haberet dolorum, afflictionum & pœnarum remissionem, tamen eius animus erat infractus, constans & insuperabilis. Erant & foris pugnæ, dum corpus nostrum cædebatur, intus verò timores, non quod qui cruciabamur, nobis quicquam timeremus, sed timor animo nostro irrepererat, propter illos qui crediderant, ne plagis & tormentis nostris scandalizarentur. Sed verus agonotheta qui viriliter in agone certantibus amplissimum præmium destinavit, quique humiles pressuris multis afflictatos nunquam deserit, nos in aduentu Titi filij nostri charissimi consolatus est. Etenim præsentia Titi dolores nostros & angores leniuit, plagasque nostras refrigerauit: Quandoquidem illa sunt mutua amicorum officia, in aduersis condolere, & in prosperis sibi inuicem congratulari. Retulit & nobis hic generosissimus athleta, & nobis cordatissimus collega, vestrum desiderium quo cupitis à vestris pristinis vitiis resipiscere. Annunciat & vestrum fletum, nā correpti flebatis, doloréque ingenti afficiebamini, quod diuinam maiestatem vestris turpis flagitiis offenderatis. verum lachrymę vestre in summum gaudium vertentur. quod indicat euangelica illa doctrina, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Renunciauit & vestram pro me æmulationem ita ut magis gauderem. Siquidem eo amore me prosequimini, ut contra aduersarios cooperitis me defendere.

„ Quoniam & si contristauit vos in epistola, nō me pœnitit, & si pœnitit, niteret, videns quod epistola illa (& si ad horam) vos contristauit. Nunc

„gaudeo , non quia contristati estis , sed quia contristati estis ad pœnitiam: Contristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimētum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quātam in vobis operatur solitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam, in omnibus exhibuitis vos incontaminatos esse negocio.)

Nec pœnitit Paulum quod in priori epistola non modica tristitia affecerit Corinthios multis & inauditis vitiis inquinatos, & præsertim illum salacissimum fornicatorem qui habuerat vxorem sui patris. Reddit autem rationem cur nō torqueatur quod cōtristauerit Corinthios , quia epistola illa quæ potissimum pro emendatione Corinthiorum scripta est, non perpetuum luctum , non continuum dolorem nec perpetuam tristitiam Corinthiis incusit, sed duntaxat ad tempus , donec literis Pauli pulsati & compuncti ad se redirent, suaque turpissima facinora non sine ingenti dolore & displicentia agnoscerent. Nec gaudet Paulus quod sint contristati: nam ob id nihil commodi in se sentit. nec omnis tristitia laudē meretur, sed quia ad pœnitentiam contristati sunt, ita quod medicabilis erat & salutaris hæc tristitia , & ad bonum finem tendebat, nempe ad pœnitentiam. Is enim suæ saluti prospicit, qui cognita sua mortifera culpa, nollet Deum offendisse: & propterea afficitur, torquetur & vehementer dolet quod Deum optimū & maximum offenderit, & ab hac tristitia suam pœnitentiam incepit, vtq; tanto dolore concitus possit quo usmodi Deo satisfacere, diuinamque iram placare: induit saccum cilicinū, caput suum cineribus respergit, ieuniis multis carnem suam domat, precationibus insistit, & amplissimis eleemosynis inopiam pauperum subleuat. parit itaque, vt prospicit, hæc commendabilis tristitia pœnitentiam, pœnitentia verò salutem. Et quia Corinthij secundum Deum quem tantopere amant, contristati sunt, quod Paulus eos correxit & contristauerit, non potest in eorum detrimentum cedere, sed potius in maximum comodum. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem siue perpetuam operatur. quod haud dubie affirmat illa Christi doctrina . Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Verùm dicet quispiam, Tristitia secundum Deum est pœnitentia, cùm pœnitere sit tristari de peccato secundum Deū, non igitur tristitia secundum Deum operatur pœnitentiam . Dico q̄ licet tristitia secundum Deum, sit vna pars pœnitentia, tamen dicitur operari pœnitentiam, quia alias pœnitentia partes, nempe confessionem & satisfactionē operatur. Intelligimus enim tres esse pœnitentia partes, tristitiam scilicet de peccato aut dolorem, confessionē & satisfactionem: & prima pars nos ad confessionem auriculariam & satisfactionē provocat & allicit. Seculi autem tristitia mortem operatur. Siquidem tristatur aliquis & torquetur quod eius vxor è vita decesserit, aliis quod suas opes perdiderit, aut quod affectus fuerit iniuria, aliis verò afficitur vehementer quod non illis honoribus excellit quibus viri magni nominis excellunt: & quia non potest hæc æquo animo pati, sibi necit laqueum mortis. Tristitia Cayn aduersus Abel, pariter Esau tristitia aduersus Iacob concepta, mortem illis attulit: & illa erat tristitia secundum mundum. Et sicut amor Dei vitam parit, ita amor huius seculi mortem parit. vnde dicit scriptura, Quicunque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Adiicit Paulus gaudens plurimū de integra Corinthiorum resipiscientia, Erce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantum in vobis operaris solitudinem, sed defensionem, sed indignationem &c. Cauete vobis ne posthac in vitiis recidatis, & agnoscite ingentem fructū vestræ pœnitentia. Nam tristitia vestra secundum Deū operatur in vobis solitudinem ad vitanda mala, & facienda bona. Defensionē, vt protegantini aduer-

Matth. 3. Hec obserua.

aduersus illos qui vos ad perpetranda scelera incitabant: Indignationē, vt horreatis quod tantopere amastis, & pro vestris admisis aduersum vos ipsos indignemini. Timorem, ne in vitiis relabamini: desiderium, quo ardetis bene viuere, & Deo per omnia placere: æmulationem, vt meipsum & viros probos imitemini: vindictam, vt & vestra & aliorum peccata puniatis. Vlti estis & illos, qui in diuinis leges peccauerant. Exhibuitis & vos duce Christo in omnibus incontaminatos negocio, Chriſtianum scilicet negocium agentes, & ambulantes in via immaculata. Præstitis & vos incontaminatos negocio, quando petulantissimum fornicatorem condemnatis, cui tamen prius fauebatis.

IN SECUNDAM PAVLI AD CORINT. EPIST. 123
 „Igitur & si scripsi vobis , non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est , sed ad manifestandam solitudinem nostram quam habemus pro vobis coram Deo , ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus, sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus , ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta est, & viscera eius abundantius in vobis sunt , reminiscentis omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore exceperitis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.)

Quæ de fraterna vitiorum vestrorum correctione ad vos scripsi, non eo fine feci & intentau, quod lædentem vellem perire, aut inferis deuouere, læsumque nolle lædenti parcere, sed vt planè agnosceritis quā sim solicitus pro vobis, etiam coram Deo, quem cupio testem esse mei erga vos amoris, & meæ inculpatissimæ conscientiæ, non enim zelo vindictæ, & affectu nocendi incestum illius fornicatoris (qui culibile sui patris fœdauit) vultus sum , sed tradidi huiusmodi hominem Satanæ in integrum carnis, vt spiritus saluus fieret. Aliter exponimus hunc locum, Non scripsi duntaxat propter illum qui fecit iniuriam vt corrigeretur, vel propter illum qui affectus est iniuria vt placaretur, sed ad manifestandam solitudinem nostram quā habemus pro vobis coram Deo, vt scilicet reconciliarem Deo , quem prius grauiter offenderatis, quod indignati fueritis pro poena illi fornicatori irrogata. Et licet amor vester in me syncerus , vestraque spontanea resipiscientia me mirum in modū consoletur, plenius tamen & ardentius consolor in vobis super gaudio Titi, quod refocillatus sit spiritus illius ab omnibus vobis. Et quis non agnoscit hoc loco Paulum extollere laudes Corinthiorum , & planè suam erga illos charitatem exercere? Etenim magnopere gaudet quod Corinthij omnes vnanimi consensu refocillarint animum Titi, per omnia ei obsequentes. Refocillatur autem illius spiritus qui postquam laborauit ac fatigatus est, requiescit: Affectus est & ingenti gaudio Paulus, q̄ Titus tales reperit Corinthios, quales fore sibi prædixerat. Et si quid apud Titum de Corinthiis gloriatus est, eos commendando, non tamen pudefactus est, quia non adulando eos laudauit, sed sicut omnia in veritate locutus est eis , ita eius gloriatio quæ fuit ad Titum, veritas facta est. Gaudet & eo amplius quod Corinthij feruentiori amore quā antea prosequuntur Titum, qui non subticuit sed reduxit in memoriam, promptissimam illorum obedientiam . Denique quod illum non minus quā clarissimum quandam principem venerabundi & trepidi exceperint. Nec cū dicit Paulus quomodo cum timore exceperitis illum, loquitur de timore seruili , sed filiali, casto & sancto, qui non soluit charitatem . Nec solum gaudet Paulus quod Corinthij exceperint honorificè Titum, sed quod in omnibus confidat in eis, agnoscens sua dicta & studia illis plurimum profuisse.

Argumentum octauis capituli.

PAULUS plurimum gaudet quod Deus suam Ecclesiam Macedoniae gratiam impertierit, quique fecerit ut recepto Christi Euangelio, angustiarum pressurum & tribulationum quas pertulerat in summum illorum & commodum & gaudium, essent participes. Et eo fuit in huiusmodi sanctas congregations propereior quod spontaneo animo non solum semetipos Deo, verum etiam sibi ipsi in omnem obsequium dederint. Commendat & magnopere sinceram Macedonum fidem, vberiorem scientiam & feruentiorem charitatem, quam etiam Titus cōprobauerat. Nec potest reticere quod propensa admodum voluntate in pauperū subleuamen contulerant, tametsi essent admodum tenues. Tacite laudat Euangeliū Lucæ, quem vna cum suo Tito ad Macedones miserat, ut infirmos in fide sanarent, & sanos ad propagandum Ecclesiae profectum adhortarentur.

Caput octauum.

Otam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Macedoniae, quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudi ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & cōmunicationem ministerii quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipos dederunt, primum domino, deinde nobis per voluntatem Dei, ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita ut perficiat in vobis etiam gratiam istam.) Contulit Deus ecclesiis Macedonum (quæ propensis animis receperant Euangelium Iesu Christi) gratiam cōstantiæ in aduersis iniuncta animi magnitudine toleratis. Siquidem afflicti vna cum Paulo, & sanctis Dei ministris, de suis pressuris & tribulationibus quas pro fide pertulerant, magnopere gaudebant, nec quicquam putabant sibi esse iucundius & optabilius quam pro nomine Christi affligi, concuti, vulnerari & cruciari, sibi persuadentes omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu persecutions passuros. Impertiit & illis donum beneficiorum, nam licet essent extremæ paupertatis, tamen ex inanibus scriniis quicquid supererat, in pauperum subsidium depromebant, quo tamen pauperiores erāt, eo magis prōptissimæ voluntatis candore & simplicitate ditescabant. Fert & Paulus amplissimum huiusc laudatissimæ beneficiorum testimonium, ut Corinthios ad sectandam consimilem virtutem prouocet. Nam non solum secundū vires suarum facultatum, verum etiam & supra vires fuerunt admodum benefici, erogantes quibus possent egere. Etenim sciebant quod non tam Deus respicit ad magnitudinem rei oblatae, quam ad propensam offerentis voluntatem. Pluris enim fecit Christus munusculum pauperculae viduae quod misit in gazophylacium, quam amplissima diuitium munera. Rogarunt & Macedones Paulum & quidem obnoxie, ut haberent gratiam & communicationem ministerij quod fit in sanctos, vt scilicet ipsis licet sua etiā tenuissimas facultates sanctis pauperibus qui erāt Hierosolymis, impertiri. Nec solum sua bona egenis dederunt, sed pro suis vitiis redimendis (citra tantæ rei spem villam) semetipos Deo primum dederunt, sacraruntque. deinde Paulo & eius commilitonibus, quibus haud dubie sincero animo obtemperabant. Obseruarunt & illi munifici viri ordinem illum, quem Abel iustus obseruauit. Nā Abel

primò se obtulit Deo, deinde sua munera, & propterea respexit Deus primū ad Gene.4. Abel: deinde ad eius munera. Quid enim profunt munera Deo oblata, nisi homo sit Deo acceptus, aut conetur Deo reconciliari? Et vsque adeò Paulus liberalitatem Macedonum prædicat, vt adhortetur, rogetque Titum ad consummandam tantæ virtutis gratiam in ipsis Corinthiis, quam fœliciter incepauerat. Etenim Corinthijs suauis Titi fuerant à suis vitiis emendati, & exemplo Macedonum prouocati ad subleuandam pauperum inopiam.

Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone & scientia, & omnini solicitude, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico, sed per aliorū solicitudinem, etiā vestræ charitatis ingenii bonum (potius genuinū) comprobans. Scitis enim gratiā Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia, vos diuites essetis. Et consilium in hoc do, hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & vel le cœpistis ab anno priore, nunc vero & facto perficite, vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. In praesenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiam suppletat: vt & illorum abundantia vestræ inopiae sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est, Qui multum, non abundauit, & qui modicum, non minorauit.)

Tametsi Paulus censeat Corinthios multis encomiis efferendos, quod & donis fidei, linguarum, scientiarum, piæ solicitudinis & sinceræ charitatis in vigilatissimos Christi ad se legatos, Macedones longè præcellant: tamen arbitraretur eorum gloriam, laudem & commendationem posse imminui & obscurari, nisi promptissima eleemosynarum largitione Macedones superarent. hoc autem indicat hæc pulcherræ conclusionis forma, vt & in hac gratia abundetis.) hoc autem loco vocat gratiam, beneficium siue eleemosynam. Et sensus est, hortor vos vt in iuuandis liberalitate sanctis, sitis Macedonibus præstantiores. Nec tamen hæc dico, quasi vobis imperans, vosque velim ad profundenda egenis vestra bona cogere, sed per solicitudinem Macedonum in hoc pietatis officio commendatam, vestræ charitatis ingenuitatem siue sinceritatem comprobem. Græci vocant γνῶση, quod est, verum, germanum, genuinum, minimèque fucatum & adulterinum. Thomas hoc loco legens vestræ charitatis ingenium bonum, philosophatur anxiè in hoc verbo ingenium, dicit enim, ingenium bonum sumitur non solum pro aptitudine ad sciendum faciliter, sed etiā ad bene operandum, quod si linguam Græcam calluissest, aut sequutus fuisset germanam versionem è Græco fonte depromptam, non vsque adeo se torsisset in explanatione illius loci. Vult itaque Paulus (ni fallor) planè dicere, Comprobo vestram ingenuam & sinceram charitatem. Verum vt magis ac magis irritet Corinthios ad subsidia vitæ egenis præstanta etiam cum contemptu suarum diuitiarum adiecit, Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia diuites essetis.) Obserua quæso Paulum hoc loco tribuere gratiæ, & non vlli necessitatib[us] quod Christus inopiam tolerauerit, aut potius induxit in opis (& si dicam, vt scribunt nonnulli) cuiusdam mendici personam. Nihil enim eum compulit vt egeret, aut famem pateretur. Sed ad nostram instructionem cur Christus vt perituras opes magni animo sperneremus, factus est egenus, cū tamen nullis diu facilius est eiis & præsertim spiritualibus, non affueret, vt eius inopia nunquam satis laudata genus.

- Matth.8. syncerè Christiani ditarentur. Quòd autem Christus in temporalibus fuerit admodum pauper, euangelicāmque paupertatem deamauerit, indicat illa cœlestis doctrina. Filius hominis non habet ubi reclinet caput suum. Et quòd in eo sint cumulatissimi opum cœlestium thesauri manifestat Paulus dicens, Idem dominus omniū, diues in omnes qui inuocant illum. Tum quoque dicit illa sapientia per Salomonem, Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia. Elegit & Christus statu sanctissimam paupertatis, ut eius inopia diuites essemus, cœlesti scilicet sapiētia & bonis spiritualibus. Vnde scriptum est, Melior est sapientia cunctis opibus preciosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari. Et alibi dicit Paulus, In omnibus diuites facti estis in illo. Vnde præclarè dixit Hieronymus, Satis vel abundè diues est, qui est pauper in Christo. Audiamus & lubenter illam Iacobi sententiam, Nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Sunt & veræ opes, pietas in pauperes, in Deum religio, & vitæ sanctimonia, quibus sectando vestigia Christi, cœlum concendemus. Consulit & Paulus Corinthiis si cœlestibus diuitiis velint affluere, ut sanctis pauperibus eleemosynas erogent, quod non solum putat egenis fore conducibile, sed etiā sibi ipsi. Siquidem Eleemosyna prodest danti & accipienti. Est & gemina laus Corinthiorum, quòd non solum cœperint largiri pauperibus suapte voluntate, nō provocati alienis exemplis, sed hoc ipsum etiam animi propositum ultrò suscepserint. Et propterea adiecit Paulus eos magnopere commendando, *Vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habet.* (Etenim velle, promptus est animi, præstare autem quod velis, est facultatis. Si enim prompta sit & parata voluntas (quæ est fundamentum beneficentia) Deo grata est & hominibus, secundum id quod habet, scilicet secundum facultatem ultrò offerentis, non tamen secundum id quod non habet. Vnde dicebat Christus prouocans omnes ad officia pietatis, Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, Amen dico vobis non perdet mercedem suam. Quòd si multe nobis suppetant opes, & largiter tribuamus, si verò exiguae, & parum tribuamus, nē tamen ita profuse donare debemus, vt nostra largitas & munificentia ad summam inopiam redigatur. In subsequenti autem contextu diluit obiectiunculam vñā quæ suboriri posset. Si abundè dederimus pauperibus nostras facultates, viuent in ocio, & nos rerum nostrarum dispendium sufferemus, pannosique erimus & admodum inopes. Non enim, inquit, vt aliis sit remissio, potius relaxatio laborum & refrigerium, vobis autem tribulatio & rei familiaris angustia, sed vt sit æqualitas & æquabilis proportio. Etenim vos Corinthij terrenis opibus abundatis, sancti verò pauperes qui sunt Hierosolymis, cœlestibus abundat. Idcirco vt quodammodo sit officiorum & beneficiorum pensatio, facite vt ditemini precationibus sanctorum, qui à vobis in rebus externis fountur. Hoc autem exprimit Paulus dicens, Vestra abundatia illorum inopiam supplet, vt & illorum abundantia vestræ inopiam sit supplementum. Aut si mauis, vt vestra abundantia illorum inopiam, & illorum abundantia vestræ succurrat inopiam, vt fiat æqualitas. Verùm dicet quispiam, Nónne is peccat qui sua bona omnino pauperibus erogat, & postea summa paupertate affigitur? Dico quòd non, si nomine Christi id faciat, & in lege euangelica perfectus cuadat. Vnde dicit Matth.19. cebat Christus cuidam adolescenti, Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Cùm autem dicit Paulus, Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, infirmis suum sermonem attéperat, timebat enim ne deficerent Corinthijs si extrema paupertate premerentur. Commédat autem Paulus ex scriptura hanc æqualitatem, Sicut scriptum est, inquit, Qui multum, non abundauit, & qui modicum, nō minorauit, siue non minus habuit. hoc autem testimonium deprompsit Paulus ex libro Exodi, de colligendo Manna, quem locum vertit Hieronymus ad hunc modum, Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt.

Gratias

Gratias autem ago Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cùm solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangeliō per omnes ecclesiās, non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiās comes peregrinatio nis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam & destinatam voluntatem nostram: deuitantes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis in Domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse, nunc autem multo solicitior rem confidentia multa in vos, siue pro Tito, qui est socius meus & in vobis adiutor, siue fratres nostri, Apostoli ecclesiārum, gloria Christi. Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiārum.) Paulus agit gratias Deo, quòd Titum pro Corinthiis fecerit solicitum, vigilantem & assiduum in suo munere, quòd pro summa Corinthiorum utilitate grauiter obibat, & propterea agnoscens Corinthios magis ac magis fide & bonis operibus proficere, in eis lœtatus est & consolatus. Et quo magis Corinthij in re euangelica proficiebant, eo ardenter & sincerus suum erga illos affectum exerebat, adeò vt propenso animo spontaneaque voluntate ad eos profectus sit: qui tamen prius rogatus, propter insignia illorum sclera proficiisci renuerat. Et vt Titus Corinthios lubentius inuiseret, iussu Pauli habuit cordatissimum & fidelissimum sui itineris comitem, illum scilicet quē universæ ecclesiæ pro suo Euangeliō miris laudibus extollunt. Hunc autem Titi comitem (cuius laus est in Euangeliō) putant nonnulli interpres Lucam debere intelligi, qui scripsit & copiose & eleganter Euangeliū Iesu Christi, prout audierat & didicerat à selectis Christi Apostolis. Fuit & comes peregrinationis Pauli, vt Acta Apostolorum plenè docent. Alij arbitrantur hunc Titi comitem esse Barnabam, cuius laus est in Euangeliō ab eo prædicato per omnes ecclesiās, quia Iudeis & Gentibus innotuit: hic enim plenus fide & spiritu sancto, ministerium euangeliū diligenter expleuit. Fuit & comes peregrinationis Pauli, etiam à coetu fideliū ad iuuandum negotium Euangelicum ordinatus & electus, vt etiam ex Actis Apostolorum compertum est. Adiicit autem Paulus, fuit comes peregrinationis nostræ in hac gratia quæ ministratur à nobis per Domini gloriam & solicitudinem nostram: vt legit Ambrosius. Etehim strenui isti legati vidētes ingenitem Corinthiorum profectum, & ob id augentes eos in fide Iesu Christi, ad Dei gloriam & ædificationem ecclesiæ, sollicitè suum munus obibant. Et hanc solicitudinem vocat Ambrosius (vt coniicio) ahimi promptitudinem, Græcè προθυμίαν. Alij legunt secundū vulgatam editionem, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis, ad Domini gloriam & destinatam voluntatem nostram.) In hoc enim incumbebant Apostoli Dei, vt suam voluntatem à Deo, ab æterno ad hoc munus obeundum destinatam, adimplerent. Reddit autem rationem Paulus cur strenuos & insignes interlocutores ad Corinthios miserit, Deuitantes hoc, inquit, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis in Domini gloriam.) potuisset enim à multis vituperari, & negligenter accusari, si non misisset strenuos ministros, aut fraudis insimulari, si non misisset securos. Hæc autem plenitudo siue abundantia quæ ab eis ad Dei gloriam ministrabatur, erat augmentum fidei, propagatio Euangeliū, & multa gentilium conuersio. Etenim vñus quisque vt accépit à deo gratiam ita debet alteri administrare. & hoc plenius démo-

*De bonis o-*strat in hoc subsequenti loco, *Prouidentes bona non solum coram Deo, verum etiam coram peribus hominibus.*) Siquidem totis viribus admitti debemus ut opera nostra Deo grata sint & hominibus, quos ad studia pietatis & sanctae religionis prouocamus. Vnde dicebat Christus suis discipulis, luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Commendat & Tertium fratrem vñā cum duobus prius laudatis, ad Corinthios missum, & ob id eum commendat, quod suo munere, quod pro Corinthiorum salute obiit, præclarè functus sit. Fuit & in multis bonis operibus probatus & sollicitus. Et hic Tertius frater aliorum comitatui adiectus, est Apollo, ut ferunt nonnulli, qui primus post Paulum coribus Corinthiorum Iesum Christum inseruit. Et quia agnouerat Corinthios diu suis inauditis flagitiis induluisse & sorduisse, vixque villam sibi esse spem resipiscientiae illorum, ab eis discesserat. cum autem resciuit, quod ad meliorem frugem resipi scabant, multo sollicitior fuit & diligentior quam antea, ut eorum saluti prospiceret. Hunc autem feruentioris sollicitudinis aculeum sibi per Titi relationem, de prompta Corinthiorum resipiscientia adiectum fuisse animaduertit. Fuit & impulsus ab aliis fratribus, ad tantam commoditatem Corinthii procurandam. Et huiusmodi sancti fratres, sunt Apostoli ecclesiarum gloriae Christi) hoc est, quicquid moliti sunt, & præclarè egerunt, in gloriam Christi cedit. Commonefacit & Paulus in fine huiusc capitis Corinthios, ut suam ingenuam & synceram charitatem erga huiusmodi legatos exerant, & potissimum demonstrent in ipsis in facie ecclesiarum.) ut scilicet ceteris ecclesiis innotescat, quod huiusmodi legati Corinthii ad nanciscendam salutem æternam contulerant.

Argumentum noni capituli.

PAULUS commendat Corinthios, quod prompto animo, promptioribusque officiis, suas facultates in pauperum subsidium contulerint, pro quibus apud Macedones non potest non exhalarescere & gloriari. Et hac parata liberalitate prouocati sunt Achaici & plerique alij ad beneficiendum egenis, & ob id suos fratres ad Corinthios misit, ut eos magis ad eleemosynas sanctis faciendas extimulent, ne sua gloria frustretur, sitque derisui Macedonibus. Erit & secundum largitionem retributio, modò spontaneus sit erogantis affectus. Et quo quisque syncera voluntate plura erogabit, eo apud Deum (qui merita nostra sua beneficentia abunde pensat) locupletior erit.

Caput nonum.

Am de ministerio quod fit in sanctos, ex abundantia est mihi scribere vobis: Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis gloriatur apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio provocavit plurimos. Misimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis, ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus vos, in hac substantia. Necessarium ergo existimauit rogare fratres, ut præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc, paratam esse sic, quasi benedictionem,

non

„ non tanquam auaritiam. Hoc autem dico, Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus.) Non est, munificentissimi Corinthij, quod vos meis scriptis extimulem, ut vestras facultates sanctis imparatiarni, quandoquidem in subleuanda pauperum inopia usque adeò proclives estis, ut vestram animi promptitudinem mihi meisque fratribus plus satis perspectam, non possum non apud Macedones iactare. Laudamus & vos ipsos, & de vobis gloriamur, quod ardens zelus vester quam plurimos ad cōferendum egenis sua bona incitauerit. Et propterea misi ad vos fratres, ut ad pecuniam mature colligendam vos adhortentur, ne in vanum de vobis apud Macedones sim gloriatus. Et licet non ignorem vestram in benefaciendo munificantiam & abundantiam, ut tamen magis ac magis in hac gratia abundetis, non desinam vos per fratres meos adhortari, ut in promptu pietatis officia (cum possitis) exerceatis, ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos ad contribuendum, confundamur & erubesca- mus. Nec putetis haec à me dici, quod dubitem quin lubenter sitis subuenturi pauperibus, sed præmonendos vos duxi, ut in tempore conferatis quod vultis conferre, nec videamini minus libenter dare quam ceteræ ecclesiæ. Adiicit Paulus loquens de pudore, quo afficeretur si Corinthij non præstarent quod præstaturos dixerat, *Vt non dicamus vos in hac substantia.*) Legit Chrysostomus, in hoc argumento gloriationis. Hoc autem significat Paulus fore ut is pudor ad illos maximè pertineret, si deciscerent à pio decreto animi. Et propterea, ut Corinthij magnam habeant in contribuendo alacritatem, adiicit, *Proinde necessarium arbitratus sum adhortari fratres, ut prius prepararent hanc benedictionem vestram, ut in promptu sit sicut benedictio, & non sicut auaritia.*) Græci vocant hanc benedictionem, hoc est, beneficentiam, εὐλογία. Qui igitur largitus est pauperi eleemosynam, promptè & spontanè largiatur, & non sicut auarus, qui grauata & coactè nonnihil egenis contribuit, nec tamen ob id præmium reportat. Siquidem melius est parum dare cum alacritate & voluntate, quam cum coactione multum dare. Et quoniam auaritia in uoluntariorum est, qui eleemosynam dat inuitus, auarè dat. Vult autem Paulus Corinthios & multum & voluntariè offerre egenis, quodà haud dubiè subsequens hæc lectio declarat, *Hoc autem dico, Qui parcè seminat, parcè & metet. Et qui seminat in benedictionibus, & de benedictionibus metet.*) Quo enim quisque largius contulerit, eo copiosius præmium reportaturus est. Trahit autem argumentum ab officio seminatoris, qui parcè messurus est, si parcè semente fecerit: largiter verò, si abunde seminauerit, ut secundum proportionem, quantitatè seminis, messis respondeat. Quod si pari conatu, voluntate, affectu, & charitate, plura quam quius alius erogaueris pauperi, & ampliori mercede donaberis. Aliquando tam quis parcè dat, & abunde metet, si cum feruentiori charitate dederit. Opponit & Paulus benedictionem parsimoniae, velut à bona benignaque collectione dicta, dicens, *Qui seminat in benedictionibus & de benedictionibus metet, & sensus est, Qui largiter seminat succurendo pauperibus, largiter & metet.* Relicit & eleemosynam tristitia vel necessitate erogatam, dicens, *Vnusquisque prout destinauit siue proposuit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate.*) Ac si innueret, proponit vnuquisque se nonnihil egenis impartitur, quod si nonnihil impartiatur, non merens, non cum murmure nec inuitus impartiatur, sed vltro: Quod enim tristitia aut necessitate confortur, imminuit mercedem. Et quod libenter & ex animo dandum sit quod datur, suadet Paulus dicens, *Hilarem datorem diligit Deus.*) Habet & Ecclesiasticus sententia huic Pauliniæ persimilem dicens, In omni dato hilarem fac vultum tuum. Eccles. 35.

„ Potens est autem Deus omnem griam abundare facere in vobis, „ ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in

„omne opus bonum sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiae vestrae, ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam ministerium huius officij, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestrae in Evangelio Christi, & simplicitate communicationis vestrae in illos, & in omnines, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.) Verum ut Corinthij largius ac largius suam munificentiam in sanctos collocent, magis attendentes ad Deum suæ beneficentiae remuneratorem amplissimum, quam ad ipsos homines, dicit, *Potens est autem Deus omnem gratiam ab dare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.*) Si enim cuiquam eleemosynam erogaueris, & accepti beneficij ingratus abierit, non propterea quicquam tibi deperit. nam Deus huiusmodi eleemosynam sibi datam esse imputat. Nec ingenio nostro hac versare debemus. Si multa in pauperum alimoniam contulerimus, verendum nobis est ne ad egestatem mox ipsi redigamus. Nam Deus omnem hanc gratiam, omnem scilicet eleemosynam potest in nobis locupletiorem & diuinem efficer. Idcirco cum reddatur à Deo cum fœnore quicquid sincero affectu egenis contulimus, cōferamus affluenter, demusque operam ut nostra eleemosyna magis ac magis, & velut perpetuo quadam fluxu redundet. Nec Paulus differens de sufficiētia qua in omne opus bonum abundamus, Corinthiis opes cumulatisimas comprecatur, sed quod ad vitam transfigendam sat est. vnde Salomon rex omnium sapientissimus interpellando Deum, dicebat,

*Neque diuitias neque paupertatem mihi dederis Domine. Dicit & alibi Paulus, Habetes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Scribit & Lucas Dominum dixisse, Videte, & cauete ab omni avaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Qui sufficientiam habet, moderatur affectus carnales, quibus adurimur in congerendis opibus. Facit & sufficientia ut thesaurizes in cœlo, ames cœlestia, & terrena despicias. Et tantæ virtutis est sufficientia, ut suis facultulis contento, bonorum omnium, & præsertim spiritualium vberitate adiiciat. Quod autem bonum affatim datum non pereat danti, testimonio Prophetæ affirmat dicens, *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi:* cum enim dicit, Dispersit, affluentiam bonorum in pauperes collocatam, imo si dicam ipsam vtroneā profusionem, demonstrat. Quibus autem dispergenda sunt & profundēda opes nostræ, subindicat hoc loco, Dedit pauperibus. non enim eleemosyna diuti tribuenda est, alioqui non esset eleemosyna. Aperit & fructum dispersarum opum exuberantissimum cum ipso Psalmographo concludens, Iustitia eius manet in seculum seculi, hoc est, eius pietas & clementia qua & iustior euadit, & eius peccata soluuntur, non solum ab humanis colitur, sed ab ipso Deo cohonestabitur, eritque in omnem ævum duratura. Amplius demonstrat eleganti similitudine pietatis cultorem nunquam posse neque deseriri, neque in summam inopiam redigi, *Qui, inquit, administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, &c.* Si enim Deus terrâ serentibus subministret semin, cibumque quo corpus nutritri possit, suppeditet, multo magis iis qui suas diuitias in pauperum usum effundunt, alimoniam vitæ suppeditabit. Faciet & succrescere semen illorū, qui animas sanguine Christi redemptas alunt. etenim semē egētibus*

IN SECUNDAM PAVLI AD CORINT. EPIST. 127
egentibus distributum, efficitur spiritale, & in animam transfertur. Facit & Deus ut accrescat illorum pietas & munificentia, ampliorique mercede pensetur, qui ex animo egenis patrocinati sunt. Kursum patefacit quonā pacto debemus vti opibus que non ad luxum sed ad sufficientiam nobis datā sunt, *Vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem que operatur per nos gratiarum actionem Deo.*) Sunt autem habendæ opes ad omnem simplicitatem, hoc est, cum libertate & magno contemptu euacuādæ. etenim bonorum copia quæ ex huiusmodi simplicitate admodum commendabili dignitur, nos ad uberiori erogandum promptiores reddit. Talem autem arbitratur Apostolus simplicitatē debere intelligi, quæ per veros & germanos Christi ministros, Deo gratias referat. Ostendit in subsequenti loco promptam bonorum in pauperes alendos collationem ad duo potissimum valere, & Corinthiis prodeesse: nempe quod suppleant quæ desunt sanctis: tum quod illis vtrrà quam satis sit, necessaria subministrant. vnde quam maximas hi gratias agunt. Glorificant & Deum quod & Corinthij sincero affectu obsequantur Euangelio Iesu Christi, qui nobis præcepit ut ex eo quod superest siue exuperat, demus eleemosynam. Habendæ sunt *Luc.ii.* & Deo gratia quod non solum cordata Corinthiorum simplicitas, & sincera bonitas in sanctos quos Paulus commendauit effusa est, sed etiam in omnes fideles inopia oppressos. Et pro tantis beneficiis ne vilissima ingratitudine contabescant, præcantur Deum pro incolumente Corinthiorum, illisque per omnia bene omenantur, quos & optat inuisere, (si quādo eis daretur visendi facultas) propter eximiā in pauperes pietatē, quā ex muneris magnitudine à Deo sibi ipsi collatā esse perspiciebāt. Sunt & in primis habendæ Deo gratia super hoc inenarrabili dono, quo vobis ista mentem inspirauit, ut vestras opes libenter & abundè sanctis pauperibus donetis.

Argumentum decimi capituli.

O Btestor vos viri Corinthij per lenitatem & benignitatem Iesu Christi, ad cuius exemplum memetipsum apud vos deieci. & licet iuxta speciem videar vobis abiectus & admodum humilis, quod apostolicam autoritatē non mihi vindicem, quam tamen pseudapostoli elato superciliosi vindicabant, tamen cū sum absens seuis & minacibus epistolis vos territo, vestra fretus confidentia & obedientia. Nec putetis me velle vobiscum iuxta carnalem affectum (quod tamen qui mihi meam inuident gloriam suspiciati sunt.) Et licet hac mortali carne obtegamus, non tamen carnis præsidio sed spiritus militamus: Quandoquidē armæ nostræ militia sunt spiritualia ad coercendos hostes fidei, & ad subuentendum callida impiorum confilia. Vobis persuadete velim, me nolle quidpiam verbis ostentare, quod re præstare non possum: qualis enim est absentis sermo noster in epistolis, talis est & presentis autoritas. Gloriamur in illo qui nobis hunc genium afflauit, ut vobis suum Euāgelium sincere prædicaremus, quod cupimus magis ac magis augescente fide alis regionibus inuulgare.

Caput decimum.

„Pse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambule-

„mus. In carne enim ambulantes, non secundum carnē militamus. Nam „arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed potētia Deo ad destructionē „munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollen- „tem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem „intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci o- „mnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia. Quæ se- „cundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc co- „gitet iterum apud se, quòd sicut ipse Christi est, ita & nos. Nam & si „amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis „Dominus in ædificationē, & non in destructionē vestrā, non erubescā.)

Paulus commonefacit Corinthios vt quam de se opinionē finistrè cōceperant, om- nino depellant, eōsque prouocat ad sectandam Christi mansuetudinē & modestiā. Ea autē est Christi lenitas, benignitas & modestia, vt neminē à se auersetur, nec pec- catoarem à suo cōspectu depellat, nec iniuriā sibi illatā vlciscatur, sed æquo animo to- leret, nec alteri inuidet, sed omnibus prodesse cupiat. Deniq; vitēt (quod vitare nos velit) humanā laudē, ostentationē, iactantiā, fastum & superbiā. Et quia Paulus erat à Domino destinatus Corinthiis & cæteris gentibus Apostolus, liberius eos allo- quebatur infractorique animo eorum vitia redarguebat. Imponebant autem Cor-inthij ipsi Paulo à pseudapostolis subornati, quandam animi inconstantiam & leuitatem, quòd cùm esset præfens, apud eos conuersaretur humiliiter, absens verò, seueris admodum & nimium rigidis epistolis eos terreret, quasi omnino sibi dissimilis. Idcirco commonet eos ad aliter de se sentiendum cùm dicit, *Rogo autem vos ne præfens audeam per eandem confidentiam, qua existimor audere in quo/dam qui arbitrantur nos, tanquam secundum carnem ambulemus.*) Hanc autē confidentiā vocat fiduciam seueritatis. Putatis ne me adeò esse leuem & incōstantē, vt aliud mea absentia, quam mea præ- sentia vobis indicare velim? Poteritis si velitis meam in omni negocio, & præfertim Euangelico, constantiā experiri, nec me præsentē velle vobis blandiri, vestrisque au- tribus placere: absentem verò vos lādere & acriter increpare. Rogo vos ne me vobis præsentem cōpellatis etiā multa cum audacia seuerum vitiorum cenforem agere, vo- bīsque subirasci, sicut existimor secundum potestatē à Christo collatā eadem fidu- cia eadēmque audacia illorum vitia infectari, quos intellexi nondum mature ad bonam frugem resipuisse, qui non obaudientes mihi vt corriperentur, nec cupien- tes spiritalia sapere, falsò existimabant nos quæ carnis sunt, sapere, & secundum hu- manum affectum viuere. Licet enim hac fragili & mortali carne circundati simus, non tamēn auspiciis carnis, sed Dei præfidiis militamus. *Quandoquidem arma no- stræ militiae non sunt carnalia, sed potentia siue fortia Deo.*) Etenim arma & munimenta quibus carni inferuentes, militant dæmoni & rebus mundanis, sunt honores, voluptates & diuitiæ: verū spernimus huiusmodi adiumenta, sed arma nostra sunt spiritalia, & Dei virtute roborata, quibus vt inuictissimi milites demolimur quicquid vafri principes aërei aduersus fidem & Euāgelium Iesu Christi excogita- runt. Destruimus & hisce præfidiis adiuti peruersa tyrannorum consilia, qui quo- tidie nonnihil machinantur vt quæ Dei sunt, euertant & dissident: His denique armis vincimus & frangimus omnem altitudinem siue superbiam illorum, qui ni- tūtur se extollere aduersus scientiam Dei, fidem scilicet, & fidei propugnacula. Aut vt alij legunt, aduersus cogitationem Dei, legem scilicet Dei. nam armant infide- lium: animos ad contradicendum Christo, contra quos diuina lex pugnat destruens vafra illorum consilia. Redigimus & his munimentis in captiuitatem omnē intel- lectum in obsequium Christi. Nam in hoc incumbimus vt qui prius erant infide- les, nunc autoramento fidei donati, sua ingenia obsequio Christi vltro supponant.

Adhæc

Adhæc, his accinēti armis parati sumus vlcisci omnem inobedientiā, cùm ex animo & synceritate fidei consummata fuerit vestra obedientia. In subsequenti contextu clarissimè demonstrat Paulus falsum esse & absurdum quod pseudapostoli (qui nolebant rationi acquiescere) sibi imponebant. *Quæ secundum faciem sunt videre.*) quæ palam sunt, considerate, & quæ dicturus sum, quia sunt aperta, & sub omniū oculos circunferuntur, diuideat. Quòd si pseudapostoli iactēt se esse ministros Christi ob id quòd è Iudea prius ad vos cōuertendos venerint, quòd denique prius quam ego ipse ab errore incredulitatis resipuerint, expendite quæso & exacto iudicio cōside- rate si se præstent tales Christi seruos, quales se iactant. quòd si iactent & præsu- mant se esse Christi seruos, vobis persuadete nos nō esse illis inferiores, sed longe (si dicā ad Dei gloriam) superiores. Attendamus velim hoc loco ad summā Pauli hu- militatem & modestiam, quòd cùm illis arrogantissimis pseudapostolis potuisset iustè se præferre, duntaxat hoc loco (ne videatur turbare Corinthios) se illis adæ- quat, dicens, *Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quod sicut ipse Christi est, ita & nos.*) Verū vt Corinthij maiora de se quam de illis hypocritis sen- tiant, palam docet diuino numine afflatus se illis esse præferendum, dicens, Nam etiā aliquid amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem non in destructionem vestri, non erubescam.) Neque rubore ne- que pudore suffunditur, sed ingenti cum gaudio gloriatur de potestate sibi à Dōo collata, quandoquidem donum sibi diuinitus collatum ditauit, indefessisque labo- ribus & sacris officiis adauxit. Et præ gaudio gestit quòd quicquid Corinthiis con- tulerit non ad illorum subversionem (more pseudapostolorum) sed edificationem & salutem contulerit, non sua merita, sed Dei dona attollens.

„Vt autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas, (quoniam „quidē epistolæ, inquiūt, graues sunt & fortes, præsentia autē corporis in- „firma & sermo contéptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales „sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Nō enim „audemus inserere aut cōparare nos quibusdā, qui seipso cōmandant, „sed ipsi in nobis nosmetipso metiētes, & cōparātes nosmetipso nobis. „Nos autē non in immensum gloriabimur, sed secundū mensurā regulā „qua mēsus est nobis Deus mensurā pertingendi usque ad vos. Nō enim „quasi non pertingentes ad vos, superextēdimus nos, usque ad vos enim „peruenimus in Euangelio Christi, non in immensum gloriantes in alie- „nis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis ma- „gnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa quæ „vltra vos sunt euāgelizare, nō in aliena regula, in iis quæ præparata sunt „gloriari. Qui autē gloriatur, in Domino glorietur: Nō enim qui seipsum „cōmandat, ille probatus est, sed quē Deus commendat.) Rationibus syco- phantarum & canina rabie sibi oblatrātum satisfacit. Ob id, inquit, visus sum meis epistolis vos terrere, quia qui mihi inuidet, vobis dicebant, Epistolæ Pauli sunt graues ac robustæ, at præsentia corporis est infirma, & sermo contemptibilis. De- nique Paulus suis epistolis admodum seueris multa de se prædicat, multaque sibi tribuit: præfens verò nullius est reputationis. His autem obiectiunculis satisfacit, fin- gedoque personam obtrectatoris dicit, hoc cogitet qui talis est, quòd quales sumus per epistolā absentes, tales sumus & opere præsentes, hoc est, semper humiles, submis- si & minimē elati. Nec diximus nos magna de nobis scribere, nōsque velle omnibus præferre (quod tamen pseudapostoli nobis impingebant) licet & magnifica scri- bamus & magnifica operemur, præstamus autem opere quod Corinthiis pro coru-

salute nostris literis significauimus. Quod autem Paulus nihil sibi arroget, nec velit ab hominibus laudem aut gloriam mercari, suadet haec modesta responsio, *No enim audemus inferere aut comparare nos quibusdam, qui seipso comedant.*) Legit autem Chrysostomus hoc loco, Non enim audemus inferere aut conferere nosipso cū quibusdam, qui seipso comedant. Tantum enim abest ut quae mea sunt, iacte, aut cupia me in immensum attollere, quin potius non sustineam me conferre illis, qui & fucis & magniloquentia seipso comedant. Hoc autem loco incelsit Paulus illos qui multa sibi arrogabant, & magnifica de se loquebantur. Quod si quid praeclarum & magnum operetur, totum Deo ascribit. Et indignum putaret Paulus se conferre cū ridiculis & arrogatisbus (& si dicam nihil valentibus) in suā autem gloriam cedet se cū summis Apostolis conferre. Vnde adiicit, *Sed ipsi in nobis nosmetipso metentes, & comparantes nosmetipso nobis.*) Nouimus & nosipso metiri nostro pede, nec metā nobis praescriptā prætergredi. Metimur & nosipso nostri virtutibus & potestate a Christo nobis tradita. Neque gloriabimur in immensum sicut illi, qui suā vanā gloriā nullū modū nullūque finem praescribunt: sed secundum mensurā quā partitus est nobis Deus, mēsura pertingendi etiā usque ad vos.) Quāmodū modeste hoc loco loquatur Paulus nemo nescit. Eatenus, inquit gloriamur, quatenus pertingere datū est: hanc autem gloriam Deo tribuimus, quod nostri imperatoris ditionē propagauerimus, & vobis abunde fermentē euangelicā inferuerimus. Nec enim quasi non pertigerimus ad vos, extulimus nos, nā & usque ad vos peruenimus. In Euangeliō Christi non solum affuimus, sed annunciauimus, prædicauimus, persuasimus, extulimus. Nec in immēsum gloriamur, sicut quidā ambitiosi pseudapostoli: nec arrogamus nobis laudē alienis laboribus partam, quam tamen alij sibi arrogabant. Spē autem habentes crescētis fidei vestrā, in vobis magnificabimur iuxta regulam nostrā in exuberantiā, vt iis quoque regionibus quē ultra uos sunt, euangelizem non per alienam regulā, vt de his quae parata sunt, gloriemur.) Hoc loco Paulus significat se sperare futurum vt indies crescente fide Corinthiorum, crescat & ipse, ac maior maiisque fiat: adeò vt iam prædictio sua longius porrigitur, etiam ad eos qui ultra Corinthios sunt, idque iuxta suam regulam, non alienam, hoc est, suo Marte, ne videatur gloriari de iis quae iam parata sunt, & ab aliis laborata, quemadmodum faciebant pseudapostoli. hoc diligenter adnotauit Erasmus. Et quia præclaristi conatus Deo ascribendi sunt, Idcirco addidit, *Qui gloriatur, in Domino glorietur, non enim quisipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.*) Explodatur & cachinnis multis subsannetur, qui magnificē de se sentit: summis autem laudibus attollatur, quem Deus commendat & cohonestat.

Argumentum undecimi capituli.

Exprimuit Paulus suum erga Corinthios impatientem amorem & (si dicam) zelotypiam. Quod si non nihil de se magnifice predicit, non tamen putent eū esse arrogantē & ambitiosum, sed ferat paulisper eū ineptire, multaque pro eorū salute moliri: quādoquidē eos velut incorruptā virginē vnicō sponso spirituali cōiugio copulauit: sed veretur ne quēadmodū olim versutus serpens simplicē Euā mentem corrupit, ita pseudapostoli sua astutia eorū simplicitatem corrūpat. Ita se deiecit vt per suam humilitatē exaltati sint in fide Corinthij, quos non more pseudapostolorum onerauit sumptu, sed gratuitō predicauit eis Euangeliū Iesu Christi. Nec in functione sui muneris arbitratur se esse illis inferiorem, sed longe superiorem: Nam pro gloria Christi & salute Corinthiorum, longe plura confecit & præsttit quād illi subdoli predicatorēs & impostores. Siquidē testantur eius labores inquieti, graues plagā, duri carceres, capitū pericula, totius corporis

corporis naufragia, crebra vigilia, inedia, frigoris & nuditatis molestiae, quād ardēns & assiduus fuerit in tractando Euangelica doctrinā negocio.

Caput undecimum.

VTINAM sustineretis modicum quid insipientiā meā, sed & supportate me. Aemulore enim vos Dei aemulatione: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Timo autem ne sicut serpens Euā seduxit astutia sua, ita corrumpan tur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quae est in Christo. Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud Euangelium quod non recepistis, recte pateremini, existimō enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. Nam & si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratias Euangeliū Dei Euangelizaui vobis, alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum. Et cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui, nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt a Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis seruaui & seruabo.) Quod Paulus vnicē diligat Corinthios, velitque apud illos sincero zelo primus esse, adaperit exordium huiuscē capitilis, *Vtinam, inquit, sustineretis modicum quid insipientiā meā, sed & supportare me.*) Sinite paulisper me ad tempus esse apud vos ineptientem, & stultum quempiam (attamen Deo sacratum) agentem, tribuetis forsitan stultitiae & arrogantiā quod dotes mihi a Deo datas extollam, sed si pensiculatius intellecteritis cur ad Dei gloriam & vestram omnium salutem, magna de me prædicem, sufferetis me paulisper in hac insipientia. quod sanè spero futurum: Etenim necessitas quedam vt ora obloquentium & obtrectantiū occulderem, me compulit vt meas laudes explicarem, & ne arbitremini me vel pecuniarum vel gloriā gratia immodico quodam amore vos prosequi vobisque deuinciri, non vos hominum sed Dei aemulatione aemulor. Nam Deus nostri zelo tenetur, nōque plurimū amat. Confidite igitur talem esse meum erga vos zelum vt citra humanam gloriam, aut honorū compendium vestrā saluti per omnia prospiciam, *Despondi & vos siue adiunxi vni viro virginem castam exhibere Christo.*) Nō enim ego ipse futurus sum sponsus, sed sponsa ductor siue pronubus, & eo feruenti amore vos diligo vt spirituali coniugio vos Christo copulauerim. Scitote Christum esse sponsum, ecclesiā verò non habentem rugam neque maculā, esse sponsam. vnde dicit Ioannes, *Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi qui stat & audit Ioan. 3. eū, gaudio gaudet propter vocē sponsi.* Et de spirituali matrimonio inter Christū & Ecclesiā, dicit Paulus ad Epheſios, Sacramentū hoc magnum est, ego autem dico in Ephe. 5. Christo & in ecclesia. Volens itaque Paulus præpedire ne Corinthij præcipitiū faceret, & se Diabolo dederent, dicit, *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Quicunque enim cōuertit populū ad fidem, pietatem, iustitiam & charitatem, despondet eos Christo. Et videtur mihi Paulus his verbis hunc sensum prætendere, Eō incumbunt mei conatus, vires, studia & industria, vt vos baptismo renatos, & corpore & animo consecrem Christo, vt nunquam ab eius sponsa diuelli possitis. Reddit & rationem huiuscē ardēissimi zeli, ne Corinthij liberi arbitrij viribus nimium fidēdo suam operam despiciant. *Timeo, inquit, ne sicut serpens Euā seduxit y. iiij.*

Cap. II. COMMENTARII IO. ARBOREI

Gene. 3.

sua astutia, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate que est in Christo.) Plurimū formido ne sicut infidiosus & callidus serpens multa & ingentia pollicendo, Euam seduxit, ita isti Apostoli mendaces & iactabundi, permagna quādam verborum phaleris & orationis lenicinio edifferentes, vos circunueniant. De astu quo serpens fecellit Euam, scriptum est in Genesi, Cūm mulier diceret serpenti, De fructu ligni quod est in medio paradisi p̄cepit nobis Deus ne comederemus & ne tangeremus illud, ne forte moriamur, dixit serpens ad mulierem, nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum. Vedit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectūque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit, deditque viro suo qui comedit, & aperti sunt oculi amborum. Verū vt Paulus possit dissuadere Corinthiis ne tātopere auscultet ille simulatis & astutis p̄dicatorib⁹ ne à simplicitate fidei (quæ est in Christo Iesu) excidant, dicit, Si fallax Apostolus qui ad vos expolita facundia p̄ditus venit, aliū Christum p̄dicaret, quem non p̄dicauius, aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis, aut aliud Euangelium quod non recepistis, recte pateremini.) Intelligamus subdolos illos Apostolos se iactasse quod plus ipsi quām veri Apostoli propagandæ fidei attulerant, & ad submouendum hoc delirium vafrūmque commentum dicit Paulus, Si alium Christum p̄dicarent quē non p̄dicauius nec eius doctrinam, virtutem, innocētiam & gloriam extulerimus, recte pateremini, hoc est, iure illorum ineptias ferretis, sed quia nec alium Christum p̄dicauerunt, nec syncerius quām nosip̄i ei⁹ doctrinam vestris animis inferueruntimo adulterarūt, cur illorum mendaciis, nūgis & imposturis fidem adhibetis? Quod si possim merito & sine vlla iactantia me conferre cum summis Apostolis, Petro scilicet, Ioanne & Iacobo, cur saltem non videbor apud vos dignus qui conferar cum illis Apostolis, quos tamen magni nominis esse p̄dicatis? Quod si non mihi tribuam dicendi peritiam aut facundiam, quam tamen falsi & superbi Apostoli sibi arrogabant, ausim tamen affirmare me non esse imperitum scientia, & cœlestis sapientiæ expertem. Sic laudo splendorem & ornatum sermonis, vt cœlestis doctrinæ intelligentiam illi longe anteponam. & licet lingua diserta seu Musa Attica, sacris scripturis intelligentis non officiat, non tamen est necessaria. Nec sum mihi dissimilis, nec comparietis in me vllam simulatam pietatem, sed in omnibus dictis & factis sum vobis abūdē notus. Deniq; nūquid ego deliqui, aut sum à vobis accusandus quod meipsū depresso, vt vos ipsi extollamini, meisque studiis & exantlatis laboribus in fide firmiores efficiamini? Et ne vos sumptu & expensis premerem, meūmque ministeriū quāstus gratia obscurarem & fœdarem, vobis gratis Euangelium Iesu Christi annū ciaui, & his quoque manibus victum mihi suppeditauī, & tantū abest vt vos oneraue rim, quin potius ab aliis stipendia acceperim vt vobis inferuirē. Et ob id estis vel maxime incusandi quod ab aliis eleemosynā, & vitæ transigendæ almoniā desumpserim, vt rem vestram gererem. Etenim Macedones licet summa rei familiaris inopia prementur, tamen vt vobis Euangelium subministrarem, necessaria stipēdia mihi suppeditarunt. Et cūm essem apud vos, vestræque saluti consulerē, & egerem, nulli tamen fui onerosus. Nā quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia, quam pro munificentia in pauperes collata, & animi prōptitudine in ergando, nullis encomiis satis extollere possum. Et ne putetis me mē spem in vestris bonis recipiendis defixisse, in omnibus fine onere me vobis seruauī & seruabo.

Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur, in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam: vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem; vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, trāfigurates se in

Apo-

IN SECUNDAM PAVLI AD CORIN. EPIST. 136

,, Apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim Satan transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur, velut ministri iustitiae, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico (ne quis me putet insipientem esse. alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier) quod loquor, nō loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriae. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor,

Licet Paulus & à Corinthiis & Achaicis (quibus spiritalia seminauerat) potuisset non nihil commodi recipere, ne tamen eius gloria labefactaretur aut infringeretur, noluit recipere. Est profecto hæc gloria admodum commendabilis, à lictis abstinerre, maximè ad aliorum salutem. verū vt in hoc sancto proposito persisteret, summam Christi in se veritatem testatur dicens, Est veritas Christi in me, q̄ gloria hæc non infringetur in me in regionibus Achaiæ.) Et in subsequenti loco reddit rationē cur à Corinthiorū donis abstineret, dicens, *Quare? Quia non diligo vos? Deus scit.* Non ex eo, inquit, nolui à vobis quicquā accipere, quia non diligebam vos, sed quia vos vnicè diligo (vt Deus scit) nolui à vobis accipere, vt vestræ saluti magis consulerē, liberiusque Euangelium Iesu Christi vobis p̄dicarem. Hoc autem facio & facturus sum vt reuella & amputem occasionem pseudapostolorum, qui nihil non quāstus gratia intentabant, gloriabanturque in cumulādis pecuniis, quod si à vobis munera accepissemus, maiorem accipiendi ansam sibi arripuissent: optarim tamen ardenti voto vt despexit rerum p̄fidentium donis inueniantur nobis perfimiles. Et licet vafri illi Apostoli nihil publicè extorquerent, clām tamen oblata captabant, quod Paulus fucatæ gloriae tribuit. Quod autem callidi illi concionatores congregantur in immensum opibus incumberent, apertissimè monstrat cūm dicit, *Huiusmodi enim pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi.* Cūm enim deberent germanorum Apostolorum vestigia sectari, duntaxat figuram p̄ se ferunt, & ouilla pelle obduci, feroce & rabidos lupos agunt. Et quemadmodum Satan sub imagine veri angeli Dei, multos fallit, ita illi pseudapostoli, ministri quidē & satellites diaboli, sub p̄textu pietatis & sanctimoniac multos fallunt & occēcāt. Intelligamus igitur Paulinam mentem capiendo, quicquid ad ostentationem & iactantiam geritur, id p̄cipue dæmoniacum esse. Habebunt & illi subdoli ministri finem factis parem. Nam à fine solemus potissimum de opere iudicare, & sicut cura ventris interbit, ita & illi interbunt. Iterum dico, vestram leuitatem castigando, ne quis existimet me esse insipientem, alioquin velut insipientem accipite me, vt ego modicum aliquid glorier. Nec dicit, vt plenè glorier, sed vult ostendere Corinthiis quod si falsos ministros putent esse gloriofos & sublimes, à quibus nihil plus ab eo acceperunt, cur eum contemptim despiciunt. tribuit autem insipientiæ, seipsum suāsque laudes iactare. Verū coactus hoc loquitur, ne cēseatur pseudapostolis esse inferior. Quod haud dubiè subsequens lectio subaperit. *Quod enim loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia in hac substantia gloriae.* Ex eo hæc non loquitur secundum Deū, quia ad tumorem carnis & inflationem animi pertinent, sed quasi in insipientia, nam licet verum sit quod dicatur, locū tamen insipientiæ habet seipsum laudare. & propterea adiecit, In hac substantia gloriae, hoc est, in hac gloriandi parte, non cæteris tamen in rebus. & hæc gloria carnalis (quam superbi amant) sicut flos fœni decidet.

Et quia multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Quod si quāmplurimi & à bonis externis & à generis nobilitate & circuncisione gloriā sibi vindicent, cur nō ego qui ex nobilitate Abrahæ & prosapia Hebræorum descendī, gloriabor? Hoc autem inuitus & necessitate urgente dixit Paulus, ne hisce rebus falsis Apostolis se faceret imparem.

,, Libenter enim suffertis insipientes, cūm sitis ipsi sapientes. Sustinetis y. iiiij.

Hæc obserua.

„enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit,
„si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit: Secundum ignobilitatem
„dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in in-
„sipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego.
„Semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt (vt minus sapiens di-
„co) plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus, abundantius: in pla-
„gis, supra modū: in mortibus frequenter. A Iudæis quinques quadra-
„genas, vna minus, accepi: Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter
„naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe,
„periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis
„ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in ma-
„ri, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in
„fame & siti, in ieuniis multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ ex-
„trinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitude omnium ecclesia-
„rum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego
„non voror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus
„& pater domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula, scit
„quod non mentior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat
„ciuitatem Damascenorum vt me comprehenderet, & per fenestram in
„spora demissus sum per murum, & sic effugi manus eius.)

Quia vultis videri & reputari sapientes, libentius insipientes, meamque (si qua sit)
insipientiam toleratis. Sunt & insipientes qui rebus carnalibus glorianter, & in his
quæ nullius sunt momenti, se iactant. Nactus sum & occasionem vnde possim vos
acrius vrgere & criminari. Toleratis pseudapostolos qui in duram & intolerabilem
seruitutem vos redegerunt, cum sitis gratia Christi à seruitute peccati & legis li-
berati, & in numerum illorum asciti qui libertate spiritali donantur. Toleratis & illos qui
& illos qui vos deuorant de vestrisque bonis lautè viuunt. Toleratis & illos qui
vestra bona diripiunt & deprædantur. Nam subdoli ministri abdolando vobis,
& verborum lenociniis ac sub prætextu pietatis vos expoliabant. Denique suffer-
tis illos qui immodicis laudibus se extollunt, importunéque se iactant. Amplius to-
leratis illos qui in faciem vos cædunt, & innumeris contumeliis & conuiciis vos
incepsunt. Nam quia Iudæi sunt, & vnius Dei cultores, suam nobilitatem iactant, vós-
que vt ignobiles & inglorios derident. Nec hoc dixit Paulus, Si quis in faciem vos
cædit, quod Corinthij in faciem cæderentur, sed quia nō minoris essent iniuriæ quæ
illi patiebantur quā si in faciem vapulassent. Quod si non redegerimus vos in ser-
uitutem, neque bona vestra deuorauerimus, nec vos expoliauerimus, nec humanam
gloriam nobis arrogauerimus, nec vllis iniuriis vos affecerimus, cur nos ipsos veros
Christi ministros non toleratis, quasi infirmi fuerimus in hac parte gloriae, quam
(nobis despctis) aliis tribuistis? Loco huius secundum ignobilitatem dico, legūt nonnulli,
Quod ad dedecus dico. Nam Paulus obiicit Corinthiis in vituperationem, atro-
cia illa quæ videbantur pati, Græci legunt νατα ἀτιμίαν, hoc est, iuxta contumeliam.
Adiicit Paulus, In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. Hoc autem genus glo-
riandi tribuit insipientiæ & audaciæ. Et sensus est, Quacunque in re apud vos glo-
riari quis audeat, & ipse ausim. Non enim minus quā pseudapostoli valuimus in
hac parte. Deinde late enumerat quibusnam in rebus illi vafrí concionatores glo-
riabantur. Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego. Semē Abrahæ sunt, & ego. Ministri Chri-
sti sunt (vt minus sapiens dico) plus ego. Iactant se esse Hebræos quod ab Heber descen-
derint,

derint, & ego quoque ab Heber descendit. Afferunt se esse Israelitas quod ex genere
Israel (qui prius vocabatur Jacob) ortum duxerint, & ego quoque ex genere Israel
de tribu Beniamin, ortum duxi. Iactant se esse semen Abrahæ (cuius tamen opera nō
faciebant) ego verò non solum sum ex semine Abrahæ, sed præclaras Abrahæ vir-
tutes sectatus sum. Nihil ergo possunt sibi védicare quod ad gloriam carnis spectat,
quod & ego non possim mihi védicare. Iactant & illi se esse ministros Christi, cùm
tamen non sint: non enim possunt villa veri Apostolatus indicia demonstrare. ego
verò gratia Dei sum verus Christi minister, prius enim dixi, Sic nos existimet ho-
mo vt ministros Christi. Item, Qui nos fecit idoneos ministros noui testamenti. 2. Cor. 3.
Verùm dicet quispiam, dicit Paulus hoc loco, Ministri Christi sunt, non ergo men-
tiebantur affirmando se esse Christi ministros. Bifariam respondebimus, Aut dicūt
se esse Christi ministros, vt Corinthios decipient. Aut hunc sensum prætendit Paulus,
Etsi ministri sunt Christi, plus tamen ego. Nam syncera cōscientia functus sum
meo munere pro Christo, quod illi nō fecerūt. Cùm verò adiecit, vt minus sapiens, siue tanquam
desipiens (secundum vestrum iudicium) dico, quod plus sum minister Christi quā
vos ipsi. Forsitan insipientiæ & stultiæ tribuetis quod me vobis præferā. Qui Græ-
cam phrasim callent, non legunt vt vulgata æditio habet, Ministri Christi sunt, &
ego: sed hunc in modum, Ministri Christi sunt (desipiens dico) plus ego. & hæc est
facilis lectio Paulinam sententiam retinens. & hoc loco consentit cum Græcis Am-
brosius. In subsequētibus locis exprimit Paulus veri ministri Christi, verique Apo-
stoli indicia, omnib[us]que generosis Christi militibus patefacit nullum esse affli-
ctionum, persecutionum & tormentorum genus, quod pro gloria Dei subire non
debeant. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius: In plagiis, supra modum: in mortibus,
frequenter: A Iudæis quinques quadragenas (vna dempta) plaga accepi. Hoc loco significat
se apud Iudæos quinques vapulasse, & vnoquoque tempore quadraginta plagiis,
vna dempta, cæsum fuisse. Etenim præceptum erat vt plagiis tringinta nouem emen-
darentur, qui commeruissent. Legimus ad hunc modum in Deuteronomio, Pro mē Deut. 25.
sura peccati, erit & plagarum modus, ita dūtaxat vt quadragenarium numerum nō
excedant, ne foedè laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus. Nec lex vetabat vt
qui vapulare debebat quadraginta plagiis cæderetur. Sed forsitan Iudæi ob humani-
tatem confueuerant vnam plagam remittere, vt citra præscriptum numerum con-
sisterent. Adiicit, Ter virgis cæsus sum. In Actis Apostolorum legimus, Paulum vna A. 16.
cum Sila, virgis cæsum fuisse, postquam gratia Christi depulit à quadam puella spi-
ritum Pythonem, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Semel
lapidatus sum. In eodem quoque volumine hæc scripta comperimus, Superuenerunt A. 14.
autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi, & persuasis turbis, lapidantes Paulū
traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse. Ter naufragium feci, nocte
& die in profundo maris fui. Intelligamus hoc loco Paulum inter vndas & fluctus, diē
noctémque priusquam portum attingeret, iactatum fuisse. Hoc enim nobis ex capi- A. 27.
te. 27. Act. Apostolorum exploratum est. In itineribus sæpe, in periculis fluminum, in pe-
riculis latronum, in periculis ex genere, in periculis ex gentibus, in periculis in ciuitate, in periculis
in solitudine, in periculis in mari, in periculis à falsis fratribus. Falsi autem fratres dicuntur
falso Christiani, & qui fingunt se esse discipulos Christi, cùm tamen non sint. In la-
bore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieuniis multis, in frigore & nu-
ditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitude omnium ecclesiæ.
Intelligamus quæ extrinsecus siue foris erant, persecutions illas, quæ ab Ethnicis
intentabantur Paulo. vult autem Paulus hoc loco innuere, sibi præter conspiratio-
nes & persecutions Ethnicorum, quotidie imminere insidias & insultus populoru
& ciuitatum seditionem mouentium in Euāgelium Iesu Christi. Erat & quotidiana
Pauli instantia, assida aduersus hostes fidei vigilantia, ne virulento quodam con-
tagio ouiculae, Christi inficerentur. Incumbebat & Paulo quotidiana solicitude

& vrgens cura pro ecclesiis. Declarat & satis abunde subsequens hic locus quod cū multis periculis vniuerso terrarum orbi prospexerit, certaueritque strenuè pro animarum omnium salute. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Quis siue nobilis siue ignobilis, præpotens vel tenuis, ægritudine aut corporis aut animi torquetur, & ego non torqueor? Etenim prius memini me dixisse, Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacrem. *Quis scandalizatur & mouetur sufferendo tribulationes & sinistra quæque, & ego non voro?* etenim atdeoigne compassionis, illius vices dolendo. & hic ignis consumens ex amore Dei & proximi nascitur. Quod si mihi liceat gloriari, nō tamen in humanarum virium præsidiis gloriabor, sed in his quæ sunt meæ infirmitatis. Infirmitatem autem hoc loco appellat tribulationes, pressuras, angustias, flagra, carceres, naufragia & id genus tormenta, quæ constanti animo tolerauit. Hæc autem testimonio Dei, & patris domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum, certiora reddit. Quod autem liceat militi Christiano ad tempus fugere, vt magis ac magis humanæ saluti consulat, & præfertim cùm nondum venit eius hora, vt egregiam mortem pro nomine Christi oppetat, subsequens hic cōtextus indicat, *Damasci p̄fectus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum ut me comprehenderet, & per fenestram in spora demissus sum per murum, & sic effugii manus eius.* Aretas rex, is erat sacer Herodis Tetrarchæ: Siquidem is rex fuit Arabiæ, Petreæ & Damascenæ ciuitatis, quæ Arabiæ vicina est, dominus, qui postea bello conflixit aduersus Herodem, propter Herodiadem, vt docet Iosephus libro Iudaicarum antiquitatum 18. capite 9. Eum igitur significat Paulus hoc loco, quem Aretas rex Damasco præfecerat. Iusserat & hic p̄fectus volens placere peruersis Iudeis qui habitabant Damasci, portas urbis die nocteque custodiri vt enecaretur Paulus. accipientes autem eum discipuli eius, nocte per murum demiserunt eū, submittentes in spora.

Argumentum duodecimi capituli.

Poffem vobis inuitis viri Corinthij, & reiectis vestris pseudapostolis (quos tamē topere commendasti) in immensum de excellentissimis donis mihi diuinitus datis gloriari, sed forsitan non expedit. Nam cū usque ad tertium cœlum & Paradisum raptus sum, audiui arcana & abdita verba quæ egoipse reticere debeo, nec ulli hominum datum est ea eloqui & interpretari. Et ne magnitudine tamē arcanarum reuelationum insolecerem & superbirem, agnoscere mque quam ad lapsum fragilis sit & proclavis humana conditio, infixus est mihi stimulus carnis, quo impulsu Dæmonus, crucior & vehementer angor, nec illū domesticum & (si dicam) atrocem hostem à me depuli, tametsi assiduis precationibus rogauerim dominum vt à me depelleretur. Expressa sunt vestris cordibus mei Apostolatus indicia in omni patientia, modestia, signis & virtutibus, nec me mouent vestre opes, vt vobis prædicem sanam Christi doctrinam sed ardens in Christum amor, & propensa in vestram salutem voluntas. Vnum est quod vehementer metuo, ne cū vos inuiserim, reperiam in vobis multas similitates, cōtentiones, detractiones, inflationes & cetera huiusmodi vitia, ita vt cogar imbre lachrymarum illos deflere qui nondum à sua spurcissima immunditia resipuerunt.

Caput duodecimum.

I gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad visiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi usque ad tertium cœlum.

Et

„ Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore siue extra corpus nescio, „ Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum, & audiuit arcana verba, „ quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem „ nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari non ero „ insipiens: veritatem enim dicam. parco autem ne quis me existimet su „ pra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.) Nactus est Paulus am- plissimum gloriandi campum, non quidem in se, sed in Deo: non in suis humanis præsidiis, sed in abditioribus & secretioribus reuelationibus, quas diuinitus haufit, quasi destinato Dei consilio iam præuisus fuerit selectissimus Christi minister & Apostolus, cui nullus unquam fuit secundus nec futurus est. Dico itaque laudando illum summum rerum omnium opificem, à quo omne donum perfectum & optimum profluit, Paulum diuino numine afflatum hæc de seipso afferuisse, Scio ho- minem in Christo ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus ne- scio, Deus scit, raptum huiusmodi usque ad tertium cœlum, &c. Sensus huius loci ante annos quatuordecim, hic est, Quatuordecim anni transacti erant ab eo tem- poore, quo Paulus viderat hanc abditam & arcanam visionem usque ad tempus quo scripsit hanc epistolam. Quando enim hanc epistolam scripsit Paulus, nondum in- tritus erat in carcera Neronis. hinc probabile est, dicere Paulum scripsisse hanc epistolam circa principium imperij Neronis, sub quo post multum temporis tor- mentum martyrij passus est. Vnde si computemus annos descendentes à principio imperij Neronis usque ad quatuordecim annos, manifestè apparet Paulū habuisse huiusmodi visiones in principio suæ conuersationis. Ipse enim conuersus fuit ad Chri- stū anno quo Christus passus est. Christus autē passus est circa finē Tyberij Cæsa- ris, cui succedit Gaius Imperator qui vixit quatuor annis. Gaio autem succedit Ne- ro Imperator fæuissimus: & sic inter Tyberium & Neronem fluxerunt quatuor an- ni. Et sic additis duobus annis de tempore Tyberij, quia nondum mortuus erat, quando Paulus fuit conuersus, & octo annis de tempore Neronis, quod fluxerat usque ad tempus quando scripsit hanc epistolam: concluditur quod à tempore suæ conuersationis usque ad tempus quo hanc epistolam scripsit, fuerunt anni quatuordecim. Hinc nonnulli coniiciunt Paulum habuisse huiusmodi visiones in illo tri- duo quo post prostrationem suam à domino stetit neque videns, neque manducans neque bibens. Quod si Apostolus à tempore suæ conuersationis adeò fuerit Christo Act. 9. gratius, à quo haufit spiritum tam arcanarum reuelationum, quanto magis post qua- tuordecim annos, cū in ecclesia plurimum proficiebat, & gloriam Euangeli in dies suis seriis concionibus illustrabat & propagabat. Hanc in sententiam accedit Diuus Thomas. Augustinus libro 12. de Genesi ad literam capite 1.2. & 3. latissime dispu- tat, utrum Paulus prius raptus sit in tertium cœlum quam in Paradisum, an simul in tertium cœlum & Paradisum, & an Paradisus sit in tertio cœlo, quod videtur Paulus insinuare. Secundò, an cœlum tertium in quod raptus est, corporeum sit vel incorporeum. quod si Paulus certus erat illud cœlum esse corporeum, ergo certus erat se in corpore in illud raptum esse. quod si certus erat illud esse incorporeum, ergo certus erat se extra corpus in illud raptum esse. Tertiò, an spiritalia erant que videbat an corporalia. quod si certus erat illa esse spiritalia, cur nō certus erat se extra corpus illa videre? Si vero corporalia, cur non & certus erat se in corpore illa vi- dere? Quartò, an reliquerat omnino corpus mortuum, an viuum. q. si mortuum, igitur dubitare non debebat se extra corpus raptum fuisse: si vero viuum, cur hæsitabat se in corpore raptum esse? Nec tamē hæc addubitate diluit, non enim assereret Augusti- nus se scire, quod Paulus se nescire fatetur. Verum possum dicere scholasticoru- ditorum aut sententiis aut opinionibus assentiendo, nomine tertij cœli posse quid corporeum exprimi, id ipsumque esse cœlum empyreum, quod dicitur tertium re- spectu cœli aerei & syderei, vel potius respectu cœli syderei & aquei siue crystallini.

Cap.12. COMMENTARI I O. ARBOREI

Raptus Pauli.

Et licet raptus sit Paulus ad hoc cœlum corporeum, non tamen necesse est colligere eum certum fuisse se in corpore ad huiusmodi cœlum raptum fuisse: non enim raptus est ad hoc cœlum ut quid corporeum vel similitudinem rei corporeæ intueretur, sed quia locus ille est contemplationi beatorum addictus. Quidam interpres dicunt illud tertium cœlum esse spirituale, vbi angeli & sanctæ animæ diuina contemplatione fruūtur. Et cùm Paulus ad hoc cœlum raptus est, fuit ei ostensa à Deo vita æterna, licet nondum illa stabili delectatione frueretur. Afferut & alij hoc tertium cœlum esse quandam visionem supermundanam & intellectualem, vbi Deū contemplamur secundum quosdam gradus cognitionis qua Deus videtur. Et quia diuina visio sine delectatione non potest esse, non solum Paulus ad tertium cœlum ratione contemplationis subiectus est, sed in Paradisum usque, ratione delectationis sequentis. Verùm quia de Pauli raptu agimus, intelligamus oportet raptum esse præter natuam & propriam inclinationem eius qui rapitur. Nec hæsitandum est quin Paulus in hoc raptu diuinam essentiam viderit, alioqui nō affereret se audisse ineffabilia, quæ non licet homini in hoc statu viæ loqui. Et licet Paulus in hoc raptu diuinam essentiam viderit per quoddam lumen gloriae, actuale quidem, quo iuabatur ad tantæ rei contemplationem, non tamen eam permanenti forma, sed modo cuiusdam passionis transfeuntis cōspexit, alioqui fuisset simpliciter beatus, quod minimè afferendum est. Affirmabimus & Paulum pro statu viæ non potuisse diuinam essentiam contueri, nisi mens eius fuisset ab omnibus sensibus, sensibilibꝫq; rebus abducta. Et licet anima Pauli in tali raptu non fuerit à corpore separata, tamē vt tantæ rei cognitionem humanum captum transilientem perciperet, oportuit eius intellectum abstrahi & submoueri ab omnibus phantasmatisbus & rerum sensiliū perceptionibus. Hinc intelligamus in illo raptu Paulum relicta ad tempus facultate naturali, fuisse ad id quod est supra naturam cuectum. Sit & hæc firma assertio, Licet Paulus sciuerit quòd fuerit raptus secundum animam & non corpus, tamen nesciuit qualiter se haberet anima ad corpus, vtrum scilicet fuerit sine corpore vel non. Nec cùm fuit à carnis sensibus arreptus intertium cœlum, habuit plenam, stabilem & perfectam Dei cognitionem quam nunc habent angeli. Postquam autem defit videre diuinam essentiam, fuit memor illorum quæ viderat per quasdam species intelligibiles in suo intellectu relictas. Hæc bona ex parte ex Thoma 2.2. quæstione¹⁷⁵. desumpsimus. Existimat Ambrosius Paulum ultra omnia mundi sydera raptum fuisse, vt quod narrat intelligamus esse magnificum & mirabile. Significat & Paulus supra firmamentum in tertium numero cœlum de spiritualibus cœlis semetipsum raptum fuisse. Raptus est & in Paradisum cœlestem, de quo dixit Christus latroni, Hodie tecum eris in Paradiſo. Pro huiusmodi autem arcanis & secretis visionibus gloriatur, non quòd velit hanc supremam gloriam sibi tribui, sed vni duntaxat Deo, cui gratus fuit antequam quid laude dignum moliretur. Quòd si sibi liceat gloriari, in suis infirmitatibus gloriabitur: Nam pressuræ, angustiæ, infirmitates, iniuriæ, persecutions & tribulations, quas inuictus Christi miles tolerat, perdicunt hominem ad gloriam æternam. Nec erit Paulus demens & stultus si velit gloriari, nam veritatem dicit & attestatur. Etenim eius inquieti labores, duræ vigilæ, intolerabilia ieunia, inediæ, frigora, æstus, inuicta certamina quoquismodo æternam remunerationem promerentur. Cur autem suam reticet gloriam, nec velit parlare gloriari, subsequens hæc lectio indicat. *Parco autem ne quis me existimet supra id quod vides in me, aut aliquid audit ex me.* Taceo (vt prudentis est tacere) meam gloriam, ne obtrectatores dicant me mirum in modum, & ultra meorum meritorum limites affectare gloriam. Nec tamen vetat Paulus aliquando suorum meritorum gloriam prædicare, vt ad bonum & excellens opus faciendum prouocentur credentes.

„ Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis angelus Satanæ, vt me colaphizet. Propter quod ter dominū rogaui

IN SECUNDAM PAVLI AD CORINT. EPIST. 133

„ rogaui vt discederet à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam „ virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placebo „ mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cùm enim infirmor, tunc potens sum, factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus feci ab iis qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum. Signa autem Apostoli facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigiis & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam & superimpendar ipsæ pro animabus vestris. Licit plus vos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego vos non grauaui, sed cùm essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos circunueni vos?) Et ne diuinorum reuelationum sublimitate supra modum efferretur Paulus, stimulo carnis quæ angelus Satanæ nihil non mali aduersus electos Dei excogitans) inuehit, diuexatus est. Verùm quid stimuli nomine voluerit Paulus exprimi & intelligi nō satis comprehendit habemus. Qui Græcorū exemplaria sectantur, hoc loco legunt, Datus est mihi pallus carni, siue fudes, flagellum, angelus Satanas, quo in hoc corpore suffigor, flagellor & cædor. Siquidè græcè legimus σκόλοφ, quod pallū præacutū sonat, ita quod planè velit innuere Paulus, Ne ineffabilibꝫ huiusmodi visis extolleret & altū saperet, permisit Deus vt plagis, flagellis, carceribus, doloribus, pœnis, afflictionibus, pressuris & tribulationibus discruciarer: & quidem Satana infideles & atrocissimos fidei persecutores ad huiusmodi grauamina & torméta prouocante, vt à professione euangelicæ doctrinæ auocarer. Etenim autore Athianasio angelus Satan vbique incitabat ad seditiones in Paulum, vt Alexádrum architectū, Hymenæū, & Philippū Ephesi, quo variis persecutionibus & afflictionibus beatissimus Paulus afficeretur in carne, nūc plagiis, nūc verberibus, nūc carcere, infinitisq; malis quæ etiā supra homines esse videbātur. Tū quoque dicit Chrysostomus homilia prima in illū Pauli locū, Vino I. Timot. 5 modo vtere propter stomachū & frequētes infirmitates tuas. Ne extollar, permisit Deus angelū Satanā colaphizare me: angelū autem Satanā, non Dæmonē aliquæ dicit, sed homines diabolo ministrantes, infideles, tyrānos, Gétiles qui continuè ipsum tribulabant & semper infectabantur. Poterat Deus continere persecutions & tribulations assiduas, sed quoniam in tertium raptus fui cœlū, & in Paradisum delatus, ne harum magnitudine rerum extollar & altum sapiam, permisit persecutions has, & angelum Satanam per persecutions & tribulations me colaphizare ne extollar. Hieronymus in cōmentariis quos in epistolā Pauli ad Galatas addidit, refert quosdā sensisse stimulū hunc, fuisse corporis aduersam valetudinē, q; Paulus crebrò capitis dolore solitus fit afflictari. Existimo malorū hominū infectionē, quæ Paulo negotiū facebat assidue, hoc debere stimulo exprimi, quod prætendit Ambrosius dicens, Hoc ergo remediu datū est Apostolo, vt iniuriis pressus, animo nō possit extollī, pro magnitudine reuelationū, quia ociosum pectus necesse habebat i iis quæ videbat extolli. Hec ille. Deridet nōnulli interpres illos qui nomine stimuli titillationē, motū & affectū libidinis, & tētationē carnis exprimū, eò q; Paulus adeò erat perfectus & omni virtute absolutus vt aculeo carnis nō fuerit afflictatus. verū nō est deridēda

illorum interpretatio. Quid enim vetat Deū ad coercendā hominis superbiā, & probandam eius humilitatem, quantumlibet præfulgeat, permettere malignum spiritū, vt eum venere siue lasciuia carnis tentet? Nec vlli hominum satis exploratum est si nam huiusmodi tentationes & afflictiones factæ fuerint Paulo in exordio suę cōuerisionis, an longo tempore post eius conuersionem. Existimo Paulum sensisse stimulum carnis, & à diabolo vexatum, quando in nationes longè latēque fementem euangelicam spargebat. Demus denique Paulum virtutibus omnibus fuisse cumulatissimum, an propterea vetat eum in agone continuo certantem fuisse libidinis stimulo concitatum? Nónne aliud est venere concitari, & venere frangi? Illud & in incontinentes & cōtinentes incidere potest, hoc verò mollis est & incōtinentis. Proferam ad hanc sufficiendam assertionem testimoniu Theophylacti dicens in hūc locum, Veneris incitamenta, quibus maximè vrgebatur, his verbis expresit. Meminimus & Paulum aliquando dixisse de vitio carnis cui nemo nō est subiectus, Scio,

Roma.7. quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonū. Nā velle adiacet mihi, perficere autē bonū non inuenio. Et paulopost ostendens quām difficile sit affectū libidinis domare, dicit, Cōdelector legi Dei secundum interiorem hominē video autem alia legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Infoelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christū dominum nostrum: igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Considerans autem Paulus se vehemēter stimulo siue flagello carnis infestari, assiduis precationibus dominū interpellauit vt tā atrox & vehemens cruciatus à se dimoueretur. verū non fuit in hac precandi formula exauditus. Nam deposcebat à domino quod non sibi expediebat. etenim optare à domino vt vitemus temptationem carnis, est laboriosa refugere, & exercitium virtutis aspernari. vnde dicit Jacobus, Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in temptationes varias incideritis, scientes quōd probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habeat, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficiētes. Et paulopost loquens de victoria quæ Christianis militibus aduersus omnes temptationes colluctantibus reseruata est, dicit, Beatus vir qui suffert temptationem, quoniā cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. At dicet quispiam, Aut Paulus discretē petiit à domino hunc stimulum à se depelli, aut indiscretē, quōd si indiscretē, igitur id deposcendo peccauit. quōd si discretē & exquisito iudicio, cur igitur non fuit exauditus? Intelligamus pro dilutione huius argumenti, Stimulum carnis bifariam posse considerari, vno modo in se, alio modo secundum respectum ad aliud. Si primo modo consideretur est vitandus, quia afflītius. Si secundo modo, est appetendus, quia est seminariū & materia virtutis exercendæ. Et quia nondum dominus reuelauerat Paulo, quōd huiusmodi cruciatus sibi ad humilitatis commodum cederet, considerabat hoc sibi malum esse, quantū in se erat, & propterea precabatur Deum vt à se dimoueretur, nec tamen in hac postulatione peccauit, saltē insigni peccato. Deus autē hoc afflictionis genus ad dejectionē & humilitatē Pauli ordinans, non acquieuit postulationi Pauli, quantū ad eius voluntatem. quod subindicat hæc docta & grauis responsio, Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur. Docti interpretes legunt, Poteſtas enim mea siue virtus mea in infirmitate perficitur. Siquidem potentia Dei in infirmitate, quam homo non tam humanis quām diuinis præſidiis æquo animo tolerat, cognoscitur. Audita autem hac à domino responsione vt diuina gratia mala omnia vitet, & bona prosequatur, dixit, Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi. Siquidem quo magis accrescent, eò vberius virtutem Christi adferent. Hinc intelligamus Paulum fuisse in sua oratione exauditum, quantum ad summū commodū sibi adfuturū. Propter quod, inquit, placeo mihi in infirmitatibus meis, in cōtumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Etenim pro extollēda Christi gloria in meis pressuris, afflictionibus & persecutionibus oblectabor. Cū enim infirmor, tunc potens sum. Hieronymus in 5. caput Amos,

Iaco.1. transf-

Hec obser-
ua-

transfert, quando infirmus sum, tunc fortior sum. vbi dicit fortitudinem corporis esse imbecillitatem animæ, & fortitudinem animæ esse imbecillitatem corporis. Factus sum insipiens, vos me coegeris. Hoc autem putemus Paulum dixisse ad vitandam iactantiæ suspitionem, instituens nos ne aliqua in re gloriemur ni cogat necessitas. Et licet debuerit Paulus multis de causis à Corinthiis commendari, non tamen ab illis fuit commendatus, eò q̄ vanis & superciliosis pseudapostolis mordicus adhærebant. Licet etiam non fuerit inferior magnis Apostolis qui tempore Petri extiterunt, tamen ad vitandā inanis gloriæ ostentationem se nullius esse momenti afferit. Quōd autem saltem sit æquandus summis illis Apostolis, subsequens hic contextus indicat, Signa apostolatus mei facta sunt super vos. Nihil enim prætermisi quod verū & integrū Christi Apostolum effigiare possit & efformare. Sunt autem præter alia multa, hæc sui Apostolatus indicia, patientia, signa, prodigia & virtutes. Nam præter afflictiones innumerās (quas forti animo pertulit) docuit se esse verum Christi ministrum, quando diuina gratia cęcos illuminauit, à dæmone obſessos liberauit, & mortuos fuscitauit. Et ne Corinthij aspernarentur Paulum q̄ minus rectè suum munus obiisset, dicit, Quid est enim quod minus habuisti p̄r cæteris ecclesiis? quasi innueret, num minorem estis p̄r cæteris gratiam aſſecuti? Omnia enim mea studia in vestrā omniū salutē contuli, imo vos p̄r cæteris dilexi. Verū obiurgando acerrimè Corinthios, dicit, Nisi quod ego ipse non grauaui vos, donate mihi hanc iniuriā. quasi velit innuere, si illius rei me insimulatis q̄ nulli vestrū oneri fuerim, sed gratis vobis Euāgelium prædicauerim, veniā à vobis postulo. Existimabant enim Corinthij sibi iniuriā inferri à Paulo q̄ nihil ab eis dignaretur accipere. Et licet bis ad eos cōmigraverit, & tertio paret se ituru, nō tamen eos grauabit, nec ab eis opes & fortunæ bona depositet, sed illorū saluti prospicet. Et quia loco p̄ceptoris erga Corinthios se habuit illósque in fide regenerauit, potius illis prouidebit, quām quicquā ab eis accipiet. etenim parētes debent suis liberis theſauros cōparare, nō liberi parētibus. Quod autem adiicit, Ego autem libentissime impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris, hunc habet sensum, Ego non solū nihil à vobis accipiam, sed potius (si mihi suppetant pecuniæ) sum vobis gratis impensurus, & etiā spontanea oblatione ego ipse pro vestris animabus impendar. hoc est, si opus sit pro vestrā salute meam vitā impendam, & eo amore eāque benevolentia vos prosequor vt magis vos diligam quām me diligatis. etenim nihil à vobis acceperim, sum & paratus meipsum pro vobis dedere. & licet nihil à vobis exegerim, tamē forſitan aliquis suspicatur me astutia quadā potius nihil à vobis accipere destinasse, sed meos fratres ad vos transmisſiſe, qui aliquid à vobis efflagitarent. Velim itaque consideretis vtrum ita se habeat res, necne: non enim ea me inurit auaritia vt hac arte nihil accipiens, videar accepisse. Expédite quēſo si per aliquem eorum quos ad vos transmisſi, circunuenerim vos.

„ Rogauit Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circūuenit? nōnne eodē spiritu ambulauimus, nōnne iisdē vestigiis? Olim putatis quōd excusemus nos apud vos? Corā Deo in Christo loquimur. „ Omnia enim charissimi propter ædificationē vestrā. Timeo enim ne forte cùm venero, nō quales volo, inueniā vos, & ego inueniar à vobis qualē non vultis, ne forte cōtentiones, æmulationes, animositates, difensiones, detractiones, fufurrations, inflationes, seditiones sint inter vos, ne iterū cùm venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt.)

Vt planè monſtret Paulus neque per ſe, neque per ſuos collegas singulari amo-

re sibi deuinctissimos, circunuenisse Corinthios, dicit, Rogau Titum vt vos inuiseret, vestrisque animis sanum Christi verbum transfunderet. volui & ad ampliorem vestram consolationem & ædificationem Lucam sibi adiungi comitem, vt in ore duorum vel trium testiū stet omne verbū. Dicite igitur aut ingrati aut contumeliosi Corinthij, si nā integri illi & synceri Christi ministri vos vlla in re circūuenerint & seduxerint. Et ne putetis me à vestris bonis recipiēdis abstinuisse, Titū verò inexplicabili habendi cupiditate inescatū fuisse: ausim affirmare nos eodē spiritu ambulasse. nam eadem spirituali gratia incessimus, nec cupit ille quod non cupiā, nec amat quod non amem, nec aspernatur quod nō asperner, nec prædicat quod nolim vobis prædicatum esse. Vtinam atque vtinā omnes Euangelici buccinatores eodē spiritu ambularent, eodē animo, eodēm q; consensu Euangelicā Christi doctrinam pie & sincere tractarent, nec publicitus prædicarēt quod nō à purissimo Euangeli fonte, sacrifisque Biblii dimanaret, suāq; verba pulcherrimis & grauissimis facrorū doctorū sententiis & assertionibus suffulcirent. verū aut ambitionis aut lucri hamo inescati, ita in varias sentētias distrahuntur, vt vix simplices, qui illorū concionibus intersunt, possint planē colligere quid prosequi aut vitare debeat. Alius argutas & friuolas loco, Euangeli differēdi quæstiones in popellū agitat. Alius ita suū sermonem expolit vt auribus vulgi placendo, quod in Euangeli magis reconditū est, vtile & graue prætermittat. Alius ita fusē suā concionem ad ecclesiasticas ceremonias cōmendas protrahit, vt nec Christum nec Christi doctrinam prædicare videatur. Alius nimis acerbè in vitia inuehitur, & à resipiscientia peccatores deterret. Alius sic misericordiam Dei prædicat, vt penē sine vlo labore & negocio putet ad assequendā vitam æternam omnibus perium esse aditū, vt cum magno animarū discrimine falsò afferat solam fidem iustificare. Ambulent velim docti concionatores ad extollēdam Dei gloriam eodem spiritu, & ad magnū Ecclesiae profectū iisdem vestigiis inuitantur. Adiicit Paulus, *Olim putatis quod excusemus nos apud vos: coram Deo in Christo loquimur.* Nequaquam putetis nos velle assentatoris officio fungi, aut ad captandā vestram gratiam hæc nos affirmare tanquā excusatione vtentes, sed Deo spectante, & per Christū hæc enunciamus & loquimur: scit enim Deus (quem nihil latet) quā syncera & illibata sit nostra conscientia, quæ nullius personam prospectat, sed omnibus prodesse cupit. Vereor sanè & multa formidine angor, ne fortè cùm venero vos deprehendā quales non velim: non enim nescius sum quamplurimos ex vobis esse corruptos & depravatos. Hinc inueniar fortasse à vobis qualē non vultis, vestrorū scilicet scelerū censor & castigator. Sup̄picor maxima inter vos regnare vitia, nempe cōtētiones, æmulationes, animositates, aut (si mauis) iras & impetus animi effervescentis, dissentiones, detractiones, susurrations, inflationes & seditiones, ex quibus malorum omniū sentina profluit. Vereor etiam ne cùm ad vos proficiscar, humiliet me Deus apud vos, hoc est, ne cùm venero cogar vobis vti scuerius. Intelligamus Paulum poenas illas quibus erat nonnullos illorum acrius affecturus, humilitatem appellare: tametsi castigari à Paulo plerique gloriæ ducerēt, & ex eo dixit, Nē me humiliet Deus, vt si se erga Corinthios duriorem præbeat, id putent se fecisse vt Dei imperio pareret. alij exponūt humiliet, hoc est, affligat. Quod autem subnectit, ostendit immensam Pauli erga Corinthios & clementiam & charitatem, Vt lugeam multos qui ante peccauerunt & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt. Etenim maximè deplorandi sunt qui in suo vulnere accepto sunt pertinaces, nec ferunt se à medicis curari. Deplorandi sunt Saul, Absalon, Iudas, & omnes infelicitate mortui. Aut ob id dicit, lugeam, quod summō dolore afficietur eos castigando. Sumit immunditiam, vt quidam interpretantur, pro quo quis scelerum genere, quæ delinquentes immundos reddunt. Alij immunditiam vocant luxuriam contra naturam. Adiicit & fornicatione & impudicitia, quia non solum fornicando Deum offenderant, sed & multis & detestabilibus impudicitia modis, corrumpendo forsitan virgines.

De concio-
natoribus.

Argu-

Argumentum decimtertij capit. 135

Non potest Paulus non inuehi in quosdam Corinthios qui pertinaci & inueterata malicia deliquerant, quos cupit ne pereant, & de salute periclitentur, acriter castigari. Christum prædicat ex naturæ quā assump̄it infirmitate, crucis suffixum fuisse, diuina tamen virtute renixisse, & de morte triumphum insignē egisse. Pro Corinthiis interpellat dominum etiam importunis precationibus, vt & fide & cæteris virtutibus euadant consummati, ac ad superbenedictæ & individua trinitatis exemplum vivant concordes, puri & perfecti.

Caput decimumtertium.

Cce tertio hoc veniō ad vos. In ore duorū vel trium testiū stabit omne verbum. Prædixi enim & prædico vt præsens vobis, & nunc absens iis qui antè peccauerunt & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcām. An experimētum queritis eius qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei: Nam & nos infirmi sumus in illo, sed viuimus ēo ex virtute Dei in vobis. Vosmetipso tentate, si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipso quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis, quia nos nō sumus reprobi.) Quoties vos commonefeci, viri Corinthij, vt à vestris sceleratissimis flagitiis resipisceretis, & Deum optimum & clementissimum vestris admis̄is non mediocriter offendit, placaretis, contendetisque profusis lachrymis, ieiuniis multis, assiduis vigiliis, inquietis precationibus, vestrorum denique bonorum largitate ad Salvatoris vestri gratiam (à qua excideratis) redire? paucos tamen ex vestro amplissimo cœtu compéri emendatos. Quamobrem destinato animo decreui non amplius vobis conniuere, sed iuxta ius exactum in vestra crimina animaduertere. quod si quos compererim hoc meo tertio ad vos aduentu inemendatos, sive que vitiis pertinaciter affixos, non amplius parcām, sed iubebo pro conditione sceleris puniri. Existimo enim quod hic meus tertius ad vos aduentus non nihil momenti & virtutis sit habiturus, vt quisquis delatus fuerit, duorum vel trium hominum testimonio vel absoluetur vel damnabitur. Etenim in veteri lege scriptum cōperimus. In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium. Et cùm Christus de correctione fraternali differuit, legem illam de producendis duobus vel tribus testibus, quibus reus absoluī debet vel damnari, adduxit. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum Matth. 18. inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem te non audiāt, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Denique suadere volens Iudæis testimonium quod de seipso protulit esse recipiendum, nec à testimonio sui patris dissidere, dicebat, In lege vestra scriptum est, Quia duorum hominum testimonium verum est, Ego sum qui te loant. 8. testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. His autem verbis Prædixi & prædico vt præsens vobis &c. communiat sup̄plicium non modicum iis qui pro prima & secunda admonitione noluerunt à suis pristinis vitiis resipiscere, nam iis qui deliquerant prima vice peperceraūt. 2.ij.

quòd si iterum atque iterum deliquerint , nec pœnitentiam egerint , non amplius parcer : nam insoleceret peccator & deterior fieret , si toties monitus vt resipisceret, non puniretur . Solet & Ecclesia vti trina admonitione antequam sententiam excommunicationis iniciat : quòd si peccator in sua contumacia & pertinaci malitia perfistat , seuerè & acerbè puniendus est . Quòd autem Paulus possit suam iudicariam potestatem in Corinthios exercere, ostendit hic locus. *An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus?* Vultis ne vestro malo experiri , vtrum quæ loquor ex meipso loquar, an Christi spiritu per me vobis loquentis? Siquidem quæ vobis ad salutem loquor, à Christo didici & hausi. Nam ille sua gratia mihi dedit os & sapientiam cui nemo audebit contradicere. Nec Christum vt imbecillum contemnere debetis: Nam manifestè declarauit se apud vos esse potentem , cùm ad eius nomē vidistis fugere dæmones, sanari ægrotos, & mortuos reuiuiscere. Exeruit & suam vim natuam, quando propria virtute suam humanitatem à morte reuocauit. Et licet ex infirmitate & imbecillitate naturæ humanæ quam assumpsit, fuerit affixus cruci, & semetipsum humiliauerit, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, eò quòd noluit(cùm tamen poterat) suis aduersariis obſistere, tamē viuit ex virtute Dei patris, & huiusmodi virtus ad nos dimanauit. Nam licet simus incredulis infirmi, dum ab illis cædimur, aut in carceres intrudimur, aut inauditis conuiciis impetum, tamen ex virtute Dei cum Christo potentes erimus erga vos. Nolite igitur nostri quærere experimentum, sed magis vestri sumite experimentum, an in fide persistatis, an verò ab ea excideritis. Discutite facta vestra, & opera vestra bono & æquo iudicio expendite & probate, antequam de nostra potestate iudicium feratis. Quòd si ad trutinam & iustum examen cognosceretis vosmetipſos, sciretis vos habere fidem, & subinde agnosceretis Christum esse in vobis . Etenim adest & facuet illi Christus, qui fidem Christi amplexatus est. Quòd si à fide suscepta excideritis, nec vitam vestram in melius commutaueritis, non absurdè existimabo vos cum reprobis conferendos esse. Nostræ autem legationis functiones, nostrique mores inculpatissimi , vos certiores reddunt quòd non sumus reprobi nec à Christo reieci.

„ Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est, faciatis , nos autem vt reprobus sumus. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem , sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus , vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem . Ideo hæc absens scribo , vt non præsens durius agam secundum potestatem quam dominus minus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pacem habete , & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum . Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi , & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis, Amen.) Quis non videt Paulum hoc loco suam erga Corinthios charitatē depromere, & superbis ac inuidis bene precari? Licet enim apud eos vt imbecillus contemneretur & multis contumeliis incesseretur, tamen precatur dominus vt nihil mali admittant, ne pro turpisimis facinoribus pœnas inferre cogatur. Non enim, inquit, meis epistolis hoc vnum molior vt videar probus, sanctus, innocens & ab omni crimine immunis . vnde liberius desumam anſam & facultatem alios castigandi , sed vt vosipſi quæ recta sunt & commendatione digna faciatis, optamus & ardentibus votis vt vos castimonia vitæ probati sitis, nos autem habeamur velut reprobi, videamurque multis vt infirmi & impotentes. Et licet Paulus nō effet reprobus, cupit tamen haberι velut reprobus, vt non exerceat potestatem puniendo & iudicandi

dicandi Corinthios, si nihil mali perpetrauerint. vnde in epistola ad Romanos dicit, Rom.13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Quòd autem cuperet sibi adimi facultatem iudicandi Corinthios si probè & honestè viuerent, subindicat hic locus, *Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.*) Et sensus est, aduersus innocētes nihil possumus, alioqui pugnaremus aduersus veritatem & iustitiam: aduersus verò admissa, multa possumus. Gaudemus & magnopere, Deoque gratias agimus, quòd quidam vestrum sint fortes & potentes in oppugnandis & debellandis scelerum omniū móstris, & ob id sumus infirmi, quia aduersus vestram in nocentiam & vitæ sanctimoniam, nostram potestatē minimè exercemus . Oramus & assiduè Dominum vt quā dedit vobis gratiam in vitandis peccatis & exercendis virtutum officiis, eandē quoque in vobis consummet & perficiat . Et ne præsens videar durius vobiscum agere quā velletis, idcirco hæc absens scribo, vt planè cognoscatis me nolle in vestra delicta animaduertere nisi secundum potestatem & autoritatem mihi diuinitus datam, non quidem in destructionem, sed ædificationem, hoc est, non eò mea tendit correptione vt vos perdam, sed Domino lucrer. De cætero fratres gaudete, quòd à vestris virtutis repurgati, Deo inferuiatis. Date & operam vt sitis perfecti & omni virtute absoluissimi. Exhortemini & illos quos oportet salubri exhortatione commonefieri. Id ipsum sapite in alterutrum secundum Iesum Christum, nec in his quę fidei sunt, diuersis opinionibus decertetis. Fouete inuicem pacem & mutuam charitatem, & autor pacis & amoris erit vobiscum . Nam qui manet in charitate in Deo manet, & Deus cum eo. Et quia osculum, pacis est indicium adiecit, *Salutate inuicem*, non quidem osculo fraudulentio aut impudico, sed pudico & sancto. Etenim sancti omnes & qui pro Christo militant, plurimam salutem vobis impariuntur . Gratia autem Domini nostri Iesu Christi, qua gratis abluti sumus & iustificati, & charitas Dei patris, qui sic dilexit mundum vt filium suum vnigenitum nobis dederit salvatorem vnicum, & communicatio sancti spiritus, qui communis est spiritus & patri & filio, sit cum omnibus vobis , vósque perpetuò conseruet incolumes , puros & sanctos. Hoc autem ternario apertiſsimè declarauit Paulus abditissimum sanctissimæ trinitatis mysterium, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, Doctoris Theologi Parisiensis, in posteriorem Pauli ad Corinthios Epistolam, finis.

IOANNIS ARBOREI LAVDVNENSIS,
Doctoris Theologi, In Epistolam Pauli ad
Galatas, Praefatio.

Nobis ex antiquis scriptoribus compertum est Galatas Graecos esse: ex Gallis tamen oriundos. unde originis ingenium ingenij tarditate referebant. In hac autem epistola totus ardens Paulus ut acerbè castiget, magis increpat quam docet, ut quibus ratio suadere non poterat, reuocaret autoritas. Et in primis patefacit intolerabilia antiquæ legis onera, et quæ in typis præcesserunt, obseruationem scilicet Sabatari et Circuucisionis, ac recursus trium per annum solennitatum, ciborum quoque delectus et scrupulos, et iterata per singulos dies lauacra, illucenti Euangeli gratia, cessasse. Nec in hac graui et erudita Epistola ad illos scribit, qui relicto Iudaismo ad Christum defecerant, sed ad eos qui ex gentibus fidem Euangeli receperant, qui tandem à pseudapostolis seducti et infecti, sua leuitate et stultitia ad Iudaismum relapsi sunt. Et quia Paulus illos primum docuerat Euangelicam philosophiam sectari, viis omnibus nititur eos à ciuitate Epheso scribens, ab errore ad fidem veritatis reuocare. In ipso autem epistolæ limine testatur Euangelium quod Gentibus prædicauit, se à nullo homine didicisse, sed à Christo Deo cælitus accepisse, ne sibi fides et autoritas negaretur. Deinde affirmat se contulisse cum summis Apostolis (quibus haud dubie par est aut superior) Euangelium quod in Gentilium animos transfuderat. Iusta de causa reprehendit Petrum quod non recto pede incederet ad euangeliū adūm, cogeretque Gentes Iudaiū are. Planè declarat Mosaicam legem neminem potuisse iustificare et vinificare. Insuper afferit Deum pura et integra fide iustificare Gentiles, quos ab imitatione fidei filios esse Abram, futurosque secundum promissionem heredes credimus. Tum quoque afferit Deum definito tempore filium suum misisse in hunc mundum ut sua cruce Iudeos iugo legis obuincētos redimeret, redemptos in Euangelicam et Christianam libertatem assereret. Adhac, adhortatur Galatas ne amplius se dedat in seruitutem legis, sed ardentibus votis cupiant Euangeliū lucem, veritatem et libertatem amplexari. Postremò commonefacit spiritales et perfectos, ut lapsos in quodpiam vitium (si modò in eo pertinaces non fuerint) leniter castigent, attendentes se temptationum pericula non evasisse.

Argumentum primi capit. 8

Paulus Galatis (quos ad sinceritatem fidei et veritatem Euangeliū reuocare cupit) salutem in Domino, pacem et gratiam impartitur. Leuitatis arguit Galatas, quod subito à pseudapostolis subornati, ab Euangelica doctrina quam profitebantur, ad Iudaismum reciderint. Euangelium quod gentibus inuulgauit, à nullo homine didicit, sed diuinitus à Christo Deo accepit: ne primariis Apostolis

IN SEPISTOLAM PAVLI AD GALATAS. 137

Apostolis videretur esse inferior, ut etiam certior fides et docendo et prædicando sibi tribueretur. Cum paternis traditionibus et Iudaicis ritibus mordicus adhærebat, ecclesiam miris modis infectabatur, fidemque expugnabat, sed luce superna illustratus, et Christi gratia transfusus, longè latèque in Arabia et Damasco fementem Euangelicam sparsit, et illius arcani nominis (quod prius expugnauit) factus est propugnator acerrimus.

Caput primum.

AV LV S Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiae, gratia vobis, & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de praesenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen.) Quod Paulus affirmet se esse illū Apostolum non hominum fauore aut præsidiis, sed diuina autoritate missum ad obeendum suæ legationis munus, pulsat Galatas & exulcerat, eorumque animos admodū leues transfigit: quandoquidem non potest non vehementer dolere quod repente à fide Euangeliū exciderint, quos summis studiis, summa solitudine summāque cura Christo genuerat. Et quia huiusmodi functio arcano afflatu sibi delegata fuerat & concredita, idcirco renati Christo non quidem semine corruptibili sed incorruptibili, per verbum Dei viui & permanēti in æternum, debuerant constanti fide eius verbis auscultare. Verū à pseudapostolis, qui magna de se sentiebant, depravati, arbitrabantur Paulum non sibi per omnia constare: sed nunc Euangelium attollere, modò verò legis præscripta & ceremonias commendare, sed toto cœlo (ut planè in hac docta & acri epistola perspicietur) errabant. Nec solū à Iesu Christo sed à Deo patre, tam sacræ & arcanæ rei officium Paulo mandatum est & commissum, ut nemō non sibi persuadeat non hominem sed Deum, per os Pauli cùm docendo tum prædicando loquuturū. Intelligamus sanè hæc Pauli verba, Paulus non per hominē Apostolus, ne tribuendo Christo diuinitatem, eius humanitatem abnegemus. Arbitramur autem Paulum dixisse se non per purum hominem esse ordinatum Apostolum, sed per Iesum Christum, quem firmissima fide credimus esse Deum & hominem: nam humanitas fuit conuincta diuinitati in unitate hypostaseos siue suppositi. Denique eam ob causam Paulus negat se esse ordinatum ab hominibus Apostolum, ut calumnias pseudapostolorum reuellat, qui dicebant Paulum siue Apostolorum discipulum: Apostolos verò Christi discipulos, & ob id plus autoritatis illicis tribuendum esse, quod Paulo priores ad Apostolatum sint vocati: nec tolerandū esse Paulum quod Mosaicæ legis obseruationes antiquaret, quas tamen Petrus & Iacobus non prohibebant. Verū illi ad tempus, autore Chrysostomo, imbecillitati illorum qui ex Iudeis crediderant, obsecundabant: sed Paulus qui gentibus prædicandi munus susceperebat, nihil opus habebat hac obsecundatione. Hieronymus exordiū huiusce epistolæ differēs, dicit quatuor esse genera Apostolorum. Vnum quod neque ab hominibus est, neque per hominem, sed per Iesum Christū, & Deum patrē. Aliud, quod à Deo quidem est, sed per hominem. Tertium quod ab homine, non à Deo. Quartum quod neque à Deo neque per hominem, neque ab homine, sed à semetipso. De primo genere potest esse Esaias, ceterique Prophetæ, & ipse Apostolus

Chrysostomus.

Hieronymus.

Cap.i. COMMENTARII IO. ARBOREI

Ius Paulus, qui neque ab hominibus neque per hominem, sed à Deo patre & Christo missus est. De secundo, Iesu filius Naue, qui à Deo quidem est Apostolus constitutus, sed per hominem Moysen. Tertium genus est, cùm hominum fauore & studio aliquis ordinatur, vt nunc videmus plurimos non Dei iudicio sed redempto fauore vulgi in sacerdotium subrogari. Quartum est pseudoprophetarum & pseud-

2.Cor.ii. apostolorum. De quibus Apostolus, istiusmodi inquit, pseudapostoli operarij ini-
quitatis, transfigurantes se in Apostolos Christi, qui dicunt, Hæc dicit Dominus, &
Dominus non misit eos verùm non talis Apostolus Paulus, qui neque ab homi-
nibus neque per hominem, sed à Deo patre per Iesum Christum missus est. Hæc
ille. Quod autem Deus pater Christum suum filium à mortuis suscitauerit, innu-
meris & Pauli & Euangelistarum testimonii suffulciri potest, quæ ad magis seria
properando, prætermittimus. Nec tamen ita Deus pater suscitauit Christum à mor-
tuis, quòd non Christus sua natuua virtute reuixerit, sed quòd Deo acceptum ferri
oportet, quòd eius humanitas de morte triumphauerit. Itaque ego ipse Paulus ni-
hil non agens pro illustranda Euangeli gloria, vñà cum celebri & venerabili meo-
rum fratrum comitatu cunctis Galatiæ ecclesiis gratiam & pacem optamus. gratiā
quidem qua admissa gratis condonantur, pacem verò qua Deo reconciliamur, & il-
lam quidem postulamus, quam Deus pater, & Dominus noster Iesu Christus suis
obsequiosissimis & amantissimis famulis largitur. Vocat autem ecclesiæ Galatiæ
non illas quæ non habent rugam & maculam, sed quæ aliquando in Christi nomi-
ne absque perfectis virtutibus fuerunt congregatae. Ecclesia autem perfecta illa est
quæ verè corpus Christi est. Hoc & vnum nos prouocat ad cognoscendam Christi
in nos vtroneam gratiam & beneficentiam, quòd seipsum in mortem pro nostris
admissionis expiandis obtulerit, nōsque de fæuissima dæmonum tyrannde, durissimâ
que peccati & mortis seruitute, ac de hoc nequissimo seculo secundum promptam
Dei patris voluntatem eripuerit. Demirabitur quispiam cur Paulus vocat præfens
seculum nequam, cùm seculum sit spacium siue tempus diebus & horis discretum.
quòd si spacium dierum non sit malum, nec dies mali sint, nec seculum dicendum
est malum aut nequam. Verùm dicam seculum non ex se dici nequam siue malum,
sed quòd in hoc præsenti seculo innumera mala & flagitia perpetrentur: scatet enim
hic mundus & madet multis uitiorum fordibus, à quibus Christus sua gratia (si mo-
dò resipiscamus) nos liberat. Adiecit Paulus, Secundum voluntatem Dei & patris
nostrí, vt planè doceret Christum voluisse per omnia diuinæ voluntati obsequi.
Hinc illud Psalmographi, Ut facerem voluntatem tuam volui. Dicebat & Christus
interpellans suum patrem in horto oliueti, ne amarum mortis poculum gustaret,

Matth. 26 Pater mi, si non potest hic calix transfire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Prolo-
gus autem Pauli, Amen, Hebræo sermone concluditur, quod sonat fiat, siue verè aut
fideliter. Existimat Origenes iuramentum Christi esse Amen.

„ Miror quòd sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gra-
tiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui
qui vos conturbant & volunt conuertere Euangelium Christi. Sed li-
cet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euan-
gelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædictus, & nunc iterū dico.
„ Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit,
„ Modò enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere?
„ Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Notum enim
„ vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est à me, quia nō
„ est secundum hominem: Neque enim ego ab homine accepi illud, ne-
que didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersa-
tionem

IN EPISTOLAM PAVLÌ AD GALATAS. 138

„ tionem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum per-
„ sequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iu-
„ daismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius æ-
„ mulator existens paternarum mearum traditionum.) Non possum non
mirari & vehementer obstupescere, cur tam repente descivieritis à Deo patre, qui cō-
donatis gratuitò vestris admisis, vos in gratiam Christi, hoc est, Euangeliū, voca-
uit, quo vobis fit aditus etiam tutissimus ad æternam salutem assequendam. Ægrè
fero & eo magis quòd relicta libertate Euangeliæ in seruitutem Mosaïcæ legis, ve-
lut in aliud Euangeliū, conuersi sitis, cùm nullum sit aliud Euangeliū præter id
quod à nobis prædicatum est, nisi sint subdoli quidam impostores, & dementissi-
mi pseudapostoli, qui animos vestros turbant, pulsant & concutiunt, & nituntur pro
viribus subuertere & profligare Euangeliū Iesu Christi. Nūquid perditissimi vi-
ri transformati estis vestra inconstantia à luce ad tenebras, à libertate ad seruitutem,
à gratia ad peccatum, à veritate ad mendacium, à pace ad bella & dissidia? Expen-
dite quæso si nam hæc vestra translatio fit à Deo, an potius à Diabolo, qui suis in-
fidiis, suisque vafris technis vobis insidiatur, vt animas vestras antiquæ legis farci-
nis onustas & pressas deprædetur. Et eo acerbius estis obiurgandi quòd absque vlla
colluctatione & difficultate sitis ab Euangeli gloria in legalium operum seruitu-
tem træslati. Affirmabo nō absurdè nomen Galatiæ vobis adaptari. etenim rælatiæ,
translationem sonat. Quòd si angelus vobis euangelizaret aliud Euangeliū quām
quod à nobis accepistis, existimarem illum esse execrabilem & abominandum: nō
quòd vobis aliud annunciat, sed quòd nullum aliud debueratis recipere quām il-
lud quod à nobis recepistis, quòd scilicet in Christum credere oportet & baptizari,
ad assequendum, vitam æternam: quòd denique Christus traditus est propter deli- Rom. 4
cta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram, suaque viætri morte & glo-
riosâ resurrectione, carnalia Mosaïcæ legis opera antiquauit & aboleuit. Iudicare
& meipsum deuouendum, si diuersa & pugnantia prædicarem. Vtitur autem Pau-
lus argumento ab impossibili deducto. Impossibile est quod angelus aut alius à me-
ipso Apostoli prædicet vobis aliud Euageliū quām quod prædicatum est. quòd
si aliud prædicet, iam non est Euangeliū, quia Euangeliū cum Euangeliō non
pugnat. quòd si sibi suadeat esse aliud Euangeliū, execratione & excommunica-
tione dignus est. Et licet quatuor sint Euangelia, quatuorque Euangeliō scripto-
res, tamen vnum est consensu Euangeliū. Nec personarum differentia facit Euā
geliorum diuersitatem, sed contrarietas & pugnantia, quæ nullo modo reperitur in ^{ua.}
Euangelistis. Sit & anathema & perpetua detestatione dignus, qui Euangeli gloria
synceritatem admixtu Iudaismi vitiat & prophanat. Iterum prædicto sicut prædictum,
Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, scilicet quid omnino alienum,
anathema sit. Intelligamus vnum, quòd quicquid concionatores prædicant,
quod Paulus prædicauit, prædicant, explicitè vel implicitè, vt dicunt scholastici do-
ctores: non enim prædicant aut prædicare debent quæ pugnant cum Euangeliō Pau-
li. Adiicitur in textu, Modò hominibus suadeo an Deo? aut quæro hominibus placere?) Hoc
verbum, suadere, humano vñu tritum est, quum quis id quod semel imbibit, etiam
cæteris conatur inserere. In Actis Apostolorum legimus de Paulo, introgressus autē
synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno
Dei. Et alibi, Cùm constituisserent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plu-
rimi quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moysi
& Prophetis à mane usque ad vesperam. His autem verbis, Modò hominibus suadeo,
an Deo? vult innuere quæ in suis epistolis dicit, non spectare ad captandum ho-
minum fauorem, sed vt Deo potissimum placeat. & licet Galatas falleret hæc di-
cens, num propterea Deo valeret imponere, qui perspicit arcana mentis? Aut die
Paulum hæc velle afferere, non suadeo Deo, quia illius oculis omnia sunt peruvia, sed

Hæc obser-

Act. 19.

Act. 28:

hominibus suadeo Euangelicam veritatem sectandam esse: & nunquid quia suadeo hominibus quæ vera sunt, quæ vero hominibus placere non sanè, sed potissimum Deo. Nec tamen hoc loco, Aut quæro hominibus placere, negat omnino se velle hominibus placere: Nam alibi dixit, Scientes ergo timorem Domini, hominibus suadimus, Deo autem manifesti sumus. Item, Sine offensione estote Iudeis & Gentibus & ecclesiæ Dei, sicut & ego omnibus per omnia placebo, non querens quod mihi vtile est, sed quod multis ut saluentur. intentio autem Pauli qua cupit placere hominibus est, ut saluentur. Si itaque fieri possit ut pariter Deo & hominibus placeamus, placendum est & hominibus, magis tamen Deo quam hominibus placendum est. Cùm autem adiecit Paulus, *Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem.*) alioquitur potissimum Iudeos, etenim illis placebat cùm eorum partes tueretur, legisque præscripta & cæremonias ante suam conuersionem mordicus obseruaret: sed cùm post sufficientem legis Euangelicæ promulgationem nouit antiquadas esse & abolendas legis cæremonias, illis displicuit ut Christo placeret: alioqui illis placent do assereret legem, & Euangelij gratiam destruendo, Christo displiceret. Placet nūc hominibus qui auram popularem venantur, qui summos honores ambiunt, qui lucra sectantur, qui diuiniis inhiant, qui obsecenis voluptatibus indulgent, qui denique in aulis principum parasitos agunt, & nulli non assentantur ut suam prædam captent. At viris probis, & singulari virtute præditis placere periucundum est. Subiectitur in textu, *Notum enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.*) Hic locus manifeste docet Paulum non alium habuisse Euangelij præceptorem quam Christum, ne falso putemus Paulum Euangelicam doctrinam à primariis Apostolis didicisse. Fuit autem Paulo Euangelium Iesu Christi reuelatum, quando pergens Damascum ut profitentes nomen Christi vincitos perduceret in Hierusalem, subito circunfusit eum lux de cœlo, & cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit, Quis es Dominus? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens a; stupens dixit, Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Quod autem Paulus in Iudaismo plurimum profecerit, fueritque antiquæ legis propugnator acerrimus, subindicat hic locus, *Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebatur ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum.*) Qui vehementer aliquando persequebatur ecclesiam Dei, & hostili animo depopulabatur, vinciendo omnes qui inuocabant nomen Christi, nimium fauens Mosaicæ legis præscriptis, & Pharisæorum traditionibus (quas paternas appellat) nunc euangelica lucæ illustratus, ex persecutore & prædone, factus est propugnator & præco fauientissimus & paratissimus. nec quisquam è numero Apostolorum tantum commodi tantumque gloriæ attulit ecclesiæ, quantum ipse Paulus. & cùm Dei gratia conuersus est ad tuenda ecclesiastica dogmata, protinus quicquid Iudaicarum opinionum eius animum occuparat, totum exuit. quæ res arguit Paulum diuino afflato fuisse subito mutatum.

„ Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangeliæ zarem illum in Gentibus: continuò non acquieci carni & sanguini. Neque veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem

„ trem Domini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiæ Iudeæ, quæ erant in Christo. Tantù autem auditum habebant. „ Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidein, „ quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant Deum.) Cùm autem visum est Deo qui me segregauit de vtero matris meæ, & sua benignitate suâq; gratia me in munus Apostolatus selegit, ut reuelaret filium suum in me, reuelatumque Gentibus prædicarem, ut in eo suæ salutis spem collocarent: continuò citrâque villam moram accinctus sum ad prædicationem Euangelij, contemptisque quoif modo meorum cognitorum affectibus (ne me à rebus spiritualibus auocarent) nihil cunctatus, Euangelicam legationem meæ fidei concreditam obiui. Loco huius, *Non acquieci carni & sanguini,* legunt Græci. Non contuli cum carne & sanguine, hoc est, non communicaui Euangelium meum cum homine, sed cum Deo commerciū habui: potius enim decebat ut Paulus doceret homines, quam ut ab hominibus disceret. Quod autem caro & sanguis nonnunquam sumantur in sacra scriptura pro homine, nobis ex illa Christi ad Petrum responsione compertum est. Beatus es, Simon Matth. 16. Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et licet Paulus ab vtero matris segregatus fuerit ut fieret Apostolus, tamen propter quâdam causam arcanam distulit Dominus huiusmodi vocationem, quam Paulus ignorabat, donec Iesu Christi reuelationem diuinitus acceperit: at vbi absolute vocatus est, simul obsequutus est. Neque Paulus ascendit Hierosolymam ut illorū præ fidiis qui prius ad Apostolicam dignitatem vocati fuerant, suum suffulciretur Euangelium: sed abiit in Arabiam ut Gentilium cordibus Christum, Christique doctrinam insereret. Siquidem aggressus est homines barbaros & incultos, ut illis verbū Euangelij disseminaret, & iterum reuersus est Damascum, vbi prius inquietis laboribus Iesum Christum prædicauerat: sed quia vnde sibi parabantur insidiæ, coactus est Christo seruatus, fugâ arripere, & à suis fratribus in sportula per muros demissus est. Deinde post annos tres venit Hierosolymam ut videret Petrum, & mansit apud eum quindecim diebus.) Nec venit Hierosolymam ut Euangelicam doctrinam à summis Apostolis disceret, sed ut cum eis Euangelium quod docuerat, conferret. Nec etiam optauit inuisere Petrum discendi studio, sed quod agnosceret honorem esse deferendum Petro, quod inter Apostolos primas obtineret. Aliu autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.) Hic Iacobus cœsetur esse Iacobus minor, cognomento Iustus, & frater Domini, quia eius cognatus: nam fuit filius Mariæ Cleophæ, quæ iuxta Euagelium Ioannis, fuit soror Mariæ Matris Christi. Nonnulli scribunt hunc Iacobum meruisse dici fratrem domini, ob insignem vitæ sanctimoniam, incomparabilémque & fidem & sapientiam, & quod prius Hierosolymorum Episcopus fuerit ordinatus. Adiicit Paulus, *Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.*) Vobis suadete quæ scribo vera esse, & Deo teste confirmari. Sunt & conspectu Dei digna, quia non mentior. quod si mentirer, non essent Dei conspectu digna. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ, ut diuersis Gentium ecclesiis maximum Euangelij commodum adferrem. Eram autem ignotus facie ecclesiæ Iudeæ, quæ erant in Christo Iesu.) quia non legis cæremonias neque circumcisionem prædicabam. & licet essem natus Iudeus, tamen quidam Iudeorum greges, qui in Syria & Cilicia cœperant in Christi doctrinâ conspirare. dum taxat illud rumore cognouerant me esse illum, qui diuino afflato repente mutatus, ex persecutore Christianæ fidei, nunc factus essem propugnator. Quamobré illi glorificabant Deum, quod graui persecutionis molestia essent liberati, quod etiam Paulus fidem defendenter, quam pridem pro viribus oppugnauerat.

Argumentum secundi capit. I

Faretur Paulus perlustratis multis Gentium nationibus (in quibus sanā Euā-
gelij doctrinam, disseminauerat) se diuino genio afflatum, iterū ascendisse Hierosolymam, vt suum cum eximiis Apostolis Euāgelium conferret, ipsiisque signifi-
caret se nihil prædicasse Gentibus quod diuersum esset ab eo quod Iudæus prædi-
caverant: nec se illorum autoritate niti ut Euāgelicam libertatē Christique gra-
tiam & virtutem prædicaret. Hoc autē tantum discriminis putat esse inter suū
& Petri Euāgeliū, quod Euāgeliū præputij (quo Gentiles ad fidem Christi
alliceret) sua fidei concretum fuerit: Petro verò Euāgeliū circūcisionis, quo sal-
varentur, & cui adhærerent, qui prius circuncisi fuerant. Toto stomacho totaque
mentis acrimonia reclamauit Petro, quod reprehensione dignus esset. etenim Gen-
tiles fide Christi & baptismo repurgatos compellebat Iudaismum sectari, qui ta-
men nihil virium habet vnde possit hominem sanctificare, iustificare & viuifi-
care, sed fides Christi sincera, Euāgelica & perfecta.

Caput secundum.

Dinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secun-
dum reuelationem, & contuli cum illis Euāgelium quod
prædico in Gentibus: seorsum autem iis qui videbantur ali-
quid esse, ne forte in vanum currerem aut cucurrissem. Sed neque Ti-
tus qui mecum erat, cùm esset Gentilis, compulsus est circuncidi, sed
propter subintroductos falsos fratres qui subintroierūt explorare liber-
tatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem re-
digeret: Quibus neque ad horam cessimus subiectioni, vt veritas Euā-
gelij permaneat apud vos. Ab iis autē qui videbantur esse aliquid, (qua-
les aliquando fuerint, nihil mea interest: Deus enim personam homi-
nis non accipit) mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contule-
runt: Sed cōtra cùm vidissent quod creditū est mihi Euāgeliū præpu-
tii, sicut & Petro circūcisionis, (qui enim operatus est Petro in Apo-
stolatum circūcisionis, operatus est & mihi inter Gentes) & cùm co-
gnouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes,
qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ so-
cietatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circūcisionē, tantum vt paupe-
rum memores essemus, quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.)

Quantū tēporis insumpserit Paulus maxima cū sui nominis cōmendatione in docē-
dis Ethnicis, quæ ad aſsequendā æternā salutē magnopere conducunt, quæve pluri-
mū faciunt ad extollendā Euāgelicā doctrinā gloriā, satis abūdē exordiū huiusc
capitis subindicit at vbi lōgē latēq; sementē Euāgelicā in Ethnicorū nationib⁹ spar-
fit, cōcelesti numine afflatus, iterū Hierosolymā ſeſe recepit, vt cū primoribus Apo-
stolis ſuum conferret Euāgelium, ne Paulum posterius ad Apostolatū vocatū ſibi
postpo-

postponerent, ſuaderéntque omnibus longè maiorem & gratiam & autoritatem in
Euāgelio negocio tractando ſibi ipſis quam Paulo collatam fuiffe. Cur autem eo
amplius contulerit ſuum Euāgelium cum illis qui non modica autoritate apud Iu-
dæos pollebant, reddit rationē, Ne, inquit, fruſtra in Euāgelico ſtadio currerē aut cu-
curriſſem, ſi Mosaīcam legē, quantū ad cāremonias cum Euāgelio admiscendam
eſſe cēferem. Solemus autem ea confeſſe quæ pari confilio concordib⁹ ſque animis *Quæ ſolem⁹*
nouimus eſſe probanda vel improbanda. Hac autem de cauſa adiunxit ſibi comites confeſſe.
Barnabam circuncifum & Titum incircuncifum, vt futuri eſſent teſtes eorum quæ
Paulus prædicasset. Nec palām contulit ſuum Euāgelium, quia multi Iudæi offen-
debantur arbitrantes Paulum docere defectionem à lege, ſed ſeorsum contulit cum
hiſ qui erant alicuius opinionis. Quod si Titus à primariis Apostolis non fuerit cō-
pulsus circuncidi, eō quod Gētilis erat & non Iudæus, nec voſ qui Gētilis eſtis de-
betis cōpelli vt circuncidamini, quod si circuncidamini, Christus nihil vobis prode-
rit, imo Oberit, quia nō à circūcione, ſed à fide Christi & baptismo ſalus noſtra pe-
tenda eſt. Irrepferant autē in noſtrum cōtum quidam falſo nomine Christiani, qui
volement vrgēdo ſuadere (quod tamē Christus voluit aboleri) & infidioſe ſeſe in-
ſinuauerant, vt noſtrā libertatem in Euāgelio ſitam explorarēt, hoc vnum agētes
vt nos in legis ſeruitutem redigeret, quibus tamē neque ad horulam ceſsimus, nec il-
lorū imposturis & vaſris ſuasionibus paruimus, nec voluimus illis acquiescēdo, cir-
cuncidere Titū, vt integritas & ſynceritas euāgelicæ veritatis in vobis (qui aliquan-
do claudicauit) perſiſteret. Alioqui ſi permifſemus Titū circuncidi, vobis daretur
occasio ab Euāgelij gratia recedēdi. Sed dicet quispiā, Si Apostoli permiferint cir-
cūcione, quare nunc Paulus appellaſſos fratres qui ſecundū Apostolorū ſen-
tentiam iubebant hoc fieri? Huic obiectioni respondebo. Ex eo vocat Paulus huius-
modi homines, falsos fratres, quia iubebāt circūcione fieri non ſolum in Iudeis,
verum etiā in Gētilibus: Apostoli autē duntaxat permittebant circūcione Iudeis,
eorum infirmitati obſecundātes. Si quidē tolerata eſt ad tempus Iudaica infirmitas,
etiam excusabilis. Adhāc, Apostoli id faciebant in Iudæa, vbi lex vigebat. Cāterum
falsi fratres nusquā hoc non faciebant. Nam & Galatas omnes attigerant: vnde di-
lucidum eſt, hoc non factum aedificationis gratia, ſed ad ſubuertendum totum Euā-
gelij negocium. Huius eſt ſententiæ Chrysostomus in explanatione huiusce capitis.
Subnēctit Paulus, Ab hiſ autem qui videbantur eſſe aliquid, quales aliquando ſue-
rint, nihil mea refert, *Deus enim personam hominis non accipit.*) Sensus eſt, licet Petrus,
Ioannes & Iacobus fuerint familiares Christi Apostoli, eūmque viderint in monte
transfiguratū, & in eorū conspectu excitauerit Dominus à morte filiam archyfina-
gogi, intellecterintque plerunque abditissima Dei mysteria, & ſuper illorum fidem
incōcussam aedificata ſit ecclesia, mihi tamē nihil refert, quia nō aduersus eos loquor
& decerto, ſed aduersus pſeudapostolos, qui legem Euāgelio, & ſeruitutem liber-
tati præferunt, nec meis antecēſſoribus ſuam inuideo gloriam, ſed hoc vnum affir-
mare poſſum, quod Deus personam hominis non accipit: audeo & citra vllam ia-
ſtantiam dicere, me parem cum illis Euāgelij gratiam recepiſſe, ne minus autorita-
tis mihi quā illis tribuatur. Et qui plurimi ſiebant, nihil mihi contulerunt, nec
me quicquam docuerunt, ſed quæ à me dicta ſunt, comprobantes, datis nobis dext-
ris & cum Barnaba ſœdus ad ſocietatem inierunt, vt nos in Gentes, ipsi verò in
circūcione abirent. Adhāc, vnum ſuum cum meo Euāgelium ſtabilierunt
& firmarunt. Quod autem in tractando Euāgelij negocio non ſit minor gra-
tia Paulo collata quām ipſi Petro, afferit hic locus, *Qui operatus eſt Petro in Apostola-
tum circūcione, operatus eſt & mihi inter Gentes.* hoc autem discriminis putemus eſſe
inter meum & Petri Euāgelium (licet ad vnum finem tendant) quod mihi creditū
eſt Euāgelium præputij, Petro verò circūcione. Vocat ſuum Euāgelium, Euā-
gelium præputij, quod illos docuerit & lucrifecerit qui ex Gentibus in Christū cre-
diderant, aut erant credituri. Petro autem destinatum erat Euāgelium circūcione
A. ii.

nis, non quod rursus doceret circumcisionem vim aliquam habere, & ad Iudaismum recidendum esse, sed quod eos qui sibi ex Iudeis crediti fuerant, lucrifaceret, & in Christi fide & Evangelio custodiret. Conabantur itaque pro viribus Petrus & Paulus & Iudeos & Graecos ad Christum accersere. Hic autem locus, *Tantum ut pauperum memores effemus, quod etiam solicitus fuī hoc ipsum facere,*) planè docet Paulum & Barnabā summa cum cura & diligentia procurasse ut vitæ subsidia conferrentur sanctis pauperibus, qui Hierosolymis diuersabantur, quique stabili fide etiam coram persecutoribus nomen Christi profitebantur.

„ Cūm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quām venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat. cūm autem venissent, substrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudei, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cūm vidissim quod non recte ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cūm Iudeus sis, gentiliter viuis, & non Iudeicē, quomodo Gentes cogis Iudaizare?) Ardor fidei & zelus protegenda veritatis Euangelicæ, compulit Paulum ut reprehenderet Petrum, etiam summum Apostolorum principem. Quid autem cause fuerit huiusc obiurgationis, non quidem imperiosæ neque superciliosæ, sed moderatae, hic cōtextus subindicat, *Cūm autem venisset Cephas Antiochiam*, vbi erant multi Gentiles ad fidē conuersi, in faciem ei restiti, hoc est, publice ei obstiti, quia reprehensibilis erat. Græci legunt καὶ πρόσωπον ἀνθρώπου, id est, iuxta facie illi restiti, aut in facie, nō in facie, hoc est, in conspectu omnium: Nā in faciem erat contumeliosus. Verū dicet quispiam, Non est inferioris reprehendere suum superiorem: & cūm Paulus erat Petro inferior, non debuit eum reprehendere. Respondebo Paulum fuisse Petro inferiorē

Quomodo autoritate regiminis, eō quod Petrus erat princeps Apostolorum, tamen Apostolus erat lica dignitate & Euangelici munieris functione Paulus (ut iā diximus) erat par Petrus, at tro. Possunt etiam subditi zelo fidei & charitatis Prelatos corrigere, vbi præfertim tamē eo in crimen est publicum, & vergit in perniciem & periculum omnium, quale erat Petri peccatum: Nam eius simulatio nocebat tam Gentilibus quām Iudeis, qui eius exemplo arbitrabantur Iudaismum esse aliquid, erat & ædificationi cōtraria. Idcirco hoc facto peccabat Petrus. Obiicit quispiam, Absurdum est post acceptum cœlestem spiritum impingere Petro peruersam simulationem: sed huiusmodi simulatio facta est postquam Petrus fuit spiritus sancto repletus & afflatus. igitur non erat peruersa, nec Petrus hoc facto peccabat. Argumenti dilutio, Simulatio illa erat mala & peruersa, quia in periculum multitudinis credentium in Christum vergebat. & licet Petrus postquam fuit spiritus sancto repletus, non peccauerit mortaliter, peccauit tamē venialiter, ex fragilitate humana & indiscretione, nimium obsecundans Iudeicę infirmitati ad vitandum eorum scandalum. Reddit autem rationem Paulus cur Petrus erat reprehēdēdus. Priusquam (inquit) venirent quidam à Iacobo Hierosolymitanæ ecclesiæ Episcopo, cum Gentibus edebat, promiscuisque Gentilium cibis absque ullo discrimine vescebatur, & hoc instinctu spiritus sancti faciebat, qui ei disserat, Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris. Cūm autem venissent illi fratres Iudei, subducebat se à Gentilibus conuersis, timens eos qui erant ex circumcisione, hoc est, Iudeos, reformidans ne scandalizarentur. Nam vt Iudeus attemperabat se Iudeis, simulans se cum infirmis idem sentire, verū inordinate & indiscretē id timebat, quia veritas nunquam deferenda est propter timorem scandali. Et simulationi Petri consenserunt cæteri Iudei qui erant Antiochiæ discernentes cibos, & substrahentes se à Gentibus, cūm tamen ante huiusmodi simulationem id agerent. Adhēsit & huic simulationi Barnabas, comes Pauli, &

Act. ro.

doctor

doctor Gentium, séque exemplo Petri (cuius autoritas erat non modica) à Gentilibus substraxit, licet prius contrarium fecerit & docuerit. Sed cūm vidissim quod non recte ambularent ad veritatem Euangelij, sed hac periculosa simulatione vacillarent & claudicarent, dixi Cephæ, hoc est, Petro, etiam coram omnibus, Si tu cūm Iudeus sis gentiliter viuis, & non seruas modò Iudeorum ritum, quantum ad delectum ciborum, cur cogis tuæ conuersationis exemplo Gentes Iudaizare? Nam cūm te ab eorum conuictu & confortio propter tuos fratres subducis, in eorum animos errorem, falsamque opinionem inducis, quod scilicet legalia sint obseruanda, & quod in eis sit spes salutis defigenda. Si enim cogerentur Gentiles veteris legis umbras & cérémonias obseruare, periret Euangelij veritas. Denique ex eo à via errabunt, nec recte ambulabunt, quia veritas debet potissimum publicè prædicari, vbi imminent periculum: nec contrarium debet fieri etiam propter scandalum aliquorum. Adde quod suscepit Christi fide, susceptoque Christi baptismate Iudaismus nihil est, & propterea Petrus vtens hac simulatione non recte ambulabat ad veritatem Euangelij. Nec puto accedendum esse sententiæ Hieronymi afferentis Paulum non verè reprehendisse Petrum, sed simulatoriè. Lubenter à Hieronymo sciscitarer nimium fauenti partibus Petri, si nam Paulus mentiebatur dicendo, in faciem ei restiti, aut non. Rursum si nam illa verba erant fictitia & simulatoria. Non recte ambulabunt ad veritatem Euangelij, quod si non mentiebatur Paulus, igitur verè reprehendebat Petrum, nec verba illa erant fictitia & simulatoria. Non recte ambulabunt ad veritatem Euangelij. Dicamus igitur cum Augustino (cuius sententiam communis ecclesiæ vsus sectatur) Paulum verè reprehēdisse Petrum. Etenim Petrus scandalizabat Gētiles ad fidem conuersos se substrahendo ab eis propter Iudeos, quasi non satis essent mundi, & fide Christi baptismōque repurgati, nisi antiquæ legis cérémonias cum Euangelio commiscerent. Et cūm in Christo non sit maiusculus neq; foemina, neque Iudeus neque Græcus, neque liber neque seruus, sed in Christo omnes vnum sumus, cur Petrus fastidito Gētium conuictu, Iudeis adhērebat? Augustinus in Epistola ad Hieronymum dicit, Paulus non ideo Petrum commendauit quod paternas traditiones obseruaret, quod si facere vellet, nec mendaciter nec incongruè faceret, quanvis enim iam superflua, tamen solita non nocerent, sed quoniam Gentes cogebat Iudaizare, quod nullo modo posset, nisi ea sic ageret, tanquam adhuc etiam post Domini aduentum necessaria saluti forent, quod vehementer per Apostolatum Pauli veritas dissuasit. Nec Apostolus Petrus hoc ignorabat, sed id faciebat, timens eos qui ex circumcisione erant. Itaque & ipse verè correctus est, & Paulus vera narravit, ne sancta scriptura quæ ad fidem posteris edita est, admissa autoritate mendacij, tota dubia nutet & fluctuet. Nec propterea Paulus illa sacramenta celebrauit, quia simulauit se Iudeum, vt illos lucrifaceret, alioqui cur nō etiam sacrificauit cum Gentibus, quia & iis qui sine lege erant, tanquam sine lege factus est, vt eos quoque lucrifaceret, nisi quia & illud fecit, vt natura Iudeus. Et hoc totum dixit, non vt fallaciter se fingeret esse quod non erat, sed vt misericorditer eis ita subueniendum esse sentiret, ac si ipse in eodem errore laboraret, non scilicet mentientis astu, sed compatientis affectu. Et illa vetera sacramenta permittenda erat paululū eis, maximè qui ex illo populo cui data sunt, venerant, postea verò tanquam cum honore sepulta sunt à Christianis omnibus irreparabiliter deserenda. Hæc ille. Ex hac docta Augustini sententia nobis compertum est cérémonias Iudeorum non statim post passionem Christi fuisse mortiferas & perniciose, non enim peccabant qui eas ad tempus obseruabant: Licet in illis non esset collocanda spes salutis, alioqui peccassent mortaliter qui putassent eas esse necessariò obseruandas, quasi ab eis esset salus & iustificatio desumēda. Hieronym⁹ tamē in hac cōcertatione omnino ab Augustini sententia dissidens, asseruit in epistola ad Augustinum cérémonias Iudeorū post passionē dominis semper fuisse perniciose & mortiferas Christianis, & quicunque eas obseruauerit siue ex Iudeis siue ex Gentibus, eum in bar-

A. iij.

Cap.2: COMMENTARII IO. ARBOREI

thrum Diaboli deuolutum:nec putat Paulum aut Petrum huiusmodi c̄eremonias obseruasse , sed simulasse se obseruare ad vitandum Iudæorum scandalum . sed ab hac opinione,Scolasticorum doctorum palestra discedit . Verùm post sufficientem Euangelij promulgationem,c̄eremonia Iudæorum erant mortiferæ & perniciofæ. De hac re abundè scripsimus Tomo primo nostræ Theosophiæ , capite 20.libri 3. Verùm dicet quispiam,Nónne Paulus erat similiter arguendus atque Petrus , cùm circuncidit Timotheum,cùm se septem diebus purificauit,cùm totondit sibi in Cen chreis caput , comámque ex voto nutriuit , & cùm pro eo secundum legem hostiæ fuerunt immolatae,ne scandalizarentur qui ex Iudæis crediderant. Quòd si sciebat circuncisionem Timothei nihil esse,pariter purificationis illius,& hostiarum oblationis obseruantias nihil esse,&tamen id faciebat,proculdubio simulabat:igitur erat arguendus vt Petrus.Qui hoc diluunt argumentum,adnotant simulationem,vt simulationem,non esse quid malum: sed esse indifferens & ad bonum & ad malum. Nam si saluat,si ædificat,si affectum inflamat , vt simulatio Christi quando finxit se longius ire,amplius discipulos imflammabat,vt eius præsentiam requirent,bona est.Si verò destruat,aut charitatem tollat aut ædificationi aduersa sit,mala est , & reprehensibilis. Fatentur & illi Paulum in obseruantis Iudaicis simulasse , cùm & eas nihil esse sciret,sed tunc cùm nihil exemplo noceret,sed simulatione prodeisset. Cùm autem venit Lystram, circuncidit Timotheum, quem viæ comitem assumere statuerat,timens ne officeret fidei Iudæorum per quos erat transiturus, si circunduceret incircuncisum.Insuper tumultus & seditiones sedabat,qui hac de causa in eum moueri potuissent. Adde quòd ex eo circuncidit Timotheum quia missurus erat eum ad docendum Iudæos , & id faciebat quo doctor esset acceptior apud audidores:eo tamen animo (vt vult Chrysostomus) circuncidit Timotheum,vt abrogaret circuncisionem. Quòd si id nouissent Iudei,nec audissent omnino Timotheum cōcionantem.Nec peccauit Paulus cùm Hierosolymis Iudaicas purificationes simulauit:proderant enim,Saluabant & charitatem, nec suscipienda fidei Christi officiebant:non igitur in huiusmodi simulationibus arguendus est.Petri autem simulatio erat mala,quia nocebat,& gentilibus recenter ad fidem vocatis offendiculū parabat.

„ Nos natura Iudæi,& non ex Gentibus peccatores . Scientes autem „ quòd non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Chri „ sti : & nos in Christo Iesu credidimus , vt iustificemur ex fide Chri „ sti , & non ex operibus legis : propter quod ex operibus legis non iu „ stificabitur omnis caro . Quòd si quærentes iustificari in Christo , in „ uenti sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? „ Absit.Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico,præuaricatorem me „ constituo.Ego enim per legem,legi mortuus sum,vt Deo viuā,Christo „ confixus sum cruci.Viuo autē iam non ego,viuit verò in me Christus. „ Quòd autē nūc viuo in carne,in fide viuo filii Dei,qui dilexit me,& tra „ didit semetipsū pro me.Nō abiicio gratiā Dei,Si enim per legē iustitia, „ ergo gratis Christus mortuus est.)Ego & tu Petre,origine Iudei sumus, & nō profelyti,Mosaicāmq; legē,& quæ in ea prescripta sunt,obseruauim⁹.Nec spurcissi „ mos gētiliū mores imitamur,qui ob id peccatores cēsentur,quòd in omne scel⁹ per „ Carnalia le petrandū & præsertim idolatriæ proclives sint.Et ne veterē legē ita extollamus,vt „ gis opera ne eā velimus cū noua cōferre,nobis suadeam⁹ oportet neminē ex carnalib⁹ legis ope „ minem pote rib⁹ posse saluari,sed ex fide Christi.Etenim quòd lex præstare nō potuit,fides ī Chri „ rat saluare sto sita præstitit.Quòd si lex antiqua nō cōfert iustitiā,nūc ociosa est,inanis & vana circūcisio. Et quia in Christo Iesu credimus,ex fide Christi & nō ex operibus legis & c̄eremoniis iustificabimur. At obiiciet quispiā,Saneti & Patriarche & Prophetæ fuerunt

IN EPISTOLAM PAVLI AD GALATAS. 142

fuerunt iustificati,& nō ex fide Christi,quia fuerunt longo tempore ante aduentū Christi,igitur iustificatur aliquis sine fide Christi. Dicam Patriarchas & Prophetas ex fide Christi fuisse iustificatos,licet fuerint ante aduentum Christi. Siquidē Abraham exultauit vt videret diem Christi , vidit & gauifus est . Moses quoque maiores diutias æstimauit thesauro Ägyptiorum,improperium Christi. aspiciebat enim in remunerationem. Vedit & Esaias gloriam Christi : quare fides Christi explicitè vel implicitè fuit semper ad salutem necessaria.de qua dicit Paulus,Sine fide impossibile est placere Deo:Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est , & inquietibus se remunerator sit . Et qui typo quodam ex circuncisione iustificabantur, non solo circucisionis sacramento iustificabātur,sed fide Christi formalī vel virtuali,adiuncta circuncisioni. Quare hallucinantur qui putant se iustitiam assequuturos duntaxat ex operibus legis.Hic autem contextus, *Quòd si quærentes iustificari in Christo,inuenti sumus & ipsi peccatores,nunquid Christus peccati minister est? Absit,etc.* hanc habet intelligentiam,Si à Gentibus recedendo hoc agimus,vt quicunque non sit circūcisus,immundus sit,ergo fides in Christum,in qua nos putabamus ante saluari,magis peccati est ministra quā iustitiæ,quæ aufert circuncisionē,quam qui non haberit,immundus est.Sed absit,vt quod semel destruxi,& sciuī mihi non profuisse,rursum vendicem.Semel à lege discedens,legi sum mortuus, vt in Christo viuerem,crucique eius affixus,& in nouum renatus hominem,fide magis quā carne subsisterem, & cum Christo egrederer è mundo . Quod semel adorsus sum,teneo. Non mihi gratis Christus mortuus est,in quo frustra credidi,si putauī absque fide eius in veteri lege saluari.Hæc Hieronymus.Dic & aliter, Si oporteret legem quantum ad carnalia opera obseruari,hæc absurditas contingere,quòd scilicet Christus esset autor & minister peccati,quod est hæreticum:hoc tamen sic suadeo, Si oporteret legem per omnia obseruari,igitur qui non obseruant sunt transgressores. huius autē transgressionis Christus erit autor : eò quòd vult eām à nobis non per omnia obseruari, si eius fide optemus iustificari . His autem verbis, *Per legem,legi mortuus sum*,vult innuere Paulus se per legem euangelicam (quæ spiritalis est) Mosaicæ legi mortuum esse.Et ex eo illi legi moritur,quia viuebat ei antequam moreretur.Nam prius obseruauerat sabbata,circuncisionem, neomenias, dies festos & quicquid erat Iudaismi.Et quia per legem euangelicam neminem non iustificantem, pristinæ legi mortuus est,Deo viuit & in Deo per charitatem manet.Est & ille Christo confixus cruci,siue crucifixus Christo,qui spiritu facta carnis mortificauit , veterēmque hominem vitæ sanctimonia exuit , & configuratus morti Christi,tropheum suæ mortificationis in ligno dominicæ passionis affigit. Declarauit & Paulus in epistola ad Roma.6.

Argumentum tertij capituli.

PAULUS acerbè taxat Galatas velut dementes, & sua leuitate, sùaque stultitia sensibus excæcatos, quòd facile permiserint se mortifera persuasione à pseudopostolis contaminari, nec euangelicæ veritati (quam tamen prius receperant) mordicus adhaerent. Reuincit & illos valido quidem argumento, quòd cùm ex auditu fidei euangelicum spiritum neminem non iustificantem & viuificantem accepterint, ad legalia recidere velint, putentque antiquæ legis ceremonias cum Euāgelio necessario coniungendas esse. Nititur & Galatas ad sublimiora fidei sacramenta exemplo Abrahæ euhere, qui integritate & puritate fidei iustificatus est, & non ex carnalibus legis operibus. Promissa est & illi cœlestis palati hæreditas, non quidem à lege, sed à fide Iesu Christi, qui sua cruce maledictionem omnē & virtutem peccati abstulit. Denique cùm fides vim suam fusus exeruit, pedagogicam legis ferulam & intolerabilem seruitutē submouit, ut qui baptismō Christi loti sunt, & in Christianorum numerum asciscuntur, incorruptibili Abrahæ semine immortalitatem, eternāmque hæreditatem asequantur.

Caput tertium.

„ Insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati, „ ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cū spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Tanta pax estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est, Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, iij sunt filii Abrahæ. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus, prænunciauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes gentes. igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quod autem in legge nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea homo, viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.) Paulus in exordio huiusc capitis acriter reprehedit Galatas, eosque insanæ stultitiae arguit, quòd permiserint se facile pseudopostolorum fascino, incantatione & contagiosa peste infici, ne euangelicæ doctrinæ (quam prius votis omnibus receperant) obedirent, sibiisque persuaderet Mosaïcam legem tantum roboris & momenti ad asequandam salutem æternam habere, quantum habet & ipsum Euangelium. Verum priusquam hunc perniciosum errorem refellamus, nimè

nimè nos pigebit adnotare quid hoc sibi velit, Ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est. Arbitrantur nonnulli Paulum voluisse innuere Galatas adeò demētatos fuisse, vt id quod manifestissimum esset & oculis expositum, tamen non cernerent obcæcati, aut adeò nihil videre vt crederent Christum procriptione periisse, & vulgari more crucifixum esse. Theophylactus legit hoc loco, Erat & Christus ante oculos Galatarum præscriptus siue depictus: nam certius crediderunt Christū morte sua liberasse genus humanum, quam qui coram conspexerant illum sublatum in crucem. Et ob hoc ipsum magis indignatur Paulus illos relabi in Iudaismū, veluti descendentes à Christo. Partim laudantur Galatæ & partim vituperantur. Laudantur quòd tanta cum certitudine quæ de Christo sunt dicta, excepientur. Vituperantur verò quòd ab eo quem nudum per fidem viderunt ligno suffixum & mortuum deficiētes, ad legem profugerint. Detulit & Paulus crucem in medium, vt hæc attendant & sectentur fideles, non legem. Eundem locum edisserens Augustinus Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, crucifixus, dicit, hoc est, quibus videntibus Christus Iesus hæreditatem suam possessionemque suam amisit, his utique auferentibus eam, dominumque inde expellentibus, qui ex gratia fidei per quā Christus possidet Gentes, ad legis opera eos qui crediderant reuocabant, Christo auferendo possessionem suam, id est, eos quibus iure gratiæ fidei que inhabitabat, quod in ipsis Galatis accidisse vult videri Apostolus: Nam ad hoc pertinet quod ait, Ante quorum oculos. Quid enim tam ante oculos eorum contigit, quam quod in ipsis contigit? Cùm autem dixisset Iesus Christus proscriptus est, addidit, crucifixus, vt hinc eos maximè moueret, cùm considerarent quo precio emerit possessionem quā in eis amitterebat, vt parum esset gratis eum mortuum. quod superius dixerat, Illud enim ita sonat tanquam non peruererit ad possessionem pro qua sanguinem dedit. Proscriptio autem quæ tenebatur, aufertur. Sed hæc proscriptio nō obest Christo, qui etiam per diuinitatem dominus est omnium, sed ipsi possessioni, quæ eius gratiæ cultura caret. Hactenus Augustinus. Arbitratur Ambrosius Christum vide ri stultorum oculis proscriptum, quòd illis videatur esse expoliatus vel condemnatus, prudentium verò oculis & sensibus non solum non condemnatus, sed ipse mortem cruce sua damnasse videtur: passio enim domini, vita nostra est, & destructio mortis. Sed quia hi indignè cœperant sentire translati ad legem, idcirco mentibus eorum Christum condemnatum videri conqueritur. Ideo subiecit In vobis crucifixus est, hoc est, sensu vestro crucifixus est quasi homo: In quo enim spes plena non est, homo est. Ideo hi non putabant plenam salutem esse in Christo, quia legem illi æquabant. Hæc ille. Hieronymus dicit Christum rectè nobis proscriptum esse, de cuius patibulo & passione, alapis & flagellis, omnis Prophetarum prædictis chorusrus, vt crucem ipsius non de Euāgelio tantum in quo crucifixus refertur, sed multo antequam descendere dignaretur ad terras. & hominem qui est crucifixus, afflumeret, noverimus. Nec parua laus Galatarum est, quòd ita crediderint in crucifixū, vt antè fuerat eis proscriptus, quo scilicet lectitantes Prophetas, & omnia veteris legis sacramenta noscentes, via & ordine venerint ad credendum. Hæc Hieronymus. Nunc Paulus refellit Galatas, quòd legem Euāgelio æquauerint. Hoc, inquit, solum à vobis volo discere, Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei. Lubenter à vobis sciscitabor si nam spiritum sanctificantem, iustificantem & viuificantem ex carnalibus legis operibus acceperitis, an ex auditu fidei. Verum dicere non poteritis vos huiusmodi spiritum (qui est spiritus sanctus) ex carnalibus legis operibus accepisse, quādoquidem lex neminem potuit iustificare & viuificare, alioquin frustra Christus mortem pro nostra salute oppetisset. igitur ex auditu fidei, siue ex fide quæ ab auditu dimanat, spiritum accepistis, quem vobis Christus autor Euāgeliū aliquando largitus est. Erratis igitur toto coelo coequantes legem cū Euāgeliū. Intelligamus spiritum sanctum Petro prædicante euāgelicam veritatem aliquando cecidisse in Gentiles, quòd in Christum credidissent, quod tamen lex Mosaica nequaquam præstare

potuit, & aperte confutando insanum errorem Galatarum, adiecit, *Sic stulti es tu, vt cùm afflato spiritus sancti cœperitis iustificari, nunc carne consummati, hoc est, optetis carnalibus legis obseruantius perfici.* Nónne & propter fidem Iesu Christi multa conuicia & opprobria à Iudæis & infidelibus perpepsi estis? attamen sine causa, si à gratia Christi recedendo cupiatis in Iudaismum relabi. Acrius vos pulsabo, Ego aliquando vobis tribui (ministerialiter quidem) spiritum sanctum, qui operatur in vobis virtutes & insignia prodigia, & certissimum est me nequaquam vobis dedisse spiritum sanctum ex operibus legis. igitur ex auditu fidei. Intelligamus Galatas accepto post fidem spiritus sancto, habuisse potestatem prophetandi & curandi varia morborum genera. Nobis quoque persuadeamus Apostolos dignis administrasse spiritum sanctum. Etenim cùm ad fidem conuersis admouebant manus, dabatur spiritus sanctus. Quod autem fides iustificet hominem illo scripturæ testimonio planè

Gene.15. demonstrat, Credidit Abraham Deo, quod eius semen multiplicaretur sicut stellæ

Rom.4. coeli & arenæ maris, & ob id deputatum est illi ad iustitiam: nec tamen sola fides eū Hac de fide iustificauit, sed opus fidem consummans, illa scilicet integra & spontanea obedientia, qua voluit iussu domini suum filium Isaac immolare. Itaque iustificationis exordium à fide proficisciatur, sed consummatio à bono opere. Fusius hæc tractauimus

Abrahæ obserua. in epistolam Pauli ad Romanos. Quod autem Gétiles id de omnipotentia Dei credentes, quod & ipse Abraham credidit, essent fide iustificandi, affirmat subsequens hæc lectio, *Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus, prenuntiavit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes Gentes.* Nec Gentiles erant habituri hanc cœlestē benedictionē, nisi syncera fide credidissent quod Abrahæ credidit. & propterea pulchre concludit Paulus: igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidi Abraham. sunt & filii Abrahæ, (& si non carne, attamē spiritu) qui hoc fidei dono illustrati sunt. Asseuerat & Paulus omnes Gentiles ad fidem accersitos, ab imitatione fidei esse filios Abrahæ. Quod si sint filii Abrahæ, & cum fidi Abraham benedicentur. Quod autem opera legis non poterant præstare benedictionem quam tamen fides euangelica præstabat, demonstrat Paulus dicens, *Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.* non quod velit innuere illos qui Mosaïcam legem obseruarunt, male-

ditionem incurrere. quandoquidem lex sancta est & bona, quam Christus non soluit sed adimpleuit, sed quod maledictione digni sunt qui Mosaïcae legis operibus & præsertim cœrimonialibus confidunt, in ipsiusque suæ salutis spem collocant. & licet moralia opera commendationem non vulgarem promereantur, non tamen iustificabant, licet essent indicia & executiones iustitiae, sed habitus fidei infusus, charitate adornatus. & qui Mosaïcam legem træsgrediebatur, maledictionem incurrebat: etenim scriptum est, *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec Deut.27. eos opere perficit.* ex opposito tamen quis videretur iuste concludere illum esse benedictum qui permanet in sermonibus legis, eosque opere perficit. si loquamus de aliquantula benedictionis ratione, aut benedictionis approbatione, concedam conclusionem, non tamen loquendo de nativa & germana vi ipsius benedictionis quæ syncera & perfectæ fidei innititur. Hallucinabatur Pontifices & Pharisæi, impinges tes maledictionem suis famulis (qui non ad se adduxerant Christum vincitum) cùm dicebāt, Turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. non enim deuouendi erat qui non nouerant legem, sed qui sermones legis non opere perficiebant, & propter ea principes sacerdotum & Pharisæi inuida rabie in Christum perciti, non obseruantes illud præceptum, Insontem nō occides, digni erant maledictione. Redit & Paulus ad pristinam disputationem, docens in lege Mosaïca neminem iustificari apud Deum. Manifestum est, inquit, quia iustus ex fide viuit, hoc est, habitu fidei infuso & amore formato. Nec Abraham primò ex operibus Mosaïcae legis iustificatus est, sed ex auditu fidei, vñā cum obseruatione legis naturalis. Sit itaque hoc iustum ratiocinium, iustus ex fide viuit, (intelligendo de fide quæ per charitatem operatur) sed lex non est ex fide: igitur lex neminem iustificat, & quidem apud Deum. & licet lex quæ

fidei

In quo constat nativa & germana benedictio.

Ioan.7. Aliquantula benedictionis ratione, aut benedictionis approbatione, concedam conclusionem, non tamen loquendo de nativa & germana vi ipsius benedictionis quæ syncera & perfectæ fidei innititur. Hallucinabatur Pontifices & Pharisæi, impinges tes maledictionem suis famulis (qui non ad se adduxerant Christum vincitum) cùm dicebāt, Turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. non enim deuouendi erat qui non nouerant legem, sed qui sermones legis non opere perficiebant, & propter ea principes sacerdotum & Pharisæi inuida rabie in Christum perciti, non obseruantes illud præceptum, Insontem nō occides, digni erant maledictione. Redit & Paulus ad pristinam disputationem, docens in lege Mosaïca neminem iustificari apud Deum. Manifestum est, inquit, quia iustus ex fide viuit, hoc est, habitu fidei infuso & amore formato. Nec Abraham primò ex operibus Mosaïcae legis iustificatus est, sed ex auditu fidei, vñā cum obseruatione legis naturalis. Sit itaque hoc iustum ratiocinium, iustus ex fide viuit, (intelligendo de fide quæ per charitatem operatur) sed lex non est ex fide: igitur lex neminem iustificat, & quidem apud Deum. & licet lex quæ

Abac.2. fidei

fidei sunt, præciperet, sicut scriptum est, Audi Israel, dominus Deus tuus, unus est, Deut.6. non tamen lex in præceptis cœrimonialibus consistens, erat ex fide. qui tamen obseruabat quæ sunt legis, viuebat vita quidem temporanea, quandoquidem scriptum est, Si audieritis me, bona terra comedetis. Censebatur & is iustus apud homines Esa.1. qui sancta legis obseruabat, non tamen apud Deum, nisi habitu fidei infuso sufficeretur. Extollamus & miris encomiis vna cum gratiarum actione dominum nostrum Iesum Christum, quod sua salutifera cruce nos de maledicto legis, & quantum ad culpam & poenam redemerit, sitque factus ultra hostia maledictionis pro nostris peccatis abstergendis. Huic autem loco adglutinatur scriptura illa, *Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.* Quod autem Christus factus fit pro nostra redemptione & libertate maledictum, illo Deuteronomij testimonio comprobat Paulus, *Maledictus omnis à Deo qui pendet in ligno.* Verum hunc locum bifariam possumus interpretari. Primo, maledictus fit ille qui pro sua culpa pendet in ligno. & licet Christus non pependerit in ligno crucis pro sua culpa, eo quod erat prorsus ab omni peccato immunis, tam secundum falsam cœcorum Iudæorum estimationem, pro sua culpa affixus est cruci, nam illi dicebant Caiphæ, Reus est mortis, & acclamando inuidis vocibus dicebāt Matt.26. Pilato, Tolle, tolle, crucifige eum. & propterea ut illis videbatur, dignus erat qui Ioan.19. ob id maledictionem incurreret. Secundo, maledictus fit ille qui patibuli poenam etiā ignominiosam tolerat, & hoc modo Christus fuit à Deo maledictus, siue à Deo ordinatus ut fieret sacrificium maledictionis, ut hac poena à lege mortis & seruitute peccati liberaremur. Et hoc probroso maledictionis genere, Gentiles ad fidem Christi adducti, perpetuam benedictionem vna cum fidei Abraham assequuti sunt, ut omnes pollicitationem spiritus per viam fidem accipiāt. Datur autem à spiritus sancto pollicitatio vitæ æternæ in pignore, ad maiorem rei certitudinem. Vnde ad Ephe.6. sios dicit Paulus, Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius.

Fratres (secundum hominem dico) tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno. Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a Deo. Quæ post quadragesima & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex legge hereditas iam non ex promissione. Abrahæ autem per re promissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est, Deus autem unus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset vivificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.)

Cum dicit Apostolus, Fratres, secundum hominem dico, attemperat suum sermonem Galatis, ut simplicioribus & crassioribus, qui ob teneritudinem stomachi, non sunt alendi solidi cibo, sed lacte. Differendo autem de testamento humano & divino, à minori ad maius ratiocinatur. Si enim testamentum humanum (quod utique minus validum est quam diuinum) nemo spernat aut superordinet, nec diuinum aspernabitur aut superordinabit. Et cum testator mutat testamentum, non confir-

Cap.3. COMMENTARII IO. ARBOREI

- matum mutat: testatoris enim morte confirmatur. Et quod mors testatoris valet ad confirmandum testamentum eius, quia consilium mutare iam non potest, hoc inco mutabilitas promissionis Dei valet ad confirmandum hereditatem Abrahæ, cuius fides deputata est ad iustitiam. Aut facili modo excipe argumentum. Si homo condit testamentum, num quis audet superueniens inuertere aut adiicere quippiam? Nā hoc est quod ait, aut superordinat, Magis igitur hoc non est faciendum in Deo. Ad nullum autem aliorum hominum, præterquam Abraham, Deus condidit testamē
- Gene.12. Gene.22. Rom.9. Exo.12. Gene.12. Gene.15. 1.Timo.1. Hieronym⁹ Act.7. Mala.2. 1.Tim.2.
- Nam illi dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes, hoc est, in Christo benedicentur omnes gentes, puram & sincerā Abrahæ fidem sectantes. Nec hoc de Iudeis potissimum dictum putes: Non enim rationi consentaneum erat ut qui ob transgressionem execrationi erant obnoxij, hi ceteris essent autores benedictionis. Nullus enim execratus alij dat benedictionem cuius ipse est expers. & hac viua & euangelica fide iustificati sunt Gentiles, quod haud dubiè alibi demonstrat Paulus dicens, Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Erant & in semine Abrahæ benedicendæ omnes Gentes, hoc est, vniuersæ nationes. Quòd si per semen Abrahæ dimanarint benedictiones in Gentes, quomodo lex quæ post quadringentos & triginta annos facta est, poterit eas subuertere? Si enim hominis testamentum nullus irritum faciat, Dei testamentum post quadringentos triginta annos irritum faciet? Quòd lex Mosaïca fit data post quadringentos triginta annos, illi scripturæ cohæret, Habitatio filiorum Israel qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Hoc sancè intelligas faciendo supputationem annorū à prima promissione facta ipsi Abrahæ, usque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, quando data est lex. alioqui scriptura illa cum ista pugnaret, Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra nō sua, & subiicit eos seruituti & affligit quadringentis annis. Quòd si lex (alioqui sancta, bona & iusta) eam vim haberet ut æternæ hereditatis fructum nobis pareret, non igitur esset ex pollicitationibus Abrahæ factis. at Deus æternam hereditatem stabi pollicitatione donauit Abrahæ: non igitur hereditas illa æternæ vitæ à lege profecta est. Cuius autem rei gratia condita fit lex, subnectit Paulus dicens, Lex propter transgressionem posita est, & hoc pulchre illi loco cohæret, Lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & cötaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum cōcubitoribus, plagiariis, mendacibus & periuris. Fuit autem necessarium legem fide posteriorem ob transgressiones addere, ne Iudaicus populus duræ admodū ceruicis in extremam malitiam prolaberetur. Itaq; lex Iudeis proteruis & rebellibus fræni vice imposta est, prohibens transgredi diuina sancita, & transgressiones prohibitura post offendit fam in eremo populi, post adoratum vitulum & murmur in dominū, successit. Sed quoisque fuerit addita, subtexuit Apostolus dicens, Donec veniret semen, scilicet Christus, cui repromissio facta fuerat. Et hæc Mosaïca lex usque ad adventū Christi data, disposita est per manus angelorū in manu mediatoris. Nomine autem angelorū hoc loco intellige sacerdotes, aut ipsos etiā angelos qui subministrarū ferendæ legi. Si quidem legimus in Actis Apostolorū, Accepistis legem in dispositione angelorū, & non custodistis. Potest & Paulus hoc loco appellare angelos, Dei internuncios, Moysen scilicet & Aaron. unde dicit Malachias, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia est angelus domini exercitum. Mediato rem autē hīc appellat Christum, q; is ante legem fuerit, ipséq; legem dederit. Quod autem adiicit Paulus, Mediator vnius non est, Deus autem unus est, non mediocrem scrupulum mouet. Si mediator vnius non sit, sed duorum quorumpiam, Deus autem unus sit: igitur Christus quatenus Deus, non est mediator. Respondebo te debere fateri conclusionem, sed Christus quatenus insigniter Christus, sustentans scilicet naturam diuinā cum humana, est mediator. quod adfirmat illud Pauli, Vnus Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Et ob id mediator est,
- quia

IN EPISTOLAM PAVLI AD GALATAS.

145

quia hominem in multa flagitia collapsum, sua gratia, suoque sanguine Deo reconciliauit, & inter Deum & hominem intercessit. Et qui est mediator Dei & hominis, est & Deus & homo. nam si esset purus homo, aut duntaxat Deus, non esset mediator. Est & Christus mediator vtriusque populi, Iudaici scilicet & Gentilis: Nam ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Deinde Paulus hoc modo subagitat argumentum, Si in semine Abrahæ repromissiones datae sunt, lex autem inducit maledictionem, est vtique lex aduersus promissa Dei. Diluendo autem argumentum, primū negat legē diuinis pollicitationibus aduersari: Deinde probat quā imbecilla & infirma fuerit lex. Si data, inquit, esset lex, quæ posset viuificare, siue dare spiritum vitæ, verè ex lege esset iustitia, sed lex neminē iustificat (quanuis approbet fidem iustificantem) igitur lex neminem viuificat. Sed ideo data est lex, ut omnes cōcluderet, hoc est coargueret, ostenderetque eis ipsorum peccata. hoc autem significat Paulus dicens, Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus. Etenim fides quam de Iesu Christo habemus, nobis ad assequendam salutem aditum facit. Posset quispiam dicere, Nunquid sacra scriptura erit causa peccati, si omnia sub peccato conluserit? Minimè sanè: nam mandatum quod iure præcipitur, ostendit potius & arguit peccatum, quā sit causa peccati. Non enim iudex est autor sceleris, si nequissimos homines vinciat, sed concludit eos, & autoritate suæ sententiæ nocentes pronunciat, licet sua indulgentia (si voluerit) postea eos absoluat. Itaque conclusit scriptura omnia sub peccato, peccati cognitionem indicans, ut promissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus, & gratia mediatoris peccatis irretitos absoluat.

” Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, ” in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in ” Christo, ut ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub ” pædagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Nō ” est Iudeus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus ” neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem ” vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionē heredes.)

Nunc ostendit Paulus quidnam lex operaretur antequam fides se exeret. Incutiebat Iudeis terrorē non modici supplicij, nisi diuinis iussis obsequerentur: & onere diuinæ legis astricti concludebantur, ne in idolatriam, aliisque nephandā sclera defluerent. Priusquam, inquit, veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. cum enim dicit, Custodiebamur conclusi, nihil aliud significat quā tutelam ex legis præceptis adhibitam. Nec eò tendunt hæc Pauli verba, quòd lex sit fide antiquior. nam antequam lex Mosaïca esset scripta digito Dei in tabulis lapideis, Abraham erat fide iustificatus. Exultauerat etiam ut videret diem Christi, vidit & gauisus est: sed hanc intelligentiam prætendunt, Priusquam in hunc mundum veniret filius Dei, de quo fidem habemus, sub lege custodiebantur Iudei, tanquam serui sub timore. & hoc modo præparabantur ad recipiendū illam fidem quæ reuelanda erat. Hoc autē adfirmat illud Esaiæ, Iuxta est salus mea ut veniat, & iustitia mea ut reueletur. Et quia fides humanum ingenium transilit, reuelatione & dono Dei indiget. Hinc illud, Reuelabitur gloria domini. Adde quòd nemo potest venire ad Christum, nisi pater cœlestis eum traxerit. Nec quis potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et ex præcedentibus concludit Paulus dicens, Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, potius ad Christum, ut ex fide iustificemur. Et bellè confert legē cū pædagogo, quemadmodū enim pædagogus, puerorū (de quibus curā habet) leuitatem, inconstantiam, garrulitatem, negligētiā, proteruiam, petulatiā & insolentiā coercet, eosque cū deliquerunt, verberibus afficit, ita Mosaïca lex

Esa.56.

Esa.40.

B. j.

Iudaici populi contumaciam, superbiam, rebellionem, lasciuiam, idololatriam, & alia inaudita vitia summi supplicij terrore reprimebat, & in contumaces & obstinatos acerbè animaduertebat. Et quia lex fuit pædagogus nōster ad Christum, nō aduersatur Christo, neque Christi Euangeliō: non enim pædagogus aduersatur præceptori, sed adiuuat, arcens adolescentem ab omni vitio, reddens illū idoneum omni studio percipiēdis quæ tradit præceptor: verū vbi habitum iam collegerit, discedit pædagogus. Pædagogi autē nōmē hoc ipsum sonat, quod pueros agat, id est, ducet. Parabat & lex illa pædagogica multis cæremoniis, præceptis & sacrificiis Iudaicam plebem, ad recipiendam Iesu Christi fidem, quæ neminem (si modò charitati iuncta fuerit) non iustificat. At vbi fides Iesu Christi sese prodiit, suāmque vim exeruit, non amplius pædagogica ferula coercemur & cogimur. Etenim gratia, mansuetudo, pax, facilitas, veritas & libertas per Iesum Christū innotuit. Quod si ardentib⁹ votis optemus nos in filios Dei asserere, nos oportebit fidem Iesu Christi amplexari, sine qua nemo in filium Dei adoptatur. Deniq; qui sanguine Christi sunt abluti, eiūsq; morti cōfigurati, Christū induerūt, Christiq; gratia protegūtur & cōtegūtur. Induerūt & illi intrinsecus Christū, qui eius lauacro in verbo vitæ sunt regenerati. Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Induūt & illi perfectè Christum qui lauachro Christi repurgati, spiritum sanctum habent. Quod autem fides Christi, eiūsque baptismus neminem acceptet, sicut Deus non est acceptor personarū, suadet hic locus, *Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque feminæ.* Paulus hoc loco vocat Græcum, Gentilem: nam Ἕλλης, & Græcum & Ethnicū vtrunque significat. Et licet Iudæo primū credita fuerint Dei eloquia, illique oportebat prius annunciare verbum Dei, tamen quantum ad fidei rationem, & statū gratiæ, non est Iudæus Græco præferendus. Quod autem Iudæus in ratione fidei non sit Græco anteponendus, nec liber seruo, nec masculus foeminæ, demonstrat Paulus dicens, Omnes estis vnum in Christo Iesu. Fides enim illos vnit, quos natura, patria, & diuersa viuendi conditio vñtre non potest. Sumus & per fidē & baptismum Iesu Christi, vnum corpus, cuius caput est Christus. Quod si dono fidei simus Christi, siue Christo vnit, ergo semen Abrahæ: nam Christus est semen Abrahæ, & Abrahæ filius. Rursus, si simus spirituale semen Abrahæ, igitur hæredes secundum promissionem Abrahæ factam. Alibi autem dixerat Paulus, Non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.

Argumentum quarti capit. i.

QVanis optatissima æternæ vitæ hæreditas Iudeis esset à Deo peculiariter destinata, tamen antequam lux illa fulgidissima elucesceret, sub tutelari lege, veluti sub iugo seruitutis satis duro & aspero concludebantur, non minus quam parvulus (licet hæres) in puerili ætate sub tutoribus & procuratoribus usq; ad ætatem adultam viuit. verum ubi filius Dei è cælo in pudicissimum virginis Mariae uterū descendit, ut quod collapsum fuerat instauraret, qui prius seruitute premebatur, libertate donati sunt. Arguuntur Galatae, quod cum per fidem Iesu Christi aliquando fuerint in numerum filiorum Dei asciti, in Iudaismum facile reciderint, suaque salutis spem in antiquis Iudeorum ceremoniis collocarint. verum precibus & diligentia Pauli velut nouella plantationes iterum Christo inferuntur, & secundum Isaac (qui unum cum sua matre nouum testamentum veteri longè præstantius adumbravit) filij sunt promissionis, & subinde hæredes, si modo non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulauerint.

Caput quartum.

Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cùm sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est usque ad præfinitum tempus à patre: ita & nos, cùm essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factū ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius, & hæres per Deum. Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii, seruiebatis. Nunc autem cùm cognoveritis Deum, imo cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterū ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora & annos.)

Quod oportuerit Iudeos aliquando secundum praescriptum a Deo tempus inferire legi, iugumque legis vix tolerabile subire, eleganti similitudine commonebat Paulus. Quemadmodum haeres iuxta leges humanas quidam minor est, nihil differt a seruo, licet sit natus dominus omnium, sed sub tutoribus & procuratoribus usque ad etatem adultam agit: Ita Iudei cum nondum essent euangelicæ philosophiæ capaces (quæ coelestes animos requirit) in puerorum morem crassioribus legibus continebantur: quæ manifestabant dierum discrimina, deleetus ciborum, cultus differentiam, pecudum victimas, & notas corporis. at ubi adoleuerunt, factique sunt exactioris & perfectioris legis capaces, non amplius rudioribus & crassioribus institutis inferuierunt, sed euangelicam gratiam & libertatem, quam Christus largitur, amplexati sunt. Arbitrantur nonnulli hoc haerede parvulo, qui sub tutoribus & actoribus usque ad præfinitum tempus a patre viuit, significari totum genus humanum usque ad aduentum Christi, & eo amplius usque ad mundi consummationem. Nam quemadmodum omnes in protoplasto Adam, necdum natim moriuntur, ita & omnes etiam hi qui ante aduentum Christi natu sunt, in secundo Adam viuificantur: Atque ita fit ut & nos legi seruierimus in patribus, & illi gratia saluentur in filiis. Tutoribus & actoribus possunt exprimi Prophetæ, quorum verbis & exhortationibus Iudei in aduentum salvatoris erudiebantur. Et ex eo sub tutoribus esse dicebantur, quia habentes spiritum timoris, nondum meruerant spiritum libertatis & adoptionis accipere. verum ubi syncero affectu cordatisque animis fidem Christi suscepserunt, in virum perfectum adoleuerunt, & pedagogus tutore ab eis discessit. Elementa autem huius mundi, sub quibus Iudaicus populus seruuit, sunt Mosaica lex & abdita Prophetarum vaticinia. nam per haec quasi exordia literarum, Dei timorem suscepit. Definito autem tempore, ut iugum seruitutis excuteretur, & libertas affereretur, misit Deus filium suum factum ex muliere, quia purissimus Virginis Mariæ sanguis, eius generationi temporaneæ non nihil contulit. Factus est & ex muliere, ut non per illam, sed ex illa natus esse credatur. Nomen autem mulieris magis significat sexum quam copulam viri.

Factum sub lege, quia & circuncisionem & reliquam legis seruitutem ad tempus obseruare voluit. Hoc autem præstítit ut Iudeos à legis onere redimeret, redemptos in libertatem filiorum ascisceret. Quod autem potissimum redemerit illos qui erant sub lege, indicat illa scriptura, Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ Israel. Et qui non fuerunt sub lege non tam redi-

- i.Cor.5. mi quām emi dicuntur. Hinc illud ad Corinthios, Precio empti estis . Asciti sunt & allerti in eandem libertatem Gentiles,fide & baptismo abluti & sanctificati: spiritus autem filij Dei nostris intimis cordibus infusus,testis est certissimus quōd sumus filij Dei. Et hic pietatis,pacis & charitatis spiritus ingenti fiducia clamitat,Abba, pater. Abba,Hebraicum est,idipsum significans quod & pater. Et hanc confuetudinem in pluribus locis scriptura conseruat,vt Hebraicum cum interpretatione sua ponat:Bartimeus,filius Timei:Aser, diuitiae Tabitha, Dorcas. Hoc autem loco Clamo,non significat magnæ vocis emissionem, sed scientiæ & dogmatum magnitudinem: vt scitè adnotat Hieronymus . Nam & in Exodo respondit Dominus ad Moysen,Quid clamas ad me?cùm penitus Moysi vox nulla præcesserit, verùm cōpunctum cor & pro populo lachrymabiliter ingemiscens,scriptura clamorem vocauit. Quōd si Deus sit pater noster dono adoptionis, iam non amplius sumus servi sed filij. quōd si filij,& hæredes,cohæredes autem Christi. Deinde subnectit Paulus. *Sed tunc quidem nescientes Deum , seruisti his qui natura non erant dī, &c.* Hoc loco arguit Galatas , quos à spuriissimo idolorum cultu ad fidem & venerationē vnius Dei transtulerat. Etenim illi spretis Idōlis(quæ natura non sunt dī) & cognoscentes(lacet prius à Deo fuerint cogniti)accepto que adoptionis spiritu, rursum ad infirma le-
gī elemēta. firma & egena elementa reuertuntur,quibus inferuire cupiunt. Legis autem elemēta vocat infirma & egena,quia populo sensu pauperi & infirmo data sunt in deserto: non enim poterat ob suam crasitudinem & imbecillitatem maiora sustinere. Aut ob id vocat elementa infirma & egena , quōd nullam vim habeant ad bona proposita perducendi . Etenim ad Hebræos dicit , Lex neminem ad perfectionem adduxit. Sunt & acrius obiurgandi Galatæ,quōd postquam Euangelium Iesu Christi in toto terrarum orbe coruscauit , & fulgidissimum euangelicæ gratiæ lumen effulsit , obseruent cum magna superstitione dies & menses & tempora & annos: Dies quidem Iudaicos, vt Sabbati & Neomeniæ , & quando agnus anniculus erat per familias auferendus , & immolandus: & quot diebus azyma comedebantur. & qui ritu Iudaico post azyma septem septimanas computat, dies Israeliticæ Pentecostes colit : nec non & clangorem tubarum mense septimo prima mensis: Decima quoque eiusdem mensis,expiationem & ieunium,& scenophegias, ex more figentes, Iudaicos obseruent dies . Menses autem custodiunt , qui primum & septimum mensem,non intelligentes mysterium veritatis,obseruant. Tempora quoque colūt, qui ter per annos singulos,Hierosolymam venientes,putant se domini implere preceptum dicentis, Tribus temporibus anni, diem festum agetis mihi, solennitatem azymorum,& solennitatem messis primituorum, & solennitatem consummationis in exitu anni. Quod autē adiecit,& Annos,de septimo remissionis anno,& de quinquagesimo,quem illi Iubileum vocant,differit. Verūm dicet quispiam, Si non liceat obseruare dies , menses, tempora & annos , igitur non licebit Christianis obseruare diem passionis Christi,diem dominicum,festivitatem Paschæ,Ascensionis, Pentecostes &c. Respondebo,Christianos non eodem ritu obseruare suos dies festos,quo & Iudæi suos obserabant:non enim celebramus azymorum Pascha,sed verum, in quo manducamus carnem Christi sub specie panis consecrati. Celebramus & diem Resurrectionis domini,quo Christus de morte insigniter triumphauit. Et cùm sincero affectu & feruenti deuotione agimus diem festum Pentecostes : Spiritus sancti aduentum in discipulos Christi veneramur. Et ne inordinata & confusanea congregatio populi fidem & deuotionem in Christo imminueret , constituti sunt ab Ecclesia certi dies, vt in vnum omnes magna cum lætitia ad Dei gloriam & utilitatem animarum nostrarum conueniremus.

„ *Timeo de vobis,ne sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego, & ego sicut vos fratres,obsecro vos. Nihil me læsistis. Scitis autē quōd per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem, & tentationē vestram*

„ *vestram in carne mea non spreuiſtis neque respuiſtis , sed sicut angelum Dei accepistis me,sicut Christum Iesum.vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis,quia si fieri posset , oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi . Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis.Aemulantur vos non bene, sed excludere vos volū, vt illos amulamini.Bonum autem amulamini in bono semper, & non tantum cùm præsens sum apud vos , filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis . Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam,quoniam confundor in vobis.) Redit & Paulus ad taxandum Galatarum leuitatem,stultitiam & inconstantiam. *Timeo,inquit,de vobis,ne sine causa laborauerim in vobis.* Vereor ne incassum indefessos labores pro vobis subvierim. Etenim dedi operā, fudauiq; pro viribus vt vos ad fidē Christi allicerem, & nunc allecti à fide & gratia Euāgelij in vestram amentiā recidistis:cupitisq; Mosaïcæ legis seruitutē tolerare. Et hoc loco agnoscimus affectū apostolicum.Vix enim Paulus Galatis tépestate & fluctibus iactatis,potest manum adiutricē porrígere.Nec dicit absolutè frustra laborauerim erga vos,ne desperationem illis iniiceret:sine tamen causa magister laborare videtur cùm suos discipulos ad maiora prouocat,& illi retrò lapsi ad minora reuoluuntur. Denique non dicit,bene in vobis laborauit, ne sibi blandiendo,eos nimis in bonam spem erigeret:sed adiecit , ne fortè frustra laborauerim erga vos.Nondum enim accidit naufragium , sed tempestatem hōc parturientem cerno,& propterea metuo,non tamē despero. Vestrum erit mature à vestro errore resipiscere,& ad pristinam redire tranquillitatem.Cùm autem adiicit Paulus, *Estote sicut ego, quia & ego sicut vos fratres obsecro vos,* cupit Galatis persuadere vt vetera relinquant,& desciscendo à Iudaismo euangelicam doctrinam sectentur. Intuemini,inquit,meipsum,vt similem faciatis mutationem quam ego feci. Etenim vehementi studio aliquando in Mosaïcam legem exarsi,proficiebamque in Iudaismo supra meos coetaneos, sed gratia Christi illustratus (qui me opportunè ad se vocauit) legem reliqui,& à pristino cæremoniarum instituto descui. Nec in vos iacula torsis, nisi vt vestris plagis mederer: nec quæ à me dicta sunt, ab odio & similitate profecta sunt, sed à sincero charitatis affectu,nō est quōd ego asperiori sermone vos exacerbem, quandoquidem non me læsistis : nam aliquando ardenteribus votis Euangeliū quod vobis annunciaui,recepistis, & propter infirmitatem carnis vestræ (quia nondum poteratis ad sublimiora euehi) vobis quasi paruulis prædicauit,méque ipsum vestro captui attemperauit. Insuper simulauit meipsum infirmum esse , vt vos infirmos lucrifacerem. *Nec tentationem vestram quæ erat in carne mea spreuiſtis.* hoc est, tentatio qua ego vos in carnali & tenui mei sermonis annunciatione tentaui,nō fuit contempta & abiecta, sed,plusquam estimabam,habuit ponderis & dignitatis. Nec vici fuiſtis tentatione cùm me in corpore infirmitatibus obnoxio constitutū vidistis Euāgelium Christi prædicantē & regna cœlestia pollicentem, licet humilitas meæ carnis & vilitas habitus facta fuerit ad vestram tentationem. Tum quoque licet prædicans vobis,flagellarer, colaphis cæderer & innumeræ mortes sustinerem,non tamen me spreuiſtis , sed sicut angelum Dei me ultrò exceptistis: imo me sublimia & cœlestia promittentem loco Iesu Christi (qui aliquādo in forma abiecti & humili apparuit) coluistis:Licet eo longè sim inferior. Et quia vehementer dolet Paulus,quōd Galates à gratia Euāgelij ad legem repente defecerint , nec illis profuerit , imo maximè obfuerit ad Iudaismum relapsos esse , volens eos à suo vesano errore abducere, ne tantopere legalia opera iactent , dicit, *Vbi est ergo beatitudo vestra?* aut vt alij legunt, *Quæ est igitur beatitudo vestra?* Quōd si in me beati fueritis aut honorati, aut potius ego in vobis (quia me vt angelū Dei exceptistis) quæ igitur erit beatitudo vestra,si de me aut de mea legatione malè sentiatis ? nōne à spe beatitudinis exci-*

COMMENTARII IO. ARBOREI

Cap.4.

distis, falsa pro veris recipiendo, & magis pseudapostolis quam Apostolis auctoritando? aliquando autem cum de euangelica sapientia bene sentiebatis eo amore in me ardebatis, vt si fieri potuisset oculos vestros (quibus nihil vobis est charius) erueris etis & dedissetis mihi. Hoc autem hyperbolice dictum putes. ergo nunc si vos deploratos videam, ex amico factus sum vobis inimicus, veritatem vobis annuncians. huic loco similis est illa nobilis poetæ sententia, Obsequium amicos, veritas odium parit. Et qui suo fascino vos infecerunt, emulantur vos non bene, sed volunt vos excludere, vt in vitiis, deliriis & erroribus illos emulemini. Aemulantur bene qui cum videant quosdam & literis & moribus conspicuos esse, nituntur eorum industriam, vitam & virtutes imitari. Aemulantur autem non bene, qui non solum viris probis suam virtutem inuident, sed nituntur eos ad errores vitiique omnia pertrahere: hoc modo pseudapostoli emulabatur Galatas studiis Pauli ad maiora pauperrim gradientes. Dehortando autem Galatas a viis impiorum, & exhortando ad capessendam iustitiam adiecit, *Bonum autem emulamini in bono semper.* hoc est, nolite posthac iudaicas obseruatiuculas sectari, sed relictis carnalibus aspirate ad coelestia, & hoc quidem semper facite, etiam cum ipsis oculis vobis sum absens, vt post diuersa naufragiorum pericula ad portum salutis, finemque boni operis peruenire possitis. Subnecit Paulus, *Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis,* Vides apostolicum pectus, vides hominem pro Galatis anxiū & commotum, alludere ad matrem de liberis trepidantem. & licet agnoscat Galatas suam imaginem corrupisse, perditaque animi generositate suam formam immurasse, tamen optat magnopere vt in Christo sua opera renascantur, & si dicam, refingatur. & quia ad Galatas, vt ad suos filiolos attendit, licet aliquando fuerint foetus abortuij illis parcit, nec vulnus vult adiicere vulneri ne pereant. verum quoniam Galatarum transgressio maximum toti ecclesiæ detrimentum pepererat, quod Paulus a quo animo ferre non poterat, adiectum est, Vellem esse praesens apud vos nunc, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. Hoc autem sincerae charitatis affectu dicit, non potens ferre malum quod totam Christianorum congregationem peruaserat. cupit & illis esse praesens, vt suam vocem in ploratum vertat, profusisque lachrymis simul omnes ad lameta pertrahat. Cur autem praesens suam complorationem, suum dolore, suamque tristitiam exereret, ostendit haec conclusio. *Quoniam confundor in vobis.* Eo enim dolore afficior, eoque modesto vultu suffundor, vt non habeam quid dicam, non habeam quid cogitem, nescio quo medicamine vos sanare debeam, quia confundor in vobis, laceror & dilanior. nonne vos ingens amentia sumusque miseria torquere deberet, quod cum prius ad sublimiora consenseratis, nunc adeo repente in tantam vilitatem deducti estis, vt ad Iudaismum pertrahamini?

„ Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est „ enim, Quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnu de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per re-promissionem, quae sunt per allegoriam dicta. Haec enim sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans, quae est Agar, (Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc est Hierusalem) & seruit cum filiis suis: Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra. Scriptum est enim, Lætare sterilis quae non paris, erumppe, & clama quae non parturis, quia multi filij desertæ, magis quam eius quae habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac, promissionis filii sumus. Sed quemadmodum tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillæ & filium

IN EPISTOLAM PAVLI AD GALATAS.

148

„ filiu eius: non enim haeres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, „ non sumus ancillæ filii, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberavit.)

Apostolus redit denuo ad contentionem, validissimique argumento demonstrat legem, quantum ad ceremonias, non esse obseruandam, imo abrogatam, vt qui Euangelio Iesu Christi obaudire volunt, abluantur, sanctificentur & iustificantur. Et tantum discriminis existimat esse inter legem & Euangelium, quantum erat inter Agar & Saram, Ismaelem & Isaac. Dicite, inquit, qui iugo Mosaicæ legis intolerabili coerceri vultis, nonne meminit scriptura Abraham duos filios habuisse, antequam Cethuram in uxorem duxisset, vnum de ancilla, & vnum de libera? Verum priusquam abdita tantæ rei mysteria differamus, quid de hac historia vetus scriptura (nomine legis in uniuersum comprehensa) commemoret, tractabimus. Ex Genesi nobis com pertum est Sarai uxorem Abram, cui erat ancilla Ægyptia nomine Agar, agnoscentem se esse sterilem & partui infecundam, dixisse suo marito, Ecce conclusit me dominus ne parerem, ingredere ad ancillam meam si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cumque ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam suam post annos decem quam habitare coepit in terra Chanaam, & dedit eam viro suo uxori qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videt, despexit dominam suam, a qua, consensu Abram, ne tantopere insoleceret, fuit afficta: & cum fugam arriperet, dixit ei Angelus, Reuertere ad Dominam & humiliare sub manu illius, ecce concepisti, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismael, eò quod audierit Dominus afflictionem tuam: Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Quod autem Sara habuerit filium promissionis nomine Isaac, testatur scriptura dicens, Visitauit Dominus Saram sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est, concepitque & peperit filium in senectute sua, tempore quo predixerat ei Deus, vocauit Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara, Isaac. Quid autem discriminis fuerit inter filium ancillæ & filium liberæ, subindicat Paulus dicens, Qui de ancilla secundum carnem natus est, hoc est, secundum naturam carnis. Etenim hominibus naturale est, vt ex muliere iuuenula fecunda qualis erat Agar, & sene, nascatur filius. *Qui autem de libera, per re-promissionem.*) natus est autem Isaac per re-promissionem, quia supra naturam carnis natus est: non enim naturale est hominibus vt ex vetulo & vetula sterili nascatur filius. Verum dicet quispiam, Cur Ismael non est secundum re-promissionem generatus, cum fuerit a Domino benedictus, & eius semen vehementer multiplicatum fuerit? Respondebo cum Hieronymo, Re-promissionem propriè in testamenti datione compleri. Dominus autem per dationem testamenti sive pacti, fecit Isaac haeredem, sicut scriptum est, Constituan pactum meum illi in foedus sempiternum, & semini eius post eum. hoc autem de Ismaele minimè dictum est: quare Isaac secundum re-promissionem natus est, non autem Ismael. Et licet filiis concubinarum Abrahæ tradita sint dona, totius tamen substantiae haereditas filio Saræ relicta est. Figurauit autem Ismael Iudaicum populum, secundum carnem natum, qui maluit esse filius ancillæ quam liberæ. unde dicebat Christus de Iudeis nihil non carnale sapientibus, Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Verum non intelligentes de qua nam libertate loqueretur Dominus superciliosè responderunt, Semen Abrahæ sumus, & nemini unquam seruuiimus, quomodo tu dicis liberi eritis? Respondit eis Iesus, Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Quod si servis simus peccati, nos generauit Agar, si vero spiritu Dei domuerimus peccatum, nos Sara generauit, & secundum Isaac, erimus filii re-promissionis. Adumbrauit autem Isaac Gentilium populum, qui secundum re-promissionem natus est, nam Deus promiserat Abrahæ quod futurus esset pater multarum Gentium. Siquidem scriptum est, In semine tuo benedicetur omnes Gentes. Dedit & operam Gentium po-

B. iii.

Gene. 16.

In quo complicitur repro missio.

Gene. 17.

Ioan. 8.

Gene. 22.

Cap.4. COMMENTARII IO. ARBOREI

pulus, vt sectando iustitiam in numerū liberorum ascisceretur. Et quæ scripta sunt de illis duobus Abrahæ filiis, arbitratur Paulus per allegoriam dicta. Est autem Allegoria tropus quo aliud prætenditur in verbis, & aliud significatur in sensu. & si Rom.7. allegoriæ nomen fusius distédatur, omnem spiritualem intelligentiā complectetur: Vnde dicit Paulus ad Romanos, Scimus enim quod lex spiritualis est, hoc est, allegorica siue allegoricè figurata. Et alibi, Omnes eandem escam spiritualem mandauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: bibebant autem de spirituali, consequente eos petra: petra autem erat Christus. Cùm itaque dicimus Abraham genuisse duos filios, vnum de ancilla, & vnū de libera, aliud intelligimus. quandoquidem ancilla & eius filio, Iudaicum populum, legémque Mosaicam exprimimus: Libera verò & eius filio, significamus Gentium populum, & Euangelium Iesu Christi. hoc autem prætendere videtur subsequens hæc lectio, *Hæc enim sunt duo testamento siue pacta, vnum quidem à monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar: Nam Agar Sina mons est in Arabia, confinis est autem ei quæ nūc est Hierusalem: seruit autem cum filii suis.* Porrò quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.) hunc in modū doctè & syncerè legunt Græci, Typo autem ipsius Agar, vetus testamentum quod generat in seruitutem, exprimimus. Siquidem lex Mosaica erat lex seruitutis, timoris, poenæ & iustitiæ, à qua quidem seruitute nos Christus liberauit. Intelligamus autem ex Græcorum scholiis montem Syna, Arabum lingua Agar appellari, eundem autem esse montē diuersis nominibus. quamobrē vt coniicere possum volebat Paulus his verbis innuere, Nam Agar, Sina mons est in Arabia, Sina montem Arabum lingua, Agar appellari. Nec mihi placet glossema quorundam interpretum, qui non attendentes ad Græcorum versionem, & ad illud præcedens, quod scilicet Agar sit mons Syna in Arabia, vel quod apud Arabes sic vocetur, dicunt hoc mysticè esse intelligendum, Syna est in Arabia. Nam Arabia interpretatur humilitas vel afflitione, in qua datum est vetus testamentum. quia homines quasi serui & alieni, sub ea affligebantur carnalibus obseruatiis. verūm quorsum tam bene, Ambrosius hoc loco legit, in seruitutem generans, quod est Agar, vt relativum ad montem referatur, nam mons apud Græcos, οὐδέ, neutri generis est. Quod autem addidit Paulus, Quæ nūc est Hierusalem, hoc pertinet quod olim ea ciuitas aliis nominibus fuerit appellata, primū Iebus, deinde Salem, deinde Hierusalem, velut ex vtrisque composite vocabulo, postremò Ælia. Hæc diligenter annotauit Erasmus. Illa autem cœlestis Hierusalem quæ suos alumnos perfecta Dei visione pascit, eōsque quieta libertate donat, est ecclesia triumphans, de qua dicit Paulus ad Hebræos, Accesistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cœlestem, & multorum milium Angelorum frequentiam, & ecclesiam primituorum qui conscripti sunt in celis. Possimus tamen nec absurdè hac superna Hierusalem, ecclesiam militantem significare, nam Christianos ad cœlestia allicit & pertrahit: pollicetur & libertatem iis qui secundum spiritum ambulant. Est & mater omnium nostrū, quia nos in Christo generat & nutrit. & Ecclesia ex Gétibus congregata, ante aduentum Christi neminem spiritualiter parturiebat: & hoc propter falsam religionem, spuriissimamque idolatriam, cui Gentiles iamdudum inferuerant. verūm efflorescente Euagelio, fide suscepit & vigente Christi baptismo, quām plurimos filios peperit, & ad salutem æternam perduxit. Hinc illud scripturæ iuxta Annæ prophetiam, Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Erat & ecclesia triumphans antequam sanguis Christi effunderetur, sterilis, nulli enim homini ante Christi resurrectionem & ascensionem ad regnum cœlorum patebat aditus. Illa autē quæ habuit virum, est Synagoga Iudæorum, quæ pro viro Mosen, summum quidem legislatore habuit, & aliquando fuit in liberis fœtosa. Quamobrem Paulus de hac re proferens Esaïæ vaticinium, dicit, *Lætare sterilis quæ non paris, erumpere & clama quæ non parturis, quia multi filii deserta magis quām eius quæ habet virum.*) hoc autem loco sequutus est Paulus septuaginta interpretum tralationem. Hieronymus autem secundū Hebraicam veritatē

IN EPISTOLAM PAVLI AD GALATAS.

149

ritatem legit, Lauda sterilis quæ non paris, dec̄ta laudem & hinni quæ non parturiebas, quoniam plures filij desertæ magis quām eius quæ habebat virum. Deinde Paulus suum sermonem ad illos inflectit, qui rarissimas filij liberæ virtutes imitantur, spretisque carnis illecebris contemplationi rerum diuinarum se totos addicunt. Nos autem, inquit, fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus. Et ne Galatæ (quos & fratres & filiolos vocat) de salute desperarent, dixit, Nos autē fratres, secundum Isaac (qui Gentium populum figurauit) promissionis filij sumus. aestimabat enim illos ad spiritum quo cœperant, reuersuros, & futuros posthac filios liberæ. Qui verò carnalibus voluptatibus obruuntur, carnéque consummantur, filii sunt ancillæ. Deinde Paulus eleganti similitudine demonstrat reprobos & impios personæ qui etiam hostiliter probos & iustos. *Sed quomodo iunc qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc.*) Ludo quodam non tamen simplici, quo scriptura iurgium parvulorum expressit, Ismael persecutus est Isaac. unde in Genesi legimus, Cùm vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham, Eiice ancillam hanc & filium eius: Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. non enim Sara diuinitus inspirata sustinuit filium ancillæ à parua aetate sibi primogenita vendicare. & propterea id non ferens in hanc vocem erupit, Eiice ancillam hanc & filium eius, &c. Durè autem accepit hoc Abraham pro filio suo, cui dixit Deus, Non tibi videatur asperum super puerum & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Hebrei loco, ludentem, legunt Messahet, quod significat ludentem, idolatrantem, occidentem, & coëuntem siue lascivientem. Ismaël autem maior natu, ludendo lædebat Isaac, quod Saræ vehementer displicuit. Faciebat & Ismaël aliqua quæ spectabant ad idolatriam, volebat & cautè occidere Isaac, vt hæreditatem haberet: cupiebat & pertrahere ad lasciuiam ad quam erat pronus, ipsum Isaac. & propterea dixit Sara ipsi Abrahæ, *Eiice ancillam, &c.*) Ad Tropologiam dicemus ablegandam esse & eiiciendam ancillam cum suo filio, sensualitatem scilicet aut concupiscentiam carnalem cum vitio carnis, aut homine carni in seruiente. non enim filius sensualitatis hæreditabit cum filiis liberæ, hoc est, cum illis qui imperium rationis sequuntur. Eiiciat & è sua domo sacerdos suam concubinam de qua sustulit liberos, ne templum Spiritus sancti perpetuò polluat. Itaque nos in Christo renouati & eius sanguine abluti non sumus filii ancillæ, sed liberæ, qua libertate donauit nos Christus: quod pulchre in Euangilio Ioannis commonstratum esse scimus, in quo dicit Christus Iudæis ancillæ filiis. Si vos filii liberauerit, verè liberi eritis.

Argumentum quinti capitū.

V Squeadè laborauit Paulus pro reductione Galatarum ad Christianism, vt cognito errore quo cœcutierant, ex discipulis Moysi, facti sint discipuli Christi, qui neque circuncisionem neque præputium commendat, sed fidem charitate fulcitam & consummatam. Inuehitur & acriter in illos qui circuncisionis sacramentum prædicant. quod si efflorescente Euagelio non nihil momenti haberet, frustra Christus ignominiosum crucis tormentum pertulisset. Et quia Galatae post respicientiam à Iudaismo in synceram & Euangelicam libertatem vocati sunt, dent posthac operam, oportet, vt spreta carnis libertate (quæ nullum vitium non ad se aduehit) spiritu viuant, spiritu & ambulent.

Gene.21,

160.

Caput quintum.

„**S**tate, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersae legis faciēdæ. Euauati estis à Christo, qui in lege iustificamini : à gratia excidistis. Nos enim spiritu, ex fide, spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini consenseritis, persuasio hæc non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum, totam massam corruptit. Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille. Ego autem fratres, si circuncisio nem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscindantur qui vos conturbāt. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tātūm ne libertatem in occasione detis carnis, sed per charitatē spiritus seruite in inuicē. Omnis enim lex in uno sermone impletur, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Quod si inuicē mordetis, & comeditis, videte, ne abinuicē cōsumamini.)

State, in his scilicet quæ à me per Iesum Christum didicistis. Stabiles estote in fide, quam me prædicante dono Christi gratuito receperitis. Persistite in firme & inconcuso Euangelicæ veritatis sermone, & nolite iterum intolerabili seruitutis iugo irretiri. Ecce ego ipse Paulus (quem spiritus Dei affluit ut salutis, pacis, charitatis, patientiæ legem vobis annunciat) ausim afferere, quod si in sacramento circumcisionis spem vestræ salutis collocaueritis, nihil vobis Christus, Christique doctrina proderit. Proderit autem plurimū si reieceritis quod tantopere iactastis & commendastis. Ausim & testari certissimōque testimonio deierare, illum esse vniuersæ legis obseruandæ debitorem, qui cupit Iudaico ritu sui præputij pelliculam sibi amputari. Tum quoque erit & Christus vobis antiquatus & occiosus, si Mosaïcæ legi vos addixeritis. Excidetis & à gratia Christi, si ad Iudaicas obseruatiunculas pertrahamini. Et nos spiritu Dei per veram fidem regenerati, speramus nos donum iustificationis assequuturos. Etenim in Christo antiquata est circumcisione, irritum est &

Fides effica- præputium. Fides autem efficax, siue illa quæ per charitatem suā vim in nobis exercet, nos Christo commendat, nōsque ad æternam fœlicitatem perducet. Et cum aliquando fœliciter cucurreritis, quis interrupit cursum vestrum? quis deniq; vos fascinavit ut veritati non obediretis? Nemini consenseritis vobis opera legis esse seruanda suadenti, nam illorum persuasio qui vos auocarunt ad Mosaïcas cæremonias non est profecta à Christo, qui vos ad spiritualia & Euangelicam veritatem vocavit. Hæc assertio, Nemini consenseritis, non reperitur in Græcis libris, nec in antiquis interpretibus qui in Apostolum commentati sunt. Ignoratis ne quod modicū fermentum totam massam corruptit.) Loco huius, totam massam corruptit, legunt Græci ὅλος τὸ Φύραμα τὸν, hoc est, totam cōspersionem fermentat, & ita vertit Hieronymus existimans male haberi in nostris codicibus, Modicum fermentum totam massam corruptit. hoc autem loco docet Paulus arcanam Christi doctrinam non debere Iudaicis obseruatiunculis pollui & foedari. Idem monuit in priori ad Corinthios epistola, de vitando illo spuriissimo fornicatore, qui vxorem sui patris habuerat,

rat, & ob id præcepit eum tolli de medio, & tradi Satanæ in interitum & vexationem carnis per ieunia & ægrotationes, vt eius spiritus saluus fieret in die Domini nostri Iesu Christi. Et quemadmodum modicum fermentum, cùm farinæ conspersum est, totam massam suo vigore corruptit, & tandem in illius vim transit omne quod mixtum est: ita pernicioſa & hæretica doctrina cùm duos aut tres infecit, nisi cofestim extinguitur, quām plurimos inficiet. Vna etiam Arrij scintilla, quia nō statim oppressa est, totum penè terrarum orbem peruerasit. Deinde Paulus volens totis viribus Galatas à nequissimo pseudapostolorum fermento retrahere, & ad viam salutis adducere, dicit, *Confido in vobis in Domino, quia nihil aliud sapietis.*) Hoc autem loco Paulus propheticō spiritu pronunciat Galatas, nihil posthac nouum, nihilque ab Euangelica veritate diuersum cogitatuſos. Qui autem vos conturbarunt, serenāque corda vestra velut quibusdam fluctibus concitarunt, Dei iudicium non effugient: sed pro vobis dabunt poenas acerrimas. Qui denique conatur vos ad Pharisaicā doctrinam retrahere, quanuis sit eloquens, & in Mosaïca lege eruditus, pro hac seductione portabit iudicium. Insuper si, fratres charissimi, studeam adhuc circumcisionē extollere, quam tantopere prædicauī, antequam Euangelium Iesu Christi inclareſceret, quid adhuc à Iudæis persecutiones creberimas sustineo, quod doceā eos qui ex Gentibus crediderant in Christo, non debere circuncidi? Adhæc, Si legis onera non sint abolita, sed adhuc suum vigorem retineant, igitur euacuatum est, siue cessavit scandalum crucis, quod tamen est absurdum. In priori ad Corinthios epistola scripſerat, Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Et ex eo Iudæi mysterio dominicae crucis scandalizabantur (attamen à ſeipſis) quia Paulus prædicabat cum suis collegis quod cruce Christi ceſſata erant legalia. Quod si rursum circumcisionem prædicaret, futurum erat vt ceſſaret scandalum crucis, hoc est, non amplius scandalizarentur Iudæi. Imprecando autem malum poenę iis qui Iudaicam circumcisionem prædicant, dicit, Vtinam abſcindantur, & à vestro confortio reſecentur, qui volunt vos circuncidi. Nam illi vos labefactant, subuertunt, & à ſtatu dimouent. Videtur Paulus ex ſententia Ambroſij & Theophylacti imprecari executionem totius membra, iis qui docent circumcisionem: Verū dicet quispiam his verbis, Vtinam abſcindantur qui vos conturbāt, videtur Paulus maledicere maledictibus, quod si ita fit, aduersum ſe pugnat: Nam in epiftola ad Romanos ſcripſit, Benedicte perſequentibus vos, benedicte, & nolite maledicere. Augustinus hanc obiectiōnem diluens, negat Paulum maledicere maledictibus, ſed ſub ſpecie maledictionis benedictionem dixit, *Vtinam abſcindantur qui vos conturbant,* Non tantūm inquit, circuncidantur, ſed abſcindantur. Sic enim fiunt ſpadones propter regnum cœlorum, & carnalia ſeminare ceſſabunt, Hæc Augustinus, citans tamen Erasmus in ſuis annotationibus Augustinum, aliter legit, non inquit, vt circuncidantur, ſed abſcindantur, & hæc eſt lectio intellectu admodum faciliſ. Dicunt & alij Paulum illis verbis optare pseudapostolis, à quibus ſeduicti fuerant Galatæ, sterilitatem prolis, quām habent eunuchi, ut ſcilicet non generent. Et fensus huius loci, Vtinam abſcindantur, &c.) hic eſt, Vtinam perdant vim generandi, quia generant filios in errorem, & redigunt eos in seruitutem legis, & qui ita hūc locum interpretantur, cum Ambroſio & Theophylacto ſentiunt, In ſubsequenti contextu ad morum probitatem, vitæque ſanctimoniam adhortatur Galatas, ne libertate gratiæ ad quām vocati ſunt, abutantur: *Vos enim inquit, in libertatem vocati eſtis fratres, tantūm ne libertatem in occasionem detis carnis.*) hoc eſt, ne auditio nomine libertatis impunè vobis peccandum eſſe arbitremini, ſed per charitatē à ſpiritu ſancto perfectam ſeruite inuicem.) Quia ſumma Euangelicæ perfectionis, & Christianæ religionis in charitate ſita eſt, fine qua homo nihil eſt, nulliusque mortuus, etiam ſi ſuas facultates in pauperum alimoniam profuderit. Commonefacit Galatas, ut per ſyncretam charitatem qua z̄ſtuare debent, ſibi inuicem inſeruant, ſint & mutua illorū

officia & obsequia, sit & mutuus amor, sine quo non possunt suam vitam tranquil-
Ephc.4. le transfigere. Debemus & nos supportare inuicem in charitate, & magna solicitudi-
Christianus ne seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Seruit Christianus alteri, qui cùm sit
quomodo omnium primus, vult esse nouissimus: & cùm primas honorum partes iure obtinere
seruit alteri posset, postremis contentus est. Seruit & alteri, qui paratus est omnibus horis eum
suæ salutis commonefacere. Seruit & alteri, etiam magno charitatis incendio, qui se
pauperem facit vt eum ditet, sicut Christus cùm esset diues, factus est pauper, vt sua
paupertate nos ditaret. Probat & Paulus mutua humanitatis officia, debere charita-
te spiritus stabiliri. Omnis lex in vno sermone impletur, hoc est, in vno charitatis
præcepto, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Hoc & id ipsum in epistola ad
Rom.13. Romanos afferuit: Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adul-
terabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concu-
pisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum
tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis,
i. Tim.1. est dilectio. Et ad Timotheum, Finis præcepti est charitas. Verum decertabit quis.
Matth.22. piam, Dicit Christus in Euangelio Matthæi, In his duobus mandatis, scilicet in di-
lectione Dei & proximi, vniuersa lex pendet & Prophetæ. non igitur lex in vno
præcepto impletur: Facile est hoc argumentum diluere, quod in dilectione proxi-
Hec obser- mi, dilectio Dei includitur, & econtrá: Nam dilectio Dei & proximi indissolubili-
ua. nexuvinciuntur, quod affirmat illa scriptura, Hoc mandatum habemus à Deo, vt
i. Ioan.4. qui diligit Deum, diligit & fratrem suum: Si enim diligit fratrem suum propter
Deum, diligit Deum, imo Deum magis diligit. Tum quoque dicit Christus, Qui
Ioan.14. habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui me diligit, & ecotrá. Si quis diligit me,
sermonem meum seruabit. Quod si conuicii impetam fratrem meum, aut scandalizem, aut aliena fœlicitate torquear, aut alterius bona depræder, à charitate prorsus
excido. & propterea adiecit Paulus, Quod si inuicem mordetis & comeditis, videte
ne adiuicem consumamini.) Vos necesse erit diuelli, imo infoeliciter interire, si de-
trahatis inuicem, si cupiatis malum malo referire, & maledictum vlcisci maledicto.

Dico autem in Christo, spiritu ambulate, & desideria carnis non
perficietis: Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem
aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæ-
cunque vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.
Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia,
impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitiae, conten-
tiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiae, homicidia, e-
brietates, confessiones, & his similia quæ prædico vobis, sicut prædixi:
quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus au-
tem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, lōganimitas, bonitas,
benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas: Aduersus
huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifi-
xerunt cum vitiis & concupiscentiis. Si spiritu viuimus, spiritu &
ambulemus, Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouo-
cantes, inuicem inuidentes.) Spiritu ambulant qui adiutrice Dei gratia pro-
Qui spiritu teuti, aculeum carnis fregerunt. Spiritu ambulant qui summos honores cumulatissi-
ambulant. masque diuitias contemnunt. Spiritu ambulant qui diuinæ contemplationi se totos
addixerunt. Ambulant & spiritu qui Dei iussis per omnia obsequuntur: & qui spi-
ritu ambulant ab illecebris & desideriis carnis abhorrent. Porro ambulant illi spiri-
tu, qui in Iudaicis cæremoniis spem suæ salutis non collocant, sed in Christo Iesu,
& qui

& qui ita ambulant desideria carnis non perficiunt, hoc est, in legalibus operibus
non confidunt. Continua autem carnis cum ipso spiritu concertatio ita nos tur-
bat, concutit & pulsat, vt non quæcumque volumus, illa faciamus: non enim quod
volumus bonum, facimus, imo quod nolumus & odio insectamur, facimus: & hoc
propter fomitem peccati, qui tandiu nos obsidet quandiu viuimus. Est & insita Rom.7.
membris nostris rebellio, & ad malum perpetrandum proclivitas: nam sensus &
cogitatio humani cordis ab adolescentia prona sunt ad malum. Adhæc, Lex pecca-
ti nostris membris affixa & adglutinata, repugnat & reclamat legi mentis nostræ:
nósque velut captiuos sub lege peccati, pertrahit quod vult, à qua sola Dei misericor-
dia per Iesum Christum liberari possumus. Verum scire nos oportet quid Paulus
carnis vocabulo velit intelligi, cùm dicit, Caro concupiscit aduersum spiritum, an
corpus ipsum, an verò animam ipsam, de qua dicit Dominus, Qui amat animam
suam in hoc mundo, perdet eam: Non enim corpus dici potest, quia non concupi-
scit, nec est de eorum numero quæ mouent, sed quæ mouentur: nec de eorum nume-
ro quæ agunt, sed quæ aguntur. Chrysostomus afferit Paulum hoc loco appellare
carnem, prauam voluntatem, veluti quem dicit, Vos non estis in carne, sed in spiri-
tu. Et rursum, Qui verò in carne sunt, Deo placere non possunt. Appellat & hinc
carnem, cogitationem terrestrem, socordem & malam, aut animam negligenter
malum vitare, cuius instrumentum est caro. Instrumentum autem nullus auersatur
oditve, sed eum potius qui organum malè tractat. Neque ferrum odimus aut puni-
mus, sed hominem ferro abutentem. Spiritum autem appellat bonam aut volun-
tatem aut cogitationem. Itaque Paulus malarum ac bonarum cogitationum pugnā
proponit. Possumus tamen dicere carnem concupiscere, quia anima per carnem cō-
cupiscit: nam quæ sunt delectabilia per carnem appetit. Per se autem anima concu-
piscit, quando rebus spiritualibus, vt officiis virtutum, oblectatur. Et spiritus qui cō-
cupiscit aduersus carnem, sumetur pro ipsa mente aut ratione, quæ ex se ad cœlestia
rapitur. Et caro quæ concupiscit aduersus spiritum, est caro vitiata, & delicto primi
parentis vulnerata: est & caro non refrenata neque ieuniis emaciata. Vnde dicebat
Christus suis discipulis, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationē. Spiritus qui-
dem promptus est, caro autem infirma. Et caro malè concupiscit, quando non paret
rationi, sed in desideria inutilia & vana soluitur: Bene autem concupiscit quando
castigata paret rationi. Vide quid sentiat Aristoteles in suis Ethicis de sensu homi-
nis, qui potest & ad virtutia & ad virtutes assuecere. Deinde Paulus alloquendo Ga-
latas & omnes fide & baptismo repurgatos, dicit, Si spiritu ducimini, non estis sub lege.)
Qui enim spiritu Dei aguntur, & gratia spiritus sancti reguntur, non amplius legi
peccati inferuiunt, nec durissimo Mosaïcæ legis iugo premuntur. De illo autem
spiritu dicit Iohannes, Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorifica-
tus. Addo, quod lex non est postea iusto, sed iniustis, homicidis, parricidis & sceleratis.
& propterea qui spiritu ducuntur, non sunt sub lege gladium in malefactores
vibrante. Eramus autem sub lege concupiscentiam vetante, nondum prodito spiri-
tu: cùm autem prodiit, non amplius lege coercemur. Nam posteaquam per Iesum
Christum data est gratia, quæ non solum iubet nos abstinere ab illicitis, sed ad al-
tiora nos prouehit, quid opus est lege? non enim illi opus est pædagogo, qui ex se se
suo fungitur officio. Et quid opus habet lege moechiam vetante, qui non intuetur
mulierem impudicis oculis? Porro, qui non irascitur, quid opus habet vt audiat,
Non occides? Euellas itaque malorum radices, & non viues sub lege. In subsequen-
ti autem contextu enumerat Paulus vitiæ quæ ab ipsa carne, velut à turbida aqua
profluunt, Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, lu-
xuria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitiae, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones,
sectæ, inuidiae, homicidia, ebrietates, confessiones, & his similia, quæ prædico vobis, sicut præ-
dixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.) Hæc autem vitiæ seorsim
enumerata, sunt corruptæ voluntatis & terrestris cogitationis quæ humili serpit, &
C. j.

quæ carnis desideria perficere cupit. Ingerendo autem terrorem æterni supplicij iis, qui sua corpora cœno carnis volant, suāque animas dissidiis, rixis, contentioni-
bus, lectis & hæresibus labefactant & contaminant, dicit, Qui talia agunt, sicut iam
i. Cor. 6. Vitia carnis prædixerat priori ad Corinthios epistola, regnum Dei non consequentur. Nec di-
cit, qui talia patiuntur, sed agunt aut faciunt, vt planè doceat huiusmodi vitia non
sunt naturæ malæ, sed prauæ voluntatis. Hinc perspicis quantum virium habeat libe-
rum hominis arbitrium in flagitiis perpetrandis, pro quibus nisi mature resipiscat,
voluntatis cruciabitur, & propterea paulo antè dixerat Paulus, Opera carnis, quia duntaxat à
libero arbitrio perpetrantur. Possumus & colligere ex illa vitiorum congerie, for-
nicationem simplicem (sicut alibi adnotauimus) esse peccatum mortale, quanvis
non sit immediatè contra dilectionem Dei & proximi: nam ob scortationem siue
fornicationem simplicem, quis æterna gloria priuabitur, nisi huiuscem Vitiæ
nituerit. Sunt & alia connumerata vitia etiam in suo genere mortifera, vt rixæ,
iræ & dissensiones: licet culpam venialem attingant, vbi motus aut impulsus homi-
nis est subitaneus, & absque pleno consensu aut mera deliberatione. Nomine au-
tem immunditiae vocare possumus peccatum contra naturam, quòd ita immundum
reddit hominem, vt ex se veniam non mereatur. Licet fusius extendendo nomen,
sumi possit pro omni luxuriæ specie, quæ in carne consummatur. Possumus &
impudicitia sumere pro tactibus, osculis & verbis impudicis: alioqui latè patet &
funditur ad omne libidinum genus. Est porrò luxuria in animis & affectibus im-
puris. Cur autem Paulus vnum vitium in sua enumeratione alteri prætulerit, ta-
lémque ordinem seruauerit, non est mei officij differere, nec puto Paulum hac in re
ad Philosophorum artificium & ratiocinium attendisse, quanvis Hieronymus ni-
mis prolixè hac in re philosophetur. Quinam autem fructus à spiritu sancto pro-
ficiuntur, enumerat dicens, *Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patien-
tia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas:*
Aduersus huiusmodi non est lex.) non enim anima impulsu spiritus bona opera fa-
ciens, eget admonitrice lege. Nec opus est illi quicquam præcipere, qui cum chari-
tatem bonorum omnium radicem, & perfectam philosophiæ magistram habet, om-
nia in se habere censemur. Et qui sunt Christi, Christumque spiritu Dei afflati in-
duerunt, carnem suam cruciferunt cum viciis & concupiscentiis, siue carnis affec-
tus perdomuerunt. Quòd si spiritu viuimus, ambulemus & spiritu.) hoc est, simus
contenti spiritu, neque requiramus posthac legis accessionem. Quidam legunt hoc
loco, Si spiritu viuimus, spiritui & obtemperemus. Et quia pseudapostoli inducen-
tes in animum Galatarum vt circunciderentur, id ambitionis gratia faciebant, adie-
cit. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Etenim inanis gloria, radix est omnium
malorum, ex qua nascuntur rixæ, contentiones, concertationes, inuidiæ, & subinde
innumeræ mala.

Argumentum sexti capitū.

Qui ceteros præclaris animi dotibus præcellunt, vitamque angelicam ducen-
do spiritalia sapiunt, debent hominem aliquo delicto præuentū, spiritu leni-
tatis & clementiæ corripere, ne secura animaduersione vtendo, perdant quæ blâ-
diloquio & mansuetudine ad viam salutis reducere possent. Hoc & vnu tacito ver-
sent animo, quòd si non ceciderint, attamē cadere possunt, memores sanè fragilis &
imbecillæ naturæ quæ induerūt. Deinde Paulus adhortatur vnuqueq; vt seipsum
noscat, suōq; pede se metiat, nec suas virtutes iæter, nec magnifice de seipso securat,
alioqui nimio sui ipsius amore occæcatus seipsum seducet. Qui in fide instruitur,
erigitur

erigitur & fulcitur, suū doctorem & monitorem reuereatur & suspiciat, suā-
que facultates ei communicet. Insuper qui sementem euangelicam serit, & longè
latèque spargit, de spiritu metet vitam æternam. Si aliis beneficis fuerit, suā-
que opes impertierit, non cesset benefacere & opitulari, præsertim domesticis fi-
dei. Quòd si gloriari cupiat, glorietur in illo, qui sua cruce corpus peccati destru-
xit, nōque à lege mortis, & tyrannide dæmonum liberavit.

Caput sextum.

Ratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,
vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenita-
tis, considerans te ipsum, ne & tu tēteris. Alter alterius onera
portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis exi-
stimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum
probet vnuquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & nō
in altero: Vnuquisque enim onus suum portabit. Communicet autem
is qui catechizatur verbo eī, qui se catechizat in omnibus bonis. Noli-
te errare. Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & me-
tet: Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptio-
nem: Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.)

Qui contemptis rebus temporariis ad cœlestia rapitur, spiritualis est. Qui carna-
les affectus auersatur & proculcat, vt Deo sincerè in seruiat, spiritualis est. Qui in
lege Domini die ac nocte meditatur, spiritualis est: qui denique in odium peccati
se totum sacris studiis addixit, spiritualis est. & hic dono Dei protectus ne caderet,
debet leniter illum corripere, qui per humanam infirmitatem in culpam mortalem
prolapsus est. Quo enim quisque melior est, & spiritu robustior, eò clementius se
debet fraternali imbecillitati attemperare. Debet & pro viribus imitari mansuetudi-
nem & clementiam Christi, qui lenissimè suorum discipulorum vitia tulit donec
resipiscerent. Studeat etiam institutum circumspectissimi & prudentissimi medici-
sectari, qui non obiurgat acriter illum qui furiis agitatus, vulnus sibi intulit, aut ex-
cessu quodam febrem sibi accersiuit. Non enim morbo laborantem vult interi-
mere, sed sanare: multo minus Christianus spiritu vegetus, debet animam lapsi iur-
gatrice austerritate perdere, sed leni & fraternali correptione saluare, & ad resipisci-
tiam pellicere. Inspiciat & ad hunc Pauli verbum, Si præoccupatus fuerit, siue præ-
uentus aliquo delicto, non enim dicit, Si fecerit: Licet culpam admiserit, potius ta-
men humana infirmitate, quæ destinata malitia: sed si præuentus fuerit, hoc est, si
abreptus, agitatus scilicet vel cupiditate carnis, vel ira vel surreptione, qua veniam
meretur. & ita delicto præoccupatur, & in voraginem mergitur, vt seipsum sine
diuino auxilio erigere non possit. Et propterea vos qui spirituales estis, huiusmodi
instruite, potius instaurate, nec dicit, Punite aut condemnate, sed instaurate, hoc est,
corrigite. quomodo autem corrigiendi sunt qui supplantantur, ostendit hoc loco,
In spiritu lenitatis, etenim doni est spiritualis, cum humanitate corrigeret peccantes.
Huic autem doctrinæ astipulatur Seneca, libro primo de ira, dicens, Non est pru-
dentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio erit. Cogitat quæ multa contra bonū
morem faciat, quæ multa ex his quæ egit, veniam desiderent, iam irascetur etiā sibi.
neque enim æquus iudex, aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert: Nemo
inquam inuenitur, qui se possit absoluere: & innocentem quisque se dicit, respiciens

Spiritualis
quis ceteratur

testem, non conscientiam. Quantò humanius mitem & paternum animum præstare peccantibus, & illos non persequi, sed reuocare errantes per agros, Ignorates vię, *Quando cor-* melius est ad rectum iter admouere quam expellere. Hæc ille. Aliquando tamen *rigendi sunt* peccator corrigendus est asperè, si inaudita & nephanda scelera perpetrauerit, in eis-*peccatores* que sit pertinax, nec post lapsum velit suum errorem suūmque flagitium agnosce-*aspere.* re. Hinc illud Pauli de illis qui non sequuntur, nec sequi volunt sanam doctrinam, 2. Tim. 4. Argue, increpa. Item, Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem ha-
1. Timo. 6 beant. Dicebat & Ioannes Baptista de corruptissimis Saducæis & Phariseis ad suum Matth. 3. baptismum venientibus, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Tum quoque Dominus obiurgando obstinatam Scribarum & l'hari-
Matth. 12. sæorum malitiam & incredulitatem, dicebat, Generatio prava & adultera, signum quærerit, & non dabitur ei signum, nisi signum Ionæ prophetæ. Debet autem is qui *Hæc obser-* paratus est alium corrigere, in seipsum descēdere, & agnoscere se nihil habere, quod sit ab homine fragili & imperfecto alienum, nec se ita ad virtutum apicem erectum esse, vt tentari non possit. Quòd si à carne vel dæmone tentetur, & aliquando aut per socordiam aut concupiscentiam infrænem succumbat, redeat ad se, & condonet alteri quod velit sibi condonari. Sic agat cum lapsu quomodo cupit secum agi, nec sub onere laborantem deiiciat, sed subleuet. Et quia homo sine defectu viuere nō potest, non sit rigidus expensor alieni delicti, sed toleret proximorum defectus, vt & ipsius delicta ab aliis tolerentur. Hoc autem exprimit Paulus dicens, *Alij aliorum one- rā inuicem portare, & sic legem mansuetudinis, clementiæ lenitatis & charitatis, quæ pecu- liariter Christi est, adimplebitis.* Ipse enim iniquitates nostras portauit, & sua benignitate sanauit peccatores, quos tamen austeritate cōdemnare poterat. Itaque nemo sibi tāquam iustus placeat, sed meminerit se esse hominem, nec despiciat aliquo vi-
tio præuentum. Quòd si quis sibi fidat suas cristas efferendo, aut magna de se predi-
cet, cùm nihil sit ex se, laud dubiè sibi imponet. *Prober autem vnusquisque opus suum.*) hoc est, expendat vitam suam, probet & exacta cura quid agat, & quo fine agat, an in odium aut detrimentum cuiusquam, an vt ab hominibus humanā laudem venetur, an verò propter gloriam Dei. Quòd si tantopere opus suum prædicauerit, vt alterius opus floccipendat, ab omnibus deridebitur & despicietur. Et quemadmodum aurum fornace probatur, an purum sit aut adulterinum, ita opera nostra tum eu-
denter reteguntur cùm diligenter examinantur. Et cùm vnusquisque suum opus expenderit, *tantum in seipso gloriam habebit, & non in altero.*) Hoc est, non gloriatur ob alienam infirmitatem, sed ob suam firmitatem: gloriatur autem apud se sibi gratulando de dono diuino, & hoc Deo acceptissimum referat, quòd non ceciderit cùm cadere poterat: alioqui cùm nihil boni habeat quod non acceperit, frustra gloriatur quasi non accepisset. Reddit autem Paulus rationem quare vetat gloria-
ri aduersus proximum, *Vnusquisque suum onus portabit.*) Etenim è suis quisque fa-
ctis æstimandus est, & apud Deum iudicem, qui reddet vnicuique secundum opus e-
ius, sua cuique sarcina tollenda est. In subsequenti loco vult doctores & conciona-
tores iuuari & nutriti ab illis, quos in fide & Euangelica doctrina instruunt. *Com- municet is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis.*) Nam suppedita-
tanda sunt illis fortunæ bona, qui nos Christianam religionem docuerunt. Nónne vult & Paulus vt qui Euangelium prædicat, de Euangelio viuat? Debet quoque & aliorum carnalia metere, qui spiritualia seminat. Est autem Catechizare, tradere mysteria religionis Christianæ. Monet & Paulus vt ratio dati & accep-
ti constet, inter eum qui religionem tradidit, & eum qui accepit, si modò syn-
cerè tradiderit, alioqui catechista indignus est munificentia catechumeni. Dein-
Hæc obser- de nos prouocans ad morum sanctimoniam, & ad declinandum vitia illorum qui *na de bonis* non sincerè docent, dicit, *Nolite errare, Deus non irrideret, aut si maūis, non subsan-
& malo- natur, nec nabo suspenditur: Quæ enim seminauerit homo, hec & metet.*) Si vir-
peribus. tutes, ad vetricem palmam assurget: Si vitia, punietur. Quòd si seminauerit in carne

carne sua, & ex carne sua metet corruptionem. Etenim caro mortalis, fructus ha-
bet mortales & perituros. Adhæc, Qui mensas sumptuosas & ciborum cupedias
sectatur, aut crapulæ, temulentia & lasciviae inseruit, metet supplicium æternum. Si
verò seminauerit in spiritu, spirituque obtemperauerit, & è spiritu metet vitam æter-
nam: Etenim spiritus æternus, fructum habet immortalem. Qui seminat pudici-
tiam, sobrietatem, modestiam, humilitatem, pacem & charitatem, recipiet ab Ago-
notheta immarcessibilem coronam.

” Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim suo me-
” temus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bo-
” num ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Videte qualibus
” literis scripsi vobis mea manu: *Quicunque enim volunt placere in*
” *carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum ut crucis Christi persecutio-*
” *nem non patiantur.* Neque enim qui circunciduntur legem custo-
” diunt, sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra gloriantur. Mihi
” autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem
” mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, ne-
” que circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Et
” quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericor-
” dia, & super Israel Dei. De cætero nemo mihi molestus sit: Ego enim
” stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri
” Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres, Amen.) Imitemur Paulum inui-
” ctissimum Christi athletam, in beneficiando, qui cùm ab hostibus fidei derideba-
” tur, conspurcabatur, conuiciis incessebatur & affligebatur, non desinebat Euangeli-
” cam doctrinam aut profiteri, aut prædicare. Et licet aliquando squalidissimos car-
” ceres pro nomine Christi sustinuerit, aut multa naufragia & tormenta pertulerit,
” non tamen à solito officio solitaque legatione destitit. Quandoquidem hoc illi
” perpetuum fuit studium, infideles & idololatras ad fidem Christi allucere, & de om-
” nibus bene mereri. Optat & Paulus, vt qui donum docendi habet, non cesset doce-
” re. & qui in usum pauperum suas facultates confert, non cesset (si possit) conferre.
” Reddit autem rationem cur non debeamus defatigari beneficiando: *Tempore enim*
” *suo metemus non deficientes.*) Nam hinc ad cœlos demigrantes, sine ullo labore, sine
” vlla miseria, sine ullo defectu, immortalitatem nostris quoiqumodo meritis com-
” pensatam metemus. Nec similes erimus agricolis, qui cùm seminant, plurimum la-
” borant sufferendo famem, sitim, frigora & æstus, & etiam dum metunt, cum ardore
” solis, squalore etiam & puluere inquietos labores sustinent. Adiicit autem præce-
” dentibus hanc conclusionem, *Ergo dum tempus habemus operemur bonum, maximè au-*
” *tem ad domesticos fidei.*) Dum floret ætas, dum viget animus, dum temporis ratio po-
” stulat, operemur bonum, cùm enim vita ista transferit, auferetur tēpus operadi: unde
” saluator dicebat, Operamini dum dies est, veniet nox quando iā nullus poterit ope-
” rari: præcipuā tamē curā & solicitudinem debemus Christianis & domesticis fidei
” impēdere: Sunt autē illi domestici fidei, cù quibus nobis est religionis & fidei con-
” tuberniū. Deinde adiicit, *Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.*) nō quidē episto-
” lis subdititiis aut supposititiis, sed mea manu annotatis. Nec putes Paulū hoc dixisse
” duntaxat propter ardētē & sincerū affectū quo Galatas ad bonā frugē resipiscētes
” prosequebatur, sed ad tollendam malam suspicionem. Etenim qui Galatas à veritate
” Euangelij depravabant, dicebant Paulum adhuc profiteri circuncisionem, nec dam-
” nare Iudaismum, aliaque facere & alia prædicare: & propterea compulsus est epi-
” stolam sua manu scriptam mittere, deposito apud illos scripto testimonio, cùm au-

Cap.6. COMMENTARII IO. ARBOREI

tem dicit, Videte qualibus literis scripsi vobis, significat, ut quidam interpretantur, deformitatem literarum, nam quum non nosset optimè scribere, tamen compulsus est per seipsum scribere ut calumniatoribus os obturaret. Et vbiunque sciebat falsos adesse doctores, qui possent per Apostoli autoritatem noua dogmata seminare, epistolā manu propria scribebat, aut subscribebat. Aliquando dictabat notariis quæ componebat, & tādem subscribebat: quod nobis cōpertum est ex ea quæ est ad Romanos.16. manus epistola, ibi enim sub calcem dicit, Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in Domino. Deinde hortatur Galatas, ut à Iudaismo resiliant ad Christianismum, cūm dicit, Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidit, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.) Græci apertius multò legunt, Tantum ne per crucem Christi persecutionem patiantur. Placent illi in carne, qui cupiunt apud homines probari, & magis venari gloriā apud homines, quam apud Deum. Et quia apud Iudæos probro dabatur, quod à patriis legibus desciscerent, ne hoc ipsis posset exprobrari, volebant Galatas circumcidit, ut per huiusmodi technam & simulationem hominibus suæ Gentis satisfacerent. Etenim metuebant ne syncera professio crucis Christi, persecutionem excitaret aduersus illos quibus nomen Christi erat inuisum. Docuimus & in hac epistola Iudæos cruce Christi suis se scandalizatos, quod non poterant sibi persuadere mysterio crucis Christi abolita esse & abrogata legalia. Volebant & pseudapostoli pertrahere Galatas ad circumcisionem, ut essent in usi Gentibus ob Christum, & haberent Iudæos infensos ob præputium. Et licet Iudæi essent à suis maioribus circumcisi, tamen non seruabant legem: Nam in plerisque vitiis diuinam maiestatem offendebant, nec zelo Dei & iustitia circuncisionem obserabant. Quamobrem recte dicebat Christus Iudæis, Nōnne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Ob id autem volebāt pseudapostoli imponere Galatis onus circumcisionis, ut de ipsis apud suos se iactarent, quod ipsis autoribus & magistris Iudaismum receperissent: Hoc autem præterdit Paulus adiiciens, Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos circumcidit ut in carne vestra glorietur.) hoc est, de vobis gloriantur, quod tales discipulos sint naeti. Deinde commonstrat Paulus non esse gloriandum in Iudæorum circumcisione, aut Gentilium præputio, sed in cruce Domini nostri Iesu Christi: quæ & circumcisionem & præputium antiquauit & aboleuit. Non enim in Christo Iesu alicuius est momenti circumcisione aut præputium, sed noua creatura, sanguine Christi abluta, & eiusdem baptismo in spem viuam regenerata. Suppetit autem affatim Christianis militibus materia gloriandi in cruce Domini nostri Iesu Christi: Nam Christus sua salutifera & gloriofa cruce saluauit quod perierat, destruxit corpus peccati. Denique in sua cruce pertulit pro nobis probra, conuicia, sputa, flagella, contumelias, opprobria, subsannationes & execrationes, nihil non agens pro nostra instructione, ut disceremus sua causa nihil esse tam probosum, durum & sinistrum, quod non sit magno animo nobis tolerandum. Is autem meritò potest in cruce Christi gloriar, qui Christiano pectore eam tollit, & sequitur saluatorem, qui etiam carnem suam cum vitiis & concupiscentiis mortificauit. Verùm dicet quispiā, Cur dicit Paulus se duntaxat gloriari in cruce Christi, cūm de Corinthiis glorietur, dicens, Quid sit gloriari, qui Christiano pectore eam tollit, & sequitur saluatorem, qui etiam carnem suam cum vitiis & concupiscentiis mortificauit. Verùm dicet quispiā, Cur dicit Paulus se duntaxat gloriari in cruce Christi, cūm de Corinthiis glorietur, dicens, Quid sit gloriari in cru. 1. Cor. 15. tidie morior, propter vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu. Adhac, 2. Cor. 12. nōnne libenter in suis infirmitatibus gloriabatur? Tum quoque dicebat, Bonum est 1. Cor. 9. mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Respondebo omnem illā Pauli gloriam ad crucem Christi relatam, esse gloriam crucis. nam postquam ad fidem Christi adductus est, & ex persequutore ecclesiæ factus eū propugnator, omnia sua studia ad extollendam Christi cruentum contulit: quod haud dubiè subsequens lectio commonstrat, in qua dicit, Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.) Quid sit Mundo crucifigimur, cūm veniens princeps huius seculi, non inuenit in nobis quicquid mundo cru. Mundus autem est nobis crucifixus, cūm peccati concupiscentias non recipi cōfigi. mus. Hoc affirmat Origenes, homilia octaua super Iesum Naue. Huc & eundem locum

IN EPISTOLAM PAVLI AD GALATAS.

154

cum edifferens Chrysostomus, libro secundo, de compunctione cordis, dicit, Cūm enim dicit, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, emortuam mihi videtur in semetipso corporalium sensuum efficaciam protestari: Imo non solum hoc dixit, sed duplicari in semetipso istam, ut ita dicam, insensibilitatem. Non enim dixit hoc solum, quia mihi mundus crucifixus est, sed addidit, Et ego mundo. Ingentis nanque philosophia est, ut & hunc ipsum mundum sibi putet aliquis crucifixum, multò autem maioris est, ut & seipsum quis crucifixum putet mundo, quem sibi crucifixum prius esse crediderat. Hoc ergo in semetipso Paulus ostendit, quia non tantū abesset à terrenis sensibus, quantum viuentes homines à corporibus mortuis, sed quantum absunt, nec sentire possunt mortui mortuos. Qui enim viuit, etiam si ipse non potest mortuum conspicere, tamen vel sentire potest, vel mirari adhuc speciem defuncti, vel misereri potest, & lachrymas fundere. Qui autem & ipse defunctus est, erga mortuum ne hunc quidem habebit affectum. Et hoc est quod mihi videtur dixisse Paulus, Quia mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Verùm in suis commentariis ad hanc epistolam editis, multo clarius mentem Pauli aperit. Hic, inquit, Paulus mundum appellat res temporarias, laudem ex hominibus, famulitum, gloriam, opes. Hæc igitur omnia quæ vulgo videtur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. Talem oportet esse Christianum, & hanc vocem semper habere in ore. Considera & hinc huius beati erga Deum charitatem. Non contentus est priore mortificationis modo, sed & alterum intulit dicens, Et ego mundo, duplice innuens mortificationem, ac dicens, Et illa mihi mortua sunt, & ego vicissim illis. Nec illa me capere possunt, neque manibus iniectis captiuum ducere, quippe semel mihi mortua, neque ego illorum cupidine teneor, quippe mortuus illis. Nihil hac mortificatione fœlicius: hoc est beatæ vitæ fundamentum. Hæc ille. Et qui spiritu Dei facta carnis mortificauerunt, & lauacro aquæ in verbo vitæ renouati sunt, pace & misericordia fruentur. Cōuenit & his idem precari, quod Dauid precatur Israelitis, cūm ait, Pax super Israel: Verùm hīc non agimus de Israelitis secundum carnem, qui scilicet habent præputium amputatum, sed de Israelitis secundum spiritum, qui habent mentem circumcisionis. Et quia Galatæ à pristino errore resipuerant, & numero verorum Israelitarum ascribantur, optat illis Paulus pacem & misericordiam. Et ne sineret Galatas semper vacillare, & à pseudapostolis deprauari, ut ipsa firmitate firmiora sint quæ dixit & prædicauit, addidit, De cetero nemo mihi molestus sit. Non enim insidiosi tentatores, vafrique doctores me vñquam à mea sententia dimouebūt. Quod enim prædicauit, in fracto animo semper prædicabo. Nec probra, carceres, virgæ, vincula, lapidationes, vulnera, afflictiones, cæteraque mala, poterunt me ab obeudo meæ legationis munere diuellere. Cedet quoque in perpetuam meæ militiæ gloriam, & stigmata seu notas domini nostri Iesu Christi, veluti trophæa quædam & signa regalia ostentans, in corpore meo vñque circumferam. Lætabor quoque cum aliis A. Act. 5. postolis, quod dignus fuerim pro nomine Christi contumeliam pati. Fauor Dei, & gratia domini nostri Iesu Christi, semper adsit spiritui vestro. Vos velim fratres cōmonefacere ut reuicto & profligato Iudæorū errore, in syncera Euangelij doctrina, sanisque ecclesiæ dogmatibus perseueretis.

Finis commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, Doctoris
Theologi, in epistolam Pauli ad Galatas.

C. iiiij.

PRAEFATIO IOANNIS ARBOREI LAUDV.
nensis, Doctoris Theologi, in epistolam Pauli ad Ephesios.

Nobis coemptum est ex Actis Apostolorum Ephesum (que quōdam metropolis erat Asiae minoris) auguriis, diuinationibus, superstitionibus, vanae religioni, idolatria, & artium magicarum præstigiis detratam fuisse, ipsosque Ephesios summo religionis cultu Dianam coluisse, non quidem illam venatricem, cui poetæ sagittas & arma tribuunt, sed multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant, ut scilicet ex ipsa quoque effigie mentirentur omnium eam bestiarum & viuetum esse nutricem: Dicit enim scriptura, Demetrius quidam nomine, argentarius, faciens aedes argenteas Diana, præstabat artificibus non modicum questum, quos conuocans & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit, Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitionis, & videtis & auditis quia non solum Ephesi, sed pene totius Asiae, Paulus hic suadens auertit multam turbam, dicens, Quoniam non sunt dij qui manibus fiunt. Non solum autem haec periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magna Diana templum in nihilum reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit. Studuit autem Paulus pro viribus Ephesios magicis artibus & demonum præstigiis delusos, à falsa religione, superstitione & idolatria abducere, illisque persuadere solum dominum cœli & terra summa religione colendum esse, & defigendam salutis anchoram in Christo Iesu, cuius fide sanctificati, abluti & illustrati, sperant se aeternam salutem assequuturos. Prædicans quoque Ephesis Euangelium gratiae Dei, & annuncians viam salutis, ne post suū discessum à lupis rapacibus deuoraretur, dicebat, Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessauit cū lachrymis monere vnumquemque vestrum. Et nūc cōmendo vos Deo, & verbo gratiae ipsius, qui potens est ædificare, & dare hereditatem in sanctificatis omnibus. In hac autem epistola multis difficultibus & profundis questionibus inuoluta, beatus Apostolus aperit quæ sunt abstrusa, & nostris ingenii imperuia: Et in primis optat Ephesis sua diligentia, sua assiduitate, suoque labore ad fidem adductis, gratiam, pacem & benedictionem patris cœlestis in Christo Iesu, per quem prædestinati sunt in adoptionem filiorum Dei, cuius etiam sanguine redempti sunt, & à suis delictis repurgati. Commendat & magnopere Ephesios, quod cum audissent verbum veritatis, Euangelium scilicet suæ salutis, in eo perfisterunt: nec cessat pro eis suis precationibus interpellare dominum, ut vegetiores sint & alacriores ad propagandum fidei susceptæ sacramentum. Vult & Ephesios agnoscere quibusnam virtus addicti fuerint, & à quot malis, impurisque spiritibus Christi præsidio sint liberati. Quod si saluati sint, hoc fidei & dono Dei gratuito, & non potissimum suis operibus tribuant, ne tantopere liberi arbitrij vim & facultatem iactent & prædicent. Quam maximas Deo gratias agit, quod sua beneficentia voluerit Euangeli gratiam in gentes (pro quibus legationem obibat) propagari & disseminari. Adhæc, sine intermissione orat Deum pro Ephesiis, ut eius spiritu fulciti

fulciti roborentur & vegetentur in interiore homine, quem caro suis blanditiis & illectamentis nititur ad se pertrahere, pertractum obtenebrare. Et licet pro salute Gentilium vincula, carceres & afflictiones sufferat, non tamen desinit eos cohortari, ut dignè & sanctè ambulent in ea vocatione in qua vocati sunt. Dent quoque operam, ut unitatem ecclesiasticam vinculo pacis & nexu corporis mystici astriclatam seruent. Deinde præscribit illis leges & officia maritorum in uxores, uxorum in maritos parentum in liberos, liberorum in parentes, dominorum in seruos, & seruorum in dominos. Postea vnumquemque militem Christianum ad spiritalem pugnam aduersus callidissimos dæmones, & fidei hostes nocentissimos, adhortatur. Hanc autem epistolam scripsit ab urbe Romana per Tychicum diaconum, fidem ministru, cum pro euangelico negocio & defensione fidei, intrusus esset in carceres.

Argumentum primi capit. 19.

PAULUS iussu Dei ad obeundam inter gentes euangelici negotiū legationem vocatus, Ephesis sanctitate & fide conspicuis, salutem, gratiam & pacem in Deo patre, & domino nostro Iesu Christo, impartitur. Neminem putat esse prædestinatum à Deo ad vitam aeternam & in adoptionem filiorum, nisi per Iesum Christum, & eo quidem fine ut eius gratia electis collata, in perpetuam sui nominis gloriam & commendationem cederet: Produntur & euulgantur cumulatissimæ tantæ gratiæ opes, sanguine pro nostra redemptione effuso. Nec solum Christus secundum tempus à divina voluntate præscriptum apparuit, ut sua peccatoribus condonarentur delicta, sed ut instaurarentur omnia & cœlestia & terrestria. Et quia Paulus audierat fidem Ephesiorum fælicibus auspiciis adolescere, & in dies ad perfectionem proficere, non cessauit dominum obsecrare ut in augmentum fidei & ædificatione ecclesiæ (cuius caput Christus est) in sancto proposito perseveraret.

Caput primum.

VLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax, à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut est legit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ: secundum beneplacitum eius, quod

„proposit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurata „omnia in Christo, quae in cœlis, & quae in terra sunt in ipso.)

Affirmat Paulus in exordio huiusc capitis, se nullius hominis aut fauore, aut praesidio destinatum esse Gentium Apostolum, sed duntaxat gratia & dono gratuito domini nostri Iesu Christi, ne suæ legationis autoritatem hominibus acceptam referat, sed auctori unico nostræ salutis & redemptionis. *Paulus, inquit, Apostolus Iesu Christi.* Non quidem Mosi aut Samuelis aut Dauidis, aut cuiusvis alterius prophetae, sed illius summi salvatoris, summi Christi, qui non venit in hunc mundum ut mundum perdat, iudicet & damnet, sed ut saluet. Nec casu aut fortuna, aut fato, aut euentu accidentario designatus est Apostolus, & præaco Euangelij Iesu Christi, sed voluntate Dei, qui voluit & ordinavit sua inscrutabili sapientia, suoque ineffabili consilio, ut Paulus euangelicæ legationis munus obiret, & obeundo præsertim apud Gentiles, idola contereret, vanamq; idololatrarum religionem dissiparet & destrueret: ut proculcata omni idolorum spuritia errantes ad certissimam & tutissimam suæ salutis viam adduceret. In primis autem (ut contextus subindicit) Ephesiis vita sanctimonia, fideique sinceritate commendatis, gratiam & pacem non ab hominibus, sed à Deo patre, & domino nostro Iesu Christo paratam exoptat. Est quidem gratia à Deo patre & domino nostro Iesu Christo, quia Deus pater misit filium suum in hunc mundum pro nostra salute. Et est pax filij in patre pro nobis, quia per ipsum Deo patri reconciliati sumus. Est & Christus pax nostra, qui fecit vtraque vnum, destruxitque veteres inimicitias in carne sua, & ambos reconciliauit in uno corpore, quod est ecclesia. Deinde addit, *Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui nos benedixit in omni benedictione spirituali &c.* Quia prius natura intelligimus substantiam quam relatum, idcirco dixit, Benedictus Deus & pater. Et sicut Deus natura bonus est & sanctus, nos autem participatione tantæ bonitatis & sanctitatis efficiuntur boni & sancti: ita quoque Deus natura benedictus est, et si nihil benedictionis ex eo in nos proflueret. nos autem participatione tam arcanae benedictionis benedicimur. Et ne quis crederet tantillum benedictionis donum Apostolis collatum fuisse, adiecit, *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali.* Etenim omnium benedictionum spiritualium dotes nobis impartitus est, cum nos sanctos, prudentes, fortes, magnanimos, sobrios, castos, iustos & sapientes effecit, nosque omni armatura cœlesti aduersus hostes fidei muniuit. Habent & terreni homines terrenas benedictiones, cum liberis aut opibus affluunt, aut honore & sanitatem fruuntur. Cœlestes vero homines (qui se totos rerum diuinorum contemplationi addixerunt) suas habent benedictiones spirituales, & propterea addidit, In coelestibus, quia terra non capit benedictionem spiritualem. Sunt & Apostolorum benedictiones coelestes (licet in terra positi sint) quia non sunt de mundo, nec in carne viuunt, sed cōuer-sationem habent in cœlis, & portant imaginem hominis cœlestis. Et huiusmodi benedictiones coelestes & spirituales, datae sunt Apostolis per Christum: sicut enim per Christum hauserunt à Deo sapientiam & scientiam, ita per Christum hauserunt à Deo benedictiones. Subnectit Apostolus, *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati coram ipso.* Nec dicit elegit nos in Christo, quia eramus sancti & immaculati, ne prioribus bonis operibus diuina electio tribueretur, & non dono Dei: sed huiusmodi electio, futura bona opera quae erant facturi Apostoli, respicit: *Quod si non vixissent sancte, nec castimoniæ vitæ seruassent, nec à Deo fuissent electi.* Et quia pater sine filio non operatur, idcirco dixit, Elegit nos in ipso, scilicet in Christo, pro cuius gloria sumus euangelicam legationem obituri. Et quod ait, Elegit nos ante mundi constitutionem, ad præscientiam Dei pertinet, cui omnia futura, iam facta sunt. In charitate) Possumus hanc particulam cum superioribus & inferioribus copulare: Cum superioribus sic legendo, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Nam charitas sanctitatem & vitæ puritatem consummat;

summat: Cum inferioribus, sic legendo, in charitate prædestinans nos, in adoptionem filiorum per Iesum Christum. sed melius est secundum Græcos codices hæc superioribus annexere: Etenim multi secundum præsciétiam & placitum Dei, sunt prædestinati ad vitam æternam, & in adoptionem filiorum per Iesum Christum, qui nō habent charitatem formatam: nihil enim vetat Socratem culpa mortifera fœdatum (qui tamen aliquando ad bonam frugem resipiscet, & in statu gratiæ posthac detectum) esse prædestinatum ad vitam æternam. De prædestinatione quæ respicit futura bona opera prædestinatorum, non nihil in epistola ad Romanos attigimus. Illi autem sunt prædestinati in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum, aut potius in se, *et auctoritate,* ut scilicet ad patrem fiat reciprocatio, qui per fidem & baptis̄mum sunt insiti corpori Christi, alioquin non adoptantur in filios Dei. Christiani sunt filii Dei adoptione, Christus vero natura est filius Dei. Idcirco Christus non est adoptatus filius Dei. De adoptione in filios Dei plenè diximus in epistola ad Romanos *est adoptatus & ad Galatas.* Quomodo autem sumus prædestinati in adoptionem filiorum, de filius Dei. clarat his subsequentibus verbis, *Secundum propositum voluntatis suæ.* Legit Ambrosius secundum placitum voluntatis rectius leges secundum beneplacitum, hoc enim sonat *euθonía.* Nam beneplacitum illud est quod non solum placuit, sed etiam recte placuit. Per placet autem diuinæ voluntati nostra prædestinatio, quando facimus fructus ea dignos. Quia tamen dicit Paulus secundum propositum aut placitum voluntatis suæ, dicemus rationem prædestinationis esse simplicem & meram Dei voluntatem. Nec est alia causa diuinæ voluntatis prædestinantis, quam diuina bonitas filiis communicada. Et quod prædestinati simus in adoptionem filiorum per Christum, cedit in laudem gloriae diuinæ gratiæ, ne quis tantopere humanis operibus fidat. Hac autem gratia pater nos gratificauit, siue gratos & charos sibi reddidit in dilecto, hoc est, in salvatore nostro: Amamus enim à Deo patre non quidem potissimum ob nos, nostra merita, sed ob amorem quo filium prosequitur, & cui nos fratres esse voluit. Et cum dicit, Nos gratificauit, loquitur de gratia gratum faciente, & non de gratia gratis data. De hoc autem vnicè dilecto, testimonium tulit vox illa cœlestis, *Hic est filius meus dilectus,* in quo mihi complacui. Et iterum, *Hic est filius meus dilectus;* in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Quantum autem commodi filius Dei nobis attulerit, planè monstrat hic locus, In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorū: Laut enim nos Christus suo sanguine à peccatis nostris. Nec sine effusione huiuscæ preciosi sanguinis futura erat peccatorum remissio. Denique hic sanguis emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis, ut Deo viuenti seruiamus. Intelligamus quoque illum propriè redimi, qui prius fuit captiuus, & cum in manus hostium incidit, desit esse liber, fauore tamen aut ingentipeunia à captiuitate extrahitur. Et nos aliquando fuimus in hoc mundo captiui, & intolerabili dæmonum iugo coercebamus, sed Christus suum sanguinem effundendo, catenas quibus vinciebamus, fregit, nōque de seruitute erectos, libertate do-nauit, & hoc cumulatissimis suæ gratiæ diuinitiis, & non nostris meritis tribuendū est. Hæc autem opulenta gratiarum largitio abundauit præsertim in Apostolis. deinde in ecclesia de Gentibus congregata. Adiicit Paulus, *In omni sapientia & prudentia notum nobis faciens mysterium voluntatis suæ secundum placitum suum.* Distinguunt Stoici sapientiam à prudentia, quod sapientia sit rerum diuinorum humanarumque cognitio: Prudentia vero sit tātū mortalium cognitio. Longè aliter dirimit Aristoteles, quod Sapientia sit perfectissima rerum supramundanarum & diuinissimarum cognitio: Prudentia verò sit virtus circa agibilia, & aliarum virtutum moralium directrix & moderatrix. Verū demirabitur quispiam, quonam pacto Deus detexit Paulo in omni sapientia & prudentia mysterium suæ voluntatis, secundum suum placitum, quod scilicet in nostra redemptione per sanguinem filij ipsius collocatū est, cum tamen Paulus alio in loco dicat, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophe-tamus. Videmus nunc per speculum in ænigmate: *Quod si in absolutissima sapientia*

detectum esset Paulo tantæ rei sacramétum, non affereret se ex parte cognoscere, sed planè & perfectè. Et propterea Hieronymus videtur magis superioribus hæc verba, In omni sapientia & prudentia, accommodare, vt sit hæc plena intelligentia, Secundum diuitias gratiæ eius, qua abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia. Licet non arbitretur hanc quoque lectionem reiiciendam esse, Vt notum sit illis in omni sapientia & prudentia mysterium diuinæ voluntatis, non quo ipsi in omni sapientia & prudentia mysterium didicerint, sed Deus in omni sapientia sua atque prudentia, iuxta quod consequi poterant, eis mysterium reuelauerit. Hoc autem mysterium diuinæ voluntatis, quod concernit remissionem peccatorum per sanguiné filij Dei, proposuit Deus in Christo in dispensatione plenitudinis temporum: Siue quòd hoc mysterium superioribus seculis incognitum mundo, & præfertim Gentibus, sit dispensatio plenitudinis temporum, vt statuto tempore omnia compleantur. Docti interpres ponunt differentiam inter prædestinationem & propositum, quòd Prædestinatione pertineat ad ea quæ multo antè definimus in animo, quām fiāt. Propositum autem cùm iam vicina sit machinatio, & pene cogitationem sequatur effectus. Quòd autem arcanum illud quod fuerat à Deo prædestinatum in adoptionem filiorum, fuerit suo tempore dispensatum, ostendit Paulus ad Galatas dicens, At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Proposuit autem Deus in mysterio tam arcanae dispensationis instaurare omnia in Christo, verius recapitulare, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt in ipso. Nam in cruce domini nostri Iesu Christi recapitulata sunt vniuersa, cœlestia & terrestria, inuisibilia & visibilia: ita quòd omnis dispensatio quæ fuit ante mundum, & postea cœpit esse in mundo, aduentum filij Dei pollicebatur. Solent autem oratores & philosophi in fine causarum & disputationum vti recordatione, siue recapitulatione, quam Græci ἀνακεφαλαιώσιν vocant: vt quæ latius & fusius tractata sunt, summatim & cōpendiolo perstringantur. Nonnulli interpres dicunt Deum instaurasse omnia aut recapitulasse in ipso Christo, cùm terrestria tum cœlestia, vt Christus fieret caput & angelorum & hominum. Qui legunt instaurare, dicunt Christum instaurasse & angelos & homines: non quòd crucis supplicium pro angelis pertulerit, sed quòd redimendo hominem reintegraverit siue resarcierit, aut instaurauerit ruinam angelorū: Nam homines in cœlum euecti, occuparunt sedes, quas superbi angeli (nisi cecidissent) occupassent. Origenes motus hac Pauli autoritate, instaurare omnia quæ in cœlis & quæ in terra sunt, quæ nusquam ab illa dissidet, Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, finxit angelos dānatos, per Christum redimendos esse, quod nequaquam prætendit Paulus. & error ille vesanus originis. Mnino aduersatur Euangeliō, in quo scriptum est de auaris in sua auaritia sepultis, Matth.25. Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed volebat Paulus innuere quòd sicut Christus effusione sui sanguinis instaurauit & cœlestia & terrestria, quantum ad sufficientiam, & non efficaciam, ita pacificauit omnia & quæ in cœlis & quæ in terris sunt, quantum ad sufficientiam, & non quantum ad efficaciam. Et in hanc sententiam accedit beatus Thomas. Exponens Augustinus hunc locum, Instaurare omnia in Christo, &c. libro vno Enchiridij ad Laurentium, capite 62. dicit, In ipso quippe instaurantur quæ in cœlis sunt, cùm id quod inde in angelis lapsum est, ex hominibus redditur. Instaurantur autem quæ in terris sunt, cùm ipsi homines, qui prædestinati sunt ad æternam vitam, à corruptionis vetustate, renouantur.

„ In quo etiam & nos sorte vocati sumus: prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, „ vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui antè sperauimus in Christo, in quo & vos cùm audissetis verbum veritatis (Euāgeliū salutis vestræ)

in quo

„ in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pi- „ gnus hæreditatis nostræ, in redemptione acquisitionis in laudē gloriæ „ ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, „ & dilectione in omnes sanctos, non cessò gratias agens pro vobis, me- „ moriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus domini nostri Iesu „ Christi (pater gloriæ) det vobis spiritū sapientiæ & reuelationis in agni- „ tionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vo- „ cationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ „ sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nos, qui credidimus secun- „ dum operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, „ suscitans illū à mortuis, & constituens ad dexteram suā in cœlestibus, „ supra omnem principatū, & potestatem, & virtutē, & dominationē, & „ omne nomen quod nominatur, non solū in hoc seculo, sed etiā in fu- „ turo. Et omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra o- „ mnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in „ omnibus adimplēt.) Sunt ministri Christi & ij potissimum qui apostolicū mu- „ nus obeunt, Christi gratia in sorte & partem diuinæ hæreditatis adsciti. Et cùm dicit Paulus, In quo & sorte vocati sumus, planè mōstrat qui aliquando ob dominiū peccati Adā, sub ditione superborū angelorū erāt, in partē dominii translatos esse. Et ne fœ- „ licem hāc vocationē prædestinationi copulatā, facultati liberi arbitrij tribuerēt, pul- „ chrē adiecit, Prædestinati secundum propositū eius, qui vniuersa operatur secundū consiliū volu- „ tatis suæ. Non quo, inquit Hieronymus omnia quæ in mundo fiant, Dei voluntate & consilio peragātur, alioquin & mala Deo poterūt imputari. Verūt nō est necesse ob id mala Deo imputari, q̄ vniuersa operetur secundū consiliū voluntatis suæ: nā Deus Deus nō ope- „ non operatur malū, quatenus malū est: nec peccatū quatenus peccatū est. quia malum ratur malū „ quatenus malū, est boni priuatio, licet operetur malū pœnæ. Dicamus igitur Deum quatenus vniuersa quæ facit, consilio & volūtate facere, nec quicquā sine eius vi & virtute pos- „ malum est. se fieri. Quòd autem Prædestinatione & electio nō debeat esse ociosa ex parte prædesti- „ nati & electi, planè demōstrat hic locus, vt simus in laudem gloriæ eius. Etenim cedit in Hæc obser- „ laudē diuinæ gloriæ, q̄ prædestinati præclaris virtutū officiis suā prædestinationem ua. locupletant & propagāt. Et antequā Christus ē finū sui patris in pudicissimū virgi- „ nis vterū descenderet, Apostoli in eo sperauerant. & hoc intelligendū putes secundū diuinam præscientiā, in qua futura iam sunt facta. & propterea adiecit Paulus, Qui antè sperauimus in Christo. Ambrosius tamē & Tertullianus ob id dicūt Apostolos antè sperasse in Christo, q̄ licet in Iudaismo diu versati sint, tamen spem habebāt in Christo, quē ex prophetarū oraculis expectabant. Et ne quis putaret Paulū tantū loqui de Iudæis qui in Christo sperarūt, continenter adiecit, In quo & vos, sperastis, supple, cū audissetis verbū veritatis, Euangeliū scilicet salutis vestræ. Nemo enim Quid sit nescit Euangeliū esse sanum veritatis verbum, de quo testatus est Ioannes dicens, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Confert & ritatis. Euangeliū salutem iis qui sincerè credunt in Christum. Et quia Ephesij audie- Ioan.1. runt magna & ardenti attentione verbum veritatis, & in eo crediderunt & perstiterunt, signaculum Sancti spiritus consequuti sunt. Dicitur autem Spiritus sanctus, spi- „ ritus promissionis, quòd vitam æternam veris Christianis spondeat & polliceatur. Et quia obsignamur Spiritus sancto suscipientes communionem spiritus sancti, & nō obsignatur Spiritus sanctus, colligemus Spiritus sanctū nō participatione alterius, sed suapte natura sanctum esse. Verūt vt certa sit spes obsignatorū, adiecit, Qui est pignus, potius Arrabo hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius.

D. j.

Nec idem sonat latinis Arrabo & pignus. Arrabo futuræ emptioni quasi quoddam testimonium & obligamentum datur: Pignus verò pro mutua pecunia datur, vt cū illa redditæ fuerit, reddenti debitū, pignus à creditore reddatur. Et hic Arrabo nostra hæreditatis perpetuæ, nunc datur regeneratis in Christo per Spiritu sanctum, vt redimantur & copulètur Deo in laudē gloriae ipsius. Deinde commendans Paulus Ephesios à stabilitate fidei & singulari amore quo sanctos prosequebantur, dicit, *Quoniam fides vestra ad aures nostras peruenit, & per totum pene terrarū orbem increbuit, eāmque charitate & subsidiis in sanctos cumulatiōē effecisti, non cesso bo gratias agere Deo pro illo amplissimo fructu, quē ecclesiæ Gentium peperisti.* Et tantū abest vt à mea memoria excideritis, quin potius sim semper paratus etiam assiduis precationibus dominū pro vestra perseverantia interpellare. & quia perspicio vos spiritalia sapere, & cœlestia meditari, obsecrabo Deum domini nostri Iesu Christi, & patrem gloriae, vt spiritu sapientiae, reuelationis & cognitionis vos robustiores reddat. Attende, candide lector, Deum ob id dici Deum domini nostri Iesu Christi, quod sit Deus naturæ humanæ assumptæ, nam eam creauit & fecit. Frequenter dicit Hieronymus in suis scripturis quod Deus assumpit hominem, sed pace tāti viri dixerim. Hæc propositio simpliciter est falsa, Deus assumpit hominem: Nā Deus & homo sunt vnius Christus, sunt & vnum suppositum: sed assumpit humanitatem naturæ diuinæ vnitam in vnitate hypostaseos, siue suppositi. Sed Hieronymus sumit concretum pro abstracto. satis sit hæc annotasse. tamen sobrie & propriè loquendum est de tantæ rei mysterio. Et sicut Christus est sermo, sapientia, veritas, pax, iustitia, fortitudo, ita quoque est gloria & quidem patris. quod haud dubiè testatus est Propheta dicēs, Exurge gloria mea, exurge. Sribit & Paulus ad Hebræos, *Qui cùm sit splendor gloriae, & figura substantiæ eius, &c. Amplius, Deus sua bonitate suóque fulgore illustrauit oculos & mentes Ephesiorum, vt viderent quæ prius non videbant: Hinc illud Christi ad suos Apostolos verbum, Beati oculi vestri qui vident, & beatæ aures vestræ quæ audiunt, Quoniam multi Prophetæ desiderauerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ vos auditis, & non audierunt. Etenim multa abdita sacramenta, fuerunt Dei gratia Ephesiis detecta, quæ tamen prius ignorabant. Cur autem oportuerit abstrusiora mysteria suo tempore Ephesiis ad fidem adductis reuelari, subindicat Paulus hoc subsequenti contextu, Vt sciat quæ sit spes vocationis eius.* hoc est, vt vobis persuadeatis quid tutò sperare debeatis postquam gratuitò vos ad possidendam hæreditatem æternam vocavit. Nec quis potest scire suam vocationem esse certam, nisi per bona opera quæ in Christo facit, & in quibus perseverat: quod affirmat beatus Petrus dicens, *Quapropter fratres, magis satagit ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis, hæc enim facientes non peccabitis aliquando.* Et cùm omni assiduate, studio, conatu, sedulitate & diligentia virtutum officia Deo consecraverimus, amplissimas suæ gloriae diuitias in hæreditatem æternam assequemur. Verùm ad percipiendam tam arcanae rei notitiam nobis necessaria est sublimis diuinæ virtutis magnitudo: Nam Deus eadem efficacia, eadémque potentia & virtute nos ad fidem pertraxit, qua Iesum Christum vt hominem à mortuis excitauit, excitatum verò deuicta morte sedere fecit ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Pulchrè cohæret huic loco quod alibi dicit Paulus, Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Meruerat autem humanitas Christi ob cōuicia, sputa, flagella, quæ cū ignominioso crucis supplicio pertulit, vt super omnia astra & choros angelorum & archangelorum viætrix eucheretur. Nec aliter intelligas Deū patrē fecisse suum filiū sedere ad dexteram suā, quāq; dedit ei per omnia potestatē, virtutem, maiestatem & autoritatem sibi per omnia coæqualem. Nec sedet à dextris Dei, quod sit Deo subsellium, secūmque habeat filiū residentem, sed q; nō aliter possumus

Psal.66.

Hebr.1.

Matth.13.

Quando vocatione est certa.

2.Pet.1.

Hebr.1.

Psal.109.

sumus regnante quām per nostra verba intelligere. Itaque nos oportet sede Dei, virtutem & potentiam Dei exprimere. Videtur autem euehens Christū hominem super omnē principatum, potestatem, virtutē & dominationē, & omne nomen quod nominatur & in hoc seculo & in futuro, attendere ad omnes cœlestes substātias, quas diuinus sermo in nouē ordines distinxit, vt planè docet diuus Dionysius, in libro cœlestis Hierarchie capite 6. Diuidūtur autē ad sanctę Trinitatis imaginem in ternas tertio repetitas distinctiones. Sunt enim in supra Hierarchia, Seraphin, Cherubin & Throni: in media, dominationes, virtutes & potestates: In infra, Principatus, Archangeli & Angeli. Est itaq; Christus vt homo, exaltatus super omnē creaturam, etiā spiritalem & cœlestem: & propterea adiecit Paulus, Super omne nomē, non solum quod nominatur in hoc seculo, verum etiam in futuro. Aut dicas Paulū terrenis imaginibus cœlestes spiritus pinxit, vt nos ex visibilibus ad intelligibilia proueheret: Quemadmodū enim in terrestribus sunt Reges, Principes, Duces, Tribuni & Centuriones, ita in cœlestibus sunt principatus, potestates, dominationes atq; virtutes, & cætera ministeriorū vocabula, quæ non possumus enumerare. Subiectit Paulus. *Et omnia subiecti sub pedibus eius.* Hoc autem desumpsit ex illo Psalmographi testimonio, Omnia subiecti sub pedibus eius. quid autē hoc sibi velit, in priori ad Corinthios epistola explicat dicens, Cūm autem dicat, Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eū qui subiecti ei omnia. Cūm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecti sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Et alibi, In eo enim quod omnia subiecti, nihil dimisit non subiectum ei. Verūm dicet quispam, videtur Paulus secum pugnare: Nam in epistola ad Hebræos dicit, Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei: Huic obiectioni bifariam respondere possumus. Primò, quantum ad Dei præscientiā, omnia sunt Christo subiecta: Nam Paulus quod futurum est, quasi iam factum sit, commemorat. Secundò, ea quæ non sunt ei voluntate subiecta, naturæ cōditione, etiam ipsis inuitis ei subiiciuntur, vt dæmones & multi Iudæi & Gétiles in suo pertinaci errore obstinati, non enim spontanea voluntate ei subduntur, sed quia fuerūt ab eo in bonā partē creati, eius potestati subiiciuntur. Et ita Deus omnia subiecti sub pedibus eius, vt ipsum dederit caput super omnem ecclesiā, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius, vt scilicet non solum excellat membra sua, verum etiam vniuersa condita in cœlo & in terra. Si enim sedeat à dextris Dei, etiā quatenus homo, super omnē principatum, virtutē & dominationē &c. igitur censebitur caput & hominū & angelorū. q; si nō esset caput angelorū, nō assereret Paulus Deū, ipsum dedisse super omnem ecclesiā, militatem scilicet & triūphantem. Ecclesia militans, est cōgregatio fideliū in hoc seculo, quā regit Spiritus sanctus. Triūphans verò est cōgregatio hominū & angelorū in cœlo. Censetur autē Christus, etiā quatenus homo, caput angelorū, quantum ad præminētiā. nā illis præficitur, quod affirmscriptura illa, Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomē hæreditauit. Sed quantum ad rationē eiusdem naturæ, siue naturæ conformitatē, nō est caput angelorū, quia non apprehendit angelos, sed semen Abrahæ. Et propterea Paulus concludit, Christus omnia in omnibus adimpleret, vt sit omnia in omnibus, quæ nunc in singulos, alia in alios sparsa sunt, sicut est Deus omnia in omnibus. Nunc enim Deus per partes in singulis est, in alio iustitia, in alio castitas, in alio temperantia, in alio verò fortitudo aut sapientia, sed in cōsummatione seculi adimplebitur omnia in omnibus, vt scilicet vniuersi habeant omnia quæ ante, singula singuli possidebant. Adde quod Christus per omnia adimpleret in omnibus corporis sui membris simul collectis.

Argumentum secundi capit. 1.

A Gnoscant Ephesij suis delictis, suisque cupiditatibus noxiis, & vanis cogitationibus mortem æternā cōmeruisse, à qua gratuita Christi beneficēta eredita.

D. ij.

Psal.8.
1.Cor.15.

Heb.2.

Ecclesia militans.

Ecclesia triūphantem.

Quomodo Christus est caput angelorum.

Heb.1.

Hebr.2.

pti sunt, eiisque gratia saluati. Et ne quis tātopere sua bona opera iactet & prādūcet, suisque viribus tribuat, vt ea dono Dei prāferri velit, firmissimē credat se gratia Dei per syncerā fidem, perpetuā salutem asequuturū. Memores sint Ephesij se aliquando multis vitiōrū fluctibus obrutos fuisse, turpisimāmque vitam in hoc seculo, sine Deo Deique agnitione vixisse: Verū postquam depulsis ignorātiae tenebris, lux fidei ip̄sis effulgit, suaque via luxerunt, sanguine Christi fuerunt abluti & sanctificati. Siquidem Christus autor pacis vnicus, omnes ad unitatem fidei mutuāmque concordiam prouocans, capitalia odia veterēsque inimicitias, quae erant inter Iudaicum & Gentilem populum, suæ carnis hostia dissoluit & di remittit: Itaque magnopere gaudeat Ephesij vna cū Iudeis Deo reconciliati, quod cū aliquando longe abfuerint à cultu Dei & vera religione, fuerintque hospites & aduenæ, nunc sint sanctorum ciuitate donati.

Caput secundum.

ET vos cūm essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquādo ambulastis secundum seculū mundi huius, secundū principē potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidētiæ, in quibus & nos omnes aliquādo conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatē carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri. Deus autē qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cūm essemus mortui peccatis, conuiuiscerunt nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & confedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu.) Qui suis sordidis affectibus diu indulserunt, effrānēmq; carnis voluntatē sectādo, turpisima flagitia perpetrarunt, vnde de sua salute desperabāt, cūm spiritus Dei eos afflat vt pœnitentiam agant, eorūmq; conscientiam sui accusatricē pulsat, concutit & flagellat, vt suæ vitæ turpitudinem agnoscant, & pertinaci odio in secentur quod aliquando tanto-pere amabant, debent quām maximas illi gratias agere cuius patrocinio maturè resipuerunt. Hoc autē Ephesiis cōtigit, qui cūm olim multis vitiis maderent, in omnēq; petulantiam diffuerent, duce Christo, viam salutis sequuti sunt, & sua delicta imbre lachrymarum deflentes, fidē, primūque fidei sacramentū (quo fuerunt abluti) receperunt. Hæc autē amplissima beneficia cōmemorans Paulus, incutieñsque Ephesiis terrorem non modicū exitij æterni, dicit, *Et vos cūm essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculū mundi huius, secundū principē potestatis aeris huius spiritus.* Nonnulli ponunt discrimen inter delictū & peccatum. Delictū censetur cūm cogitatio tacita subrepit, & ex aliqua parte connuentibus nobis, nec dum tamen nos impulit ad ruinā: Peccatū verò, cūm quid opere consummatū, peruenit ad finē. Is autem moritur peccato, qui ob peccatū mortale, morte æternā (qua est priuatio gloriæ æternæ, & in inferis perpetuus cruciatus) commeruit. De hac autem morte dicebat Christus Iudeis in sua incredulitate obstinatis, Amen, Amen dico vobis, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Et hæc est mors secunda, qua habet potestatem in damnatis, & his qui mittuntur in stagnum ignis ardantis, & baratrū ac voraginem supplicij æterni, ad quam inuitat auctor mortis, nempe diabolus, qui ob grauissima flagitia suam tyrannidem exercet in hunc aerem. Intellige &, candide lector, peccatum aduehere mortem ipsi animæ, iuxta

juxta illud Ezechielis vaticinium, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Theophy- Ezecl.18. lactus loquens in exordio huiusc capitis de Ephesiis quos mors ob admissa deli- Lapsus & inuaserat, dicit nequaquā esse ascribendū Ephesiis quod deliquerint, sed diabo- Theophy- lo, cuius opera & instigatione peccarunt, sed hallucinatur. Si enim non sit ascriben- lacū. dum Ephesiis quod deliquerint sed diabolo, igitur non deliquerunt, nec ob sua de- licta mortem æternam commeruerant, quod Paulinæ doctrinæ aduersatur. Adde quod nullū est delictum aut peccatum, nisi sit voluntarium: Tum quoque quantū- libet spiritus Satanæ mihi suggerat malum perpetrandum, non tamen omnino no- lens perpetrabo, nec absque meo consensu, diaboli instigatio me præcipitabit: Et se- cum pugnat Theophylactus, nā paulopost loquēs de principe potestatis huius aeris, ait, Principē potestatis & aeris, diabolus dicit, quia vlt̄rō homines se diabolo subdi- dere: plures enim illi quā Deo obsequuntur ac seruiūt. Hæc ille. De hoc autē fraudu- lento & callido principe, dicit Christus in Euangelio Ioannis, Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquā. Nec est princeps aeris q; vllam habeat in aere ditionē, vt scilicet aerem temperet vel moderetur, sed quia in illo se insinuat. Et quia diabolus cōstat spiritu, in aere tanquā in vento & spiritu diuersatur, & eō tenus eius potestas & vis omnis prouehitur. Verū ex Pauli cōtextu nobis incertū est ad quid referri debeat, Spiritus, cū dicit potestatis aeris huius spiritus, an ad aerē qui spiri- tus est, an verò ad diabolū, non primū, nā paulopost subnectit, *Qui nunc operatur in fi- liis diffidētiæ.* Aer autē nō agit quicquā in filiis diffidentiæ, sed instigatio diaboli: Nec secundū, nā esset nugatio dicere, est princeps huius spiritus, qui quidē spiritus est dia- bolus. Et propterea docti interpretes sic texunt ordinē, Secundū principē potestatis Quomodo huius aeris & spiritus. Est enim diabolus princeps huius spiritus, hoc est, mundani diabolus est affectus, & hic spiritus diuersus est à cœlesti spiritu. Nomine aeris intelligas hāc infi- princeps mam orbis partē, in qua regnat diabolus, vt tyrānus, & nō vt dominus. Et hic impu- aeris & spi- rrus spiritus incitās affectū mundanū ad delinquendū, operatur in filiis diffidētię, nō rius. q; nos cogat scelus perpetrare, aut quod nobis inuitis imperitet, sed q; nos ad peccā- dum instiget & irritet. Itaque, vt volumus, nobis dominatur. Græci legunt hoc loco εἰ ὑιοὶ ἀπθεῖας, hoc est, in filiis inobedientiæ, siue immorigeris aut cōtumacibus: Ete- nī filiorū propriū est parentibus morigeros esse. Et qui non obtēperant Deo, iuf- sis diaboli obsequuntur. Volens autē Paulus ostēdere neminē esse à peccato immu- nem, sed omnes sub peccato venundatos esse, adiecit, *In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationū.* Illi autē faciunt voluntatē carnis qui sapiunt quæ sunt carnis: Sicut illi faciūt voluntatē spiri- tus qui sentiūt quæ sunt spiritus. Nec caro propriè culpanda est, sed mens ipsa & co- Roma.8. gitatio quæ ad voluptatis vitia pertrahit. Nec vlla est carnis voluntas, si aptē & pro- Hæc obser- priè loqui volumus, nisi sumas carnē pro homine carnali: sed ob id dicitur voluntas carnis, cūm caro concupiscit quod anima depravata concupiscit. Commaculamus & carnem, cūm opera carnis, fornicationem, adulterium, impudicitiam &c. perficimus. Et cūm peccata mentium perpetramus, vt hæresim, inuidiam, odium, superbiam, & cætera id genus, facimus voluntatem cogitationum. Denique quod nemo non suis vitiis exasperauererit Deum, patefacit hic locus, *Et eramus natura filij iræ, vt cæteri.* non quidem naturæ igniculis, qui nos ad virtutem allicit, sed natura, hoc est, ve- rē & propriè Deum, ad iram aliquando concitauimus: Dicimus enim congruenter hominē natura miserū, qui sic est addictus miseriæ, vt nolit effugere etiam si possit. Nonnulli sumunt hoc loco naturā pro exordio adolescentiæ, quæ prona est ad ma- lum, ob naturam nostrā vitio primi parentis commaculatam: Hinc illud Genesios, Gene.8. Sensus & cogitatio humani cordis, in malū prona sunt adolescentia sua: Filij au- tem iræ, sunt filij perditionis, peccati, iniquitatis & mortis: Sunt enim homines filij peccati, quādo peccatū in ipsis operatur, sicut sunt filij gehennæ, cūm gehennę igni- bus consumendi sunt. Alij putant irā hoc loco sumi pro diabolo, ita quod filij iræ Filiij iræ & dicuntur filij diaboli, & ob id diabolus ira vocatur, quod aduersus hominē suā feri-peccati.

tatem exerceat. Nūc autē Paulus morbis præteritis depellendis, quibus Ephesiorum animi cruciabātur, adfert antidotū, præsentaneūmq; remediū, dicens, *Deus autem qui dues est in misericordia &c.* Deus non solūm est misericors, sed est totius misericordiæ fons vberimus, & ad cōmiserandū opulentissimus, & in dies apud nos opes diuinæ misericordiæ accumulātur: Adde q; Dei misericordia longè superat multitudinem peccatorū nostrorū. Huiusc rei testimonio abūdant sacra literæ. Propter autē summam charitatem, qua nos dilexit, licet essemus natura filij iræ, & propter peccatum mortui, tamen nos conuiuficauit Christo, vt intelligamus nos Dei gratia vna cum Christo reuixisse. Et ne nostris potissimū meritis salutem arrogaremus, &

Non mere-
remur ex cō-
digno sim-
pliicit vi-
tam eternā.

elatis cristi vim liberi arbitrij extolleremus, adiecit Paulus, *Cuius gratia estis saluati.* Is enim mihi insolescere videtur, imo toto cōelo errare, qui cū prius æternō suppicio dignus erat, sua opera iactat, aut asserit se ex cōdigno simpliciter vitā æternā meruif-
Rom.8. fe. In hanc quoque sententiam & opinionē discedit Hieronymus, dicens, Si nō sunt dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, gra-

Rom.8. tia magis sumus quām opere saluati: Nihil enim possimus domino retribuere pro omnibus quæ retribuit nobis. Adhac, Deus sua gratuita beneficentia nos pariter cū Christo suscitauit, simūlque cum illo in cōlesti palatio sedere fecit: non quōd in ta-
bernaculo Dei eadem gloria, eadēmque charitate in eodē gradu fruemur, qua frui-
tut Christus: sed quōd diuinæ gloriæ participes erimus, & videbimus Deum sicuti

Ioa.17. est. Vnde Christus dicebat de suis Apostolis (quos vnicè amabat.) Pater quos dedi-
sti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi fint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi. Non enim negādum est quin Apostoli & Evangelistæ sint habituri in

Matth.19. coelis locum admodum eminentem: quod sanè affirmat scriptura illa: Amen dico vobis, quōd vos qui secuti estis me, in regeneratione cūm federit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Tibi suadeas Paulum his verbis, Fecit nos confidere in cōlestibus &c.

Esa.9. vti præterito tempore loco futuri, sicut Vaticinium illud indicat, Puer natus est, quia naſcetur. Item, foderunt manus meas, quia fodient. Tum quoque, Quasi ouis ad vi-
Pſal.21. ctimam ductus est, quia ducetur. Verūm ratiocinabitur quispiam. Si ſimus ſeffuri cū Christo in cōlestibus, & Christus ſedet ſuper omnem principatum, virtutem & do-
Efa.53. minationem & omne nomen quod nominatur, non ſolūm in hoc ſeculo, ſed in fu-
turo. igitur ſedebimus ſuper omnem principatum, virtutem, dominationē &c. quod ſi ita fit, erimus ſuperiores angelis, quod non videtur afferendum. Videtur sanè Hieronymus exponens hunc locum, conclusionem illatam concedere. verūm ne præ-
cipitum faceret, ad disputationis angustias ſe retraxit. Certum est beatos & foelices angelos, qui nunquam peccarunt (licet peccare potuiffent) & ſemper in officiis Dei constanti ſpiritu perfeuerarunt, nos quodam præminentia & gloriæ gradu præ-
cellere: non eft tamen negandum quin Luciferi & eius ſatellitum fedes, in nobis ſanguine Christi redemptis refarcientur, aut ſi mauis redintegrabuntur. Reddit autem Paulus rationem, cur Deus fecit nos ſimul ſedere cum Christo in cōlestibus. *Vt ostenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chri- ſtu Iefu.* Quoniam enim Christus naturam noſtrām affumpſit, gloria humanitatis Christi ad nos transmeat.

„ Gratia enim eftis ſaluati per fidem (& hoc non ex nobis, Dei enim donum eft) non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsiſus enim ſumus factura, creati in Christo Iefu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Propter quod memores eſtote, quōd aliquando vos eratis Gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ di-
citur circuncisio, in carne manuſacta: quōd eratis illo in tempore ſine Christo, alienati à conuerſatione Israel, & hospites testamentorum,

„ promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo. Nūc autem in Christo Iefu, vos qui aliquando eratis longè, facti eftis pro-
pe in ſanguine Christi.) Non ceſſat Paulus Dei beneficia Ephesiis collata com-
mēdare, nec ſolūm Ephesiis collata, verumetiam Iudeis & aliis Gētilibus ad fidem conuersis. *Gratia, inquit, ſaluati eftis per fidem, & hoc non ex nobis, Dei enim donum eft, non ex operibus, ne quis glorietur.*) Ratio noſtræ ſalutis aſſequendæ innititur fidei tanquā fundamento rerum ſperandarum. Et ex eo Paulus affirms fidem non eſſe ex nobis, nec ex operibus noſtris, præcedentibus ſcilicet, ne quis glorietur, quia eft donum Dei. Et huic loco accedit illud Ioannis. Hoc eft opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Verūm quispiam aduersus Paulum decertabit, Si fides non ſit ex nobis, nec ex operibus noſtris, igitur non meremur credēdo mysterium Trinitatis, aut cre-
dendo Christum eſſe filium Dei viui, quod tamen eft falſum, & aduersatur illi scripturæ, Hæc eft victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. *Quis eft qui vin-
cit mundum, niſi qui credit quoniam Iefus eft filius Dei?* Respondebo fidem, quantū ad fundamentum, eſſe opus Dei & donum, ne quis ex operibus glorietur, quasi non acceperit hoc donum. non enim ſufficit ad credendum liberum arbitriū: *opus Dei & hominis.* Nemo enim nouit filium, niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui vo-
luerit filius reuelare. Tū quoq;, Nemo potest venire ad me, niſi pater meus traxerit illū: tamē quantū ad executionē, fides eft opus hominis. Licet enim homo à Deo in-
citetur & iuuetur vt credat, tamē niſi velit, nō credet. Lege quę ſcripſim⁹ in noſtris Cōmētariis in Euāgeliū Ioānis editis. Et licet fides nō ſit ex nobis tāquā ex nobis, eft tamē ex nobis cū gratia Dei cooperātibus. Et ſicut magis iuſtificamur gratia dei quā noſtris operib⁹, ita magis ſaluamur gratia Dei quā noſtris operibus. cūcta enim *Hec obſer-*
funt ad Dei beneficiū referēda. Etenim idē doctor Gentiu in epiftola ad Romanos *ua.* dicit, Vita æterna, eft gratia Dei in Christo Iefu domino noſtro, hoc eft, per ſangui-
nem Iefu Christi, & fidē quam de eo habemus. Nec fides hæc, eft imbecilla & infor-
mis, ſed ſyncera, euangelica & perfecta, de qua alibi dicit Paulus, Fides quæ per cha-
ritatem operatur. Et hæc fides illi scripturæ copulatur, Mandatum Dei, eft vita æter-
na. & illi pariter, Si vis ad vitam ingredi, ferua mandata. Et licet noſtris operibus me-
ritoriis aſſequamur ſalutem æternā, quod affirms locus ille, Reddidit iuſtis mer-
dem laborum ſuorum, tamen quōd ſaluemur, diuinæ gratiæ tribuendum eft. Ete-
nim merita noſtra ſi ſunt bona, ſunt dona Dei. Itaque non eft ex nobis principali-
ter & primariō quōd ſimus ſaluati, ſed ex gratia Dei. Et prima Dei gratia, noſtra bo-
na opera præcessit. Nam antea dixerat Paulus, Elegit nos Deus ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus sancti, & non quia eramus sancti. Quōd autem post ſuceptam fidem factis ſit opus, ſubindicat hic contextus, *Ipsiſus enim ſumus factura ſiue opus, crea-
ti in Christo Iefu in bonis operibus, potius ad bona opera facienda, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.*) Intellige ex eo nos eſſe creatos in Christo Iefu, quia in eo ſumus per ba-
ptismum regenerati, & exuto veteri homine in nouam fakturam immutati. Nec à Deo creati ſumus vt torpeamus, ſomnolentāmque vitam agamus, alioqui non re-
ferremus imaginem ad quam conditi ſumus: ſed vt in bonis operibus ambulemus,
omnēmque noſtræ vitæ ſemitam in virtutum officiis transfigamus. Et ex eo Deus præparauit in nobis bona opera, vt non differantur à nobis nec intermittantur. opor-
tet enim nos ſemper facere aliiquid boni operis. Vnde dicebat Christus, Me oportet Ioan.9.
operari opera eius qui miſit me, donec dies eft. Venit nox quando nemo potest ope-
rari, Quandiu ſum in mūdo, lux ſum mundi. Deinde Paulus adhortatur Ephesiōs,
vt ſint memores ſuī ſtatus abominandi, ſuæque prophane religionis, quōd cū eſ-
ſent omnino præputiati, ſiue corpore & animo incircunciſi, & ob id Iudeis deplo-
ratores, qui erant carne circunciſi, longè aberant à vero Dei cultu. Et cū non ſe-
rarēt Christū ſibi ipſis affuturum, erant prorsus alieni à conſortio Gentis Iudaicæ,
D. iiiij.

cui Christus erat peculiariter promissus. Adhæc, cùm essent extores à pactis Dei, ac omnino destituti spe salutis affeundæ, & sine Deo ob spuriissimum idolorū cultum viuerent, nunc efflorescente Euangelij veritate, diuina beneficentia & largitate, sunt Christo coniunctissimi, & quidem per effusionē sui sanguinis, quo abluti sunt à suis vitiis, & Deo patri reconciliati.

„ Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriarū soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominē, faciens pacem, vt reconciliet ambos in uno corpore, Deo, per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui propè, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu, ad patrem. Ergo iam non estis hostes & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.) Quòd autem Ephesij ad fidem conuersi non sint Iudæis postponendi, licet aliquando fuerint omnino præputiati, patercit hic locus, Ipse est pax nostra.) Ex eo autem Christus est pax nostra, quia nos Deo quem grauiter offenderamus, reconciliauit, & inimicitias carnis & dæmonis quibus affligimur, excusset. Pacat enim in nobis omnia, fluctusque animorum nostrorum cōponit: Denique dissidia incredulitatis & infidelitatis oppugnat, & propterea volens post suam resurrectionem suos discipulos in fide stabilire, frequenter dixit eis, Pax vobis. Adhæc, Sicut Christus est salus, spes, vita & resurrectio nostra, ita quoque pax nostra. Et quemadmodum sapientianos sapientes facit, & iustitia iustos, ita quoque pax Christi nos pacatos efficit. Debemus & pro viribus conari vt discordes ad pacem & concordiam reuocemus. Vnde dicebat psalmographus, Cùm his qui oderunt pacem, eram pacificus. Et in Euangeliō scriptum est, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Et hæc Christi pax periuicūda, & omnium votis exoptata, summam inimicitiam quæ inter circuncisos & pérpetuatos olim intercesserat, sedauit. Et propterea adiecit Paulus, Qui fecit vtraque vnum. Nam ex vtroque populo ad fidem conuerso, facta est vna ecclesia: Siquidem illi in vnam fidem, vnum baptisma, vniuersque Dei cultum coierunt, & ad pares honores euecti sunt. Nec ab hoc loco abscedit illud Ioannis, Fiet vnum ouile, & vnum pastor. Dissoluit & Christus in propria carne sua intermedium maceriarū parietem, inimicitias scilicet, quæ erant inter Iudæos & Gentiles: Etenim eius caro vltro oblata est, vt qui prius fæuissimis bellorū tumultibus inter se decertabant, & diuersitate religionis dissidebant, inter se foedus inirent. Nec reticere velim quin Christus in suo sanguine terrena & coelestia copularit, quæ inter se antea dissidebant. Quidam edifferentes hunc locum, Medium parietem maceriarū soluens, dicunt, Imaginemur vnum amplissimum campum multis hominibus repletum, in quo per medium protendatur vnum paries diuidens eos, ita quòd appareant non vnum populus, sed duo. quicunque ergo dimoueret hunc intermediu parietem, coniungeret in vnum confertissimam illam hominum turbam, & efficeretur vnum populus: Hoc autem Christus suæ crucis supplicio effecit. nam diuisas Iudæorum & Gentilium nationes fecit in vnum coalescere. Erat & lex vetus paries maceriarū: nam sicut in pariete maceriarū lapides non adglutinantur coemento: Ita in veteri lege Iudæi admodum rebelles, non erant adiuicem charitate adglutinati. Abrogauit & Christus per dogmata euangelica legem, in quibusdam decretis & preceptis ceremonialibus sitam. Aut hanc versionem recipiendo, legem mādatorum decretis euacuās.

euacuans, dicas Christum antiquasse quibusdam decretis & dogmatis fidem inducentibus, legem Mosaicam, quantum ad mandata cæremonialia & carnalem Iudaismum. Id autem effecit vt duos conderet siue pararet in semetipsum in vnum nouum hominem,) non quòd ex Gentili Iudæum efficerit, aut ex Iudæo Gentilem, sed quòd dissolutis prioribus iurgiis ad sublimiora pertraxerit. Hic autem nouus homo, veteri crucifixo, pietatem, modestiam, charitatem & sanctitatem, quæ Christiano necessaria est, respicit. Et licet exordium huiusc in nouationis in hoc seculo incipiat, perfecta tamen & consummata nouitas in futuro seculo complebitur. Denique iugulatis inimicitis & dissidiis prorsus extinctis, conciliauit Iudæum Gentiles: *Vt ambos reconciliaret in uno corpore per crucem.*) Siquidem mysterio dominicæ crucis in vna ecclesia, cuius caput Christus est, reconciliati sunt Deo & Iudæi & Gentiles. Et quia Ephesij (qui aliquando ab Euangelij veritate longè absuerunt) suscepit fidei sacramēto & repurgatis suis noctiis affectibus, insiti sunt Christo, non amplius vocandi sunt peregrini & accolæ, sed ciues & domestici Dei: hoc autem aperit hic locus, *Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui propè,* hoc est, Iudæis quibus primū concredita sunt Dei eloquia. Et per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. *Ergo iam non estis hostes & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarū ipso summo angulari lapide Iesu Christo.*) Fundamentum Apostolorū, est Christus: quod testatur scriptura illa, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod possum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argētum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuersusque opus manifestum erit. Et quia Ephesij sincera fide crediderūt, quod & Apostoli & Prophetæ crediderunt, non sine titulo honoris sunt coniuncti ipsis Apostolis & Prophetis in validissimo fidei fundamento. Præfert, & meritò, Prophetis Apostolos, quòd fuerint primariæ & insignes ecclesiæ columnæ. Addit quòd ex Apocalypsi *I. Cor. 3.* Ioannis colligimus eos fuisse secundaria ecclesiæ fundamenta. In hac autem ecclesiastica structura Christus est summus lapis angularis, nam vtrinque duos parietes, nempe Iudaicum populum cum Gentili copulauit. De hoc autem probato & electo lapide testimonium tulit Dauid, dicens, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in ocu- *Psal. 117.* lis nostris. Ad hæc, dicit Paulus de superbis Iudæis qui sibi arrogabant iustitiam ex operibus legalibus, & non ex fide, Offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Syon lapidem offensionis, & petram scandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur: In hoc autem angulari lapide *omnis ædificatio constructa cre- 8.* scit in templum sanctum in Domino.) hoc est, quæcumque structura illo lapide connectitur, surgit in templum Domini. Hac autem integra structura comprehenduntur fideles in vnum coacti, qui fide & castimonia vita efficiuntur sanctum Dei templū. Hinc illud scripture, Inhabitabo in eis, & inambulabo. Nec hinc euariat testimonium Leuiti. 26. illud, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populi eius erunt, & ipse erit eorum Deus. Hoc autem pulchrè concludit Paulus dicens, *A poc. 21.* *In quo & vos ædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.*) Nam Deus per gratiam spiritus sancti in vobis verè conuersis inhabitat. Hinc illud Ioannis, Deus charitas *I. Ioann. 4.* est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.

Argumentum tertij capitū.

*Q*uoniam Paulus nitebatur omnibus studiis superstruere super solidissimum ecclesiæ fundamentum, aurum, argētum, lapides preciosos, præclarissima scilicet opera & omni commendatione dignissima, & ad intelligendam tantæ rei philosophiam purgatas Ephesiorum mentes euehebat, nec cessabat munus

sue fidei concreditum obire, odium deploratissimorum infidelium sibi conflauit, & propterea pro defensione fidei inter prophanam Gentilium nationem carceres, flagella, conuicia & multa tormenta pertulit. Et quia Euangelium Iesu Christi sacramento fidei donatis immortalitatem & hereditatem aeternam pollicetur, nec ullam personam respicit, non definit cælestem hanc sapientiam nationibus inuulgare, ut etiam angelicis spiritibus, per ecclesiam credendorum omnium magistrum, innotescat virtus Christi, & quantum commodi caro eius oblata. cælesti hierarchia attulerit. Idcirco iugiter precatur Dominum ne Ephesij ob suas assiduas conflictationes & tribulationes turbentur & scandali entur. quandoquidem eius flagella, cruciatus & conuicia, in perpetuam illorum gloriam cedent, si modò per spiritum Dei fide & charitate roborati, Christum pie & sanctè referant.

Caput tertium.

Viuis rei gratia ego Paulus vincetus Christi Iesu, pro vobis Gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut suprà scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi, quod aliis generationibus non est agnatum filiis hominum, sicuti nunc est reuelatum sanctis Apostolis eius & Prophetis, in spiritu, Gentes esse cohæredes, & concorporales & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium: Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius.) Quoniam adnitor pro viribus fundamentum ecclesiæ adaugere & illustrare, quod nullis vñquam dæmonum & hereticorum machinis diruetur. & cupio vos, viri Ephesij, non nihil boni operis huic fundamento adiicere, pro tuenda & fide & euangelica doctrina nihil non finisti tolero: nunc ferreis catenis vincior, aliquando in carcera intrudor, in quibus vt Romæ, hanc ad vos misi epistolam: Interdum verò eculeos & flagella suffero, nec carni meæ parco, vt Euangelium Iesu Christi nationibus inclarescat, & quæ sceleratissimos peccatores inuito etiam animo vehementer cruciant, mihi dulcescunt, quandoquidem sincera fides, & ardens in Christum amor ad aduersa quæque animi magnitudine toleranda me prouocat. Itaque, viri Ephesij, qui audistis & intellexistis euangelicam legationem mihi diuina gratia pro vestra salute dispensatam, plaudite mihi, meisque fœlicibus auspiciis congratulamini, quandoquidem non ab hominibus didici sacramentum incarnationis & passionis Christi, sed diuina reuelatione mihi innotuit, vt ineffabile & admirabile Christi nomen portem inter Gentes, prophanisque & impuris hominibus mysterium Christi (si modò à pristino incredulitatis errore resipiscere velint) annunciem, & huiusc rei arcane vos compendiaria & breui additum epistola certiores reddidi, prout potuistis capere assiduitatem, sedulitatem, diligentiam & prudentiam in functione mei munieris. Nam aliis seculis non fuit tam abditæ rei mysterium filiis hominum, mendacibus scilicet vanis, reprobis & obstinatis detectum, quod Dei gratia detectum fuit & reuelatum Apostolis, Prophetis & sacrarum scripturarum interpretibus, vt in spiritu & gratia Dei absque ullis Iudaismi

daismi obseruatiunculis Gentiles essent per fidem & Euangelium Iesu Christi, cohæredes concorporati & comparticipes illarum pollicitationum quas Deus fecerat ipsi Abraham Gentilium auctori, cùm ait, In semine tuo benedicentur omnes Gen Gene.12. tes: Adhæc, Jacob prophetauit de Christo Gentibus adfuturo, dicens, Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit Gene.49. expectatio Gentium. Sunt autem Gentiles cohæredes Christi, & hæredes Dei: Nam Deus est hæreditas nostra: Et concorporati, quia sunt in uno ecclesiæ corpore conglobati, & comparticipes promissionis factæ ipsi Abraham, in Christo Iesu, hoc est, per gratiam Iesu Christi, & non per legem. Et ne meis meritis tribuatis quod sim delectus minister Christi, & euangelicæ doctrinæ buccinator, affirmo quod haud dubiè affirmare debeo, me sola Dei gratia (quæ quicquid in me præclarum est, operatur) ad functionem Euangelici negocij destinatum esse. Hoc tamen vos scire velim, hanc gratiam non fuisse in me superuacaneam: nam dedi operam, & toto Marte contendi, vt talentum Dei meæ fidei concreditum adaugerem: & forsitan citra ullam assentationem, auctius & locupletius quam qui quis alius Apostolus reddidi. Intelligamus Paulum non abs re dixisse, mysterium Christi non fuisse notum filiis hominum, de quibus dicit Propheta, Filii hominum usquequo graui corde, vt quid Psal.4. diligitis vanitatem & queritis mendacium? tamen filiis Dei, de quibus idem prophetæ scribit, Ego dixi, dij estis, & filii excelsi omnes, Christi mysterium fuit notum: Nam Abraham exultauit vt videret diem Christi, vident & gauisus est. Et Moyses maiores diuitias Ægypti thesauris, opprobrium Christi arbitratus est. Esaias quoque dixit, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Tum quoque, Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eo Gentes spectabunt. Adhæc dicit Psalmista, Et adorabunt in conspectu eius omnes familiae Gentium. Et iterum, Omnes Gentes seruent ei. Et licet sacramentum Domini nostri Iesu Christi fuerit Patriarchis & Prophetis reuelatum, non tamen tam clare & aper- Psal.7. tè atque Apostolis reuelatum est: Aliud enim est in spiritu ventura cognoscere, & aliud ea cernere opere completa. Et propterea Ioannes Baptista censetur esse maior omnibus Prophetis, quia quem cæteri prophetauerunt, ipse conspexit, & digito demonstrauit dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Dicebat etiā Chri- Ioan.1. stus de suis Apostolis, quorum mentes ad intelligenda mysteria regni coelorum euerat, Multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audi- Matth.13. dire quæ auditis, & non audierunt.

Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus, per ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum præfinitiōnem seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus fiduciā & accessum in cōfidētia per fidē eius. Propter quod pēto, ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis, quæ est gloria vestra.)

Ex eo Paulus existimat se esse omnium sanctorum & Apostolorum minimum, quia persecutor fuit Christi, & eius ecclesiam aliquando deuastauit. Quod aperte confessus est in priori ad Corinthios epistola dicens, Nouissimè autem omnium tantum abortiuo visus est & mihi: Ego enim sum minimus Apostolorū, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Afferit etiam à præclara humilitatis virtute, quæ nullis vñquam encomiis satis commendari potest, fe esse omnium sanctorum infimum, licet omnium forsitan sit maximus, ne sua ostendendo merita, gratiam Dei obscurare videatur. Nec hæsito quin illud Christi ad suos discipulos institutum obseruauerit, Qui vult in vobis maior esse, fiat omnium

minor: & qui vult esse primus, sit omniū nouissimus. Adde quod nulli vñquam, se contulerit, sed semper optauerit se suo pede metiri. Et quia non satis extollere potest humilitatis virtutem, qua nihil sibi tribuit: imo ea insignitus arbitratus est semper se esse omnium sanctorum minimum, verè persuadet sibi donum diuinitus datum, vt euangelizaret in Gentibus ininuestigabiles Christi diuitias, docerētque dispensationem mysterij absconditi à seculis in Deo, qui vniuersa creauit. Hoc autem Christi mysterium fuit æternis temporibus, Gentibus absconditum, sed post passionem Christi, & sufficientem Euangelij promulgationem, Gentibus innotuit. Siquidem dicit Paulus in Actis Apostolorum, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vñque ad extreum terræ: Reddit autem Paulus rationem, cur omnibus effulgere debebat & innotescere dispensatio huiusc sacramenti à seculis absconditi: ne angeli in abdita tantæ rei cognitione vellent sc̄ mystico Christi corpori præferre, vt innotesceret nunc principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiplex sapientia Dei, secundum propositum seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro.) Intelligis ne candide lector Paulum hoc loco velle innuere ecclesiam inuulgasse angelicis spiritibus mysterium Christi? non quidem illis qui sub cœlo sunt, nam cum Lucifero, igne perpetuo cruciantur, sed cœlestibus. Verū occurret obiectio aduersus Paulum, quod homines ab angelis didicerint mysterium incarnationis Iesu Christi, & eiusdem resurrectionem. In primis Angelus Gabriel (à Deo missus) reuelauit virgini Mariæ, quod cōciperet in vtero & pareret filiū Dei: eāmque docuit modum, quo eum conciperet & pareret, qui naturam & rationem humanam superabat. Nōnne etiā angelus detexit pastoribus suo gregi nocte diéque inuigilantibus, mysterium nativitatis Christi dicens? Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Adhac, Angelus adaperuit mysterium resurrectionis Domini sanctis mulieribus, quæ hæsitabant si nam Christus tertia die à sua passione reuiuisceret. Sic enim in Euangelio Matthæi scriptum comperimus,

Matth. 28. Nolite timere vos, scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quæreritis, nō est hīc, surrexit enim, sicut dixit, Venite, & videte locum vbi positus erat Dominus. Et cito eūtes, dicite discipulis eius quia surrexit, & ecce, præcedet vos in Galilæam ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis. Pro solutione huiusc argumenti, adnotemus quasdam rationes mysteriorum gratiæ, excedere omnem captum angelorum: nec huiusmodi rationes sunt mentibus angelorum inditæ, sed in solo deo sunt occultæ. Idcirco angelii non cognoscunt eas in seipsis, nec etiam in Deo, siue vidēdo Deum: sed cognoscunt eas quatenus in effectibus extrinsecis explicantur. Cūm igitur rationes pertinentes ad multifariam sapientiam Dei sint in solo Deo absconditæ, & postmodum in extrinsecis effectibus explanatæ, manifestum est angelos eas non cognouisse in seipsis, nec in ipso verbo, sed quatenus, vt Dominus voluit, fuerunt collegio Apostolorum reuelatæ. Et licet Angeli omnes à principio cognouerint mysterium incarnationis Christi in generali, tamen rationes tanti mysterij abditas, in speciali dicerunt progressu temporis, quatenus in effectibus extrinsecis explicabantur. Nec etiam affirmat Paulus, quod mysterium Christi innotuit principatibus cœlestibus

Quomodo per seipsum, aut quenuis alium Apostolum, sed per ecclesiam haurientem immēdiatè à Deo diuinorum secretorum cognitionem. Quidam aliter satisfaciūt huic obiectioni dicentes, particulam hanc. Vt, non indicare causam, sed consecutionem, & hūc Pauli contextum obseruant, Illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi, ut innotescat principatibus, &c. hoc est, istud sacramentum ita fuit absconditum in Deo, quod tandem innotuit principatibus cœlestibus per ecclesiam, non quidem terrenā sed cœlestem, quæ est vera ecclesia, mater nostra. Verū lubenter ab illis rescire vel-

lem quidnam ipsi vocant ecclesiam terrenam. Num cœtum Christianorū terrena sapientem & carnalia sectantem? quod haud dubiè affirmare non possunt, alioqui non esset ecclesia, sed rugata & maculata Christianorum congregatio. Diuino forsan illos interpres vocare ecclesiam terrenam, ecclesiam militatē, quæ adhuc (licet sancta & immaculata) in hoc seculo suā sedem habet, cœlestem verò ecclesiā appellare ecclesiam triumphantem. Sed aduersus hanc opinionem pugnat Chrysostomus Homilia 4. de incomprehensibili Dei natura, hunc locum edifferens, Ut manifestetur principatibus & potestatibus per ecclesiam multiformis sapiētia Dei. Vide, inquit, quantum honoris in genus humanum Deus immortalis contulerit, nobiscum & per nos virtutes supernæ, regis summi secreta cognouerunt. Quidā Glosator dicit angelos non plenē cognouisse mysterium Christi, donec prædicantibus Apostolis fuit impletum, quia antè habuerant tantum simplicem notitiam, quæ potest dici abstractiuā, quatenus est rei absentis, sed quando fuit impletum, habuerūt experimentalem siue intuitiuā. Verū vt coniungamus cum hoc loco illam Diuī Dionysij scripturam, capite 4. cœlestis hierarchiæ, vbi ita scribit intueri autem libet, vt diuinum illud sacramentum, quo nostræ humanitatis Iesus benignissimè factus est participes, angelii primū didicerunt, deinde per illos ad nos quoque scientiæ istius gratia deriuauit. Dicemus Angelum ordine naturæ illuminare hominem, ordine verò gratiæ, verius quadam eximia & speciali gratia, hominem illustrare Angelū. *Hac obserua.*

Luc. 2.

Dicunt & alij doctores scholastici angelos non ignorasse mysterium Christi, quantum ad essentiam & substantiam rei, licet ignorauerint tempus, quo Christus debebat nasci. Huic tamen sententiæ videtur Lucas reclamare: Nam Angelus dixit pasto ribus super suum gregem vigilantibus, Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. nisi velis dicere angelos non cognouisse tempus quo Christus nasceretur cognitione speciali, nisi quatenus hoc illis fuit reuelatum. Dicunt & illi angelos non cognouisse mysteria gratiæ cognitione naturali, sed cognitione beata, siue cognitione verbi, qua vident verbum, & res in verbo, nec tamen cognouerūt omnia gratiæ mysteria, nec æqualiter omnes, sed vt Deus eis voluit reuelare, & vt concludamus cum Paulo per ecclesiam. Hac plenius tractauimus Tomo I. nostræ Theosophiæ libro I. capite 3. Possum ego dicere quod sapientiam Dei (quæ Christus est) & quam Deus olim in sua mente futuram decreuerat, postquam apparuit, aguouerunt & angelii & homines per ecclesiam: Nam crux Christi non solum nobis, sed & angelis profuit, & aperuit sacramentum, quod anteā nesciebant. Quod autem Christo nobis per fidem insito debeamus de salute æterna bene sperare, hic subsequens contextus indicat, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.) Et ad Hebræos dicit, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Idcirco Paulus propter hanc stabilem non solum fiduciam, sed & confidentiam in Christo Iesu (si modò piè & sanctè vixerimus) adhortatur Ephesios ne à fide propter suas assiduas afflictiones, tribulationes, persecutions, angustias & aduersitates deficiant: Nam quicquid pro fide patitur & passurus est, in Dei gloriam, & perpetuam ipsorum salutem cedet, quam plurimōsque explorata hac animi fortitudine ad fidem allicit.

Heb. 4.

” Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius, in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo & sublimitas, & pro-

E. j.

„fundum, scire etiam supereminētēm scientiæ charitatem Christi , vt
„impleamini in omnem plenitudinem Dei.Ei autem qui potens est o-
„mnia facere superabundāter quām petimus,aut intelligimus,secundum
„virtutem quæ operatur in nobis , ipsi gloria in ecclesia & in Christo
„Iesu,in omnes generationes seculi seculorum,Amen.) Et ne Satanas nem-
nem suis dolis non circunueniens,vos ob meas tribulationes à suscep̄to fidei sacra-
mento auocet,vestramque sanam mentem suis præstigiis obscuret & obturbet,assi-
duas ad Dominum fundo preces,me quoque prosterno,& flecto genua ad patrem
Domini nostri Iesu Christi.Nec quod dicit Paulus,Flecto genua,potissimum perti-
net ad genua corporis,nam & virtutes cœlestes & dæmones in nomine Iesu flectunt
genu,sed ad subiectionem mentis,inclinationem animæ,& cordis obsequium.Lau-
damus & orando exteriores geniculationes (si modò à syncero affectu proficiscā-
tur,vt facilius impetremus quod à Deo poscimus: Nā & Paulus sic orauit in litto-
re,multi tamen corporale genu flectūt,qui poplite animæ non incuruant. Et alij
Deum erecto corpore deprecantes,magis se animo curuant.Alij verò flexo in terrā
poplite,se curuant animo,& omnibus suam simplicitatem & humilitatem prodūt.
Latini addiderunt hæc quatuor verba Domini nostri Iesu Christi:nā germana Græ-
corum exemplaria,duntaxat habent ad Patrem:Nō enim Paulus hīc propriè loqui-
tur de patre Domini nostri Iesu Christi,sed in genere ad illum patrem flectit genua,
quē omnes creaturæ rationabiles agnoscunt omniū conditorē & autore. Subsequēs
autem lectio hoc nobis planè indicare videtur, *Ex quo omnis paternitas in cœlis, & in ter-
ra nominatur, Loco huius, omnis paternitas, legunt Græci πᾶσα πατέρια. idest, omnis fa-
milia siue cognatio, nā ex vna radice multa generis turba diffunditur. Quòd autem
pro Israelitico populo paternitatū nomē in sacris literis cōperiamus, facile est sua-
dere. In Numeris scriptū est, Tollite summā omnis synagogę Israel iuxta cognatio-
nes & populos, secundum domos paternitatum, iuxta numerum nominum eorū. Et
pōst paululum, Hi sunt electi synagogæ principes tribū iuxta paternitates suas, du-
ces Iſraēl: Et hoc loco vocat scriptura paternitates, cognitiones siue familias. Et rur-
sum, de tribu Leui, Et locutus est Dominus ad Mosen in deserto Sina, dicēs, Nume-
ra filios Leui secundum domos paternitatum suarum, secundum populos corū, se-
cundum cognitiones eorū, omne masculinū à mense vno, & suprà considerate eos.
Adaptatur quoque ex sacra scriptura Gētibus vocabulū paternitatū, dicitemus pro-
pheta, Et adorabūt in cōspectu eius omnes patrię Gentium, siue omnes familiæ. Et
alibi, Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriā & honore, afferte Do-
mino filios arietum. Et sicut Deus nomen suæ essentiæ & substatiæ elementis & his
quæ elemētis subdūtūr impertiit, vt ipsa quoque esse dicantur: Ita nomē paternitatis
ex semetipso largitus est omnibus. Insuper, sicut solus Deus natura simpliciter est,
nos autē participatione suæ essentiæ sum⁹, ita solus Deus natura & simpliciter pater
est. hinc illud Christi verbū, Patré nolite vocare vobis super terram, vnu est enim
pater vester qui in cœlis est. Sunt tamen multi patres, aut ab educatione aut à gene-
ratione, sed Deus præstat illis, vt patres esse dicātur. Nominatur & in cœlis paternitas: nā angeli cæteræque virtutes cœlestes habent principes sui generis, quos patres
gaudent appellare. Non enim Archangelus dici potest nisi angelorum. Nec domi-
natio, principatus & potestas vocantur, nisi & inferiores subiectos habeāt. Interpel-
lat & Paulus Deum patrem, vt faciat Ephesios secundum cumulatissimas suæ glo-
riæ diuitias, quas spiritus sanctus largitur, virtute corroborari in interiorem hominē,
vt facilius Christus per fidem in eorum cordibus suū domicilium suāmque sedē
collocet. Et quia fides suas radices altè iacit in charitate, sine qua homo pro nihilo
reputatur, optat vehementer Ephesios charitate Dei & proximi fulciri, roborari
& confirmari, vt tantis donis prædicti incipient cum cæteris sanctis, sagaci animo &
perspicaci ingenio comprehendere, quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & pro-
funditas,*

funditas, quæ sit etiam supereminētēs charitas sciētiæ Christi. etenim charitas Christi
erga nos maior est, quām vt sciri & cognosci possit. Nemo enim potest colligere,
aut suo animo consequi summam Christi erga genus humanum dilectionem, vt sci-
licet Deus hominis causa, homo nasceretur: vt postquam hæc fuerint omnia in no-
bis & ordine & ratione cōpleta, tunc impleamur in omnibus plenitudine Dei. Paulus
hoc loco de corporalibus philosophando, nos ad sublimiora intelligēda pertra-
hit. Verbi gratia, intelligamus latitudinem cœli & terræ, hoc est, totius mundi, esse ab
orientē usque ad occidentem: longitudinē verò à meridie ad septentrionē. Et licet
cœlum cùm sit rotundum, non habeat propriè longitudinem & latitudinem, solēt
tamen astrologi dyametro dispescere cœlum in duo è qualia, adfigendo in extremis
puncta Orientis, Occidentis, Meridiei & Septentrionis. Sit & profunditas in abyssis
& in inferno: Altitudo supra cœlestia. Verū Hieronymus ad sensum spiritalem
docte differit hanc abditam Pauli philosophiam, nomine altitudinis exprimendo
angelos, superāsque virtutes: Profunditate, inferos, & quæ infra eos sunt: Longitu-
dine verò & latitudine, media quæ inter superos inferosque consistunt. Augusti-
nus in epistola 122. latitudine comprehendit bona opera charitatis, longitudine per-
seuerātiā in bonis usque in finem, altitudine spem cœlestium præmiorum, pro-
funditate inscrutabilia Dei iudicia. Et quia Deus necessaria postulantibus, & quæ
magnopere saluti animarum nostrarum & ædificationi ecclesiæ conducunt, nihil
denegat, sed postulata & optata sua largitate & gratuita beneficentia cumulatissimè
locupletat, iuxta hāc Paulinam coronidem, sit gloria illi, qui potens est super om-
nia facere ex abundanti, supra ea quæ petimus aut cogitamus, in ecclesia & in Chri-
sto, hoc est, in congregatione sanctorum cui Christus præficitur. in omnes genera-
tiones seculi seculorum) in æternum scilicet. Ex hoc loco adnotes Deum largius
multo & vberius sua bona nobis impartiri, quām postulemus.

Argumentum quarti capit. 1

T Ameti Paulus vincula & carceres & durissima quæque pro salute Ephe-
siorum & Gentilium omnium sufferat, non tamē definit eos obsecrare & ad-
hortari vt quam nacti sunt vocationem, humilitate, modestia, mansuetudine, cle-
mentia, patientia & cæteris virtutum officiis exornent & illustrent: nec decertent
ad inuicem odio, liuore, rixis, & querelis, sed studeant pro viribus sibi inuicem
opitulari, mutuāmque amicitiam inter se se fouere, ne disrupto pacis vinculo fran-
gatur & vnitatis spiritus. Sciat vnu quisque ad fidem & cognitionem Euangeliū
accersitus (ne suas animi dotes iactet) præscripta mensura sibi datam esse gratiam
ad bene operandū, & ad cōsummandā corporis Christi structurā, vt vnu quodq;
membrum suis studiis, sua opera, suisque conatibus nonnihil ad augmentum totius
corporis conferat, ne insiti Christo ad corruptissimos & impudiciissimos Gēti-
lium mores (quorum mens est omnino tenebris obsita) degenerent. Curent & om-
ni diligentia vt exuto veteri homine, prescisque vitiorū omnium radice, nouum
induant, & dona spiritus sancti (quo obsignati sunt) locupletiora reddant.

Caput quartum.

“ Bfecro itaque vos ego vincitus in Domino, vt dignè ambu-
“ letis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate &
“ mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in cha-
“ ritate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis,
“ E. ij.

Cap.4: COMMENTARII IO. ARBOREI

„Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis
 „vestræ, Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, Vnus Deus & pa-
 „ter omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.
 „Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram do-
 „nationis Christi: Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam du-
 „cit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascedit, quid est,
 „nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? Qui descedit
 „ipse est & qui ascendit supra omnes cœlos, vt adimpleret omnia.)

Exordium huiusc capitis planè indicat Paulum syncero cum affectu omnia sua studia, vires, conatus, industrias, labores, vincula, carceres & cruciatus contulisse in publicam Ephesiorum commoditatem, vt in charitate fundati, cæteras virtutes quibus perfectiores euadent, amplexentur. In primis autem obsecrando commonefacit Ephesios, vt dignè & sanctè ambulent ea vocatione qua vocati sunt: non enim vocati sunt vt secundum carnem ambulent, alioqui non mererentur euangelica lege iustificari, sed vt secundum spiritum ambulent, hoc est, vt castè, iuste & sobriè viuat, faciantq; opera quæ deo mirū in modū placēt. & propterea addidit, Cū humilitate.) non quidem fortunæ, sed animi, vt omnem arrogantiā, superbiā, fastum & tumore vitent: Vt enim superbia malorum omnium radix est, ita humilitas virtutum omniū est radix & seminarium. Et propterea dicebat Dominus suis discipulis de primis

Matth. 18. honoribus contendentibus, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se, sicut parvulus iste, hic est maior in regno cœlorum. *Et mansuetudine.*) Mansueti non resistunt ma-

Psal. 56. lo, sed vincunt in bono malū: cedunt & aliorum iniuriis quibus impetuntur, quā obrem futuri sunt Dei hæredes. quod affirmat illud Psalmographi, Mansueti autem hæreditabunt terram, *Cum patientia.*) Tametsi multæ virtutes Christianum militem exornent, nulla tamen æquè eum atque patientia exornat & extollit: nam facit vt alios vincendo, seipsum vincat, frangit furorem, insaniam, iram, indignationem & crudelitatem. Hæc denique virtus, munitissima quæque castra & propugnacula diruit, fortissimos etiam homines oppugnat, & quem illustrat, reddit Christo persimilem, & ad beatorum insulas pertrahit. vnde dicebat Christus suis discipulis, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Tum quoque Paulus nihil non sufferendo pro tuenda fide dicebat, Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei, *Supportantes inuicem in charitate.*) Quoniam charitas nulli officit, sed omnibus prodest, nulli suam gloriam & prosperitatem inuidet, sed de alterius prosperitate & commoditate gaudet, de aduersitate verò tristatur, nulli malum imprecatur, sed bene comprecatur omnibus, exosis etiam primis honorum subselliis omnia tolerat, omnia suffert: debemus (si viuidum Christiani pectus spiremus) aliorum lapsui & infirmitati compati, & agnoscendo quā proclivis sit ad malum humana conditio, neminem à nobis auersari & execrari. Simus & semper parati in subleuanda pauperum inopia: Effundamus & nostris fratribus, cùm tempus & locus postulat, viscera pietatis & misericordiæ. Et qui charitatem consequuti sunt, & eius præsidio se inuicem tolerant, sollicitè seruant vnitatem spiritus in vniculo pacis.

Quemadmodum enim spiritus corporis, omnia membra etiam diuersa in vnum colligat & concatenat, ita spiritus sanctus omnes Christianos facit vnanimes, eodemque pacis vinculo adiuicem connectit: quod qui dissoluit, & vnitatem spiritus dis- soluit: non enim est pax sincera sine vnitate spiritus, nec vnitatis spiritus in nobis, si- ne pace. Et propter feruentissimam charitatem & mutuam amicitiam, in vnum cor- pus vnumque spiritum redigimus. sumus vnum corpus, vt mutuo nos iuuemus & in temporalibus & spiritualibus: sumus & vnu spiritus cùm vnam & eandem doctrinam

IN EPISTOLAM PAVLIA D EPHESIOS.

165

nam sectamur, idémque sentimus. vnde in epistola ad Romanos dicit Paulus, Deus autem patientiæ & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christum, vt vnanimes, vno ore, honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscep- vos in honorem Dei. Reddit autem rationem quare debemus in vnum corpus vnumque spiritum coalescere, *quia Vocati sumus in vna spe vocationis nostræ.*) Nam Deus pariter nos omnes vocauit, nisi aut obstinata incredulitate, aut malitia vo- canti reclamemus, nōsque vult omnes in cœlum euehere. Quid autem nobis sit ne- cessarium ad salutem eternam assequendam, patefacit hoc subsequenti loco, dicens, *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.*) Corde credamus & ore confiteamur oportet, vnum esse Dominum, qui omnibus creaturis inuisibilibus & visibilibus domi- nat, sub cuius ditione militamus, & pro cuius gloria aduersus infideles, idolola- tras & persecutores fidei decertamus: & hic Dominus omnium, diues est in omnes, cuius nomen qui inuocauerit, saluus erit. Est & vnius Domini vna fides, non enim Iudæus aliud debet credere quā Gentilis. credimus enim inconcussa fide vnum esse Deum in tribus personis, credimus & Christum esse saluatorem nostrum, cu- ius gratia per viuam fidem saluabimur. Est & vnum baptisma in spiritu & igne, quod Christus instituit: dixit enim Nicodemo, Amen, amen dico tibi, nisi quis re- natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et quia vnum est baptisma, qui baptizatus est baptismo Christi, nō debet rebaptizari. Tri- fariam Baptisma censetur esse vnum: Primò quod vnam & eandem virtutem ha- beat & conferat: & licet multi sint qui baptizant, tamen vnu est Christus qui pro- pria virtute & autoritate interius baptizat: Secundò vnum est, quia datur in nomi- ne Patris, & Filii, & Spiritus sancti: Tertiò quia iterari non potest: tum propter characterem indelebilem quem imprimit: tum quod eius causa, Christi scilicet passio, non iteratur. Consepulti sumus cum Christo, per baptismum in mor- tem. Nunc autem Christus semel pro peccatis mortuus est. Est & vnu Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.) Nam om- nibus præficitur, & omnia sua sapientia, suo consilio, suaque prouidentia gubernat, & in omnibus per fidem & gratiam inhabitat. Quod sit vnu Deus, testatur scriptura illa, Audi Israël Dominus Deus tuus, vnu est. Cùm autem dicit Paulus, Deute. 6. Vnu est Deus & pater omnium, &c. comprehendit in vniuersum, Patrem, Filium & Spiritum sanctum: nam sicut Deus pater à creatione est pater omnium, ita & Filius & Spiritus sanctus. Vnde in Esaia legimus, Tu Domine, pater noster, & re- demptor noster, cui subscrifit illud Malachiæ, Nunquid non pater vnu om- nium nostrum? nunquid non Deus creauit nos? Tanta autem est Dei prouiden- tia nulli non prouidentis, vt vnicuique quandam gratiam ad sui aut aliorum com- moditatem, secundum mensuram à Christo donatam & præscriptam imparterit. Etenim diuisiones gratiarum sunt, vnu autem est spiritus diuidens singulis prout vult. Et vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: Et qui minus gratiæ à Deo accepit, non debet illi inuidere qui plus accepit: Satis enim sit ei, quod non fuerit immunis gratiæ. Nam vnicuique collatum est quadam mensura donum pro Dei largientis arbitrio. Etenim vberiora dona largitur Dominus illi qui per- spicacitate ingenij ac solertia & sedulitate animi, huiusmodi donis bene vtitur aut vsurus est. Animæ autem Christi non dedit gratiam ad mensuram: Nam anima Christi, vbi primùm fuit conceptum & formatum corpus, habuit infinitam gra- tiā. Confirmat autem Paulus quæ Paulò antè commemorauit probatissimo Psalmographi testimonio dicentes, Ascendens in altum Dominus captiuam du- xit captiuitatē, dedit dona hominibus. Iuxta septuaginta interpretes legimus. Ascé- disti in altum, coepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Secundū verò He- braicam veritatē legimus, Ascédisti in excelsum, captiuā duxisti captiuitatē, accepisti dona in hominibus, vtitur autē Propheta præterito pro futuro, vt mos est Hebreis,

E. iij.

CAPITULI IO. ARBOREI

Cap.4.

& promittitur futurum quod nondum erat factum: & propterea Christus de cuius gloriose ascensione hæc prophetia propriè intelligenda est, dicitur accepisse dona in hominibus, quæ post elargiretur. nec tamen cum illa versione pugnat hæc Pauli adiectionis. Dedit dona hominibus. Nā Paulus describit quod iam post victricem Christi resurrectionem, & eius sublimè & supereminentē ascensionem erat factum, sparso per totum terrarum orbem Euangelio, fundatisque in fide ecclesiis. Quidā dicūt Christum, vt Deum, dedit dona hominibus: vt hominem verò accepisse in hominib⁹, nempe fidelibus, nam dicit scriptura, Quod enim fecistis vni ex istis minimis fratribus meis, & mihi fecistis. Verùm accuratior est prima expositio. Nomine autē captiuitatis, quam Christus cœlum cœlorum consendens ab inferis eduxit, intelligentias Patriarcharum, Prophetarum & omnium sanctorum animas, quæ in tenebris simis limborum carceribus includebantur, antequam Christus sua cruce pro nostris delictis satisfecisset. verùm postquam summo cum triumpho & laudatissimo angelorum comitatu ascendit super cœlum cœli ad orientem, liberatae sunt ab huismodi carceribus: & cum Christo solutis inferni doloribus, effractisque ferreis Diaboli vectibus ad magnificentissimum regni cœlorum palatium peruererunt. Potest, nec absurdè, hac captiuitate significari intolerabilis peccati & mortis seruitus, à qua Christus sua gratia nos liberauit. Verùm priusquā humanitas Christi innumeris pro nostra salute tormentis & suppliciis discruciatæ, super omnia astra & sedes angelorum eueheretur, saluator noster preclaram humilitatis virtutem efferendo, & quidē pro

Math.25. Gene.42. nostra doctrina, descēdit primū in inferiores partes terræ, népe in sanctorum patrum infernum, de quo dicebat Iacob, Deducetis canos meos cū dolore ad inferos.

Ioan.3. Diuus quoque Euangelista loquens de Christi ascensu & descensu, dicit, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Observa igitur, candide lector, quidnam Christus pro salute & gloria suorum subditorū fecerit, nec reliquerit suos generosos milites abditis inferorū tenebris perpetuò cruciari. Hoc autē prædixerat Propheta dicens, Tu quoq; in sanguine testamēti tui eduxisti vincitos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Et si cū laudabili humilitate ad omniū captū & cōmodū nos demiserim⁹, animas nostras à tenebris ad lucē educet, nostrāq; animi summisionē immortalitate donabit. Ascēdit autē Christus super omnes cœlos, vt adimpleret omnia quæ de se scripta erant in lege, prophetiis & psalmis.

„ Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad cōsummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: „ vt iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamus omni vēto doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circunventionem erroris. „ Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, „ qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & conne- „ xum per omnem iuncturam subministratiois, secundum operatio- „ nem in mensuram vniuersiūque membra, augmentum corporis fac- „ cit in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur dico, & testificor „ in Domino, vt iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant, in va- „ nitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum, aliena- „ ti à vita Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem „ cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos, tradiderunt impudicitiam, „ in operationem immunditiae omnis, in auaritiam.)

Christus

IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS.

166

Christus nunquam nobis non prouidens, dedit in augmentum fidei, & ecclesiæ commoditatem, ac fidelium omnium perfectionem, quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores. nec hoc loco illos Prophetas intelligere debemus qui spiritu Dei afflati, prædicunt futura, quales fuerunt in veteri testamento, sed qui crassos, rudes, imperitos, infideles, & male viventes arguant & dijudicent. & ad hanc accedit sententiam Hieronymus. Existimo autem cum diu Thoma, illos dici hoc contextu Prophetas, qui exponunt Prophetæ antiquorum prophetarū prophetias. vnde alibi dicit Paulus, Æmulamini spirituā quid hoc loco exprimit Ambrosius hunc locum differens, arbitratur Apostolos dici Episcopos, prophetas verò explanatores scripturarum: quanuis inter ipsos Cor.14. fa primordia fuerint Prophetæ, sicut Agabus, & quatuor virginis prophetantes, sicut continetur in Actis Apostolorum: sed propter rudimenta fidei commendanda. Nunc autē interpretes, Prophetæ dicuntur: Euangelistæ, Diaconi sunt, sicut fuit Philippus, nam quanuis non sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine catedra, quemadmodū & Stephanus & Philippus memoratus. Pastores sunt & possunt esse lectores, qui lectionibus saginat populum audientem: quia non in pane tantum vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Magistri verò, Exorcistæ sunt, quia in ecclesia ipsi compescunt & verberant inquietos, siue iij quilectionibus imbuendi, infantes solebant imbuere, sicut mos Iudeorum est: quorum traditio ad nos transiit, quæ per negligentiam obsoleuit. Hæc ille. Non inferior quin Episcopi sint Apostoli, apostolatusque munere, vt eis conuenit, fungantur. Verū nimis coacta & (si dicam) iejuna hæc est interpretatio, Apostoli, Episcopi sunt: quasi verò qui hæc scripta legeret, cogeretur sibi suadere solos Episcopos esse Apostolos. Verū dic quæso cuiusnam Episcopatus præsidentiam, dignitatem & potestatē tenuerint vñquam Paulus & Barnabas, qui tamen fuerunt insignes Apostoli, nisi velit dicere Ambrosius Episcopos esse Apostolos quia mittuntur. verū non omnis qui diuinitus mittitur, fortiter nomen episcopi. & licet Episcopi sint Apostoli, nō tamen omnes Apostoli sunt episcopi. Aut vocat Episcopos, Apostoli, quia fuerūt Apostolorum successores. Denique licet Diaconi dici possint Euāgelistæ, quia annunciant bona & præsertim cœlestia. non tamen mihi videtur germana & grauis illa expositio, Euangelistæ, diaconi sunt, Sed illi sunt Euangelistæ in vniuersum, de quibus dicitur, Quā speciosi sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, & hoc genus euangelistarum comprehendit prædicatores. quod affirmat Paulina illa doctrina, Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est, Rom.10. Quā speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sunt & illi insigniter Euangelistæ qui conscriperunt Euangelium vt Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes. Hieronymus non putat diuersum esse officium pastoris & doctoris siue magistri. Et hac ratiocula mouetur. Paulus in tribus superioribus alios dixit esse Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas: in subsequentibus verò non dixit alios esse pastores & alios magistros, sed adiuicem coniunxit pastores & magistros, vt qui pastor est, esse debeat & magister. Nec in ecclesiis quanuis sanctus sit, pastoris sibi nomine assumere, nisi possit docere quos pascit. Et licet ecclesiis sit admodū utile, vt qui pascit suæ ditioni subiectos, & quidem pabulo spirituali, fungatur & munere docendi, exponat Euangelium aut epistolam: dijudicet & inter lepram & lepram, sunt tamen multi prælati ecclesiastici, pastores, qui inuigilant diligenter gregi suæ fidei concredito, eūmque à truculentissimis feris arcent, administrant & sacramenta suis parochianis, nec tamen habent gratiam aut scientiam docendi, quam habent eximij doctores & prædicatores. Pauci sunt pastores & doctores, quales optat Hieronymus in ecclesia suis subditis præfici. Paulus in priori ad Corinthios epistola Cor.12. suppressit nomen pastoris, dicit enim: Quosdam quidē posuit Deus in ecclesia, Primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio doctores. quare nihil vetat si attēdamus ad rationes nominū, distinguere officium pastoris ab officio doctoris. Sed plus satius E. iiiij.

fit de nominibus disputatum. Huiusmodi autem fulcimenta & columnas ecclesiæ, collocauit dominus in sua domo, vt fideles fide corroborarent, & infideles ad fidem pertraherent, donec vna & eadem fide fulciremur omnes, eadémque Christi doctrina stabiliremur: & stabiliti reiectis parvulorum desideriis & affectibus in virū perfectum, interiorem scilicet, omni virtutum ornamento conuestitum adolesceremus, ac perueniremus ad cōsummatam ætatem plenitudinis Christi, qui tricesimum tertium annum attingens virilem ætatem consummavit: & in ea mortuus est pro nostris vi-tiis expiandis. In resurrectione perfectio viri cognoscetur, quando corpus vna cum anima, luce æterna fruetur. Intelligamus autem corpus Christi verum, esse ipsissimum exemplar corporis mystici, cuius membra in vnum coeūt, tametsi diuersa sint. quod si corpus Christi ad plenam ætatem virilem adoleuerit & perductum fuerit, & ætas sanctorum omnium resurgentium huic plenitudini conformis erit. quod indicat scri-

Philip.3. ptura illa, Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ. cùm autem hanc perfectionem assequuti fuerimus, non amplius instar parvolorū huc & illuc incerto cursu circuferemur, aut insidiosis sophistarum captiunculis illaqueabimur, nec peruersis dogmatibus seducemur, nec fordidis infidelium gurgitibus obruemur, nec vlo pseudapostolorum errore circunueniemur: sed spumantes hæreticorum fluctus scuto fidei frangendo, ad tutissimum salutis portum adnauigabimus. Deinde nos adhortatur Paulus vt bona opera & veritatem doctrinæ charitati adglutinemus, si velimus in spiritualibus plenè crescere in Christo, qui est caput totius corporis mystici. Et quemadmodum corpus naturale, est suis membris coagmētatum, & mutuis membrorum officiis adiutum, ita corpus Christi mysticum, est suis membris conglutinatum & connexum, per omnem iuncturam siue commissuram subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuersusque membris: vt corpus suis partibus iuuetur & perficiatur. & ediuerso partes perfectione corporis fulciantur, si modò mutua charitatis officia adiuvicem exerceant. Et sicut pes non potest dicere manui vel oculo, tua opera non indigeo, ita vnu Christianus, quantumlibet nobilis aut diues, non potest alteri Christiano dicere, tua opera non indigeo: sumus enim adiuvicem membra. Conferamus corpus totius ecclesiæ nunc dispersum atque laceratum vni animali ita per omnes artus, venas, neruos & carnes lacerato, vt nec os osi hæreat, nec neruuus neruo iungatur, iaceant & separatim oculi, pedes & manus, is ab omnibus censeretur esse peritisimus medicus, imo Aesculapio peritior (qui fingitur in nouam figuram Virbius fuscatus) si vnumquodque membrum corporis in suas partes dissecti suo loco restitueret, & compagem compagi co-necteret, & partibus quodam glutino copulatis, vnum corpus efficeret. Verum Christus & corporum & animarum summus medicus, qui è cœlo descendit, vt quod colapsum & diuulsum erat, instauraret: in restitutione omnium, totum corpus ecclesiæ, quod prius fuerat dissipatum & in diuersa laceratum, in suam compagem, suāmque iuncturam rediget, suāque bonitate & prouidentia faciet, vt vnumquodque mem-brum iuxta mensuram & officium suum, perfectum sit. Hæc multo fusius tractat Hieronymus in suis commentariis ad hanc epistolam editis. Debent & Christiani omnes pro viribus adniti, vt plurimum adiumenti adferant ad propagandam & il-lustrandam mystici corporis gloriam, ne obscenis voluptatibus & petulantissimis affectibus inferuentur, instar Gentium in omnem spurcitiam & immunditiam se dedant & prouoluant. Ex eo autem Gentes obscuratis mentibus ambulant in vanitate sensus sui, quia non colunt quem colere debent, & colunt quem colere nō debent, falsaque religione pro vera vtuntur, nec sua opera ad debitum finem referunt: & propterea sunt alienati à vita Dei, hoc est, à Deo, qui est vita nostræ animæ: Nam Christus dicebat, Ego sum via, veritas & vita. Intelligimus & Deum perpetuò viue-re, quia perpetuò suam incomprehensibilem essentiam contemplatur. Alienantur & à vita Dei, qui ob suam obstinatam malitiam excidunt à charitate Dei, qua proximè bonis sternitur via ad assequendam perpetuæ vitæ immortalitatem. Et quia per-

Analogia corporis nat-
uralis ad corpus Chri-
sti mysticū.

pertinax malitia excecauit corda Gentilium, ignorarunt & Deum & Dei sacramen-ta, hinc desperantes & more Epicureorum & Saduceorum viuentes, semetipsostradi-derunt omni impudicitiae & immunditiæ, suāque corpora fordidissimo volupta-tum cœno volutarunt. hoc autem verbum, tradiderunt, indicat planè Gentiles in o-mne vitium præcipitos, non tam passione & infirmitate, quām electione peccasse. Quod autem additur, in avaritiā,) potius avaritia, επιλογεξία, quasi dicas per avaritiā, potest ab aliis dictionibus separatim legi, quia scilicet erant auari. Aut si cōiunctim legas, vt Græcis placet, sensus erit, auarè tradiderunt semetipsostradi-derunt impudicitiae in ope-rationem immunditiæ: auarè quidem, hoc est, ardēter, auidē & incessanter, ita quod non potuerunt suas foedas libidines, quibus ingurgitantur, explere. Et propterea a-avaritia hoc loco non pertinet ad insatiabilem habēdi cupiditatem, sed ad libidinem & luxuriam. Dicitur enim quis auarè meretricem amare, quando eam inexplicibili luxuria deamat. Nec diuersum est ab hoc loco, quod scribit Paulus in priori ad Thessalonicenses epistola, dicens, Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt ab-
stineatis vos à fornicatione, vt sciat vnuſquisque vestrūm vas suū possidere in san-tificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorat Deū. Et ne quis supergrediatur neque circunueniat in negocio fratrem suum, siue, vt alij legunt, ne quis supergrediatur, & auarus fraudet in negocio fratrem suum.

Vos autem non ita didicistis Christum, (si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis) sicut est veritas in Iesu, deponere vos secūdum pri-stinam conuersationem, veterem hominem, qui corruptitur secūdum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & san-titate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini ve-ritatem vnuſquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem mē-bra. Iraſcimini, & nolite peccare, Sol non occidat super iracundiam ve-stram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, ma-gis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem Dei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & cla-mor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem in-uicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Chri-sto donauit vobis.) Dehortatur & hoc loco Paulus Ephesios fidei sacramento regeneratos, à salacissimis & sceleratissimis vitiis quibus Gentiles madebant, quia di-dicerunt à Christo per suos Apostolos, aut euāgelistas, aut doctores quænam ex-cranda flagitia vitare debebant. Discunt & illi Christum, eūmque audiunt, qui exo-sis vitiis virtutes colunt, de immortalitate animæ bene sentiunt. quod si diuites sint, suas opes pauperibus impariunt: si pauperes, magno animo inopiam tolerant. Por-rò illi discunt Christum, qui si quid in seipsis præclarum sit) Deo acceptissimum re-ferunt, suos quoquè inimicos diligunt, nec malum malo referunt. Quod si aliquan-do aut ob passionem, aut imbecillitatem, aut ignorantiam lapsi fuerint, à propria cōscientia compuncti & flagellati, ne de sua salute periclitentur, student pro viribus fa-me, siti, inedia, ieuniis, vigiliis & assiduis precationibus infrænes affectus domare, ac veterem hominem exuere, per quem peccator corruptitur, antiquatur, & à ratio-ne ac semita recta deflectendo, infelicititer interit. hoc autem explicat hic locus.

Qui corruptitur secundum desideria erroris. Nonnulli propositionem illam, Sicut est ve-

ritas in Iesu, legunt post hunc locum, Qui corrumpitur iuxta desideria erroris. Vt sit sensus, Quomodo est veritas in Iesu, sic erit & in vobis qui didicistis Christum, & audistis illum, & docti estis deponere secundum priorem conuersationem, veterem hominem qui corrumpitur iuxta desideria erroris. Nec putes veritatem esse in Iesu, tanquam quid diuersum à Iesu Christo: Sed sicut habet vitam in semetipso, licet sit vita, ita veritas est in semetipso, licet sit veritas. Est autem veritas in Christo natura & essentialiter, sicut bonitas aut sapientia est in Deo. Potest & aliter intelligi, sicut est veritas in Iesu. In nullo Patriarcharum, in nullo Prophetarum, in nullo Apostolorum veritas fuit, nisi in solo Iesu: alij enim ex parte cognoscebant, & ex parte prophetabant, & per speculum in ænigmate videbant, in solo Iesu veritas Dei apparuit, qui loquitur confidenter, Ego sum veritas. Ex eo autem vetus homo, siue inueteratus à malitia, errat, quia nocuus desideriis, per singulos dies, horas, puncta & momenta indulget. Errant & illi in sua pertinaci malitia qui dicunt Deum nulli prouidere. Et qui veterem hominem exuerunt ablutis suis noxiis affectibus, innouantur morū & pristinæ mentis immutatione. id autem fit præsidio spiritus sancti, qui resipiscientium mentes inhabitat: & innouati, nouum hominem induunt: nam abdicatis vitiis virtutem amplexantur. Quod autem vocet Paulus interiorem hominem, virtutem aut virtutis cultorem, patefacit hic subsequens locus, *Qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.* Nomen iustitiae hoc loco sese fundit ad omnem virtutem: vnde dicebat Christus Ioanni Baptista, Sine modo, sic enim decet nos impleare omnem iustitiam. Et alibi, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabis in regnum cœlorum. Sanctitas veritatis hoc loco sumitur pro religione veritatis & præsertim euangelica, quam loco numinis venerari debemus. Mirè se torquet Thomas Aquinas exponendo hunc locum, Qui secundum Deum creatus est, vbi ita loquendo dicit, hoc potest intelligi tripliciter: Vno modo, vt qui, referatur ad spiritum, vel ad nouum hominem, scilicet Christum, qui creatus est, id est formatus in utero virginis secundum Deum, id est, non semine humano, sed spiritus sancto, vel creatus est secundum esse gratiæ & plenitudinis. Sed quis tam cæcus est vt non videat relatiuum qui, debere referri ad nouum hominem, de quo paulo antè dixerat, Induite nouum hominem, qui &c. Et licet Christus sit nouus homo, in quo noua fuerunt omnia, nempe Cœceptus, natuitas, partus, infantia, crux & resurrectio, tamen Paulus hoc loco non agit potissimum de Christo, sed de vero Christiano, qui spiritualiter creatus est, siue instauratus in Christo Iesu in operibus bonis. Deinde docet Apostolus à quibus vitiis debemus abstinere, bonum facturi. Propter quod, inquit, hoc est, quia in hoc conditi estis, vt Deo placeatis. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.* Affirmat Aristoteles in suis Ethicis, Mendacium esse ex se malum, & de mendacio perniciose id dictum putemus, iuxta scripturam illam, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vitato autem mendacio (in cuius scrobem pene omnes incidimus) loquamur veritatem cum proximo nostro, quem nec lædere nec circunuenire debemus. Reddit autem rationem, cur debemus singuli loqui veritatem cum proximo nostro, quia sumus adiuicem membra, hoc est, debemus mutuis officiis nos iuuare. Idem dixerat in epistola ad Romanos, Vnu corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Nobis quoque conuenit declinare iracundiam, quæ teste Philosopho, est excessus mansuetudinis: defectus vero, vacuitas iræ. Etenim mansuetus irascitur pro quibus oportet, & vt oportet & quantum oportet. Infensi in iram ebulliunt & excandescunt, sed subito ab ira commoti deferuunt: & propterea Paulus cum Aristotele consentiens, dicit proferendo testimonium Prophetæ, *Ira in se non irascimini, & nolite peccare.* Nec vetat iram, quandoquidem (si moderata sit) plerique ad vitia coercenda utilis est, sed immoderata & effrænam iram, aut, si mauis, iracundiam interdit, & propterea adiecit, Et nolite peccare, hoc est, permittitur vobis irasci, sed non excadescere, & impetu iræ turbari. Et ne diutius residueat apud vos

Matth. 3.

Matth. 5.

Psal. 5.

Rom. 12.

Psal. 4.

Ira in se non est veritas.

iracundia, subiecta, Sol non occidat super iracundiam vestram, ne retenta nimium iracundia, ignem acrius incendat, parētque, vel insidias vel morte. Nec aduersatur Paulus illud Christi verbum, Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, quia dominus loquitur de immoderata ira, quæ inordinate tendit ad vindictam. Lege (si voles) nostros in illum Euangeli locum commentarios. Et quia diabolus nos inuadit, aut per peccatum aut consensum, Paulus nos admonendo (vt hanc immanissimam beluam vietum) dicit, Nolite locum dare diabolo, hoc est, nolite persistere in ira, alioqui diabolus princeps iræ & furoris vos obsidebit. Adnotes diabolum dici criminatorem vel calumniatorem, Hebraicæ vero Sathan, hoc est, aduersarium. Reconcilietur & Deo pœnitudine, qui cupiditate bonorum temporalium, furto sustulit rem alienam: Nam in Decalogo dicitur, Non furtum facies. Pugnat & proximè furtum cum dilectione proximi. Nec est immunis à peccato qui ob inopiam furatus est: Nam potest suis manibus, suaque opera sibi parare cibum, & propterea subiecta Paulus, Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Nam honesto labore atterendo corpus suum, sibi ipsi, & inopiam patienti, prouidet. Huic loco astipulatur illud Psalmographi, Labores manuum tuarum manducabis, & bene tibi erit. Nec dignus est vt manducet, qui non operatur. Nos quoque adhortatur Apostolus, vt vitemus turpiloquium, scurrilitatem, obscoenum verbum, & intempestuum ac superuacaneum sermonem, Omnis, inquit, sermo malus, ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Etenim ex sermone bono, casto, sobrio, & tempestiuè prolato, disponuntur auditores ad gratiam recipiendam. Vnde in Actis Apostolorum legimus, Adhuc loquente Petero verba haec, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et in hunc modum loquebatur Christus volens Iudeos ad sui cognitionem accersere, Mirabantur, inquit, Lucas in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius. Et quoniam in Luc. 4. multi laedunt & vulnerant charitatem sui proximi, documentumque non mediocre, suis fratribus adferunt, affligunt spiritum sanctum, per quæ charitas diffunditur cordibus nostris, idcirco addidit Paulus, Et nolite contristare spiritum sanctum Dei. non quæ illa passio aut tristitia in spiritum sanctum cadere poscit, sed ob hanc causam id dixit, ne turbetur ille & contristetur in quo habitat spiritus sanctus: non enim habitat in fictis, personatis, inuidis, prophanis & fordidis hominibus. Aut dic Paulum hunc sensum prætendere, Nolite à vobis per peccatum depellere spiritum sanctum. Iusta autem reddit rationem quare spiritus sanctus non est à nobis contristandus, quia in eo ob signati sumus, & ab infidelibus & idololatriis secreti, vt post hac tanto pignore donati, assequamur vitam æternam. Sumus & signati spiritus sancto in die redemptoris, hoc est, vt quidam interpretantur, eo die quo baptizamur: Nam per baptismum fit homo participes redemptoris, quam fecit Christus suo sanguine. Longè tamen aliter explanat Theophylactus dicens, Sed signum impressit, secrevitque vt redempti & liberi ab istiusmodi ira essemus. Et ne tantæ rei signaculum dissoluamus, nobis enitendum est vt omnem amaritudinem, iram, indignationem, clamorem & blasphemiam cum omni malitia à nobis depellamus. Intelligas amaritudinem à tristitia proficiendi, & latenter esse in corde iram. Vocat & Paulus hoc loco iram, appetitum vindictæ, indignationem vero affectum illum quo quis reputat offendentem indignum esse cui parcat, quem optaret iuste puniri. Est & clamor in illo qui per indignationis fuorem, mentis iudicium perdidit, & profiliendo in clamorem, & turbidè fremendo, dicit, O rerum iniquitas, O iniusta Dei iudicia. Est & Blasphemia, aut contra Deum, aut contra sanctos, qua qui notabatur secundum antiquam legem, dignus erat morte. Tandem opponit Paulus, aliqua ex parte enumeratis vitiis, præclaras virtutes, nosque ad secundam benignitatem, comitatem, pietatem & misericordiam prouocat. Estote, inquit, in uicem benigni, potius suaves, vehementer comes & blandi, vt haec suauitas opponatur amarulentiae & asperitati morum. Misericordes, & ad omnem pietatis affectum proclives, donates in uicem, sicut & Deus in Christo do-

nauit vobis. Condonate facilè delinquentibus sua admissa, sicut & Christus vobis Coloss.3. condonauit: Dicit enim idem doctor Gentil ad Colossenses, Donantes vobis met ipsi, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. loco huius Donantes inuicem, quidam interpretes græcam linguam apprimè callentes, legunt, Donantes vobis met ipsi χαριζόμενοι εἰστοῖς, vt intelligamus quod in aliis benefecimus id magis nostro bono nostrisque lucro fieri, quam illius qui accipit. Verum vtraque lectio puram & germanam habet expositionem.

Argumentum quinti capit. 200

PAULUS adhortatur Ephesios & Christianos omnes, ut ardentibus votis ardenterique charitate & vita sanctimonia imitentur Christum, qui ut captiuos redimeret, vincisseque de manibus dæmonum eriperet, suam vitam impendit, ignoraminiosumque crucis supplicium pertulit, cuius suauissimum & fragrantissimum odorem sentientes, omnem immunditiam, crapulam, violentiam, avaritiam, turpitudinem, dicacitatem & scurrilitatem exhorrent. Et quia gratuita Christi beneficentia à tenebris ad lucem educti sunt, debent ut filii lucis ambulare, & exercari illos ac acriter increpare, qui gaudent suam mentem densissima vitiorum caligine excæcari. Occinant & Deo laudes cum omni gratiarum actione, diuinaque eloquia meditentur. Discant & mutuis officiis sibi inuicem inseruire & ministrare, q̄ haud dubiè summa cum summissione præstítit Christus, qui semetipsum obtulit in sacrificiū Deo, ut suam ecclesiam ab omni labe & inquinamento purgaret & sanctificaret, purgata verò & sanctificata spirituali connubio intimè sibi copularet.

Caput quintum.

ESTOTE ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odore suavitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actione. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus aut avarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hanc enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate (fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate) probantes quid sit beneplacitum Deo, & nolite communiceare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.) Totum hoc caput nos rapit ad cœlestia, mentesque nostras ad sectandam euangelicam doctrinam subuehit, auocat & sceleratissimos peccatores à pristinis vitiis quibus olim maduerunt. Et in primis animos nostros attollit ad agnoscendum summam illam Dei patris erga genus humanum charitatem, qui licet multa nobis beneficia contulerit, effuderit & cumulatissimos suæ sapientiae thesauros, dederit & gratuitò selectissimas marga-

ritas, nihil tamen nobis suo filio rarius, charius & preciosius offerre potuit: quem, vt vnicum nostræ salutis authorem, castis moribus, munificentia, modestia, obedientia, patientia, charitate & ceteris virtutibus æmulari debemus. Hoc autem exprimit Paulus dicens, *Estote ergo imitatores Dei sicut filii charissimi.* Imitabimur Deum in condonatione delicti: sicut enim Deus in Christo Iesu nostra vita nobis condonauit, ita debemus & aliis sua vita condonare. Nos quoque oportet æmulari Deum in bonitate: Sicut enim facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & Matth.5. iniustos, ita debemus diligere bonos & malos, amicos & inimicos. Frustra quoque Deus dixisset, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, nisi homo ratione praeditus, posset aliquo modo imitari Deum. Nec vñquam natura humana perficietur nisi sapientia, consilio, prouidentia, amore, clementia, bonitate & tolerantia, Deo adiungatur. Et sicut nobis præcipitur ut simus perfecti, sicut pater noster coelestis perfectus est, ita nobis præcipitur ut patrem nostrum coelestem imitemur. Nec tamen nobis præcipitur ut assequamur omnimodam Dei perfectionem, quia hoc nobis est impossibile, eò quod absolutissima Dei perfectio, omnium hominum & angelorum perfectionem excedit: sed pro modulo nostri ingenij debemus esse perfecti, sicut pater noster coelestis perfectus est. Debemus etiam pro captu nostræ mentis, & vt nobis datum est imitari Deum, ut filii charissimi partes sunt, imitari suum patrem. Quod autem addit Paulus, *Et ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos,* hanc habet intelligentiam, Non solum diligite illos qui vos diligunt, alioqui nulla aut tâilla merces vobis reponetur, nam & publicani hoc faciunt: Sed diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, hac enim diligendi formula Christus nos odio dignos dilexit. Nam licet ob nostra innumera & nephanda flagitia essemus ei inimici, & natura filij iræ & tenebrarum, tamen eo amore nos prosequutus est, ut pro nostra salute tormentum crucis cum conuiciis & opprobriis pertulerit. Et licet magna sit dilectio illius qui animam suam ponit pro amicis suis, Ioan.15. tamen maior est dilectio illius, qui animam suam ponit pro inimicis. quod haud dubiè affirms Paulina illa doctrina, Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi es- Rom.5. fémus secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur: Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniā cùm adhuc peccatores essemus, secundum tēpus Christus pro nobis mortuus est. Et propterea is sincerè ambulat in charitate secundo Christum, qui pro aliorum salute, ad sanguinem usque, contra peccatum dimicat. Tradidit & Christus semetipsum immaculatum Deo per spiritum sanctum, oblationem & hostiam peccati, ut in carne sua de peccato damnaret peccatum. Loquens autem Paulus de hostia, alludit ad morem veteris legis: Quando enim quis peccauerat aut sacerdos aut Leui.4. princeps aut qui quis alias, debebat pro eius peccato offerri hostia: Christus autem nobis obtulit hostiam Deo pro suis peccatis, quia fuit immunis ab omni peccato, sed pro peccatis nostris. Et hoc summum sacrificium pro nostris vitiis expiandis oblatum, cedit nobis in odorem suavitatis, siue bona fragranzia. Nam quæ in nobis male olebant ante expiationem peccati, expiato peccato, mundatisque nostrorum vitiorum sentinis, in fragrantissimum odore commutata sunt. Et qui hac suauissima redolentia delibuti sunt, foediora & crassiora vicia execrantur, nepe fornicationem, immunditiam, avaritiam, turpitudinem, stultiloquium & scurrilitatem, quæ omnibus obsunt, neminemque nō polluant. Sumit hoc loco immunditiam pro salaciissima pollutione contraria naturam, quæ non ordinatur ad generationem: Et ex eo adnectit viciis carnis avaritiam, quia eius obiectum est carnale, nepe pecunia, licet eius delectatio sit spiritualis, quia animo quiescit quis in pecunia. Hinc avaritia est mediū peccatum inter carnale & spirituale: Quomodo Hoc sentiūt Scholastici doctores. Putat tamē Hieronymus avaritiam sumi hoc loco avaritiam ceterum insatiabili lasciuia. Agnoscitur turpitudo in obscenis tactibus, osculis & amplectibus. Stultiloquium sumitur pro stultis & friuolis fabulis & inanibus nugis, quæ sunt tunc carindignæ vero Christiano. Scurrilitas siue iocularitas, sumitur pro insolita facetia, & nate.

ioco indecoro. Nec Paulus vetat iocos modò, sint decori & sale conditi. Nec festiui sales interdicuntur, sed qui stultum risum excitant. Debemus tamen in hac turbulenta & calamitosa vita potius flere quam ridere. vnde quidam docti interpretes dicunt se legisse in Hebraico Euangelio Dominum suis discipulis dixisse, Nūquā lāti sitis, nisi cùm fratrem vestrum videritis in charitate. Et quia nobis ad immortalitatē vitę aeternae properantibus, est continuū bellum aduersus portentosa carnis vitia, non solum debemus procul esse à factis obsecōnis, sed etiam à verbis. Etenim castus & sobrius sermo decet sanctos. Et quia enumerata illa vitia plurimū detrimeti nobis adferunt, non debemus in illis delectari, sed in virtutibus illis vitiis oppositis, ex quibus laus Deo & gratiarū actio proficiscitur. Debemus & verbis gratiosis, quæ gratiam audientibus parant, magnopere delectari. Idcirco placet quibusdā interpretibus hac gratiarum actione, hoc quidem loco exprimere, verba gratiofa, siue gratia quadam condita. Volens autem Paulus nos deterrire à patrandis vitiis, ne in gehennam ignis aeterni intrudamur, dicit, Hoc autem scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolis seruiens, non habet hereditatē in regno Christi & Dei. Quod si scortator à regno Dei exulabit (nisi maturè resipiscat) reuinendi sunt illi qui dicunt fornicationem simplicem, esse leuissimum peccatum: Si enim non esset peccatum mortale, nec ea pollutus, & in eius cœno pertinaciter volutatus, regno cœlorum priuaretur. Nec putes Auaritiam esse propriè & per se idololatria: Nam is per se censetur idololatra qui ex se intendit summum honoris cultum exhibere creaturæ, quod nequaquam ex se prætendit avarus: sed avarus per accidens est idololatra, quia sculpturam ipsius nummi colit, & idola in eis cœlata veneratur, aut quia superflue & inordinate pecuniam diligit, & cor suum in affluentia diuitiarum defigit. Et quemadmodum voracium, Deus venter est, ita etiam cupidorum, pecunia, Deus dici potest. Verum demirabitur quispiam cur Paulus addidit, In regno Christi & Dei, cùm regnum Christi non sit diuersum à regno Dei, nec econtrá. Respondebo Paulum hoc coniunctim dixisse, vt intelligamus per Christum Deum, & non per aliū, poscidendam esse hereditatem cœlestem. Aut altius philosophando dicas Paulum ob id dixisse, quia cùm Christus tradiderit regnum Deo & patri, nō erit pater omnia in omnibus, sed Deus omnia in omnibus. Vbi autem Deus est, tam pater quam filius intelligi potest. Porrò quod de patre & filio dicimus, hoc idem & de spiritu sancto sentiamus. Et in hanc sententiam accedit Hieronymus: sed cùm dicit, Non erit pater omnia in omnibus, puto eum velle dicere, non solus pater erit omnia in omnibus. Et quoniam nonnulli philosophi plusquam pathici, & nimium veneri indulgentes, suis argutis syllogismis, & potius fruolis argumentis voluerunt hominibus carne titillatis, suadere fornicationem simplicem, non esse graue peccatum, adiecit Paulus, *Nemo vos seducat in anib⁹ verbis*, illis scilicet, quæ sine iusta & stabili ratione proferuntur. Etenim carnalem sapientiam iactantes, voluerunt fruolis ratiunculis, & si dicam fraudulentis decipulis, in animos simplicium inducere, scortum, non esse mortiferum peccatum: & ab illis impostoribus multi seducebantur, & à castitatis semita ad omnem impudicitiam degenerabant. Quod autem peccata carnis, quæ etiam videntur lascivis minutissima, poenam aeternam mereantur, ostendit Paulus dicens, Propter haec venit ira Dei in filios diffidentiæ, siue inobedientiæ & incredulitatis. Etenim ira Dei desævit in illos qui peccatis carnalibus polluantur & contaminantur. & quia de vita aeterna desperant, nunquam poenitidine compuncti, omni turpitudini & petulantissimæ obsecōnitati sese addixerunt. Sed ab illis, verè Christianis præcauendum est, nec ullum cum illis habendum est commercium. Non enim est participatio iustitiae, cum iniuitate, aut societas lucis ad tenebras, aut communicatio Christi ad Belial, aut pars fidelis cum infideili. Quod autem subnectit Paulus, Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, consolationem non modicam adfert Ephesiis, qui licet aliquando in vita carnis prolapsi sint, & numero impiorum ascripti, tamen gratia Christi quæ illustrati sunt,

Quod fornicatio simplicem sit peccatum avarus est idololatria.

2.Cor.6.

sunt, ad bonam frugē resipuerunt, & abiicientes infrugifera tenebrarum opera, Christum qui vera lux est mundi, sectati sunt. Nec vsque adeo quis mente cœcutit, obtemeratūque habet suis vitiis intellectum, quin possit diuinitus inspiratus, seipsum, suāque miseram vitam agnoscere. Et quia Ephesijs depulsis ignorantiae tenebris, dimotaque vitiorum caligine, nunc sunt lux in domino, siue Dei gratia nūc lucent, debent ut filij lucis ambulare in omni bonitate, iustitia & veritate. quod si rarissimas hasce virtutes amplexati fuerint, probabunt quidnam Deo mirum in modum placet. Idem in epistola ad Romanos commone fecerat, Reformamini, inquit, in no-

Rom.12.

uitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Et quia peccata mortalia flagitosissimos peccatores excæcant, non solum viris *Hoc obsecratis & probatis conuenit impudicorum & impiorum consortium declinare, sed eo ua-*

rum turpisima facta aliquando leniter, aliquando verò acriter arguere, si modò authoritatem habeant in corrigendis aliorum vitiis, & præsertim ubi non sunt notati eo criminis, quod in aliis corrigere aut punire volunt. Adhæc, quia nox pudorem nō habet, illecebrosis voluptatibus addicti, sua dedecora, suāque foedas libidines audaciū & liberius nocte perpetrant. Verum turpe est commemorare quæ ab ipsis in occulto patrantur.

„ Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est: Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres, quoniam modo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimētes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed impleamini spiritus sancto, loquentes vobis meti ipsi in Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Subiecti in uicem, in timore Christi. Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius.) Ostendit quando manifestatur peccata. Produntur ipsa luce vitiæ, quæ nocte tegebantur, & tunc incipit turpitudo & foeditas rei agnoscere: prodita autem vertuntur in melius, si modò peccatorem suæ turpitudinis pudeat. Facit autem aliorū castitas & innocentia, ut impudicii pudore afficiantur, & depulsa omni caligine fiant lumen in domino. quod affirmat hic locus, Omne quod manifestatur, lumen est. cuius sensum hunc accipito, Omne peccatum quod proditur, à lumine proditur, hoc est, à bonis, castis & sanctis, quorum officium est improbos arguere. Omne etiā peccatum quod per confessionem manifestatur, lux est, quia in lucē vertitur: Propter quod dicit quidam Propheta nobis incognitus in his quæ apocrypha vocatur, Expergiscere qui dormis, & exurge à mortuis, & illucescat tibi Christus. Aut forsitan Paulus spiritus sancto afflatus, repete in verba quæ in se loquebatur Christus, erupit, atq; dixit, Hæc dicit Dominus, Surge qui dormis &c. Qui foues venerē in tuo molli lectulo, eaq; frueris, expergiscere. Qui dormis in tenebris ignoratiæ, expergiscere, & mente mentisq; oculos erige ad cōtéplandā veram lucē. quod asserit sacrū illud vaticinū, Surge, & illuminare Hierusalē, quia venit lumen tuū, & gloria domini super te orta est, Côtēde & pro virib⁹ ut à peccatis mortalibus, quibus merebaris morte aeternā, exciteris, & Christus qui est vera lux, tibi exorietur. Ex hoc loco, Et illuminabit te Christus, colliges peccatorē nō posse sine auxilio Dei speciali, siue gratia præueniente, resurgere à peccato. Etenim Deus illuminat oculos nostros ne vñquā obdormiamus

Rom.13. in morte. Idem cōmonefecerat Paulus in epistola ad Romanos vt opportunē resipi sceremus, Hora est, inquit, iā nos de somno surgere: Nūc enim propior est nostra salus, quā cūm credidimus: Nox p̄cessit, dies autē appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarū, & induamur arma lucis. Et quoniā Diabolus nobis insultat, suīq; fraudulentis insidiis nititur nos circunuenire, debemus semper vigilare, & assiduas excubias aduersus eius insultus facere, & ea vitare quæ plurimū nostrā saluti pos- sunt officere. quod testatur hāc scriptura, Videte ergo quomodo cautē ambuletis, nō vt insipiētes sed vt sapiētes. Cautē ambulat qui nocitura vitat, & timet impingere pedem ad lapidem offensionis. & hic sapiens est, qui nocte diēque in lege domini meditatur: Insipiens verò & stultus ambulat in tenebris, nec sibi p̄cauet ab his quę virtutibus contraria sunt. Et quoniā ob lapsū primi parentis dies mali sunt, & vndique nobis ingruunt vitiorum omnium procellę, debemus redimere tempus ab omni malitia, calumniis & illicitis desideriis. Et sicut cūm in bono opere tempus cōsumimus, illud emimus, ita cūm in malo opere tēpus terimus, illud perdimus, quod tamen per verā p̄enitentiā redimimus, & dies malos in bonos vertimus. Et quoniā nobis redimendū est tēpus in fōrdidis occupationibus & desideriis carnis malē collocatum, discamus cōlestē sapientiam, per quam intelligemus quæ sit volūtas Dei. Est autē voluntas Dei sanctificatio nostra, vt à vitiis abstinendo virtutes amplexemur. Insuper quia vinum est incendiū voluptatis, & mero incalentes despūiant in libidinē, prudenter nos monet Paulus ne inebriemur vino, in quo est luxuria, cuius scilicet excessu irritatur luxuria. vnde dicit Salomon, Luxuriosa res, vinum, & tumul tuosa ebrietas. Loco huius luxuria, Græci legunt ἀσωτία, id est, luxus. Et sensus huīscē assertionis, *Nolite inebriari vino in quo est luxuria*, hic est, ne luxu viri diffluatis, aut temperate vobis ab ebrietate. Vtrique tamen lectioni possimus fauere. Quod autem adiecit Paulus, Sed impleamini spiritu, est ex aduerso illius sententia, *Nolite inebriari vino in quo est luxuria*: Qui enim ingurgitatur & repletur vino, habet insipientiam, furorem, procacitatem & libidinem. Qui autem impletur spiritu, habet prudentiam, mansuetudinem, verecundiam & castitatem. Et qui exhorrent vini temulentia, & spiritu Dei feruent, possunt placidē sibimetipſis loqui in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes Domino & psallentes in cordibus suis. Quē admodum enim potissimū debemus mente orare Deū, ita debemus potissimū mente psallere Deo. deinde voce affectū mentis de promente. Nec laudantur in ecclesiis tumultuarij & immoderati psalmi aut theatrales moduli, sed decori & cōpositi. Psalmus (vt quidam volunt) refertur ad corpus, canticum ad mētem. Sed quid vetat vtrunque referre ad cantionem & spiritalem & vocalem, cūm prius dixit Paulus, in Psalmis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes Domino in cordibus. Hymni significant laudem, & propriè Dei: Sunt etenim in illo hymni qui fortitudinem & maiestatem Dei p̄dicit, & eiusdem beneficia vel facta semper miratur. Ordinantur autem psalmi & hymni in gratiarum actionem, pro omnibus beneficiis quę nobis Deus nomine Iesu Christi impartitus est & quotidie impartitur. Debemus & Deo gratias agere non minus in rebus aduersis quām prosperis. vnde Iob suis bonis externis nudatus, dicebat, Nudus exiui de vtero matris meae, nudus & reuertar, sicut placuit Deo, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Discamus & exosculando humilitatis virtutem, aliis inferuire, licet p̄cellamus autoritate & p̄eminentia, vt maximi posthac euadamus, & hoc nobis p̄estare conuenit in timore Christi, quem timemus offendere. Deinde Paulus attendens ad utilitatem publicā, vult vt vir suę vxori p̄ficiatur, sicut Christus suę ecclesię p̄ficitur. Et quia vir est caput vxoris, sicut Christus est caput ecclesiæ, eiūsq; saluator, oportet vxorē suo viro, tanquam suo domino, subiici. Nam & Sarra vocabat Abraham dominum. „ Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam,

Iob.1.

Gene.18. suo viro, tanquam suo domino, subiici. Nam & Sarra vocabat Abraham dominum. „ Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam,

&

„ & seipsum tradidit pro ea, vt eā sanctificaret, mūdans eā lauacro aquā in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit: Nemo enim vñquam carnē suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc, relinquet homo patrem & matrem suam, & adhæredit vxori suę, & erūt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamen & vos singuli vnuſquisque vxorem suam sicut seipsum diligat, vxor autem timeat virum suum.) Nunc cōfert in ratione obedientiæ & subiectionis, ecclesiam cum vxore: Sicut enim ecclesia subiecta est Christo, ita mulieres in omnibus, suis viris subiici debent. Etenim in Gene.3. nesi legimus, Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. quare oportet vxorē per omnia (vbi Deus non offendit) iussis sui mariti obsequi: Id enim dictum putates in tractanda œconomia & recta liberorum educatione, in qua, prudentia solertia, *Hec obser-* circunspectio & diligentia viri agnosci debet. Licet in officio coiugali vir & vxor ua. pares sint, nam vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor, nec vxor habet potestatem sui corporis, sed vir. Quod si vxor sit morosa, aut maledica, aut procax, aut iurgiosa, aut temulenta, non propterea est repudianda, sed corrigenda. Etenim melius est mederi quām perdere. Nec propter adulterium deserenda est, nisi quantum ad thorū, vbi non est viro reconciliata. Nam quandiu vxor viuit, alligatus est vir legi, & ediuerso: quare si vir ob immunditiam suę vxoris, cum alia vxore congrederetur, censeretur esse adulter. nec Christus suam ecclesiam deseruit, licet aliquando fuerit foeda & inquinata: Et propterea adiecit Paulus, Viri diligite vxores, sicut & Christus dilexit ecclesiam. Indicat autem quonam amore Christus suam ecclesiam sit prosequutus, dicens, Seipsum tradidit pro ea, vt suo sanguine illam sanctificaret, mundas eam lauacro aquā, hoc est, suo baptismo, qui ab eius passione virtutem obtinuit, In verbo vitæ quod sanè nihil non viuiscat. Etenim dicit Augustinus, Aduenit verbum ad elementum, & fit sacramentum, quandoquidē euangelicum verbū adueniens aquā, dat ei virtutē ablueri. vnde dicebat Christus suis Apostolis, Eūtes ergo docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et ex eo Christus suā ecclesiam ab omni inquinamento repurgavit vt eam adiungeret sibi ipsi gloriosam. Etenim indecorum esset vt immaculatus sponsus sibi copularer sponsam maculatam. Et ita ab omni labe detersa fuit ecclesia, vt posthac non sit contractura maculam aut rugam veteris hominis, sed vt sit sancta & immaculata siue irreprehensibilis. Augustinus exponens hunc Pauli locum, Non habentem rugam, libro 2. Retractionum, cap.18. dicit non sic accipendum esse hunc Pauli locum, quasi iam sit ecclesia sine ruga, sed quę p̄paratur vt sit, quando apparebit etiam gloriosa. Nunc enim propter quasdam ignorantias & infirmitates membrorum suorum, habet vnde quotidie tota dicat, Dimitte nobis debita nostra. Nec tamē vult dicere Augustinus quod ecclesia lauacro aquā in verbo vitæ à Christo mundata, & quam spiritus sanctus moderatur, habeat in se rugam, sed quod aliquot eius membra sint rugata & maculata. Et hāc ecclesia militans, figurata est illa sancta ciuitate Hierosolimitana, de qua dicitur, Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem, nouam, descendē Apoc.21. tem de cōelo, à Deo paratā, sicut sponsam ornatā viro suo. Tū quoque, Gaudemus Apoc.19. & exultemus, & demus gloriā ei, quia venerūt nuptiæ agni, & vxor eius p̄parauit se, & datū est illi vt cooperiat se bysino splendentī & candido. Ad hunc dilectionis modū cōcludit Paulus dices, Ita & viri debet diligere vxores suas vt corpora sua: nā F. iii.

vxor est corpus viri, vt ecclisia corpus est Christi. Evidentissima autē ratione probat viros debere diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit, nā sui ipsius corpus, à quo diuelli non cupit, diligit. Adde quòd nemo vñquā carnem suam insectatus est odio, sed eam nutrit, fouet & protegit, sicut Christus suā eccliam, suāque eccliae membra amat, fouet, alit & ab omnibus insidiis & periculis præseruat. quòd si odio prosequeretur, & suam carnem suāque ossa odiret. etenim naturam humanam assumpsit. Verū dicet quispiam, Legimus in Euangelio Luce, Si quis venit ad me, & non odit vxorem suam, non potest meus esse discipulus. Respondeo Dominum illo in loco non p̄cipere odire vxorem suam, nam esset contra rationem & naturam, huiusmodi p̄ceptum, sed innuere vult illum suo confortio esse indignum, qui magis diligit suam vxorem quā Deum. erit autem discipulus Christi, cū impensius diligit Deum quā suam vxorem. Et quia minor dilectio maior, imo summā comparata, pro odio reputatur, idcirco dixit, Si quis venit ad me, & non odit vxorem suam, non potest meus esse discipulus. Ac si planè diceret, vir non potest meus esse discipulus, nisi minus diligit suam vxorē quā meipsum. Nemo tamen absolute carnem suam odit: Si tamen caro me p̄pediret, quoniam minus vitam æternam assequerer, quodammodo eam odirem, sed per accidens. Et de carne ita considerata, dicit alibi Paulus, Prudētia carnis, mors est, & est Deo inimica. Et propter hanc singularem viri & vxoris amicitiam, ac indissolubile coniugij vinculum, relinquet homo patrem & matrem suam, & adhæredit vxori suā. Nā vxoris gratia citius homo relinquit patrem & matrem suam, quā deserat vxorem suam, cui sic adhæredit, vt è duobus fiat vnum. Hinc perpendas considerando officium coniugale ad procreandam prolem ordinatum, virum magis astringi succurrere suā vxori, quā patri & matri. Relinquet & officia patris & matris vt dum tempus postulat, reddat debitum suā vxori. Hoc autem Adam cœlesti genio afflatus p̄dixerat, videndo vxorem suam de sua costa formatam. Sic enim in Genesi legimus, Dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquit homo patrem suū & matrem, & adhæredit vxori suā, & erunt duo in carne vna. Et hoc primi Vatis oraculo vñsus est Christus ad reuincendo Pharisæos qui putabant licitum esse viro quacunque ex causa repudiare suam vxorem. Non legistis, inquit, quia qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhæredit vxori suā, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro: Quod ergo Deus cōiunxit, homo nō separat. Et quia vir & vxor in vnam carnem cōiuncti, nec caro est à carne diuulsa, p̄clarè subiunxit Paulus, Sacramentum hoc, siue mysterium magnum est. In quo autem magnum est, explicat his verbis, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia*. Nam matrimonium representat cōiunctionem Christi & eccliae. Debet & huiusc ē ineffabilis sacramenti magnitudo & excellentia ad id referri. Propter hoc, relinquit homo patrem & matrem, & erunt duo in carne vna. Reliquit enim dominus noster Iesus Christus patrem suum, quādo exiuit à patre, & venit in hunc mundum, vt assumpta carne humana, sub peccato venundatos redimeret: reliquit & matrem suam, cœlestem scilicet Hierusalem, & venit in hanc terram, propter corpus suum, eccliam scilicet, quā de suo latere ex quo exiit sanguis & aqua fabricatus est, & propter illam, verbum caro factum est. Adnotemus & Adam p̄figurasse Christum, Euam vñus ipsam Eccliam. Nam sicut de Adam & Eva, omne hominum genus nascitur, ita de Christo & ecclia omnis credentium multitudo generata est. Et sicut Christus indissolubili amicitia suam eccliam diligit, ita vir suam vxorem indissolubili amicitia diligere debet: nam eam vt seipsum diligit. oportet autem vxorem sub dominio viri viuentem, timere virum suum, timore quidem reuerentia & subiectionis, qui non excludit perfectionem.

Argu-

Argumentum sexti capit. .

O Stendit Paulus quānam sint parentū erga liberos, & dominorū erga seruos, & ediuersō officia, vt singuli suo munere p̄clarè fungētes, Dei iūsis obsequantur, qui nullius personam acceptando, vniuersiūque labores & officia p̄amio etiam amplissimo compensabit. Nos etiam admonet vt validissima Dei ar- matura muniamur, si velimus machinas insidiosi tentatoris diruere & effringe: quandoquidem non est nobis potissimum conflictandum & collectandum aduersus sceleratos homines, sed aduersus callidissimos huius mundi principes, qui suam in omnes tyrannidem & sauitiam exercent: verū scuto fidei, galea salutis & spiritali gladio, vna cum assiduis precationibus à nobis debellabuntur. Optat & Paulus, qui non definit etiam catena vincit, munus sibi delegatum obire, Ephesios per Tychicum sibi vnicè charum, earum rerum (quas pro fidei propagatione & Euangeli gloria tractabat) certiores reddi.

Caput sextum.

„ Illi, obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est. Honora patrem tuū, & matrē tuā, quod est mandatum primū in promissione, vt bene sit tibi, & sis longævus super terram. Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini. Serui, obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. non ad oculū seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut Domino, & non hominibus, scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quod & illorum, & vester Dominus, est in cœlis, & personarum acceptio non est apud eum.) Quis ignorat rationem ipsam p̄cipere, vt liberi suis parentibus iusta & honesta p̄cipientibus sint morigeri, & vltro ac ex animi sententia patris ac matris iussis pareant? Quis denique necit seruos ad famulitium, seruitutisque officia vocatos, debere syncero affectu suos dominos reuereri, ipsiisque obsequi? Et propterea Paulus adhortans filios ad illam obedientiam & summisionem quam debent suis parentibus p̄stare, dicit, Filij, obedite parentibus vestris in Domino.) hoc est, hanc obedientiæ legem sectando, pergrata erit supremo Domino vestra obedientia, nec eis debetis obtemperare in his quæ diuinam maiestatem offenderet. Nec dixit Paulus, Obedite duntas taxat patri, sed parentibus: Nam licet solus vir habeat in suam vxorem dominium, tamen pater & mater in suos liberos dominium habent. Reddit autem rationem cur debent filii dicto suis parentibus obaudire, quia hoc iustum est: Nihil enim diuina lex p̄cipit nisi quod iustum est & rationi cōsentaneum. Quod autem lex Dei p̄cipiat filii, vt per omnia morem gerant suis parentibus, ex veteri scriptura deducit, Hera, inquit, patrem tuum & matrem tuam, vt sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi: Etenim æquitas postulat, vt deferamus honorem iis quibus ortum vitæ debemus, illisque nos oportet vitæ necessaria suppeditare, & F. iiiij.

Cap.6. COMMENTARII IO. ARBOREI

quibus fuimus primū educati. Nec in scriptura citata, honor tam sumitur pro reuerentia, quām pro pietatis & charitatis officio. Pollicetur autem & pro hoc honore parentibus impenso, præmium non modicum, dicens, *Vt sis longæus super terram.* Etenim is indignus est diu frui vita, qui est ingratus & rebellis aduersus suos parentes. Verū demirabitur quispiam, cur Paulus loquens de honore patri & matris deferendo, addidit, *Quod est mandatum primum in promissione, cùm primum mandatum sit de summo Dei cultu & amore.* Respondebo mandatum omnium primum, absolutè esse de cultu & amore Dei, ad quem proximi dilectio referri debet. Nec dicit Paulus, honorare patrem & matrem, esse simpliciter primum mandatum, sed primum in promissione, quia isti soli additum promissio, *Vt sis, inquit, longæus super terram: nihil enim nobis in hoc seculo est vita diuturnitate sua.* Adnotemus & eo amplius, diuina mandata duabus tabulis esse conclusa. Prima continent ea quæ ad Deum ordinantur: Secunda verò ea quæ ad proximum. & in hac secunda, primum mandatum est de honore parentum, non solum quia est affirmatum, sed quia post Deum & sanctos, potissimum debemus nostros parentes colere, vt autores nostræ substantiæ & vitæ, cætera verò præcepta sunt negativa, Non occides, Non mœchaberis, Non furtū facies, Non loquaris contra proximum tuum, falsum testimonium, Non concupisces domum proximi tui, Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. Et licet patres habeant autoritatem & dominium in liberos, oportet tamen huiusmodi autoritatem temperari & leniri charitate, ne senilis morositas, & immoderata austeritas, exacerbet liberorum animos, & potius frangat quām flectat. flectet autem si recta educatione & honesta morum disciplina formetur & moderatè corripiantur. Huiusmodi autem educatio & correctio grata erit Domino: Quo enim moderatior erit animaduersio, eo propensior erit ad inferiendum affectus. Quod si filii sint proterui, aut in luxuriam soluti, vetricique & gulæ dediti, sunt acriter corrigendi. hinc Heli supinus cecidit & mortuus est, quod non correxit, vt oportuit, suos filios cum mulieribus dormientes, quæ obserabant ad ostium tabernaculi. Sunt & hæc seruorum erga suos heros officia, vt simplici corde & sincero affectu obedient suis dominis carnalibus cum timore & tremore, ac si Christo inferirent, vbi in huiusmodi obsequiis Deus non offenditur. Astipulatur & huic sententiæ beatus Petrus, dicens, Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Dicit quoque Paulus in epistola ad Romanos, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinate sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Vocat & Paulus dominos carnales, temporarios, & ad breue, hoc dominatus potituros. Et ne famuli præsentibus dominis vtrò obsequantur, sedulamque operam prætent, illis verò absentibus deliciantur, aut somnolentam vitam agant, adiecit, Non ad oculum seruētes, quasi hominibus placentes, non in conspectu dominorum inanem gloriam mercentur, vel quæstum non modicum faciant, sed vt serui Christi, debent ex animo promptoque affectu facere voluntatem Dei. Qui enim inferuit Christo, non ab hominibus pendet, nec optat vt parasitus placere hominibus. Quod si feduli famuli ob suorum dominorum inhumanitatem aut auaritiam suo labore fraudentur, sperent se à Domino amplissimum præmium reportaturos. Etenim unusquisque, siue seruus fuerit, siue liber, recipiet à domino pro suis bonis operibus mercedem, etiam cum foenore. Caevant itaque domini carnales ne seuerè suos famulos tractent, ipsisque cum atrocibus minis incutiant terrorem summi supplicij. Relaxent & aliquando (vt prudentis est) minas: Nam habituri sunt iudicem æquissimum, qui de eorum inhumanitate, austeritate & seueritate vindictam faciet. Etenim is indignus est Dei misericordia, qui aliis non se præstitit misericordem: Dicit enim Iacobus, Iudicium est illi sine misericordia, qui non facit misericordiā. Nec Matth.7. hinc euariat scriptura illa, *Qua mensura mensi fueritis remetietur & vobis.*

Parabolā

IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS.

173

Parabolam serui nequissimi, cui ob ingratitudinem & inhumanitatem dictum est, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? „ De cætero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiae, & calceati pedes in præparationem Euangeli pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.) Qui mentem Pauli capit aut capere nititur, facile sibi suadebit Paulum subinde rerum sententias mutare. Idque pulchre facit pro recta institutione & magna cōmoditate illorum ad quos scribebat, nihil enim prætermittit quod non plurimum conducat, vt Christianum (si fieri possit) perfectum reddat. Et quoniam homo sub peccato venundatus, à plagiis primo parenti illatis, contraxit cicatricem indelebilem, ac continuos dæmonum assultus patitur, quos ex se tanquam ex se repellere non potest, ne configendo hastam abiiciat, aut cedat arenæ, dicit Paulus, *De cætero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.*) Non enim Deus propugnator vester, finet vos (nisi segnes fueritis) ab aduersariis vestris oppugnari: Nam eius virtus & potentia, vobis strenuè dimicantibus nunquam deerit. & propterea tantis præfidiis suffulti, contendite pro viribus vt hostem, hostisque incursions repellatis. Ad hoc autem conficiendum vos prouocat hæcadhortatio, Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. Nec dicit armaturam hominum, non quod contemnenda sint hominum præsidia in fugandis dæmonibus, sed quod potissimum debemus armis Dei muniri aduersus dæmonum assultus. Græci hoc loco legunt πανοπλια, hoc est, vniuersa arma, vt vertit Hieronymus: Ea enim vox significat quicquid ad armandum in pugnam militem pertinet. Quidam interpres existimat saluatorem nostrum esse omnia arma Dei quibus iubemur indui ad profligandum Diabolum. Nam est cingulum veritatis, loria iustitiae, Scutum fidei, Galea salutis, & gladius spiritus. His autem munimentis instructi, pugnabimus alacriter aduersus Satanam & eius satellites. Aut his armis exprimimus virtutes, quibus contra vitia, & vitiorum omnium autorem protegimur. Verū sciamus oportet quos facile oppugnat princeps dæmonum, & à Dæmo quos quibus oppugnatur: Terrenis opibus inhiantem, & qui nunquam partis satiatur, facile oppugnat: Ventri & gulæ & veneri indulgentes prosternit: Primas honorum partes ambientem, suo hamo inescat: In superbiam elatos, nunquam ad se non allicit. Et quemadmodum solerti ex exercitu principes, solent ea vel maximè vrbium loca oppugnare quæ parum munita sunt, vt cum per illa irruperint, oppugnant & munitiora. ita Diabolus hominem obsidens, per ea quæ patere videt, querit irrumperet, vt tandem arcem animæ oppugnet. Oppugnatur autem ab iis qui inquietis vigilis, assiduisque ieuniis carnem suam domant, corpus ditioni animæ subdunt, diuinam iugiter meditantur, assidua sacrarum scripturarum lectione aculeum carnis frangunt, contemptisque rebus humanis se totos Deo consecrant. Reddit autem Paulus rationem cur nobis conuenit omni armorum genere cingi & obtegi, vt possimus subsistere aduersus insidias Diaboli, *Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum, ha-*

rum, aduersus spiritualia nequitie in cœlestibus.) Videtur tamen Paulus secum pugnare,
 i.Cor. 10. Nam ad Corinthios scribens, dicit, Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Fi-
 delis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed fa-
 ciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Adde quod caro concu-
 piscit aduersus spiritum, nosque prouocat ad turpia & obsecna perpetrandam. qua-
 re nobis sunt aduersus carnem & sanguinem certamina. Respondebo, Non est ne-
 Quando nō gandum quin sit nobis aduersus carnem & sanguinem pugna, alioqui in nobis o-
 est nobis col mnia iam essent sedata: sed tunc non est nobis conflictus aduersus carnem & san-
 guinem, cùm Satanus in Angelum lucis transfiguratus nititur nobis persuadere, vt
 uersus car eum Angelum lucis arbitremur: Denique cùm editis à se portentis & signis in o-
 nem & san mini tamen deceptione iniquitatis & erroris, vult nobis suadere vt eum loco Dei co-
 guinem. lamus. & cùm ita clanculum irrepit, debemus omnibus armis Dei muniri, vt eius
 subdolas persuasiones eludamus. Aliter exponendo hunc locum, vt volunt non-
 nulli, ex eo dixit Paulus non esse nobis colluctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus nequissimos huius seculi principes, quia vitia quæ putamus no-
 bis ministrari ex carne, non de materia carnis & sanguinis, aut ex natura corporis procreantur, sed instinctu & suggestione dæmonum. Etenim quidam dæmones amoribus & amatoriis canticos inseruiunt, quod commonstrat Propheta dicens, Spi-
 ritu fornicationis seducti estis. Aut facilius dicas, non esse nobis principaliter & po-
 tissimum ineundum certamē aduersus carnem & sanguinem, hoc est, vitia carnis, si-
 ue homines carnales, sed aduersus dæmones: Nam actio non est principaliter attri-
 buenda instrumento, sed agenti. Et quoniam caro solūm est instrumentum mali
 perpetrandi, Diabolus autem principale mouens, dicamus carnem non absolutè
 nos impugnare, sed Diabolum. Ad hæc, Quo hostis fortior est, peior & callidior, eo
 certamen est periculosius, periculosior & victoria. & quia Diabolus plus habet vi-
 rum ad impugnandum hominem quam caro, idcirco nobis cum Christo potissi-
 mum ineundum est certamen aduersus dæmones. Vocat & hoc loco Paulus spi-
 tualia nequitæ, spirituales nequitias, siue versutias spirituales, quod autem adiecit, In
 cœlestibus, non putes Apostolum velle innuere dæmones commorari in cœlesti-
 bus, sed coeleste hoc loco siue cœlum, appellat aërem: Etenim aues quæ per aërem
 volitant, dicuntur esse volucres cœli. Et quia dolosi rectores mundi atque tenebra-
 rum, nobis tanquam leones in abscondito infidiantur, debemus sumere omnia ar-
 ma Dei, vt possimus resistere in die malo, die quidem furoris, iræ, caliginis & vindic-
 ë. Aut dic diē appellari malum, propter mala quæ in die fiūt, licet dies ex se nō sit
 malus. Vnde prius dixerat, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Cùm autem
 in diebus angustiarum & tribulationum obstiterimus Diabolo, ad victricem pal-
 mam assurgemus, & virtutibus communici, aduersus eius technas & terriculamen-
 ta perfecti stabimus. Quomodo autem nobis conuenit stare ne in temptationibus &
 persecutionibus corruamus, hoc subsequenti sermone demonstrat, State inquit, suc-
 cincti lumbos vestros in veritate.) Quia lumbi semper accipiuntur in genera-
 tione & semine, illi dicuntur suos lumbos præcingere, qui venerem in renibus vigen-
 tem sobrietate & parsimonia vixtus coércent. Vnde in Euangeliio Lucæ scriptum
 est, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Nec satis est
 nos lumborum foeditatem baltheo spirituali strinxisse, sed vt pugnatores simus, no-
 bis conuenit multiplici veste iustitia circundari. & propterea adiecit, Induti lori-
 cam iustitiæ.) Quemadmodum enim non facile vulneratur, qui indutus est loricam
 hamis vndique confertam, ita non facile sagittis Diaboli confodietur qui omni
 ex parte, veste iustitiæ obiectus est. Et sicut lorica tegit membra, ita iustitia virtutes
 omnes. Vnde comperimus scriptum in libro Sapientiæ, Induet pro thorace iusti-
 tiæ, & accipiet pro galea iudicium certum. Debemus & ad declinandos scorpiones
 & colubros habere calceamenta in pedibus nostris, nempe promptitudinem animi
 & officij erga Deum & ecclesiam, vt paratiore simus ad inuulgandum ignoranti-
 bus

bus Euangeliū pacis. Profert & in certamen Paulus munimentum vnum nobis admodum necessarium, quo tela dæmonum in nos intorta retorquere possimus: nam adeò vafer est spiritalis hostis, nobis nunquam non insidians, vt non definet cominus & eminus nos aggredi. Idcirco vt eius spiculis & telis in nos vibratis obiiciamus clipeum fidei, dicit, *Super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula maligni ignita extinguere.*) Quemadmodum enim clipeo repelluntur tela, ita fide sincera dæmonum machinamenta repelluntur & franguntur. Vnde dicit Ioannes, Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Et quis est qui vincit mun- i.Ioan.5. dum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? Adde quod sancti per fidem vi- Heb.ii. cerunt regna: Et propterea nos admonet Paulus, vt super omnia scutum fidei ad de- bellandum Diabolum communiamur: Sicut enim scutum aliis armis superponi- *Hec obser- tur, ita fides virtutibus moralibus. Si spectemus fœlicitatem humanam, pugnabimus ua.* virtutibus moralibus & cardinalibus, aduersum dæmonem: spectando verò fœli- tatem æternam ad quam nos Deus vocavit, virtutibus theologicis (*quarum fun- damentum est fides) pugnabimus. Impurus autem & malignus spiritus, immittit iacula sua in corda nostra per cogitationes pessimas, & ignita censentur, quia pra- uis concupiscentiis nos adurunt. Optandum est & nobis aliud armaturæ genus, ad obtegundos nostri capitum sensus, nempe galea. Et propterea addidit, *& galeam salu- rit.*) nempe Iesum Christum, in quo sita est nostra salus, & cuius virtute de domi- tis hostibus triumphamus. Et quia potissimum Diabolus confoditur, iugulatur & oppugnatur sacræ scripturæ testimonio, coronidem adiiciens, dixit, *Et gladium spi- ritus.* (quod est verbum Dei) Viuus est enim sermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio anticipi, & pertingens usque ad diuisionem animæ, & spiritus, compa- gum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Hoc autem gladio ferit Christus Diabolum, cùm permisit se tentari, eumque fuga- uit. Et cùm Diabolus de gula nobis insultat, obiiciamus ei sacrum illud Dei ver- bum, Non in solo pane viuit homo. Quod si de luxuria aut furto nos tentet, dica- Exo.20. mus eum repellendo, Scriptum est, Non moechaberis, Nō furtum facies. Hoc autem verbo salutis, (quod spiritus sanctus ministris Christi suppeditat) Apostoli pertra- xerunt ad fidem, numerosissimam Iudeorum & Gentilium turbam.

, Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore
 „ in spiritu, & in ipso vigilantes, in omni instantia & obsecratione pro-
 „ omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei
 „ cum fiducia, notum facere mysterium Euangeliū, pro quo legatione
 „ fungor in catena, ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui. Vt
 „ autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia vobis no-
 „ ta faciet Tychicus, charissimus frater, & fidelis minister in Domino,
 „ quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt, &
 „ consoletur corda vestra. Pax fratribus, & charitas, cum fide à Deo pa-
 „ tre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt
 „ Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione, Amen.)

Quid non potest homo omnibus armis Dei munitus? Sanè multa potest: Etenim, vt iam diximus, potest cacodemonem profligare, & eius aciem dirimere: Potest & pro se, & pro sanctis iugi preicatione Deum exorare. Etenim multum valet depre- Iacob.5. catio iusti assidua. Helias, homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit vt 3.Reg.17. non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex: Et rursum orauit, & cœlum dedit pluviā, & terra dedit fructum suum. Et quis nescit Chananiam, Matth.15 ter à Domino repulsam fuisse? cùm tamen cum magna humilitate & patientia per- seuerauit in oratione, obtinuit à Christo quod postulabat. Filij quoque Israël cùm

- Iudi.10. ob suam pertinacem idolatriam venissent in manus Philistinorum, & longo tempore in eorum terris captiuitatis iugo premerentur, suas precationes frequenter ad Dominum grauiter offendit inflexerunt, & cum sancto proposito promiserunt se sua idola abieciros, iram Dei sedarunt. Fregit & quædam vetula suis importunis precibus animum sceleratissimi & inhumanissimi iudicis. Et qui frequenter nocte intepesta pulsauit ostium sui vicini, à quo mutuo petebat tres panes, extorsit quod petebat. Itaque nobis conuenit instanter, & sine intermissione orare Dominum. Vult & Paulus catena oneratus, pro se orationes, postulationes & obsecrations cū gemitu & pectoris tunzione fieri, vt cùm os suum aperiret, sibi dominus sermonem quem esset loquuturus, sugereret, obseruans illud Christi verbum, Nolite præmeditari quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quod vobis loquendum sit. Optat etiam pro se fieri supplications, vt in sinistris & aduersis, suam militiam non deserat, nec à suo imperatore deficiat, sed cum libertate & audacia munus suæ euangelicæ legationis obeat. Et ne Ephesij mœrore afficerentur, & tristitia suffunderetur, quòd Paulus innumeris malis afflictaretur, & inieetas catenas gestaret, misit ad eos Tychicum fratrem suum dilectum: Fratrem quidem ob fidei germanitatem, & fidelem in Domino ministrum, vt per huiusmodi internuncium magno cum solatio cognoscerent res suas, suumque statum. Deinde Paulus exerendo suam erga Ephefios charitatem, precatur omnibus fratribus pacem & charitatem cum syncrena fide copulatam: Non enim charitas sine fide prodest, nec fides sine charitate constare aut perfici potest. Verum intelligamus quibus Paulus precatur pacem & gratiam, An iis qui diligunt terrena, carnalia & corruptibilia? non sanè, sed iis quidilgunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione, hoc est, qui integro & sincero affectu omni vitiorum corruptela vacante, diligunt Iesum Christum.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, Doctoris Theologi Parisiensis, in Pauli ad Ephesios Epistolam, finis.

IOANNIS

IOANNIS ARBOREI LAUDVNENSIS, Doctoris Theologi, In Epistolam Pauli ad Philippenses, Praefatio.

PHilippenses traxerunt originem à quadam Macedonia ciuitate Philippis dicta, à Philippo conditore. In Actis Apostolorum comperimus Paulum dixisse cùm euulgaret vnà cum suis commilitonibus per totam Macedoniam Euangelium Iesu Christi, Nauigantes à Troade, recto cursu venimus Samothracem, & sequenti die Neapolim, & inde Philippos, quæ est prima partis Macedonia ciuitas, colonia. Erasmus autem in hac vrbe diebus aliquot consistentes. Hic autem cum Lydiam purpurariam conuertisset, & à quadam puella spiritum Pythonem eiecisset, vehementer flagris cum Sila cæsus est. Deinde coniectus in carcerem sua sana doctrina custodem carceris cum tota familia ad fidem Christi adduxit. Magistratus autem & milites cognito quòd esset Romanus, ultrò rogauerunt eum vt quod veller, abiret. Collaudat autem Apostolus Philippenses, non ob id solum quòd non admiserint pseudapostolos, quibus auscultauerant & Corinthi & Galatae, sed quòd in fide suscepta persistierint, in eaque studiis omnibus profecerint. Et ob tantæ rei profectum, agit gratias Deo, quem assiduis praecationibus interpellat, vt quod in ipsis bonum opus auspiciatus est, consummat. Et licet vincula & situm carceris perferat, plurique, & alia mala sustineat, non tamen potest illorum obliuisci, sed semper vt invictus miles pro eorum salute in augmentum fidei & gloriam Euangeli certat. Adhortatur & illos vt non terreatur ab aduersariis, nec sinistris frangantur, sed putent sibi ipsis gloriam esse in pressuris & afflictionibus, quæ ad illustrandum Christi Euangelium plurimum faciunt. Inserit & illorum cordibus perfectam Christi humilitatem, qui pro nostra salute usque adeo se demisit, vt Dei iussis usque ad ignominiosum crucis supplicium obtemperauerit. Pollicetur se ad eos missurum Timotheum, alterum quidem Paulum, & quo chariorem habebat neminem. Prius tamen ad eos instruendos, consolandos & exhortandos, misit Epaphroditum, suum quidem commilitonem, suarumque necessitatum ministrum fidissimum, qui Dei gratia à periculosis morbo conualuerat. Animat & illos ad pugnandum alacriter aduersus pseudapostolos, quos vocat canes, ventricolas, operarios iniquitatis, & inimicos crucis Christi. Commonefacit & illos, vt exois vitiis & contemptis rebus terrenis aspirent ad cœlestia, diuinaque semper meditentur. Philippibus gratias agit, quòd sibi per Epaphroditum vita necessaria transmiserint, per quem & hanc succinctam epistolam scripsit, cùm adhuc Romæ aget in vinculis.

G. i.

Argumentum primi capit. I.

PAULUS summo afficitur gaudio quod Philippenses ardentibus votis, suo quidem conatu suaque diligentia fidem Christi receperint, & eo amplius gestit eius animus, quod ubi primum euangelicam doctrinam receperunt, adinx sunt pro viribus eam illustriorem reddere. Nec potest non illos singulari benevolentia feruentique amore prosequi, quod rebus a se pro euangelico negocio praclarè gestis, plausibiliter arriserint. Gloriatur in Domino quod catenis & compedibus vincitus, euangelicam fementem locupletauerit, suisque afflictionibus ultrò pro gloria Christi toleratis, sanctos suos fratres prouocauerit ad liberius & audacius praedicandum Iesum Christum, pro quo legationem sue fidei concreditam obibat. Et licet pro nomine Christi dura queaque & acerba sufferret, & in malorum omnium tolerantia magis ac magis exhilaresceret, tamen ne tantis angustiis & calamitatibus pressus succumberet, optauit è vita decidere, ut cum Christo perenniter viueret: nec tamen pro tuenda fide, & Euangeliū successu sudores & certamina recusauit.

Caput primum.

AV L V S & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis & Diaconibus, Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio depreciationm faciens, super communicatione vestra in Euangeliō Christi, a prima die usque nunc: confidens hoc ipsum, quia qui coepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu, sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eò quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangeliī, cum socii gaudii mei omnes vos sitis. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.) Paulus & Timotheus in functione munericis Euangelici collegae, & serui Iesu Christi, coetui sanctorum omnium qui sunt Philippis, & iis qui Christianorum gregi praesident & ministrant, optant gratiam & pacem in Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo. Et quia Paulus in hac epistola scribit ad consortes magnopere & equales, non ascripsit in exordio Apostolicę dignitatis titulu. non enim hoc loco seruus Christi profitetur se esse Apostolum Iesu Christi, sed seruū, quod certe preclarū est & magnificū, & quod in eius gloriā magnopere cedit. Si quidē esse seruū Iesu Christi, omnium bonorum

bonorum caput est: Qui enim verè seruus est Christi, liber est à peccato, terrena despicit, & cœlestia cogitat. Porro summos honores & laudem humanam, diuitiasque omnes aspernatur ut Christum lucrifaciatur. Salutat autem sanctos in Christo Iesu, volens ostendere illos esse veros & germanos sanctos, qui sunt sancti in Christo Iesu, hoc est, qui sincero affectu Christum prosequuntur, & parati sunt pro eius gloria seipso sanctificare. Attende Paulum hoc loco non vocare Episcopos, illos qui habent potestatem confirmandi, & promouendi alios ad sacros ordinis: nam si proprio Episcopi vocabulo vteretur, nō adiiceret Cum Episcopis, nō enim Philipporum simul erant plures Episcopi, eò quod unius metropolitanæ ciuitatis unus est Episcopus: sed nomen Episcopi hoc loco sese extendit ad presbyters, ac si dixisset cum presbyteris. Sumendo autem propriè vocabulum, declarat Timotheum fuisse Episcopum, cum de eo dicit, Manus citò nemini imposueris. ^{Homonymum Episcopi nomine.} I. Tim. 5. quens etiam de Tito Episcopo scribit in hunc modum, Horum gratia reliqui te in Creta, ut constitutas per ciuitates, presbyteros. Denique, si obserues nomen Diaconi: Diaconi, dicuntur ministri Christi. Et nunc appellamus illos Diaconos qui protestatem habent in ecclesia canendi Euangeliū: Itaque Paulus scribit toti clero, & sanctis ciuibus Philipporum. Quoties autem Philippensium mentionem facit, cognoscens illorum prefectum, glorificat Deum, & indefinenter pro illis orat, ut de virtute in virtutem accrescant. In primis autem agit gratias Deo, quod iactis fibi ipsi fidei seminaris, promptitudine animi promptiorique voluntate communicauerint Euangeliō Christi, hoc est, quod modis omnibus auxiliati sunt Paulo, & eius depreciationibus & afflictionibus etiam absentes communicauerint, nec desierint illi suppeditare necessaria. Hoc me hercle est comunicare Euangeliō. Etenim dicebat Christus, ^{Quid sit cōficiet usque in diem Christi Iesu.)} Quod vni ex minimis fratribus meis fecistis, & mihi fecistis: Habet municare & Paulus hoc id ipsum sibi persuasum, ^{Quod qui cœpit in Philippensibus opus bonum, per Euangeliō.} Huic loco astipulatur illud Christi verbum, Sine me nihil potestis facere. Et hac Paulina doctrina Pelagiani reuincuntur, qui dicebant Ioan. 15. principium boni operis esse ex nobis, consummationem verò ex Deo. Et hac ^{Error Pelagianorum.} ratione illos refellam, Principium boni operis in nobis, est cogitare de bono: hoc autem ex Deo est. igitur principium boni operis non est ex nobis tanquam ex nobis. Minorem probo, dicit Paulus ad Corinthios, Non quod sufficiens simus cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis: Quare hominum bona & præterita & futura ad Deum referenda sunt. Nec propriè & absolutè tribuenda sunt nobis quæ bene gessimus, sed Deo auctori, licet Dei simus coadiutores & cooperatores. At obiicit quispiam, Dicit Paulus loquens de bono quod facultate liberi arbitrij fieri potest, Velle mihi adiacet, perficere autem bonum non inuenio: igitur principium boni operis est ex nobis. Respondebo, Situm est in facultate liberi arbitrij velle bonum, per gratiam Dei præuenientem, & non aliter: Itaque principium boni operis non est ex nobis tanquam ex nobis, sed est ex nobis gratia Dei adiutis: Et beneficia sic sunt nostra, quod sunt Dei. Ob id autem addidit Paulus, Usque in diē Christi Iesu,) quia in illa die Christus meritis præmia rependet, & obstinatos igne æternō cruciabit. Arbitratur & Paulus iustum esse ut Philippenses sint suorum gaudiorum suarumque afflictionum participes, nam tam feruenti amore illos prosequitur, ut non possint ab eius memoria excidere, quin potius sint intimis sui animi præcordiis inclusi. Nec quia vincula pro fide perpetuit, diuellitur ab amicitia, sed potius in ea spectando Euangeliū successum firmabuntur. Nam cum Paulus pro incremento Euangeliū certabat, & carceres, flagra, ludibria, sputa, conuicia & opprobria sufferebat, magis ad pugnam aduersus hostes fidei accédebantur. Verum ut Paulus magis ac magis sua charitatis viscera erga Philippenses exerat, dicit, ^{Hæc obserua.} Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.) Quod autem Deum testem vocet: argumentum est eum vera profiteri: non enim Deum asciuisset in testem, si voluisset illis adulari. & quia non poterat satis immensum sui animi G. ij.

affectum explicare, Deo qui corda scrutatur, reliquit. Denique quia Philippenses Christo inferuerat, optat illos visceribus Christi includi, hoc est, ut intimè eum ament: & hoc loco vocat viscera, affectum animi: Interpellat & Deum, vt illorū charitatem adaugeat in omni scientia, qua possint veritatem agnoscere, & in omni sensu, ad discernēdum inter bonum & malum, sacrum & prophānum, sanctum & pollutum, vt probent præstantia & vtilia: Denique vt sint synceri in his quæ erga Deū sunt, nec vllam sub charitatis prætextu adulterinam doctrinam recipient. Et in his quæ spectant ad amorem proximi, sint sine offensa, nec offendantur si fieri possit, nec alios offendant vsque in diem Christi. ita quòd optat illos vsque in diem iudicij permanere sanctos & irreprehensibiles. Fructus autem pietatis, iustitiæ & cæterarum virtutum vberrimus, quem fauore Christi parient, in perpetuam Dei laudem & gloriam cedet.

„ Scire autem volo vos fratres, quòd quæ circa me sunt, magis ad „ profectum venerunt Euangelii, ita vt vincula mea manifesta fierent in „ Christo, in omni prætorio, & in cæteris omnibus, & plures è fratribus in „ Domino confidentes in vinculis meis abundantius auderent sine timo „ re verbum Dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiam & conté „ tionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum præ „ dicant. Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem Euan „ gelii positus sum, quidam autem ex contentione Christum annun „ ciant, non syncerè, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. „ Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem „ Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo: Scio enim „ quia in hoc mihi proueniet ad salutem per vestram orationem, & sub „ ministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spē „ meā, quod in nullo cōfundar, sed in omni fiducia, sicut semper, & nūc „ magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitā, siue per mortē.)

Vobis suadete Philippenses (ne ob meas persecutiones consternamini) doctrinam quam ego carceribus inclusus profiteor, illustrare Euangelium Iesu Christi, vincula quoque, flagella & id genus mala, quæ constanti animo suffero magnum ornementum & commodum adferre euangelicæ philosophiæ. Etenim quo magis affligr, eo magis veritas Euangelij inclarescit. Nec duri carceres possunt me à sententia dimouere. Nam cùm infirmor, tunc fortior sum, & quo acerbius crucior, eo liberius prædico Euangelium Iesu Christi, adeò vt meum præconium vsque ad prætorium, hoc est Regiam Neronis peruaferit, & per totam vrbem sit euulgatum: Id autem non mea virtute, sed Christi fauore effectum est. Denique mea vincula, quæ ob Christi gratiam tolero, incitarunt multos è fratribus nostris, vt infraicto animo, audaciisque sanam Christi doctrinam annunciant. Quòd si conspectis meis vinculis non conciderint animo, nec ob meas afflictiones debetis turbari. Et quia longè latéque Christi præconium disseminaueram, plerique fideles mihi meam gloriam inuidentes, ea mente Christum prædicauerunt, vt in me Neronis animum exacerbarent: Nec aliud prætendebant aduersum me conflates odiū, quām quòd Nero, sauisimus quidem imperator, me confessim de medio tolleret. Qui-

Non omnes dam autem (qui pro veritate ad mortem vsque certant) syncero affectu, prompta concionato- voluntate & feruenti charitate Christum prædicant, scientes legationem Euange- res syncerè lici negocii meæ fidei concreditam esse, nec me velle vllis tyrannorum minis & ter- Christi an- ritamentis à meo imperatore deficere. Etenim certus sum quòd neque gladius ne- nunciant. que persecutio me separabit à charitate Dei quæ est in Christo Iesu: Nec me latet quosdam

quosdā simulatos cōcionatores non syncerè nec purè, sed ex cōtentione & querela annūciare Christū, arbitrātes me magis ac magis premere, meisque erūnis erumnas exaggerare, sed sua spe, suaque subdola machinatione fallūtur. Nam quo magis crucior, eo clarior fit Euangelij prædicatio: Siue enim Christus per contentionem aut simulationem aut veritatem annuncietur, nihil mea refert, modò rectè annuncietur, & commodum percipiat ecclesia, siue prædicatores bona aut mala intētione annūcient doctrinam Christi: Quidam enim ob quæslum prædicant Christum. Quidam ad aucupandum auram vulgi, & laudem humanam. Alij verò syncerè, neque quæstu, neque inani gloria ducti, sed duntaxat propter gloriam Dei & vtilitatem Christianismi. Multum tamen interesset si quis falsa & perniciosa doctrina annunciat Christum. Summo autem gaudio afficitur Paulus, quòd eius vincula propter Christum, omnibus sint explorata, & impensis gaudet, quòd quicquid causa Christi agit & molitur, per orationes & pia Philippensium officia ad salutem assequendam magnopere sibi conducet. Etenim bonorum laborum glriosus est fructus. Nec potest nō gloriari quòd suis studiis suisque indefessis laboribus gliscat in maius Euāgelij gloria. Nec vlla pericula pro incremento fidei reformidat, sed paratus est de capite vitaque periclitari, vt nomen Christi toti orbi innotescat. hoc autem explicat adiiciens, *Sed in omni fiducia sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam siue per mortem.*) Per vitam, qua me donauit postquam periclitantē exemit periculis. Per mortem, quam fœliciter moriendo, sum superaturus, siue enim vixero, siue mortem oppetiero, corpus meum obsequiis Christi vltro destinaui.

„ Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. Quòd si viuere in „ carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro. Coarctor autē „ è duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis „ melius, permanere autem in carne necessarium proptervos. Et hoc cō „ fidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum „ vestrum & gaudium fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu „ in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum dignè Euangilio „ Christo conuersamini, vt siue cùm venero, & videro vos, siue absens „ audiam de vobis quia statis in vno spiritu vnanimes, collaborantes fi „ dei Euangelii, & in nullo terrestris ab aduersariis, quæ illis est causa „ perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo, quia vobis donatum est „ pro Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo pa „ tiamini, idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc „ auditis de me.) Et quoniam vndique persecutionum procellę mihi ingruunt, & inimici fidei contendunt per insidias, coniurationes & odia me trucidare, eligam ne mortem vt à tantis molestiis & afflictionibus eripiar? cupiam ne dissolui, & fœ „ liciter viuere cum Christo in regno sui patris? Quòd si inspexero ad publicam Rei „ publicæ Christianæ cōmoditatē, quæ firmior erit in fide, si adhuc cōstanti animo „ aduersus teterrima Euangelij portenta certauero etiam omnibus malis discruciatu „ s, nō eligā mortē, coarctor tamen è duobus, siue vtriusque rei desiderio torqueor, vite „ scilicet & mortis: Præferendo tamen cōmodū ecclesiārum meo bono, nō aspernor „ adhuc viuere. hoc autem explicat hic locus. Multo magis necessarium permanere in „ carne propter vos.) Exhilarescite itaque Philippenses, & vehementer in domino gau „ dete, quòd me vobis & aliis Gentīis ecclesiis ad multos annos reseruauit, non vt ho „ minibus blandiar, aut summos honores appetam, aut lucra mundi secter, sed vt in „ augmentum fidei & Euangelij, prospiciam omnibus, meaque studia, vincula & cer „ tamina in publicam Christianorum vtilitatem conferam, vt etiam gloriatio vestra

abundet in me per Iesum Christum , qui me incitauit vt iterum (si detur occasio) vos inuiserem . Hoc & vnum vos commonefacere cupio , vt vestra conuersatio sit Christo,Christiq; Euāgelio digna,& ambuletis in ea vocatione in qua vocati estis, & non minus me absente quām præsente certetis pro gloria Euāgeliij. Sitis & vnanimes,eodēmque spiritu & eadem mente firmati,ad illustrandum Euāgeliū nego- cium . Etenim vobis (qui eundem spiritum hausistis) probrosūm esset in re fidei, sententiis dissidere. Tum quoque sitis solicieti seruare vnitatem spiritus,in vinculo pacis,vt per vnum & eundem spiritum adhæreatis Domino.Certate pariter cum fi- de Euāgeliij,me quoque in hoc certamine sudantem vestris præsidiis adiuuate.Nō est quōd vestros aduersarios reformidetis,aut pertimescatis eorum minis frāgi,quā- doquidem verus Agonotheta pro vobis (si modò in fide stabiles sitis) pugnabit: vósque gratis per synceram fidem saluabit,& in barathrum ignis æterni vestros ini- micos intrudet.Nec solūm Deus in sua officia vos vocauit , vt in Christum creda- tis,sed vt pro eius gloria nihil sinistri non perferatis.Discite à me,qui nunc iudicor vt reus capit is,& qui apud vos fui flagris cæsus,quām gloriosum sit & iucundū pro tuenda fide ad mortem vsque certare . Itaque vos adhortor vt non detractetis pro Matth.16. Euāgeliū negocio subire certamen.Intelligite & quid dicat Dominus,Qui volue- Ioan.12. rit animam suam saluam facere,perdet eam,Et qui amat animam suam perdet eam.

Argumentum secundi capit is.

Tamer si Paulus multis argumentis sua seruit Philippensibus , vt pro gloria Euāgeliū aduersus hostes fidei alacriter certarent , nec terrorrentur ab illis qui cùm sanctorum corpora mactant,suas animas infeliciter perdunt: nullum ta- men efficacius ei suppetere potuit, quām quōd spēctaculum crucis Christi ipfis toto animo totōque Christiano affectu contemplandum proposuerit.quandoqui- dem Christus fragili,mortali & seruili carne pro nostra salute coniectus,rariſſi- mum suæ humilitatis specimen prabuit omnibus spectandum,cùm pro iniustis & sceleratis,corpus suum Deo patri in sacrificium probrofissimæ crucis obtulit . Et ob id promeruit vt in summam sublimitatem eueheretur , ac nomen (quod omnium mortalium gloriam longè superat) obtineret, ita vt in nomine Iesu flecti debeat & demitti omne genu,cælestium,terrestrium & infernorum . Rursum Philip- penses adhortatur vt mutua concordia,fraternaque charitate se prosequantur, exhorreāntque hominum tumultus,difidia,rixas,murmurations & querelas, vt inter immundos,peruersos & omni prauitate corruptos , luceant velut in mundo fulgidissima luminaria.Consolatur & illos per Epaphroditum sibi com- militonem integerrimum , qui pro gloria Christi non reformidans sauitiam Ne- ronis,ad mortem vsque certauit.

Caput secundum.

Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solarium charita- tis,si qua societas spiritus,si qua viscera miserationis,imple- te gaudium meum,vt idem sapiatis,eandem charitatem ha- bentes,vnanimes,idipsumsentientes,nihil per contentionē, neque per inanem gloriam,sed in humilitate , superiores sibi inuicem arbitrantes,non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorū:

Hoc

,, Hoc enim sentite in vobis,quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset,non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo , sed seneti- psum exinanuit,formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.Humiliauit semetipsum,factus obe- diens vsque ad mortem, mortem autem crucis . Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen , vt in nomine Iesu omne genu flectatur,cælestium , terrestriū & inferno- rum,& omnis lingua confiteatur , quia dominus Iesus Christus in glo- riam est Dei patris.) Exerite,ô Philippenſes,eum charitatis affectum erga me, quem ego erga vos exerui,nec desinite me innumeris malis afflictum consolari.Et- enim quæ pro vobis & omnibus Christianis subii certamina , & quotidie subeo, postulant vt me fraterna charitate syncerōque affectu prosequamini . Nec potestis mihi ad mortem vsque certanti cōgaudere,meūmque gaudium perficere,nisi in vo- bis sit Christiana consolatio,fraterna charitas & mutua concordia : Siquidem vobis conuenit amicorum commodis cōgratulari, & amicorum malis ingemiscere & in- dolescere. Quōd si sitis eodem Christi spiritu conglutinati , promite quæ in vobis sunt miserationis viscera. Cauete ne foueatis iurgia,rixas,querelas & cōtentiones : nā ex istis pestilentissimis vitiis nascuntur odia & homicidia . Studete autem pro viri- bus vt vinculo pacis & charitatis astricti,sitis concordes,vnanimes,& vnum & idem sentientes.Illorum consortia vitate, qui aut auram popularem mercantur,aut sum- mos honores ambient aut in superbiam elati, volunt omnibus præfici & dominari. Sitis autem illis beneuoli & amici qui spretis primis honorum partibus,modestiam & humilitatem colunt,se omnibus demittunt,& simplicium captui & moribus fese attemperantes,non tam suis quām aliorum commodis student & incumbunt.Sit & in vobis is humilitatis affectus qui fuit in Christo . Et ita sitis affecti vicissim alij in alios,vt Christus fuit erga vos affectus.Etenim Cūm in forma Dei esset,non rapinam ar- buratus est se esse æqualem Deo . Nec dicitur fuisse in forma Dei,quōd Deum effigia- uerit,& non fuerit,neque sit Deus,sed quōd verè esset Deus,aut quōd ab æterno fue- rit Deus . Et sicut est splendor gloriæ patris,& figura substatiæ eius,ita est forma Dei Hebr.1. patris.Nec rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, quia quod est naturæ, non est rapinæ . Nec sibi arrogauit aut vindicauit quōd esset æqualis Deo , nam natura Deus est,& per omnia Deo æqualis & cōsubstantialis: Quandoquidem signis pro- pria virtute à se editis, & arcana doctrina quam profitebatur, vt habens omnem po- testatem,declarauit se esse natura Deum . Vnde dicit Ioannes , In principio erat ver- Ioan.1. bum,& verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum . Et alibi,Ego & pater vnum Ioan.10. sumus . Dixit quoque Propheta spiritu Dei afflatus , Dixit dominus domino meo, Psal.109. sede à dextris meis,Et licet Christus sit per omnia Deo æqualis , tamen pro nostra salute semetipsum exinanuit,siue fecit se humillimum : Nam Deus fecit filium suū pauxillulum minorem angelis , cùm pro nostra redēptione carnem humanam in pudicissimo virginis Mariæ vtero assumpsit . Quomodo autē semetipsum exinani- uerit,declarat Paulus dicēs, Formam serui accipiens, Suscepit enim formam serui etiam nocentis,quanuis esset ipsa innocentia innocentior. Non enim venit filius hominis Matt.20. ministrari,sed ministrare,& dare animam suam in redēptionem pro multis. Adde Rom.8. quōd Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati , & de peccato dam- nauit peccatum in carne . Nec ista subiectio à Christo voluntariè suscepta,fuit iugis & perpetua,sed temporalis:Etenim suscepta est cum carne,& deposita est cum ipius corporis seruitute,vt dicit Ambrosius enarrans Psalmum 61.ad illum locum,Nón- Ambroſi- ne Deo subiecta erit anima mea?Et hæc subiectio est magisterium virtutis humanæ, Psal.61. non diuinæ potestatis imminutio.Huic autem loco, In similitudinem hominum factus, arridet illud scripturæ , Nusquam enim angelos apprehendit , sed semen Abrahæ Heb.2. G. iiiij.

Hebr.4. apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus similari. Et alibi, Non habemus pontificem, qui nō possit compati infirmitatibus nostris, tētatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Quod autem adiicit Paulus, *Habitu inuentus vt homo*, **Augustin⁹.** hunc habet sensum, habendo hominem, inuentus est vt homo, vt exponit Augustinus libro vno. 83. quæstionum, quæstione 73. puto tamen Augustinum cùm dixit **Diversa ha-bitus ratio.** habendo hominem, sumpsiſſe hominem pro humanitate, ita quòd sensus est, Habendo humanitatem, inuētus est vt homo. Et licet Hieronymus & Augustinus frequenter dicant Christū assumpſiſſe hominem, tamen hæc propositio simpliciter est falsa, Christus assumpſit hominē, quia Deus & homo in Christo sunt vñū suppositū, & non duo: sed Christus assumpſit humanitatem. Adnotat & Augustinus illo in loco, **Habitum** multis modis dici. Est enim habitus animi, vt cuiusque disciplinæ perceptio vñū roborata atq; firmata. Est & habitus corporis, secundū quem dicimus aliū alio esse succulentiore & validiore, qui magis propriè habitudo dici solet. Deniq; est habitus eorū quæ membris nostris accōmōdantur extrinsecus, secundū quē dicimus vestitū, calciatū, armatū, & si quid eiusmodi est. In quibus omnibus generibus, siquidem nomen hoc dictum est ab illo verbo, quod est habere, manifestū est in ea re dici habitum, quæ accidit alicui, ita vt eam possit etiam non habere. Et paulo post dicit, *Habitus ergo in ea re dicitur quæ nobis vt habeatur accidit.* Veruntamen hoc interest, q; quædā eorum quæ accidunt nobis, vt habitū faciant, non mutantur à nobis, sed ipsa nos mutant, in seipſa integra & incōcussa manentia: sicut ipsa sapientia cùm accidit homini, nō ipsa mutatur, sed hominē mutat, quem de stulto sapientē facit. **Quædā** verò sic accidunt, vt & mutant & mutantur, sicut cibus ipſe amittens speciem suā, in corpus nostrum vertitur, & nos refecti cibo, ab exilitate atq; languore in robur atque valentiā cōmutamur. Tertiū verò genus est, cùm ipsa quæ accidunt mutantur vt habitū faciant, & quodāmodo formantur ab eis, quibus habitū faciunt, sicuti est vestis: nā cùm reposita vel proiecta est, nō habet eam formā, quam sumit cū induitur atque inducitur mēbris. Ergo induita accipit formā, quam nō habebat exuta: cùm ipsa membra, & cùm exuuntur & cū induuntur in suo statu maneant. Potest esse & quartū genus, cùm ea quæ accidit ad faciendū habitum, nec ea mutat quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutatur: sicut annulus in digito, si nō nimis subtiliter attendatur. Veruntamē hoc genus aut nullū est, si diligenter discutias, aut omnino rarissimum. Hæc ille Græci vocant χάρα, hunc habitum, secundum quem dicimus vestitū vel armatum. Et de hoc genere habitus locutus est Apostolus dicens, *Habitu inuentus est vt homo*, hoc est inuentus est humanitate vestitus, qua prius non erat vestitus. Vel dicas quòd humanitatem accepit quasi habitū: nam adueniens verbo, & vñita diuinæ naturæ, neque verbum mutauit, neque diuinam naturā sed fuit in melius mutata, quia fuit impleta gratia & veritate. Etenim dicit Ioannes, *Vidimus gloriā eius, gloriam quasi vñigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis.* Et ita Christus seipſum demisit & humiliauit, vt se reddiderit obedientem voluntati sui patris vñque ad mortem. Etenim ex his quæ passus est, didicit obedientiam. Et pro nostra instructione semetipſum humiliauit, vt ab eo discamus quantum commodi & gloriæ nobis allatura est humilitas. Et sicut superbia est radix omnium malorū, ita humilitas est radix omnium bonorū. Deinde sicut à superbia nascitur inobedientia, ita & ab humilitate nascitur obedientia. Commendat & Paulus in epistola ad Romanos obedientiam Christi, indicatque quantū nobis profuerit: Sicut, inquit, per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti constituētur multi. Verū discamus à Paulo quod nam genus mortis Christus vñtrō pertulerit, *Mortem inquit crucis*, quam non addubitamus fuisse ignominiosissimam. nā hoc genus patibuli solūm nocentibus & maleficiis debebatur: vnde in libro Sapientiæ legimus, *Morte turpissima condemnemus eum.* Hinc nobis exploratum est Christū, neque mortem neque genus probrosæ mortis refugisse. Attendamus nunc ad amplissimum præmium, quod humilitas Christi obedientiæ coniuncta promeruit.

Proprietary

Propter quod, & Deus exaltauit illum. Etenim videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Constituit & Deus pater Christum ad dexteram Ephesi suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solūm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Denique propter hanc spontaneam hostiam, Deus donauit Christo nomen quod est super omne nomen, quale autem sit nomen Christi, exprimit subnectēdo, *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum.* De hoc autē admirabili nomine dicit Esaias, Videbit omnis caro pariter, quòd os domini locutum Esa. 40: est. Adhæc, Ioannes Baptista huic vaticinio fidem adhibens, dicebat, Videbit omnis Luc. 3: caro salutare Dei nostri. Legimus & in Actis Apostolorum, Nec enim aliud nomen Act. 4: est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Intelligamus in nomine Iesu omne genu debere flecti, quia & homines & angeli debent Christo subiici. Boni angeli voluntariè Christo subiiciuntur, mali verò inuoluntariè. Hæc fuisiſſus alibi tractauimus. Debet & omnis lingua & cœlestium & terrestrium & infernorum confiteri aut sponte aut coacte, quòd Christus non solūm quatenus Deus, sed quatenus homo, est in gloria Dei patris, siue quòd sedeat à dextris Dei patris. Huic loco astipulatur illud Ioannis, Neque enim pater iudicat quenquam, sed o. Ioan. 5: mne iudicium dedit filio, vt omnes honorificant filium, sicut honorificant patrem.

„ Itaque charissimi mei, sicut semper obedistis, nō vt in præsentia mea „ tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore „ vestram salutē operamini. Deus est enim qui operatur in vobis, & vel- „ le & perficere, pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmura- „ tionibus & hæſitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filii Dei, si- „ ne reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. Inter quos lu- „ cetis sicut luminaria in mundo, verbū vitæ continentes, ad gloriam meā „ in diem Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuū labora- „ ui. Sed & si immolor supra sacrificiū & obsequium fidei vestræ, gaudeo, „ & congratulor omnibus vobis, id ipsum autem & vos gaudete, & con- „ gratulamini mihi. Spero autē in Domino Iesu, Timotheū me citō mitte- „ re ad vos, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt: Ne- „ minem enim habeo tam vñanimem, qui syncera affectione pro vobis „ solicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt, quærūt, nō quæ sunt Iesu Chri- „ sti: Experimentū autē eius cognoscitis, quia sicut patri filius, mecum serui- „ uit in Euangeliō. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro „ quæ circa me sunt.) Et quia imitando Christi obedientiam, diuinis iussis vñtrō obtemperasti, non solūm in mea præsentia, sed & in absentia (quod magnopere cō-“ mendo) vos velim adhortari vt in iisdem virtutum officiis perseueretis, vestræ que sa-“ luti cum timore & tremore propiciatis: non enim ad nanciscēdam salutem satis est habuisse fœlicia honestate vitæ auspicia, sed opus est perseuerantia: Qui enim perse-“ rauerit vñque in finem, hic saluus erit. Sanctus autem & castus timor Domini (quem“ humiles amant & sectantur) vobis opitulabitur ad syncerius inferiendum Deo. vnde recte dixit Propheta, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Psal. 12: Nec vobis fauor Dei deerit, vt quæ bona sunt, & cupiatis & faciatis: Nam Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate, sua scilicet, & non simpliciter pro nostris meritis: Nam ante gratiam Dei, nihil boni meriti est in no-“ bis. Hinc colligamus non solūm opera nostra bona, Dei auxilio niti, sed etiam vo-“ luntatem. Nec ista dicūtur à Paulo, quòd vis liberi arbitrij admatur, sed quòd sem-“ liberi arbitrii per nobis opus sit gratia Dei in bonis operibus & inceptandis & perficiendis: quòd trij.

denique omnia opera nostra bona, Deo acceptissima referamus. Deinde ostendit Apostolus quænam vitia debeant Philippenses vitare, & illa præsertim quibus vexabantur, & ad quæ perpetranda proclives erant. Vitate murmurationes: Qui enim obmurmurat, censetur esse ingratus & maledicus: Vnde nobis ex veteri testamento compertum est quosdam Iudeos periisse ab exterminatore, quia contra Deum murmurauerant. Declinate hæsitationes, siue disceptationes, qui enim diffidit, disputat & argutatur: Non enim hæsitandum est Christiano se assequuturum vitam æternam, si Dei præcepta seruauerit. Vnde dicit Iacobus, de illo qui postulat à Deo sapientiam, Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur. non ergo existimet homo ille quod accipiet aliquid à Domino. Et qui nostris infoelicissimis temporibus hæsitant, vtrum sit Purgatorium, vtrum debeamus sacerdoti nostra vitia auriculari confessione detegere, vtrum etiam nostris bonis operibus mereamur vitam æternam, an etiam debeamus precari sanctos, sanctorumque imagines & reliquias venerari, digni sunt ut in barathrum ignis æterni intrudantur. Nunquam enim nobis hæsitandum est in iis quæ aut scriptura aut ecclesia nobis facienda præscribit. Fugite querelas & contentiones, siis autem simplices, siue synceri & absque fuco, & irreprehensibiles atque immaculati, ita ut in vobis non sit insigne vitium, minimis autem carere non possumus: Decet enim filios Dei esse simplices & inculpatos. Deinde docet Paulus quoniam pacto Philippenses debent se gerere erga infideles, *Suis sine reprehensione* aut offensione *in medio nationis prauæ & peruersæ*, prauæ quidem, quantum ad opera mala, peruersæ autem quantum ad infidelitatem, *Inter quos luceris sicut luminaria in mundo*. Quemadmodum enim faces in tenebris splendent, ita vos inter obliquos & tortuosos & cæcos, lucere debetis. Vnde dicebat Christus suis Apostolis, Vos estis lux mundi. Et iterum, Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in cœlis est. Et quemadmodum Sol & Luna inter stellas splendore sublimes sunt, ita debetis esse inter diffidentes, infideles & peruersos, vita, conuersatione & moribus sublimiores. *Verbum vitæ continentis*. Verbum vitæ æternæ, est Euangelium Iesu Christi, quod Christianè viuentibus vitam æternam pollicetur, vnde dicebat Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et huic loco respondet illud Psalmographi, Lucerna pedibus meis, verbum tuum. *Ad gloriam meam in die Christi*. Quandoquidem vestra inculpatissima vita me clariorem efficiet in aduentu Christi, nec solùm ob sanctimoniam vitæ vestre gloriari possum in die Christi, sed quod nō in vanum cucurrerim, neque in vacuū labo rauerim: Nam ab Hierusalem usque ad Illyricum prædictaui Euangelium Iesu Christi: Tum quoque certamina mea, sudores & labores plurimum commodi ecclesiis Gentilium attulerunt. Alio in loco dicit Paulus, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, &c. *Nam & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestre, gaudio, & congratulor omnibus vobis..* Immolationem hoc loco mortem appellat. Huius autem loci intelligentia est hæc, Quia vos antea ut gratissimam victimam Deo obtuli, nequaquam ut mortuus mœrore afficiar, sed impensis lator, & ingenti gaudio vobiscum afficiar. Lator autem, quia offeror immolandus, & æstimatus sum sicut ouis occisionis, congratulator autem vobis, quod fidem vestram non secus quam sacrificium aliquod Deo obtulerim. Idcirco vos admoneo ut magis ac magis gaudeatis, quod per me sitis Deo oblati. Congratulamini & mihi, quod sim pro splendore Euangeli immolandus. Spero autem in Domino Iesu me breui ad vos missurum Timotheum, ut bene afficiar animo, ubi cognouero de rebus vestris: Neminem autem præter hunc diuini verbi præconem habeo, qui in functione muneric euangelici sic æquet animum meum, quique in curandis vestris negotiis Paulinam mentem & diligentiam magis ex animo sit repræsentaturus. Non enim hic minister venatur legationem, nec suis lucris (sicut faciunt quamplurimi) consulit, sed cum discrimine suæ vitæ, factóq; suarum

fiuarum rerum dispedio, Euangeliu Iesu Christi prospicit. Non est quod vobis eū commendem: nam ita se gesit in Euangeli negocio ut me, cœu patrem germanus filius, per omnia retulerit. Ut autem video quem finem sint habitura quæ mecum a- guntur, statim hunc ad vos mittam.

„ Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos citò. „ Necessarium autem existimauit Epaphroditum fratrem & cooperatorem „ & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum & ministrum „ necessitatis meæ, mittere ad vos. quoniam quidem omnes vos deside- „ rabat, & mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum: Nā „ & infirmatus est usque ad mortem, sed Deus misertus est eius; non solū „ autem eius, verum etiam & mei ne tristitiam super tristitiam haberem. „ Festinantius ergo fui illum, ut viso eo iterum gaudeatis, & ego sine „ tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & e- „ iusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi usque „ ad mortem accessit, tradens animam suanam ut impleret id quod ex vo- „ bis deerat erga meum obsequium.) Paulus eo amore in Philippenses exar- „ descit, eoque affectu cupit illos magis ac magis in Euangeliu Iesu Christi proficeret, „ vt quicquid etiam compedibus vincitus, animo verset, nolit eos latere. Verum ut ve- „ hementius eos consoletur, iucundiorisque reddat, pollicetur (si Dominus voluerit) „ se ad eos accessurum. Et quoniam doctrinæ Epaphrodoti lubenter auscultauerant, „ ab eoque fuerant instructi, necessarium duxit Epaphroditum sibi à germana fide fra- „ trem, & in Euangeli negocio cooperatorem & commilitonem, ad illos mittere. Il- „ lorum autem Apostolum vocat ut instructorem & magistrum, suæ vero necessita- „ tis ministrum, quia Philippensem munificentiam ad se detulerat. Ob id autem præ- „ ter alias causas cupiebat illos inuisere, quia ob eius ægritudinem penè immedicabi- „ lem, mœrore & tristitia contabuerant, nec deerat mœstitudinis occasio, quia pericu- „ lose ægrotauerat, veruntamē Dominus misertus est eius, nec solū eius, sed & Pau- „ li, quia cum periclitante periclitabatur. Nec distulit Paulus hunc insignem præco- „ nem ad illos mittere, ut mœror omnis & tristitia ab eorum animis abstergeretur. „ Fuit & Paulus ab omni dolore & tristitia liber, cum Epaphroditus à morbo con- „ ualuit. Adhortatur & Philippenses ut Epaphroditum cum summo gaudio excipiāt, „ eumque in precio habeant: Nam propter fidei incrementum & gloriam Euangeli, „ ad mortem usque, vitam suam impendendo, certauit: Non enim ob truculentissi- „ mam Neronis rabiem & ferociam, reformidauit inuisere Paulum, qui Romæ de ca- „ pite periclitabatur. Suppleuit & ille quod in Philippensem erga Paulum officio dī „ minutum fuerat. Licet enim Philippenses Romæ non essent, tamen per Epaphrodi- „ tum transmiserat Paulo necessaria, atque hoc pacto sarcuit ille quod illorū erga Pau- „ lum officio, locorum sejunctione detraxisse videbatur.

Argumentum tertij capit. .

NON piget Paulum eadem fidei præcepta, eadémque morum instituta Philip- „ pentium animis inculcare, ne propter pseudapostolos & inimicos crucis Chri- „ sti suscepturn fidei sacramentum deserant, sed adnitantur pro viribus & pietate & „ religione, modestia, humilitate, patientia & fraterna charitate illustrius & flo- „ rentius reddere. Nec auscultent illis qui post euulgatum Christi Euangelium, cir- „ cunctionem iactant & prædicant. Et licet Paulus in Iudaismo plurimum profe-

*erit, Iudaismique leges & decreta aliquando magnopere commendauerat, tam
en cùm à Christo euangelicam philosophiam didicit, antiquas legis cære-
monias pro nihilo duxit. Stat ut athlæta constans & fortis in certamine aduersus
hostes euangelicæ veritatis, bene sperans de brauio quod assequetur, & patienter
expectans diem Saluatoris nostri, qui hoc hominis corpusculum humile, caducum,
vile, abiectum, mortale & paſſibile, gloria & immortalitate donabit.*

Caput tertium.

DE cætero fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scri-
bere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium, vi-
dete canes, videte malos operarios, videte concisionem: Nos
enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloria-
mur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quanquam
& ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere
in carne, ego magis, circūcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Ben-
jamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum æ-
mulationem persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in le-
ge est, conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbi-
tratus sum propter Christum detrimenta: Veruntamen existimo om-
nia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Do-
mini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ster-
cora, ut Christum lucrifaciam.) Paulus toto stomacho inuehitur in pseudapo-
stolos & (si dicam) semichristianos quòd Iudaismum Euangeli commisceant,
quòd denique cupientes illustrare Euangeliū, prorsus obscurant, imo exortæ lu-
ci tenebras offundunt. Hoc & vnum ab euangelico scopo plurimùm aberrantes,
commiscuntur ut impura puris, salebrosa & acerba dulcibus, grauia leuibus, &
tenebrosa lucidis, non sine magna confusione admisceant. Si enim permiscenda es-
set Circuncisio ipsi Euangeli, tanquam vim habens, & in qua collocanda esset spes
nostræ salutis, frustra Christus factus fuisset hostia peccati, frustra ignominiosum
crucis tormentum pertulisset, in vanum quoque gratia & fide Iesu Christi iustifi-
caremur. Et quis nescit Circuncisionem non destruxisse mortem, neque illuminas-
se vitam, neque dedisse incorruptionem & immortalitatem, neque ullum viuifi-
casse? At Christus suo Euangeli destruxit mortem, illuminauit vitâ, dedit immor-
talitatem, & syncera fide illustratos viuificat. Quare Paulus frequenter scripsit ad
Philippenses altam in fide radicem habentes, ut huiusmodi pseudapostolos non
minus quam venena, venenataque pestes fugerent & deuitarent. Hoc autem homi-
num genus veteri fermento respersum & contaminatum, confert Paulus cum cani-
bus: Nam syncera doctrinæ oblatrant, seruitutem amant, & sanguine Christi ablu-
tis inuident. Taxat & illos ut malos operarios: Nam conantur durissimam seruitu-
tem imponere illis, qui gratia Christi à suis peccatis soluti sunt, & à lege mortis libe-
rati. Respergunt & verum semen cum lappis, sentibus, vepribus & tribulis. Perdunt
& isti vafri impostores quos saluare deberent, irrogant & iniuriam autori nostræ
salutis. Quasi verò Christus sine Iudaicis obseruatiunculis non potuisset peccatores
saluare. Nec isti fraudulent artifices circuncidunt, sed potius concidunt: Et propter
ea scribit Paulus Philippensibus, ne ab istis fucatis hominibus seducantur, Aduer-
tite canes, aduertite malos operarios, aduertite concisionem, alij legunt, Cauete ca-
nes

nes aut deuitate, &cæ. Paulus distinxit Concisionē à Circuncisione, *κατατομὴ περὶ Concisio &*
τοῦ ἄρνητος. Conciditur enim quod discerpitur, & planè distrahitur. Circunciditur, quod *Circuncisio*:
expolitur resectis superuacaneis. Et licet huiusmodi seductores se se iactent de pelli-
cula præputij præcisa, tamen mentem habent incircuncisam. nec quicquam Iudæo
proderat Circuncisio legem non obseruanti. Sint itaque isti disceptores Euangeliū
Concisio, nos autem religiosi & veri Christiani Circūcisio, qui spiritu seruimus Deo,
sive, ut volunt alij, qui spiritui Dei inserviuimus, & gloriamur in Christo Iesu, qui vi-
trò se morti pro nostra sanctificatione obtulit. Nec hæsitandum est quin illi sint in
Christo Circuncisio spiritualis, qui vitia animi & noxias cupiditates resecuerunt, qui-
bus Christus non prodeſſet, si Circuncisionem carnalem ambirent. Olim dabatur
Circuncisio, ut signaculum fidei iustificantis: Licet enim Abraham in præputio iusti-
ficatus fuerit, tamen accepit Circuncisionem ut indicium fidei iustificantis. Et cùm
Circuncisio erat umbra & figura baptismi Christi, quis ignorare potest legem Cir-
cuncisionis fuisse abrogatam, cùm virtus baptismi eluxit? Itaque toto cœlo aberrant
qui in Circuncisione manuacta suæ salutis anchoram defigunt. Et propterea adiecit
Paulus, *Et non in carne fiduciam habentes*. Hoc est, non debemus fidere in carnali Circun-
cisione. Quòd si quispiam videretur posse in carne fiduciam habere, præfertim Pau-
lus, qui erat ex Iudeis oriundus, & qui ut acerrimus Iudaismi propugnator, longo té-
pore legalium obseruationum partes tutatus est, adeò patriæ, legis & antiquarum ce-
remoniarum æmulus, ut aduersus nomen Christi insurrexit multoſque Christiani-
nos fidem Christi profitentes, in carceres intruserit. Hoc autem patefacit hic locus.
*Quanquam & ego habeam confidentiam in carne, si quis alius videtur confidere in carne, ego ma-
gis*. Alij ita vertūt, *Quanquam & ego in carne fiduciam habere posse videor, si quis*
alii videtur in carne confidere posse, ego magis. Propterea cùm dixit, *Quanquam &*
*ego habeam confidentiam in carne, hoc prætendebat, Possem (si quisquam alius) ha-
bere in carne confidentiam si vellem*. Et hoc adiecit ut ardentius & efficacius legales
obseruantias antiquaret, dirueret & oppugnaret. Hac autem ratione ad id dicendum
compellitur. Nunquid ego fui secundum præscriptum legis octauo die *circuncisus?*
Nonne sum genere Israelita? & quidem de tribu Benjamin, quæ fuit vna ex præci-
pitis? Nam in cultu vnius Dei fuit copulata tribui Iudei. Vnde in Deuteronomio *Deut.33:*
legimus, Benjamin amantisimius Domini habitabit confidenter in eo, quasi in thala-
mo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescat. Nonne si qua sit in Iuda-
ismo gloria, possum eam mihi à nobilitate mei generis ascribere? Etenim Hebræus
sum ex Hebræis. Et hoc vnum mihi in gloriam cedere posset, quòd Pharisæorum se-
etæ adhæserim, ob id religiosiores & celebriores ab omnibus commendatos, quòd af-
feruerint Angelos esse, & firmissime crediderint humanorum corporum resurre-
ctionem. Vtrunque autem negabant Saducæi, quòd nobis ex Actis Apostolorum co-
pertum est, Paulus autem Iudaismi zelo accensus aliquando expugnauit fidé, & per-
sequutus est mirum in modum ecclesiam, & secundum iustitiam quæ ex lege est, fa-
ctus est irreprehensibilis. Illa autem legis iustitia consistebat in rebus exterioribus,
nempe in obseruatione Circuncisionis, in delectu ciborum, & in discrimine dierum.
Verum quia putabat sibi à nobilitate generis, dignitate sectæ, & obseruatione legis, nō
mediocre gloriā parare, ubi Christo fuit infitus, & ab eo Euangelicam doctrinā
didicit, pro dispendio & damno habuit. Etenim quæ tempore legis videbantur esse
præclara, post sufficientem Euāgeliū promulgationem facta sunt noxia. Et quia Pau-
lus Christum induit, Christo que mordicus adhæsit, & pro eius gloria nullum certa-
men non sustinuit, ut sub suo Imperatore alacrius & feruentius certaret, exploratio-
nemque & cumulatiorem haberet Euangeliū cognitionem, quicquid in Iudaismo
magnum & excellens reputabatur, pro damno duxit. Imo arbitratus est, ut sterquilini-
a, sive vilia quædam & inutilia, ut Christum lucrifaceret, Christumque syncera fide
& feruenti charitate amplexaretur.

Vt & inueniar in illo non habens meam iustitiā quæ ex lege est, sed
H.j.

„ illá quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitia, in fide, ad cognoscē-
„ dū illum, & virtutem resurrectionis eius. & societatem passionum illius,
„ configuratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem quæ
„ est ex mortuis. Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim. Se-
„ quor autem si quo modo comprehendam, in quo & comprehēsus sum
„ à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum au-
„ tem, quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora ex-
„ tendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauiū supernæ voca-
„ tionis Dei in Christo Iesu.) Quòd autem Circuncisio nihil habeat virium

post sparsam longè latéque sementem Euangelicam, manifestat Paulus dicens, Vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ est ex fide Christi, quæ ex Deo est iustitia in fide.) Quid habet igitur Paulus vnde iustificari pos

fit? Num ex Iudaicis cæremoniis, legalib[us]que obseruantiis? non sanè, sed ex pura & syncera fide Iesu Christi, & huiusmodi iustitia, ne tantopere nostra opera iactemus,

ex Deo est, qui impium, attamen conuersum, ex fide iustificat. Adglutinetur & huic loco scriptura illa, Gratia enim saluati estis per fidem (& hoc non ex nobis, Dei enim donum est) non ex operibus, vt ne quis glorietur. Non tamen ita in ratione iustifi-

Ephe. 2.

Hæc obser-
ua.

Iaco. 2.

Lapsus E-
rasi.Quæ in ve-
ra iustifica-
tione obser-
uari debent.

Heb. II.

Roma. 8.

2. Tim. 2.

cationis diuinam gratiam commendamus, vt tollamus liberū arbitrium: nam opera bona nostræ iustificationi plurimùm cōferūt. Etenim, authore Iacobo, Abrahā iusti-
ficatus est ex operibus, offerens filiū suū super altare. Licet enim fides cooperaretur o-

peribus illius, tamen ex operibus fides consummata est. Quòd si opera fidem cōsum-
ment, sola fide, solaque Dei gratia non iustificatur homo. Nec approbo quod dicit Erasmus in sua Paraphrasi, edifferendo hunc locum, Non habens meam iustitiam quæ ex lege est, &c. Pro nihilo habeo meam iustitiam, cuius opinionem mihi vin-
dicabat apud homines Mosaicæ legis obseruatio, modò mihi contingat vera iustitia,

quam meam non possum appellare, cùm haudquaquam paretur nostris meritis, sed gratis detur iis, qui sibi diffisi, simpliciter fidunt Christo. Hæc ille. Sed hæc assertio,

Vera iustitia nequaquam paratur nostris meritis, aduersatur doctrinæ diui Iacobi. Si enim opera nostra fidem consummum, & Abraham ex operibus fidem subsequen-
tibus iustificatus fuerit, igitur vera iustitia paratur nostris meritis, diuinæ quidem gratiæ copulatis. Licet enim Deus sit author nostræ iustificationis, tamen Deo cooperamur, vt iustificemur. Et quis ignorat solam Dei gratiam non iustificare adulturn impium, qui nunquam credit in Christum, nec à suis vitiis resipuit? Li-

cet enim gratia Dei eum incitet, vt fidem Christi amplexetur, tamen ex sola fide non iustificabitur, sed ex operibus poenitentiæ & interioris & exterioris fidei copulatis. Nec h̄c agimus de iustificatione paruuli baptizati, qui nondum valet bona opera facere. Hæc tria obseruemus oportet, vt planè veritatem iustificationis intelligamus.

Primò autorem iustificationis, Deum scilicet, & non hominem. Deus enim est qui iustificat. Secundò, modum sive rationem iustificationis, fidem scilicet. Et enim sine fide impossibile est Deo placere. Tertiò, fructum fidei, vt cognoscamus quòd Christus, est Deus & homo, & quòd propria virtute suum corpus à morte excitauerit: vt denique simus socij illarum afflictionum quas magno & fortí animo pro nostra salute pertulit. Hoc autem non potest fieri, nisi cooperemur nostræ

iustificationi, & collaboremus Euangeli. Vnde alibi dicit Paulus, Sic enim com-
patimur, vt conglorificemur. Item, Si cōmortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Pollicetur & Christus consortium sui regni iis, qui non detractat suæ crucis consortium, & propterea adiecit Paulus, Configuratus morti eius) per æquabile scilicet tribulationū & p[er]secutionū tolerantiā. Etenim alibi dicit, Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Item, Si complantati facti sumus similitudi-
ni mortis, simul & resurrectionis erimus. Nec hoc subtile dicens, si quo modo occurram

ad

ad resurrectionem quæ est ex mortuis) Non enim poterit miles Christianus in corpore glorificari, nisi tolerando aduersa quæque pro fide, suum Imperatorem imitetur. Et quia Paulus nondum pertigit metam sui cursus, nec in stadio Euangelico cur-
rens, donatus est brauio, licet bene speret in Domino se assequuturum, adiecit, non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim) Etenim neruis omnibus certamus in hoc seculo, vt in futuro, victrixi palma donemur. Et quia difficile est admodum ad portum salutis peruenire, cùd quòd arcta est via quæ dicit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam, Non omnis qui in stadio currit, accipit brauium: coronabitur Matth. 7. autem qui in agone legitimè certauerit. Explicat autem Paulus omnes sui corporis suique animi vires, vt immarcessibilem coronam reportet. Vnde subiectando di-
cit, Sequor autem, si quomodo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu) Qui ad Græcam phrasim proprius accedunt, non legunt sequor, sed sector, θέτω, vel assequi cupio. Huius autem loci intelligentia est hæc, Affecto assequi id, ad quod me Christus delegit, & in stadio hoc certare iussit. Nec vult innuere se suo intel-
lectu comprehensurum Deum, hoc est inclusurum: Nam Deus qui est infinitæ virtutis, est incomprehensibilis: sed sumit hoc verbum comprehendere pro at-
tingere, secundum quod sibi à Christo datum est, nondum tamén attigit scopum sui cursus, licet pro viribus certet, vt attingat. Properat autem audis votis ad asse-
quendum brauium sibi fide & gratia Iesu Christi destinatum, neglectis his quæ retrò sunt, temporariis scilicet bonis, vt ad ea quæ priora sunt, cœlestia scilicet & æterna, mentem suam attollat. Hoc autem loco Paulus sumit similitudinem à cur-
foribus, qui non attendunt nec respectant quid spacij transmiserint, sed quid su-
persit. Itaque Paulus ad magis ardua perfectioraque connititur, prætermis inferioribus, aut neglectis minoribus virtutum donis.

„ Quicunque ergo perfecti sumus hoc sentiamus, & si quid aliter sa-
„ pitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus,
„ vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula. Imitatores mei
„ estote Fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam
„ nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc au-
„ tem & flens dico) inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus,
„ quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena
„ sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde etiam saluato-
„ rem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit
„ corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secun-
„ dum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

Et nos qui in syncera fide, malorum omnium tolerantia, & morum integritate perfecti sumus, nobis persuadere debemus nos nondum vltimam & absolutissimam perfectionem assequutos. Quòd si ô Philippenses (qui pro referendis trophæis cer-
tatis) aliter quam nos ipsi sentitis, putetis que vos ad summam perfectionem perue-
nisse, scitote id vobis diuinitus reuelatum esse, quod tamen non existimo. Aut si Deus vos ad id credendum afflauerit, nolite ob id, ab vnitate ecclesiæ discedere, sed nobiscum (qui à Christo hausimus non modicam veritatis cognitionem) idem sapite & iudicate, & in eadem fidei & Euangeli regula permanete, vt exponunt nonnulli interpretes. Si quid secus sentitis de affectanda victoria, non rectè sentitis. Sed tamen Deus istam quoque mentem vobis mutabit in melius. Nam expectanda est reuelatio Dei iis, qui nondum absolutam veritatem assequuti sunt, vt corrigat si quid prius erratum fuit. Et ne Philippenses à recto veritatis tramite deflechterent, sed illum sibi vt ducem sequendum proponerent, qui spiritu Dei afflatus vera loquitur, ad-
iecit. Imitatores mei estote Fratres, & obseruate eos, siue considerate qui ita ambulant.

H.ij.

Hoc est recte, atque ego ipse, incedunt, & me pro forma & exemplari (qui merentes vestras cupio ad sublimiora prouehere) habete: neque enim vos instruxi ut falsa pro veris dicerem, aut in re aliqua animos vestros suspensos redderem, sed sinceram doctrinam, quam à Christo didici, vos docui. Nec tamen me latet multos pseudapostolos obliquo & inuio tramite incedere, vitamque per luxum & lasciuam degere, & quos s̄æpe dicebam vobis vitandos esse. Huiusmodi autem homines in omnem crapulam, ebrietatem, petulantiam & turpitudinem projectos, non possum non deplorare. Nec illos vereor ob suam simulatam religionem, corruptissimosque mores, appellare inimicos crucis Christi: etenim Iudaismum cum Euangelio permiscentes, euacuant virtutem crucis Christi. Idcirco lamentabilis illorum finis, ad mortis æternæ supplicium tendit. Colunt & illi loco Dei, ventrem. Student & quæstui, auramque popularem venantur: veruntamen eorum gloria in ignominiam & cruciatum perpetuum commutabitur. Nostra autem mundissima conuersatio à perditissimis illorum moribus longè abhorret: nam contemptis rebus humanis, spretisque temporariis honoribus & opibus, coelestia meditamus, & per assiduum virtutis exercitium, continuaque pro fide certamina, experiamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui in die iudicij transformabit hoc corpus humile, & omnibus iniuriis obnoxium, et simile reddet suo corpori glorioso: vt sicut membra nostra fuerunt afflictionum illius consortia, ita sint et fœlicitatis illius consortia. Fiet autem huiusmodi transformatio secundum eam vim et efficaciam, qua Christus nihil sibi subiicere non potest.

Argumentum quarti capit. 183

Non potest Paulus non admonere Philippenses ut stent in fide & sincera Euangelij doctrina, nec quicquam sentiant in iis quæ spectant ad commendandam Euangelij virtutem, quod non conspiret cūmea doctrina quæ à suo Apostolo didicerunt. Adhortentur quoque & alios, vt & idipsum sapiant, sūaque salutis spem in obseruatione legis Euangelicæ tutò collocent. Afferit instare aduentum Domini, & pro viribus fore, vt voluerit, qui iustis immortalitatem largietur, iniustis vero pñnam æternam irrogabit. Proinde vult Philippenses nulla de re esse immodicè sollicitos, sed tantum illud agere ut index ille æquissimus eos offendat paratos. Optat vt pro viribus studeant præclaram modestiæ virtutem nullis encomiis satis commendatam amplexari, eamque omnibus spectatam reddere: insistant & orationibus, sūque obuersent animo quæ decora sunt, iusta & sancta, si Dei gratiam & pacem sibi demerri velint. Spontaneam Philippensem munificentiam magnoperè commendat, ipfissque gratias agit, quod sibi vitæ necessaria abundè suppeditauerint.

Caput quartum.

Taque Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in Domino charissimi. Euodia rogo & Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus

„ toribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in Dot- „ mino semper, iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omni- „ bus hominibus. Dominus prope est. Nihil solicii sitis, sed in omni „ oratione & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestræ „ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum „ custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, in Christo Iesu.)

Paulus ingenti gaudio afficitur quod Philippenses suis studiis, sua diligentia suisque conatibus Christo genuerit, eo autem amplius gauisurus est, si in salutifera Euangelij doctrina persistenterint, nec permiserint se à pseudapostolis seduci, qui omnem occasionem venati sunt, vt illis ipsis suaderent Iudaismum cum Euangelio commiscendū esse. Quod si ita vt cœperunt pergent, adnitantürque pro viribus Euangeliū promouere, extorquebit à Domino vt eius studia, certamina, labores, conatus, afflictiones & victoriae in eorum coronā cedant. Adhortatur & duas primarias Philipporū mulieres, nempe Euodiam & Syntichen, quæ sanctis sua bona impartiebantur, vt in Euangelica doctrina sint consentientes, licet forsitan prius adiuvicem dissentirent. Cōmentat & has mulieres mira virtute conspicuas viro, qui (authore Theophilacto) ha-
rum alteri vel vir erat vel frater. Cūm dicit, *Etiā rogo & te Germane compar, adiuua illas*) Etius. Te etenim obsecro, vt illas sanctas mulieres, quæ fuerunt mearum afflictionum confortes, in Euangelij negocio adiuues. Erasmus in sua paraphrasi ad hunc locum explicandum, loco huius receptissimæ versionis. Rogo & te germane compar, & cæt. legit, *Quin & te rogo vera germanaque coniunx, mecum in Euangelij negocio con- fentiens, vt istis mulieribus adsis.* Et in suis Adnotationibus nititur simplicibus sua-
dere Paulum habuisse vxorem, quæ non solum sibi à coniugio copulata erat, verū rasmi. etiam à fidei profersione. Verū reclamat Erasmus illi Paulinæ doctrinæ. Dico au-
tem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanerint sicut & ego. Denique Hieronymus passim in suis epistolis afferit constanter Paulum non habuisse vxorem. Ad hæc dicit Theophilactus hunc Pauli locum explanando, Rogo & te germane compar, & cæt. Nonnulli errore ducti, vxorem dicunt Paulum adhortari, quod tamen longè est secus: Quippe quem neque vxorem legimus habuisse. Et germana coniunx dicere debuisset, si vxor illa fuisset. Hæc ille. Euodia autem & Syntiche, cum Clemente & cæteris adiutoribus in re Euangelij cum Paulo laborauerant, eius labores & afflictiones subleuando, et propterea merebantur sanctorum numero a-
scribi. Quod haud dubiè manifestat hic locus. *Quorum nomina sunt in libro vitæ*) Intel-
ligas, candide lector, librum vitæ, esse prædestinationem sanctorum. Et quosdam
simpliciter esse conscriptos in libro vitæ, de quo nunquam delebuntur, et tales sic
sunt à Deo prædestinati, vt simpliciter habituri vitam æternam, vt eximij Prophe-
tæ, Martyres, Apostoli et Euangelistæ: vnde dicebat Moses deprecando Dominum,
vt condonaret veniam iis qui vitulum conflatilem adorauerant. Aut dimitte eis
hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Sciebat autem Mo-
ses quod suum nomen in libro vitæ scriptum, nunquam aboleretur. Scriptum est
& in Apocalypsi, Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen Apoca. 1.
eius de libro vitæ. Dicebat & Christus septuaginta duobus discipulis, qui ingenti
gaudio afficiebantur, quod nomine Christi sibi dæmonia subiecissent, Nolite gau-
dere quia spiritus vobis subiiciuntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta
sunt in cœlis, hoc est, scientia Dei & iudicio sunt in cœlo addicta. Quidam verò
sunt scripti in libro vitæ secundum quid, & tales sunt habituri vitam æternam se-
cundum præsentem iustitiam, & obseruationē diuinæ legis, & tales delentur de libro
vitæ, cūm à præsenti iustitia excidunt: de quibus dicit Psalmographus. Deleantur
Psal. 68. H. iij.

- Exo.32.** de libro viuentium. & cum iustis non scribantur. Respondit & Dominus Moysi non recusanti deleri de libro vita, si non esset placabilis super Idolatria sui populi, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Et de hoc libro deletus est Iudas sua proditione, suaque desperatione, qui nunquam fuit simpliciter electus ad aeternam beatitudinem, licet ad aliquid fuerit electus, ad obeundum scilicet munus euangelicum, & ad signa quædam nomine Christi facienda. Vult & Paulus Philippenses, & omnes Christianos milites cum in prosperis tum aduersis, semper in Domino gaudere, Gaudete, inquit, in Domino semper, Iterum dico gaudete) Etenim debemus semper gaudere in bonis operibus, in patientia, in tribulationibus, in defensione fidei, in vita sanctimoniam. Et licet laceremur & torqueamur, tamē semper afficimur gaudio in Domino. Nec semper absolutè gaudendum est: etenim tempus est ridendi, & tempus flendi. **Matth.5.** Vnde dicebat Christus, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, sed semper sincero affectu, in domino gaudendum est. Et quo maiora & duriora sunt tormenta, eo impensius gaudere debemus, gaudio quidem spirituali, quod non corrūpetur nisi acciderit mortiferum peccatum quo fugabitur. Verum ut gaudium nostrum sit in Domino moderatum & compositum, addidit, modestia vestra siue moderatio, nota sit omnibus hominibus) Sic enim vobis gaudendum est, vt tamen gaudium vestrum sit æquum, & omnibus spectatum, ne quis insolenter cachinnum profundat, aut dissoluto gaudio gaudeat. Denique vobis conuenit respondere omnibus modestè, & neminem acerbitate stomachi exacerbare. Etenim mollis responsio frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Nec reiiciendi sunt cum caperata & rugata fronte simplices, quos alloquimur. Eluceat & iudicium modestia iis qui ab eis iudicium & iustitiam fieri depositunt. Sit & moderata in delinquentes animaduersio. Sit & Episcoporum & ecclesiasticorum Prælatorum modestia in appetendis honoribus (si modo liceat perfecto Christiano appetere) Sit & vniuersusque vita ita composita etiam in ipsis indumentis, vt nullius aspectum offendat. Adiicit & Paulus, Dominus prope est, Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud Deum) Debet & animus vester eo magis præ gaudio gestire, quod propior est vestra salus, & propinquius ad vos aduentat saluator totius mundi, qui vobis in fide & charitate persistentibus immortalitatem donabit. Et licet Christus suo primo aduentu ingens gaudium attulerit mundo, sicut annunciat Angelus pastoribus excubias nocturnas super suum gregem agentibus, cum dicebat, Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus: tamen suo secundo aduentu iustis longè maius & optabilius gaudium adferet, quia tunc consummata erit & animæ & corporis gloria. Et quia dominus prope est, nihil solliciti sitis) Non enim vos debet anxia & immoderata istarum rerum humanarum cura torquere: Nam Dominus sua benignitate imparteatur quicquid vobis erit necessarium: Hinc illud Matthæi, Nolite solliciti esse dicentes, Quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur: Hæc enim omnia Gentes inquirunt, Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Item, dicit Petrus, Omnem sollicitudinem in eum proiicientes, quoniam ipsi est cura de vobis. Verutamen nobis opus est moderata quadam sollicitudine, in conquirendis his quæ sunt necessaria nostræ vita, aut gubernandis & præ Roma.12. tegendis nostris subditis. Hinc illud, Qui præest in sollicitudine: Item, Sollicitudine non pigri. Et alibi. Volo vos scire quam sollicitudinem habeam pro vobis. Vitata igitur anxia sollicitudine innotescant apud Deum nostræ moderatae petitiones, & sacræ contestationes, quæ si assiduae fuerint & feruentes cum gratiarum actione ab eo probabuntur: Siquidem multum valent apud Deum orationes viri iusti assiduae: Et enim Elias orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses 3. Reg.17. sex. Et rursus orauit, & coelum dedit pluviā, & terra dedit fructum suum. Et ad 1. Tim.2. Timotheum dicit Paulus, Obsecro primum omniū fieri obsecrationes, orationes, postula-

postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, vt quietam & tranquillā vitam agamus in omni pietate & castitate. Nobis suadeamus illa apud deū innotescere, quæ ab eo probantur, & remuneratione nō modica digna sunt. Denique illi à Deo cognoscuntur, qui piis virtutum officiis fidem illustrant. Illos autem Dominus ignorat, qui aut infeliciter moriuntur, aut negligunt opportuno tempore bona opera facere. vnde de impiis dicit Christus, Nunquam noui vos, Discedite à me omnes qui Matth.7. operamini iniquitatem. Respondit & fatuis virginibus, quæ volebant ingredi Do- Matth.25. mūm nuptialis conuiuij, Nescio vos. Debent & gratiarū actiones fieri in rebus & pro- speris & aduersis: Etenim vnu est Deus qui quando vult, & cui vult, & bona fortuna & corporis & animæ largitur. Permittit & aduersa quæque & sinistra ingruere, aut ad malos puniendos, aut ad probandum bonorum constantiam. Propterea dicit Paulus ad Thessalonicenses, In omnibus gratias agite. Quid autem commodi nobis i. Thess.5. ex assiduis precationibus eueniet, manifestat hic subsequens cōtextus, Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. Rectè hoc loco sumes pacem pro nostra reconciliatione, aut authore nostræ reconciliatio- nis. De illa dicit Psalmographus, Audiā quid loquatur in me Dominus Deus, quo- Psal.84. niam loquetur pacē in plebem suam: De hac verò, dicit Paulus ad Ephesios, Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Vtrūque autem genus pacis quod in vnum con- spirat, excedit omnem mentem & humanam & angelicam: Non enim possumus ani- Hæc obser- mo consequi, aut verbis exprimere, à quot malis, erumnis, insidiis, & periculis nos uia, Deus exemerit cum filium suum vniogenitum nobis donauit: quandoquidem cum eū nobis donauit, omnia nobis donauit. Ab hoc autem pacis autore dimanat pax vera & sincera, quæ facit tranquillitatem & concordiam inter rationem & corpus, spiritū & carnem, quam homines efficere non possunt.

„ De cætero fratres, quæcūq; iusta, quæcūq; sancta, quæcūq; amabilia, „ quæcūq; bona famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. „ Quæ & didicistis, & accepistis & audistis & vidistis in me, hæc agite, & „ Deus pacis erit vobiscū. Gauisus autē sum in Domino vehemēter, quo- „ niā tandem aliquādo refloruitis pro me sentire, sicut & sentiebatis: „ occupati autem eratis: Non quasi propter penuriam dico, ego enim di- „ dici, in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare „ (vbique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abūdere, „ & penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat: Veruntamen „ bene fecistis, communicantes tribulationi meæ.) Hoc loco adhortatur Philippienses (si exoptatissimam Dei pacem sibi conciliare velint) vt virtutes colant, virtutumque officia exerceant. Et in primis suo versent animo quæ iusta sunt, nulli volentes iniuriam inferre, aut quempiam lādere, vel opprimere vel circunuenire, sed ad publicum omnium commodum attendere, & ex animo velle afflictos subleuare, meritis præmia rependere, pupillorum, viduarum & pauperum causam tueri: Hæc enim iusta sunt, & iustorum officia. Cogitent & quæ sancta sunt: prophana verò, turpia, polluta & immunda exhorreant: Etenim ad asequendum fœlicitatem aeternam, sanctimonia vita facit aditum. Inspiciat ad ea quæ deo & hominibus grata sunt, vt neminem offendant. Studeant omnium amicitiam sibi parare. Illibatam famam (si quam nacti sint) tueantur. Agitent & mente quæ veram laudem à recta morum educatione & disciplina conciliare possunt: Hæc enim omnia à suo Paulo vt optimo & inculpatissimo magistro didicerunt: quandoquidem optima est institutio & do- strina, cum quispam seipsum in exemplum spectandum proponit. Debent & boni Officiū bo- doctique præceptores, non tam literis quām moribus, suis discipulis prælucere. ni & docti- Afficitur & Paulus ingenti gaudio, quod cū Philippenium animus in subleuan- præceptoris. H. iiiij.

Cap.4. COMMENTARII IO. ARBOREI

da sua inopia fuerit aliquando intermissus, nunc refloreat, & ad largius erogandum sese proferat, & forsitan nō fuit intermissus, sed deerat illis oportunitas mittendi. Hoc autem verbum, refloruitis, ex arborum metaphora traxit, quæ et si plerūque exaruisse videantur, pullulant tamen & reflorescunt: Hoc autem Paulus dicere prætendit, Gaudeo magnopere quod pristinam illam & optimam donandi consuetudinem repeti.

Cur Paulus stis. Abstinui autē à Corinthiis oblata accipere, ne falsos Apostolos mihi infensos hababstinet ac berem, qui prædicando multa exigeant: quia tamen vos vt cordatisimos Christiacipere oblatos, & desideratismos largitores nactus sum, vestram spontaneam munificentiam ta à Corin non reieci. Nec ad hæc facienda vos commonefecisti, quod vestra munera flagitem, aut thius, nō aucti cupiam vehementer à vobis ad subleuandam meam penuriam, non nihil accipere, sed tem à Philippensibus. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse: Non enim in abundantia & rerum opulentia est vita cuiusquam, sed in sufficietia: Etenim natura, parabili vel minimo cibo abit contenta. Noui & in diem tolerare, & rursum affluere: quod enim à diuitibus meæ indigentia suppeditatum est, lubenter aliis impatrior, meaque humilitas & in tole-randa esurie patientia, me facit excellere: Nec rerum affluentia me tumidum reddet, nec inopia deiicit: nec ob famem aut inopiam vociferabor aut exclamabo, aut aduersus diuites murmurabo, sed dura quæque & acerba æquo animo: Ita enim institutus sum vt in prosperis non insolescam, nec frangar aduersis: Nam ad malorum omnium patientiam occalui, & lubenter tolero famem, sitim, paupertatem & omnem in diem propter illum qui me consolatur in meis afflictionibus. nec possem tot malorum insultus sustinere, nisi mihi manum adiutricē porrigeret. Quod si mihi liceat gloriari, in infirmitatibus meis gloriabor: veruntamen prædico & magnopere com-mendo, quod meam inopiam vestris bonis subleuaueritis.

„ Scitis autem & vos Philippenses, quod in principio Euangelij, quan-do profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli, quia & Thessaloniam semel, & bis in usum mihi misistis. Non quod quæro datum, sed requiro fru-ctum abundantem in rationem vestram. Habeo autem omnia, & abun-dato, repletus sum acceptis ab Epaphroditio quæ misistis in odorem sua-uitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundum diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum, Amen. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsar's do-mo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.)

Suppetit & mihi argumentum comméndandi vestrum in me propensissimum ani-mum. nam cùm mea sedulitate meaque assidua opera effloresceret Euangelij virtus per totam Macedoniam, & à tam celebri prouincia proficiserer, nulla Christianorū congregatio, præter vestram, mihi suppetias tulit in subleuanda rerum mearum inopia. Nec possum satis mirari quod atteritis vestras facultates, vt nihil mihi desit: Imò ob feruentissimum amorem euangelici negocij pauperescitis: sed ni fallor, vestra in pauperes alendos munificentia vos facit ditescere virtutibus, quæ vos Deo magnopere cōmendant. Et adeò vester in me affectus reuigit, vt cùm essem in Thessalonica ecclesia, frequenter subsidia vitæ meæ transigendæ miseritis: non quod tam munera vestra ad me transmissa extollam & exosculer, quæ spontaneam vestram in erogando propensionem: Etenim sincerus & verè cordatus hic affectus, vobis fructum uberrimum pariturus est: nam quicquid in subleuamen meæ indigentia contulisti,

in

IN EPISTOLAM PAVLI AD PHILIPP.

185

in vestrum commodum redundabit, vnde dicebat Christus, Quod vni ex minimis fratribus meis fecistis, & mihi fecistis. Gaudeo & in Christo Iesu, quod omnia mihi bona suppeditant, ac si ex aliquo villico censum aut redditum ex aruis meis reciperem. Sum & oppletus ac turgidus vestris donariis, quæ per vestrum Apostolum nomine Epaphroditum, ad me transmisisti: nam cum fœnore & largitate transmissa sunt, quæ ita fragrantem odorem spirant, vt non illa veritus sim offerre Deo, vt hostiam gratissimam, cui nulla unquam pecudum victima (quæ olim Deo solebat offerri) cō-ferenda est. Velim intelligat omnes eleemosynam esse sacrificium Deo gratissimum. Et quoniam non possum vestre in me beneficentiae obliuisci, ni vilissima ingratitu-dinis nota inurar, interpellabo Deum meū, qui suis fidelissimis seruis suas opes abunde largitur, vt quæ ardenti bus votis postulatis (ne quid vestris & pauperum vobis desit) vobis fauore Christi donet, cui sit gloria in secula seculorum, Amen, aut, si mauis, Ita fiat. Impartiuntur vobis salutem fratres illi qui in Euangelij negocio sunt mihi coadiutores & cooperari. Vobis curæ sit salutare meo nomine sanctos omnes, qui pro gloria Christi certant assidue, vitæque sanctimoniam colunt. Et licet sancti omnes plurimam salutem vobis comprecentur, maximè tamen qui ex Cæsar's familia meis precibus, meisque studiis & vigiliis insiti sunt Christo: qui licet saeuissimum ha-berent dominum, summamque crudelitatem & tyrannide in Christianos exer-centem, nunquam tamen eius saevitia & minis deterrerri potuerunt, quominus fidem Christi amplexarentur. Hoc & unum obsecrabo obtestabóque Deum, vt gratia & fauor Domini nostri Iesu Christi semper adsit spiritui vestro.

Commentariorum Ioannis arborei Laudunensis, Doctoris Theologi, in epistolam Pauli ad Philipenses, finis.

IOANNIS ARBOREI LAVDVNENSIS,

Doctoris Theologi, in epistolam Pauli ad Colossenses, Praefatio.

 Olossenses, Phryges sunt, populi minoris Asiae, inter Galatiam & Ly-caoniam siti, Laodicerib[us]que finitimi, quibus licet Paulus non inuul-gasset Euangelium Iesu Christi, nec illos vidisset, tamen magnopere gaudet quod prædicatione Archippi & Epaphre (quibus hoc munus delegatum erat) ad Christum fuerint conuersi: & ob id Dominum assiduis pre-cationibus interpellat, vt quod & fidei & Euangelij semen eorum animis inse-ruerat, non arescat, sed uberrimum fructum in sui gloriam paret. Et quia quidam perditissimi & corruptissimi pseudapostoli conabantur Colossenses à recto ve-ritatibus tramite abducere, in eorumque mentes inducere, filium Dei non esse no-stra salutis autorem, nec ē sinu sui patris in hunc mundum venisse, vt nos de ty-rannide dæmonum eriperet, & de seruitute peccati, ac lege mortis liberaret: sed per angelos (qui nihil non arcanum, diuinum & cælestis in veteri testamento ad-ministrabant) ad Deum Deique regnum patere aditum. Denique Iudaismum & philosophicam superstitionem de astrorum, stellarum, planetarum & elementorum obseruationibus, cum Euangelij doctrina debere commisceri, Paulus viis omnibus eos dehortatur ne illis fidem adhibeant, nec sinant facile à virulenta & pestifera

eorum doctrina se labefactari & seduci, sed firmissimè credant Christum esse caput hominum & angelorum, nec ab ullo alio nos redemptos esse & à pristinis vitiis repurgatos. Subindicat & illis non esse gaudendum in Circuncisione manufacta, sed in Circuncisione Christi, auellendo prorsus ab animis nostris noxias cupiditates, si velimus in electorum numerum ascisci. Et licet Colossenses incitent ut suos animos modestia, benignitate, humilitate & patientia exornent. nullam tamen virtutem ipsis aequè commendat atque charitatem, nimurum quod sit absolutissimum perfectionis vinculum. Deinde ad officia pietatis eos hortatur, praescribendo leges viri ad uxorem, & ediuerso, patris erga liberos, liberorum erga patrem, domini erga seruos, seruorum erga dominum. Scripsit autem hanc epistolam è carcere ab Epheso per Tychicum & Onesimum sibi collegam: Græcorum tamen inscriptiones testantur hanc ex urbe Roma missam fuisse per Onesimum, quem illic in vinculis Christo genuerat.

Argumentum primi capituli.

Paulus commendat Colossenses à prompto illo affectu, quo fidei sacramentum suscepserant, & à sincera charitate qua sanctos prosequabantur, ipsisque vitae necessaria suppeditabant. Hortatur & illos ut Euangelium Iesu Christi, quod per totum terrarum orbem propagatur, suis studiis, suisque conatibus illustrent. Agant & gratias Deo patri, quod sua benignitate & clementia eos de tyrannide dæmonum (qui abditis inferorum tenebris praesunt) eripuerit, ereptos ad sequendum sui filii regnum accersuerit, per quem facta est humani generis redemptio, & cuius sanguine condonata sunt nobis gratuitò peccata, & pacata cum terrestria rum cœlestia. Gaudet & Paulus in suis afflictionibus, quas fortis & constanti animo pro augmento fidei, & publico ecclesiae commodo tolerat, ut suis certaminibus, suisque laboribus Christianos milites ad virtutum apicem & perfectorum coronam subuehat.

Caput primum.

AV L V S Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Timotheus frater, iis qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax à Deo patre nostro. Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quam reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat & crescit, sicut & in vobis ex ea die qua audistis, & cognovistis gratiam Dei in veritate, sicut & didicistis ab Epaphra charissimo cōseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram

, vestram in spiritu: Ideo & nos ex qua die audiuius, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali, vt ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificates, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate, cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transluit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis.) Viri Colossenses vestra sanctitas, vestraque fidei sinceras, facit ut ex optem gratiam & pacem à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo vobis donari, quo in tua Euangelij doctrina vegetiores sitis, & alacriores ad pugnandum aduersus pseudopostolos qui adnuntiatur vobis imponere, vosq; ab Euangelica veritate, quam audistis & didicistis, abducere. Affero vñā cū meo cordatisimo collega, Timotheo scilicet, me esse secundum beneplacitum Dei Apostolum Iesu Christi, ne putetis me ab angelis accepisse munus prædicandi: Nam de me & Barnaba scriptum est, Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Me compellit & tides vestra, quæ etiam ad aures nostras usque peruenit, quam stabilit & perficit in sanctos & alendos & protegendos charitas, vt agam gratias Deo, eumque semper sincero affectu & habitu charitatis interpellā, vt quod cœpit in vobis bonum perficiat, & ad magnum Euangelij & ecclesiæ profectum perducat. Et quoniam fides est substantia rerum sperandarum, debetis sperare per fidem bonis operibus consummatam, vos allequuturos gloriam aeternam: vobis quoque suadete, velim, hanc veram & certam spem in verbo veritatis Euangelij sitam esse, quā Deus inserit quibus vult, & quando vult, reuelat. Nō enim oculus hominis vidit, nec auris audiuīt, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum, nobis autē reuelauit Deus per spiritum suū. Gaudete etiā quod Euangeliū Iesu Christi vobis innotuerit, nec solum vobis sed toti orbi, saltē quantum ad famam: nā in quadraginta annis per totum mundum sparsus est rumor Euangelice doctrinæ. Vnde scriptum est, In omnem terram exiuit sonus eorum: Licet nonnulli Gentiles nondum sint cognitione Euangelij illustrati. Et ita Apostolorum sonus increbuit, eorumque prædicatio innotuit, ut innumeros cum Gentiles tum Iudæos ad fidem pertraxerit. Propagatur & in dies & in vobis & aliis Gentium ecclesiis cœlestis & arcana Christi doctrina. Exhilarescit & vehementer meus animus quod gratia & veritas Euangelij Iesu Christi, per Epaphrā mihi conseruum & cōmilitonem charissimum, & fidelem admodum Christi præconem & ministrum, vobis inuulgata fuerit. Hic etiam Apostolus vester & præceptor, nobis indicauit vestram multum charitatem, vestrumque in me propensissimum animum. Et quia retulit nobis vir ille probatissime vitæ, quam sitis in fide sinceri & integri, & adinuicem fraternali amicitia deuincti, non destiti Deum pro vobis precari ut eundem Euangelij spiritum & affectum vobis perpetuò afflare velit: intelligatisque planè, nullatenus in fide hæsitates, quæ sit eius voluntas. Existimo autē hanc esse Dei voluntatem ut non in angelis, sed in eius filio spem vestram salutis tutissimè collocetis. Exigit autem à vobis Dei voluntas spiritalem sapientiam, & arcanae rerum cœlestium cognitionem, quæ perniciosem & falsam pseudopostolorum doctrinam (qui volunt vos circumuenire) reuincauit. Non enim fortior armatura vobis dari potest ad oppugnandos vestros hostes, ea, quæ gladio spiritus fraudulentas & simulatas hominum cogitationes dissecat: quid dico dissecat? Imò iugulat, frangit & amputat. Itaque vos adhortor ut huius vitæ curricula, cum omni virtute & virtutis officio transfigatis, si velitis Deo per omnia placere: Etenim Deo gratum erit vos didicisse per suum filium unigenitum, omnibus

Christianis paratam esse salutem. Et quia non me latet vos nondum ad summū perfectionis culmen ascendisse, assiduo hortatu vos prouocabo vt de virtute in virtutem adolescatis: nō enim cognoscetis Deū nisi in bonis operibus fructificaueritis. Etenim is mendacij nota foedatur, qui dicit se nosse Deum, & mādata eius non custodit. Pre-
camur & subinde vos omni virtute stabiliri, vt omnia tentationum & persecutionum genera frangatis. Et ad id p̄rāstādū vobis Deus ille vires & robur suppeditabit, cuius potestas & gloria & claritas est inscrutabilis & inexplicabilis. Quòd si cōuiciis & cōtumeliis laceſſiti ſit, & cachinnis confpurcati, aut flagellis dilacerati, nolite malum malo referire, aut iniuriam iniuria retaliare, sed omnia illi committite, de quo scriptū

Deut. 3.
Hac obſer-
ua.

est, Mihi vindictam, & ego retribuā. Agite & gratias Deo patri cuius tantæ sunt opes, tantaque munera, vt non nostris meritis prioribus, sed sua amplissima gratia nos ad apostolatus dignitatem prouexerit: & hoc eximio honore conspicuos, sanctorum & electorum numero ascriperit. Afficimur & ingenti gaudio in hac parte fortis, quòd cūm cæteris possimus Dei gratia æternæ hæreditatis partem fortiri. Et quemadmodū fors nulla humana solertia aut industria obuenit, sed casu quodā & fortuna, ita nullis nostris meritis vel officiis prioribus, cœlesti dignamur imperio, sed hanc fœlicē fortem & vocationem Deo acceptissimā referimus, qui post nostros exantlatos labores, suam fulgidissimam lucem nobis impartietur. Et ob id ardentioribus votis debemus in eū esse propensi: nostrāque officia ei vlt̄o p̄rāstare, quòd nos innumeris vitiis obfitos de potestate tenebrarum eripuerit, hoc est, de tyrannide dæmonū liberauerit, qui suo permisso in tenebras exteriores impios intrudunt. Et licet magnū sit quòd de potestate tenebrarum nos exemerit, longè tamen maius est quòd exemptos transtulerit in regnum ſui filij dilectissimi, cuius gratia & benignitate, à durissima captiuitate redempti sumus, eiūſque ſanguine (quē vlt̄o obtulit in ara crucis) cōdonata ſunt nobis ſcelera, quod de angelis dici non potest: Imò huiusce ſanguinis effusi fructū non modicū percepérūt: Nam Dominus noſter Iesuſ Christuſ pacificauit ſuo ſanguine, quæ ſunt in cœlis & in terra. Adhac, *Christus, eſt imago Dei inuifibilis.* Imo ipſiſima patris cœleſtis gloria, & figura ſubſtantiae eius, vt planè cognofcant omnes filium Dei eſſe per omnia ſuo patri conualentiam & coequalem: Non enim de homine puro dici potest, quòd ſit imago Dei inuifibilis, ſed quòd ſit factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Nec id etiam de angelis afferi potest: Sunt enim angeli administratori ſpirituſ, in ministerium miſſi, obſequentes voluntati Christi. Nec ita Deus censetur eſſe inuifibilis, quòd non poterit poſthac à nobis videri: Nam autore Ioanne,

i. Ioan. 3. Videbimus eum ſicuti eſt: ſed quòd eius viſio & gloria nunquam à nobis comprehendiri poterit, imo nec ab angelis. Etenim eſſentia diuina ſuperat omnem captum intellectus creati: Deum enim nemo vidit vñquam: Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.

„ Primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt vniuersa in cœlis, & in terra, viſibilia & inuifibilia, ſiue throni ſiue domi-
„ nationes, ſiue principatus, ſiue potestates, omnia per ipsum, & in ipſo
„ creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt
„ caput corporis Ecclesiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis,
„ vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens, quia in ipſo complacuit omne
„ plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in
„ ipsum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ
„ in cœlis ſunt.) Paulus alia ratione probat Christum eſſe Deum angelorum, ho-
primogeni- minum & omnium creaturarum, Eſt inquit *Primogenitus omnis creaturæ*, hoc eſt geni-
tus omnis tus eſt vt ſit principium omnis creaturæ. Si enim Deus pater ſua natura cognofcat
creaturæ. ſe & omnem creaturam, & cūm filius ſit cōceptio intellectualis, & perfectissima ima-

go Dei patris, cognofcēdo ſe, cognofcit omnem creaturam. Itaque quatenus gignitur videtur eſſe quoddam verbum repræſentans omnem creaturam, & ita cenie: ur eſſe principium omnis creaturæ. Quidam docti interpretes ita vertūt hunc locum, Primogenitus omni creatura, hoc eſt, maximè ante omnem creaturam genitus. Nec ex eo censetur eſſe primogenitus omnis creaturæ, quòd ſit prima creatura, vti dicebant Arriani, ſed quòd ſit genitus ab æterno de ſubſtantia patris antequam vlla creatura cōderetur: Nā eius opificio creaſta ſunt omnia, quod pulchrè moſtrat Paulus, dicēs, *Quonia in ipſo condita ſunt vniuersa, in cœlis & in terra, viſibilia & inuifibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue potestates, ſiue principatus, omnia per ipsum, & in ipſo creaſta ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant.*) Sunt autem omnia in ipſo cōdita, vt in quodam exéplari: Nam Deus in ſuo verbo æterno creauit omnia vt fieret, quod af- firmat scriptura illa, Dixit, & facta ſunt. Et ne quis falſo crederet omnia eſſe æterna, Gene. i. adiecit Paulus. *Et ipſe eſt ante omnes*, ante ſcilicet omnia tempora, & omnem creatu- ram, ſiue viſibilem ſiue inuifibilem, ſiue corpoream ſiue incorpoream: Vnde in li- bro Proverbiorum legimus, Dominus poffedit me in initio viarum ſuarum, ante- Prou. 8. quam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequā terra fieret. Nec ſolū à Christo condita ſunt omnia, ſed condita omnia ſua virtute conſeruantur: Si enim ſuam virtutem à nobis ſubſtraheret, in momento defice- rent & perirent omnia. Et propterea adiecit, *Et omnia in ipſo conſtant.*) Et alibi, Por- tans omnia verbo viſutis ſuæ. Denique quòd Christus etiam quatenus homo, toti Ecclesiæ p̄ficiatur, oſtendit hic locus, *Et ipſe eſt caput corporis Ecclesiæ.*) Ea enim Heb. i. dignitate p̄ficit, vt omnibus & ſingulis ſu corporis myſtici membris p̄fideat, nec vllum eſſe ſenſum qui non ab hoc capite profluat: imò nec eſſe in Apostolis, Euange- listæ, Prophetæ, doctores, &c. nullum tamen quātumuis excellens potest, etiam vel abieciſſimo vel minutissimo dicere, Opera tua non indigeo, ſed mēbra omnia ſunt ſibi inuicem membra, mutuōque ſibi inſeruiunt. Et ſicut corpus humanum vna a- anima coalescit, ita Ecclesia vno ſpiritu. Vnde ad Epheſios dicit Paulus, Vnum cor- Ephe. 4. pus, & vnuſ ſpiritus. Denique hoc principium totius gratiæ & iuſtificationis, & ca- put Ecclesiæ aliis membris influens, *Eſt primogenitus ex mortuis.*) Nam postquam re- uixit ſua quidem natuua virtute, non amplius gaſtauit mortem: vnde ad Romanos dictum eſt, Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vlt̄a non do- Rom. 6. minabitur. Et licet Lazarus reuixerit, iterum tamē gaſtauit mortem, nec in eo fuerat absorptus mortis aculeus: Et propterea Christus eſt primiſæ dormientium, & pri- muſ ad immortalitatē surrexit. Refragor ſententia Iacobi Fabri Stapulensis, dicē- Lapsus Fa-
tis in ſuis cōmentariis ad hanc epistolā editis, Qui ante eum surrexerant, non resurre bri-
ctionis veritate surrexerant. Et quis ignorat Christum verè & non fictiū neque cō-
mentitiū Lazarū à morte excitaſſe? Nōnne hoc p̄clarifſimo & euidētissimo ſigno
pulcherrimū ſuæ diuinitatis ſpecimen edidit? Licet enim nondū eſſet omnino ab-
ſorptū in Lazaro quod erat mortale & corruptibile, quia poſtea in pulueres redactus
eſt, tamen vera erat eius reuertiſſio. Afferimus veram eſſe illā reuertiſſionem, cūm
prius anima fuit à corpoſe ſeparata, deinde virtute diuina eidem corpori redditā
& adglutinata. Et quia Christus eſt primogenitus omnis creaturæ, & mortuo-
rum primogenitus, æquum eſt vt omni in re primatum & p̄eminentiam ge-
rat. Complacuit & Deo affumenti naturam humanam in vnitate ſuppoſiti, collo-
care in Christo plenitudinem diuinitatis: nam hic homo fuit deificatus. Vnde de
Christo dicit Ioānes, Vidimus eum plenū gratiæ & veritatis. Dedit & Deus omnia
in manus Christi. Dicebat & Christus ſuis diſcipulis poſtquā de morte triumphauit, Ioan. 13.
Data eſt mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Exeruit & Christus ſuū in nos af. Matth. 28.
I. j.

fectū, suámque ardentissimā charitatē prodidit, quando nos vt extores & filios iræ, suppicio æterno dignos, Deo reconciliauit, & ex dissidentibus concordes effecit. Adhæc, suo sanguine pacauit & tranquillauit cœlestia & terrestria: nam eius passio cessit in gloriam angelorum, & instauratæ sunt in hominibus sedes impiorum angelorum, qui sua superba arrogantia, & arroganti superbia ad inferos vsque præcipitati sunt. Etiam efficacia & efficacissima virtute crucis Christi inierunt Gentiles cum Iudæis fœdus & amicitiam: Etenim, vt prius dictum est in epistola ad Ephes.2. fios, Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.

„ Et vos cùm essetis aliquando alienati, & inimici sensu, in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide, fundati & stabiles, & immobiles à spe Euangelii, quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cœlo est, cuius factus sum ego Paulus minister. Qui nūc gaudeo, in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia, cuius factus sum ego minister, secundum dispensationem Dei quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei, mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus. nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectū in Christo Iesu, in quo & labore, certando secundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.)

Plaudite nunc Colossenses Christo vestræ salutis autori primario, & ad cognoscendam eius clementiam & benignitatem affectus vestros inflectite, totóque animo versate à quot malis & periculis vos eripuerit. Vtinam vestra corda meis conatus incitare possem ad expendendum innumera beneficia quæ eius gratia vobis collata sunt. Nam cùm essetis aliquando à recto tramite abducti, & ob carnales affectus, quibus indulgebatis, menti & rationi repugnaretis, & ob vestra opera iniqua essetis à consiliis Dei alienati, imò ex electione & peruersa voluntate peccaretis, Christus nihil non agens pro vobis, vos ad rectum & tutum veritatis callem reduxit, aperuit & oculos vestræ mentis vt agnosceretis quām periculose sit homini Deum deseruisse, vt suis illecebrosis voluptatibus & noxiis affectibus inferuiret. Adhæc, exuto veteri homine, vos nouo vestiuit, & profligata omni inimicitia vos fecit Deo charos & gratos. Et ne Deus (quem grauiter offenderatis) vobis perpetuo irasceretur, vósque vtricibus flammis inureret, corpus suæ carnis sui que corporis carnem vtrò pro vestra redempzione & reconciliatione obtulit. Dicte quæso, sunt ne hæc, modica vestræ salutis præsidia? Vtinam vobis detur hæc perpetuis studiis meditari: Vtinam & perpetuò salutiferam Christi crucem contemplari: Nec aliud quām Christum sapere. Subuehite & mentes vestras ad maiora, Is qui sua spontanea morte vos suo patri reconciliauit, & suo sanguine corpus peccati destruxit, vt non amplius vestris vitiis inferuiatis, omnem immunditiam, omne vituperium, omnem denique culpam absterrit, vt vos Deo exhiberet sanctos, immaculatos & inculpatos. non quòd vllum in vobis peccati vestigium non remaneat, sed ne posthac crimine & insigni scelere laboretis. Nec grauia delicta vobis condonata sunt, nisi in susceppto fidei sacramento persistatis firmi, stabiles & inconcussi, & bene speretis de gratia Euangeli, quæ toti orbi inclaruit. Nec ita dico & assero Euangeliū prædicatū esse in vniuersa

vniuersa creatura, quòd nulla sit gens tā barbara, tam effera, quæ nō suauissimū euangelii fructum sentierit, sed hyperbolice, quòd scilicet iam vndiquaque sit euulgatū, ne quid cogitatis de mutanda fide, quæ iam ab omnibus est recepta. Gestit & prægaudio meus animus, quòd Dei gratia negocium Euangeliū mæ fidei sit concretum: Licet enim gratia Dei sim id quod sum, tamen gratia in me vacua non fuit, sed præter meam in prædicando legationem, quæ plurimū commodi Ecclesiis gentium attulit, conuicia, flagella, carceres, vincula, naufragia, & acerba admodū tormenta pro gloria Euangeliū constatī animo pertuli: nec solūm gratulor vestro profectui, sed gaudeo quòd vestra causa affliger. Denique (citra iactantiam dixero) luppen quo deest afflictionibus Christi, siue redimpleo vice Christi quod in illius afflictionibus est diminutum, saltem quantum ad Ecclesiam & sana Ecclesiæ membra: Non quòd absolutè passio Christi fuerit diminuta ad salutem hominum: nam Christus abunde & sufficienter satifecit pro omnium redemptione, sed quòd eius nomine velim me deuouere, & pro defensione fidei egregiam mortem oppetere. Debemus & nobis suadere Christū adhuc in Apostolis & martyribus pati pro suo corpore, vt quām sit immensa illius in nos charitas agnoscamus, nobisque suadeamus vnam esse passionem Christi & martyrum, hoc est, capitī & membrorū: nam passio Christi cedit in commoditatem & instructionem Ecclesiæ: & Ecclesiæ passio in martyribus, cedit in gloriam Christi. & propterea exemplo Christi, nullum erit mortis genus, quod non libenter ad finem vsque perpetiar. Et cùm me ad sua officia vocauit, præclaras sapientiæ dotes animæ mæ træfudit, vt sui Euangeliū ignorans docerem quæ ad seftandam pietatem & religionem magnopere conducunt, nihilque non intentarem quod Ecclesiam (cuius factus sum ego minister & propagator) exornare possit. Nec hanc autoritatem mihi vendico, neque cupio mea iactare dona, sed meam legationem, mæque legationis dignitatem & virtutem diuinæ dispensationi tribuo: sic enim Deo visum est, vt sanam Euangeliū doctrinam meis concionibus meisque afflictionibus & certaminibus illustrarem. Et licet hoc filij Dei sacramentum siue mysterium (qui ē sinu sui patris in hunc mundum prodidit) fuerit a seculis, imò ab æternitate absconditum, & foli Deo cognitum, tamen mihi & meis commilitonibus & conseruis detectum est, vt filium Dei (à quo salus omnium pendet, & in quo sita est spes immortalitatis) prædicaremus. Sed quid hoc sacramento dici potest aut excogitari sublimius & admirabilius? vt qui erat inuisibilis, immortalis & impassibilis, factus fit visibilis, mortal & passibilis: induitque formam serui, vt ex seruo liberum faceret, & ex peccatore iustum: Denique factus est homo vt homines de salute periclitantes, saluaret. Hoc etiam tantæ rei arcana, incomparabilis Dei thesaurus, gloria, virtus & maiestas, Gentibus (quæ olim spurcissimo idolorum cultui, & nefandissimis vitiis inferiebant) innotuit. Et quia Deus erat in Iudæa notus, cui primū factæ sunt regni cœlestis pollicitiones, per hoc sacramentum conuersio Gétilium, gloria Dei plenius toti terrarum orbi inclaurit. Hic autem selectissimus Dei thesaurus, perpetua quoque virtus & gloria in Christo eluet: qui cùm nobis à Deo patre datus est, omnia nobis donata sunt, neque remissio peccatorum, iustificatio & glorificatio: idcirco hunc bonorū omnium autorem, pro ratione nostri officij, & captu nostri ingeniali prædicamus, suspicimus & extollimus, monentes vnumquemque, & docentes secundum cœlestem illum sapientiā, quam à Deo hausimus & didicimus, vt studeat pro viribus in Christo perfectus euadere, quod haud dubiè assequetur, si consummatissimis virtutibus suam fidem ditet. In hoc enim incumbo, & pro viribus adnitor etiā vique ad discrimen vitæ mæ, secundum eam virtutem & energiam, quæ in me, fauore Christi, operatur.

N Olim vos latere Colossenses, quænam solicitudo, quæve cura pro vestra salute me tenet & occupat, vt feruenti charitate & sincera fidei præsidio intelligatis mysterium Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiae abditi, quos effundit & largiter impertitur quibus vult, & quos vult pellicit ad sectandam suam doctrinam. Hæc autem vobis dico, ne quis magniloquentia & phalerata verborum facundia (qua multi irretiuntur) vos seducat, nitaturque vobis suadere aut superstitionis philosophia, aut Sophistarum captiunculis, aut astrologia & elementorum virtute, regi omnia & perfici. Praecavete & vobis à pseudapostolis, qui afferunt Iudeorum Sabbatum, & delectum ciborum seruandum esse, necnon antiquæ legis ceremonias cum Euangeliō commiscendas. Hos vt impostores & infidatores, malorumque omnium artifices deuitate. Fugate & illos qui angelos aut æquant aut præferunt Christo: & certam vestræ salutis spem in Christo (qui est caput & hominum & angelorum) defigite. Nam cùm essetis in vestris inueteratis vitiis mortui, & sordidis concupiscentiis sepulti, vos sua gratia ad vitam spiritalem reduxit. Quid dico reduxit? Imo Deo conuinicauit. Denique cùm ignominiosum crucis supplicium pertulit, omnibus sua delicta condonauit, & profligato Diabolo, qui imperabat morti, vt neminem suo telo non cōfoderet, sui amantissimos & studiosissimos ad æternam fælicitatem euexit.

Caput secundum.

Volo enim vos scire, qualem solitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne, vt consoletur corda ipsorum, instru- eti in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intelle- ctus, in agnitionem mysterii Dei & patris, & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nam & si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinem vestrum & firmamentum eius quæ in Christo est, fidei vestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati, & perædificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo, in gratiarum actione.) Hac succincta admodum epistola vos adhortor, vt studeatis pro viribus Euangelicam perfectionem nancisci, & vestrum dum, nempe Iesum Christum, in preclaris virtutis officiis imitari. Ad id autem præstandū totis neruis contendō secundū virtutē Dei, quæ in me plurimum operatur: & propterea velim vos scire (ne meus erga vos affectus refrigescat) quām sim pro vobis solitus, vt fides vestra magis ac magis accrescat, accrescit autē si altius radices iaciat, & eximiis virtutibus exornetur. Certo etiā, nec absq; discrimine vitæ meæ, pro salute Laodicensiū, & illorū qui fidē Christi suscepérūt: & quanvis nō sim illis de facie notus, tamē nō minus illis prospicio, quām si me cōspexissent. In hoc autē defigo mei agonis

agonis scopum, vt corda vestra mirum in modum consolentur, & in charitate cōueniatis, sitisque compacti & connexi in fide, in morem membrorum vnius corporis cohærétiū aptè inter se: Etenim totus contremisco ne qui malè, aut nō satis re-ctè de Christo sentiunt, vobis imponant, faciāntque vt vestra integritas labascat. Et licet non me lateat vos tenere ministerium Christi, tamen vos adhortor vt de eius virtute & veritate nullomodo hæsitatis, sed tanti arcani cognitio abundet in vobis. Hoc autem est mysterium quod certa persuasione tenere debetis, per Christū simpliciter, & non per angelos vobis fieri ad patrem aditum: Nemo enim nouit patrem, Matth. ii. nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Denique nemo venit ad filium, nisi pater traxerit illum. Adhæc, hoc est summum mysterium, quod pater & filius, vnum sunt, natura scilicet, essentia, substantia, diuinitate, gloria & virtute. Nec addubitandum est quin Christi præsidio nobis ad patris coelestis cognitionem, iter sternatur: Nam in eo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae occulti siue arcani. Et cùm Christus sit sapientia & virtus patris, nemo sincerè sapit nisi per Christum: Et cùm scit Christum, & hunc crucifixum, sibi persuadeat se totum scire. Nemo denique arcana sacrarum literarum doctrinam habet, nisi per Christum, qui vt summa bonorum omnium, & fons totius sapientiae & felicitatis, dona sapientiae & scientiae, quibus vult, vberim largitur. *Hoc autem dico vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonis,* siue in persuasibili oratione. Etenim verborum lenocinia, scenica dictio, *Hoc obser-* phalerata eloquentia, affectatus sermonum ornatus, captiosæ sophistarum argutio-ua. & inanes hominum commentatiunculae, sunt instrumenta hæreticorum, quibus simplices falluntur & illaqueantur. *Et licet vobis sim carne absens, spiritu tamen vobiscum sum,* vt hosce magniloquos rhetores, captiosos sophistas, argutos dialecticos, & vafros præstigiatores meo spiritu conspiciam, & conspectos gladio spiritus confodiam. Videns autem vestram synceram institutionem, obfirmatam fidem, & solidum euangelicæ doctrinæ fundementum, quod in vobis iactum est, nihil difido: Non enim poterunt aduersarij vestri firmamentum vestræ fidei in Christo simum, diruere & oppugnare. Nam Christus (cuius fidem immobilem tenetis) pro vobis pugnabit, & oblatrantium ora obturabit. Hunc autem Saluatorem vestrum, & bonorum omnium authorem, quem prædicauimus, & non angelos, amate, colite & suspicite: Et quia via est tutissima quæ dicit ad patrem, in ipso ambulate. Adhæc, quia altioribus radicibus in vobis fundatus est, vix transferri poterit. Et licet non ignorem vos aliquando collapsos fuisse, tamen super hoc solido fundamento estis instaurati: facite pro viribus vt aurum, argentum, lapidesque preciosos huic fundamento superstruatis. Opto vt sicut Christum sincerè didicistis, ita abundetis in illo in omni virtute cum gratiarum actione, vt non vobis, sed Deo, quod sitis instaurati & restituti, adscribatis.

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionē hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christū, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, conseptuli & in baptismō, in quo & resurrexisti per fidem operationis Dei, qui suscitatuit illum à mortuis. Et vos cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuinicauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrariū nobis, & ipsum tulit de medio, affigēs illud cruci, & expoliās principatus & potestates traduxit confidenter palam, triūphans illos in semetipso.)

Quis ignorat superciliosos philosophos velle suis inuentis, argutisque rationibus expendere etiam ad amissim usque, diuinam voluntatem, sapientiam & præscientiam: cur scilicet velit hunc ad se accersere, illum verò reiicere, aut hunc sapientē efficere, illum verò insipientem, aut hunc prædestinare, illum verò reprobar? Deniq; cur Christus (cui tanta virtus tribuitur) permiserit se conspurcari, flagellari, cōuiciis impeti, & ignominiosa cruce torqueri. Et propterea Paulus admonet Colossenses ne finant se humanæ philosophiæ præstigiis seduci. Augustinus in quæstionibus ex Augustin⁹. novo Testamento, quæstione 62. non sequitur, ad hunc locum edisserendū, vulgatā editionem: Sic enim scribit, Nemo vos circunueniat per philosophiam & inanem seductionē, secundū elementa huius mūdi, & nō secundū Christū, quia in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc est, nihil indigere ad salutem, eum qui credit in Christum, & illi hoc abundare, quia plenitudo diuinitatis in fide eius est. Hæc ille. Tum quoque Hieronymus, differens tertium caput Ionæ Prophætæ, legit, Videte ne quis vos spoliet per philosophiā & inanem seductionē. Hoc autē loco, Videte ne quis vos decipiat, potius deprædetur, Paulus commonefacit Colossenses ne finant se à vafris insidiatoribus in prædam abduci, & deserta fidei semita, in perniciem, errorē, & seruitutē Mosaicæ legis incidere. Quid enim opus est Chri-

Reprehēsio secularis disciplinæ, si tumida sit. Christiano physicis rationibus aut mathematicis disciplinis (quarum disputationes in labyrinthum tendunt) si synceram Christi doctrinā sectari velit? Nónne seculares disciplinæ potius hominem à Christo abducunt, quām ad eum allicant? Vitemus igitur tumidā huius seculi sapientiam, quæ apud Deum stultitia est, & salutiferæ Christi doctrinæ mordicus adhæreamus. *Etenim in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

Ambrosius. Nā omnia quæ habet pater, dedit filio, cùm illum in plenitudinis diuinitate corporaliter genuit, vt scribit Ambrosius. Et quia est caput hominū, & angelorum, nihil in suis membris magnum & excellens reperiri potest, quod non in se sit longè maius & excellentius. Quidam exponentes hunc locum, dicūt in Christo, non solum quantum ad effectum, inhabitare diuinitatem, sed quantum ad naturā & substantiam: Aut quia eius deitas nunquam fuit à corpore Christi seiuncta. Augustinus in epistola ad Dardanū, eundem locum explanans dicit, Non ideo corporaliter, quia corporeus est Deus, sed aut verbo translato usus est, tanquam in templo manufacto, non corporaliter sed vmbraliter habitauerit, id est, præfigurantibus signis: Nā illas omnes obseruationes, umbras futurorum vocat, etiam ipso translato vocabulo.

Act.21. Summus enim Deus sicut scriptum est, Non in manuacis templis habitat: Aut certè corporaliter dictum est, quia & in Christi corpos, quod assumpsit ex virgine, tāquam in templo habitat Deus. Et paulo post dicit, Hoccine interest arbitramur inter caput & membra cætera, quod in quolibet quāuis præcipuo membro, velut in aliquo magno Propheta aut Apostolo, quanvis diuinitus habitet, nō tamen sicut in capite, quod est Christus, omnis plenitudo diuinitatis. Nam & in nostro corpos non est sensus singulis membris, sed non tantus, quantus in capite, ubi prorsus omnis est quinquepartitus: Ibi enim & visus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus. In cæteris autem solus est tactus. Hæc ille. Excipe & huius loci facilem hanc intelligentiam, Plenitudo diuinitatis inhabitat in corpore Christi: nam humanitas Christi fuit coniuncta diuinitati in vnitate suppositi. Et licet verbum caro factum sit, non tamen gloria, maiestas & virtus diuinitatis in hoc corporeo templo inclusa, fuit imminuta. Et sicut Deus est plenus diuinitate, ita & hic in signis homo: nam Deus & homo sunt unus Christus. Diminant & ab hoc uberrimo deitatis fonte quidam riuali & in Colossenses, & in omnes Christianos, qui suæ salutis spem non collocant in Circuncisione carnali, in qua pellicula præputij amputatur, sed in spirituali, quā facit vna cum fide & baptismo carnalium affectuum resectio. Non enim is Christus dignus est, nec altissima quiete frui potest, qui non mortificauit suos affectus nec cupiditates noxias resecuit. Et qui cum Christo sepulti sunt in baptismō, & à terrenis ad cœlestia, & ab humanis ad diuina subiectiuntur, cum Christo à morte

(quam

(quam peccatum inuexerat) ad vitam spiritalem excitabuntur: Nam exuto veteri homine nouum induent, & abrenunciatis Satanæ pompis, Deo adhærebunt. Et qui exosis vitiis cum Christo surrexerunt, firmissima fide credunt Deū excitasse Christum à mortuis. Prouocat & Paulus in subsequenti loco Colossenses ad cognoscendum à quot malorum & vitiorum omnium procellis, Christi gratia sint liberati: Nam cùm essent ob sua pristina flagitia laqueis mortis irretiti, & occæcati Iudæorū præputio, quod habebant in animo, spiritualiter cum Christo reuixerunt. Denique is qui gratuitò condonat omnibus (si modò resipiscant) sua admissa, deleuit chirographum, quod erat aduersum nos, & quidem nobis contrarium per decreta legis Mosaicæ, inhibentis peccatum, quod tandem fuit antiquatum decreto fidei euangelicæ. Et ne postea renasceretur, & nobis denuo peccatum imputaretur, affixit illud cruci, in qua pro nostra salute pependit. Non est igitur, viri Colossenses quod Satanæ tyrannidem metuatis: Nam Christus sua cruce, opima spolia, deuictis potestatis dæmoniacis, retulit, & vetus illud chirographum per quod cacodæmō nos vngebat, antiquauit & dilacerauit. Nónne debitor ære non modico suo creditori obstrictus, agnoscere deberet summam gratiam sibi factam esse, si creditor ei summam pecuniariam ex integro, etiam sua syngrapha dilacerata, donaret? Nec certè id hæsi- *Hæc obser-* tandum est. Et cùm essemus nostra syngrapha (quam Diabolus ob culpam admis- *ua.* sam apud se detinebat) obligati ad subeundam poenam æternam, Christus suam erga nos charitatem depromens, sua gloriosa cruce eam deleuit & antiquauit, & contra Diaboli virtute, nos ad palacium sui patris accersiuit. Erasmus in suis Annotationibus hunc Pauli locum intellectu admodū difficilem, de chirographo morte Christi delecto, doctè & lepidè tractat, Metaphora inquit, ducta est ab obligationibus legitimis. Vehementius obligat syngrapha, ἀντίλογα φός, hoc est, quam tuapte manu scripsieris, hanc Græci chirographum vocant. Id irritum fit, vel dispunctione siue cancellatione, quæ fiebat inductione linearum transuersarum, vel litura quæ fiebat spōgia in corticibus, aut stilo in tabellis ceratis vel laceratione. In dispunctione manent scripturæ vestigia, in litura nequaquam. Paulus igitur vt exaggeret Dei erga nos clementiam, primū declarat nos sic obstrictos fuisse, vt nequaquam esset locus inficiandi: Legis enim professio veluti chirographum, & ipsa res atque etiam conscientia coarguebat nos transgressores esse legis. Quid igitur supererat, nisi poena quæ ex pacto debebatur, hoc est, è chirographo nostro? Hic exuberauit Dei benignitas. Si damnasset, queri non poteramus: Si debiti partem relaxasset, partem reliquisset, multa debebatur gratia: Si dispunxisset chirographum, supereffent veteris obligationis vestigia, nunc semel deleuit & oblitterauit, tegens quicquid nobis erat contrarium, & vnde renasci posset actio, nec hoc contentus, discidit ac lacerauit chirographum, tollens è medio & affigens illud cruci, in qua pro nobis dependerat, quod debebamus, & obligationem mortis vertit in pactum æternæ salutis. Hæc ille. Exuit & Christus suam carnem, Diabolum victurus, quemadmodum luctaturi, quod sint expeditiores, vestem abiiciunt: & cùm suum callidum aduersarium debellavit, illum traduxit etiam palam & liberè, siue ostentauit, & omnibus vt victum spectandum propo- suit, vt nemo sibi in hac vicitrici cruce non assurget, & congratularetur. & qui homini lapsi imperabat, & dominabatur, factus est Christo vitori captiuus, & triumphatoris ditioni subiectus. Quidam interpres loco huiusc versionis, Et expoliatus principatus & potestates, traduxit confidéter palam, triumphans illos in semetipso, transfert, Expoliatusque principatus ac potestates ostentauit palam, triumphans de illis per semetipsum. Hæc autem versio illustrat obscuram admodum vulgati interpretis tralationem, & planè ad Paulinam mentem accedit.

” Nemo ergo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte dici festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt umbras futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelo-

I. iii.

„rum, quæ non vidit ambulans. frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi huius, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris, neque gustaueris, neque cōtrectaueris, quæ sunt omnia in interitu, ipso v̄su, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientia in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.) Non vos superstitionis Mosaiçæ legis obseruator iudicet & arguat, si hanc vel illam escam manducaueritis, aut hunc vel illum potum biberitis: Non enim regnum Dei est esca aut potus, neque esca nos commendat Deo, sed fides, puritas vita, & conscientia nullius criminis sibi conscia.

Hæc obserua. Qui tamen in die veneris aut sabbati comedet carnem, esset iudicandus: quia hoc aduersatur institutioni Apostolorum, decretis sacrorum conciliorum, & determinationi ecclesiæ. Et licet cibus secundum sui substantiam, aut in se consideratus, non sit malus & illicitus, tamen comedere hunc vel illum cibum ab ecclesia interdictum, est illicitum: Nam debemus per omnia sanctis & statutis ecclesiasticis obtemperare. Si etiam esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Nemo etiam vos condemnnet ob discrimen diei festi aut profesti, aut ob nouilunium non obseruatum, aut ob ocia sabbatorum violata. Dicitur & Neomenia, (cuius h̄ic meminit interpres) Nouilunium, à νέος, nouus, & μεση μεσης, luna, siue mensis: Siquidem Græci non à Calendis, sed ab initio nouæ lunæ mensem auspicantur. Obseruabant etiam Iudei tempora à luna. Reddit autem rationem quare Colosenses non erant condemnandi si hæc non obseruassent, *Quia erant umbra futurorum.*) Christi scilicet & noui testamenti, quod vetus adumbrabat. Etenim huiusmodi legalia portendebant ea, quæ post essent verè exhibenda à Christo: Et propterea adiecit Paulus, *Corpus autem Christi.*) hoc est, veritas rei pertinet ad Christum, sed umbra ad legem. Adueniente autem veritate, debet umbra cessare. Nec necesse est corpore presente umbram tenere. Et quia estis corpus Christi, & membra de membro, nemo vos seducat, hoc est, nemo vos palma emerita fraudet, aut vobis brauium surripiat. Et cum Christi præsidio Diabolus deuiceritis, cur rursum vos ipsi peccato subiicitis, legem obseruando, quæ iustificare vos nequeat? Augustinus, In quæstionibus ex novo Testamento quæstione 62, non sequitur hoc loco vulgatam editionem: dicit enim, Nemo vos obducat in humiliationem cordis, & superstitionem Angelorum, quæ videt, extollens se, frustra inflatus mente carnis suæ, & non tenens caput ex quo omne corpus subministratum & productum crescit in incrementum Dei.

Augustin⁹ Hieronym⁹ Hæc ille. Aliter legit Hieronymus quæstione 10. Ad Algasiam, vbi dicit, Nemo vos superet volens in humilitate mentis & religione Angelorum quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum & coniunctum crescit in augmentum Dei. Et hunc contextum explicando dicit, Nemo vos superet ac deuincat, volens humilitatem literæ sequi, & angelorum religionem atque culturam, vt non seruiatis spirituali intelligentiæ, sed exemplaribus futurorum, quæ nec ipse vidit, qui vos superrare desiderat, siue audiuit, (vtrumque enim habetur in Græco) præsertim cum tumens ambulet, & incedat inflatus, metis que superbiam gestu corporis præferat, hoc enim significat ἐμβαλέω. Frustra autem inflatur & tumet sensu carnis suæ, carnali-ter cuncta intelligens, & traditionum Iudaicarum deliramenta perquirens, & non tenens caput omnium scripturarum. illud de quo scriptum est, Caput viri Christus. Caput autem ac principium totius corporis, corumque qui credunt, & omnis intellegentiæ spiritualis, Ex quo capite corpus ecclesiæ per suas cōpages atque iuncturas,

vitalem

vitalem doctrinæ cœlestis accipit succum, vt omnia paulatim membra vegetentur, & per occultos venarum meatus fundatur defecatus sanguis ciborum, & ministretur atque succrescat. Imo teneatur temperantia corporis, vt de fonte capitis, rigati artus crescant in perfectionem Dei, & impleatur saluatoris oratio, Pater volo, vt sicut Ioan. 17. ego & tu vnum sumus, sic & isti in nobis vnum sint: vt postquam nos Christus tradiderit patri, sit Deus omnia in omnibus. Hæc ille. Verùm ad id vnde digressi sumus, redeudo, quid velit Paulus Colloſſenses aduersus pseudapostolos, narremus. Insidiantur & vobis malicioſe huiusmodi seductores: nam per affectatam humilitatem volunt animos vestros deiicere, ne ad cœlestia erigātur. Verùm euulgata Euāgelij doctrina, nunc est humiliſimus sensus, & miseranda superstitione, Deum credere hircorum atque taurorum sanguine delectari, & nidore thymiamatis. Denique commētiis quibusdam angelorum visis iactitant se apud simplices, crassis & abiectos, quod facilius ipsis imponant. Conantur & minus eruditis ingerere angelos quodam colendos esse, vt per hos patefiat hominibus ad patrem cœlestem aditus, & nō per Christum. Iactant & illi ac inculant visa angelorum quæ tamen nunquam cōspexerunt. Sed isti vafri impostores, frustra carnali sensu tumentes, impiisque dogmatibus superbientes, toto cœlo aberrant, diuinum illum cultum angelis tribuendo, qui tamen Christo filio Dei vnigenito exhibendus est. Nec illi continent caput, hoc est, Christum, nec de eo rectam habent opinionem, qui velint nolint, est caput angelorum. Est præterea totius ecclesiæ caput, ex quo totum corpus fide & charitate connexum & coagmentatum, crescit in augmentum & gloriam Dei. Et licet Deus non accrescat neque decrescat, cūm sit absoluta perfectione perfectissimus, tamen in ecclesia, generofissimisque ecclesiæ militibus (qui eum aduersus idololatrias, perditos Iudeos, & euangelicæ veritatis aduersarios sustinent) accrescit & propagatur. Et sicut vitalis spiritus à cerebro in reliquum corpus per neruos diffunditur, & à capite ipso omnis sensus & motus deriuatur: ita ecclesiæ corpus à Christo subministratur, hoc est, ab eo & vitam, & spiritus incrementum accipit. Hieronymus in quæstione citata, arbitratur Paulum vocasse hoc loco religionem angelorum, militiam cœli, cui olim Iudei errantes inferuierunt. Comprehendit autem militia cœli, Solem, Lunam, astra rutilantia, & omnem angelicam multitudinem: Vnde in libro Amos Prophetæ legimus, Nunquid hostias & victimas obtulisti mihi quadraginta annis in deserto domus Israël, & assumpsisti tabernaculum Moloch, & fidus Dei vestri Rempha, figuræ quas fecisti, vt adoretis eas. Quod plenus in cōcione Iudaica Stephanus martyr exponens, sic locutus est, Et vitulum fecerunt in Act. 7. diebus illis, & obtulerunt hostias idolo, & letabātur in operibus manuum suarum. Conuersus autem Deus, tradidit eos, vt colerent militiam cœli. sicut scriptum est in libro prophetarum, Nunquid hostias & victimas, &c. Quod si viri Colloſſenses, si tis per baptismum Christo commortui, & ab elementis mundi conseptuli, antiquæ scilicet legis obseruationibus & cæremoniis, quibus Iudei quasi elementis & religionis exordiis Deum didicerunt, donec ad euangelicam perfectionem venirent, quid adhuc explorata veritate, & cognito spiritu viuificant, vt leues & inconstantes tanquam viuentes in mundo, siue in his quæ videntur, vt Iudei discernitis tangenda & comedenda dicentes, Ne attigeris hoc, corpus scilicet hominis mortui, nec vestimentum nec scabellum, in quo sedeat mulier menstruata, Ne gustaueris, vt quid porcinum, aut leporinum, aut huiusmodi, Ne contrectes, vt quid impurum, pollutum aut prophanum. Nónne istis cæremoniis & superuacaneis constitutiunculis cupiunt pseudapostoli vos premere & illaqueare, & si dicam subigere velut in tyrannidem? Ab ista vana religione velim vos abducere: Nam hæc omnia quæ commemorauimus ipso abusu, ac si stercore digererentur, tendunt in interitum, secundum inanes quasdam hominum constitutiunculas, friuolamque & inutiliem ac superstitionis doctrinam. Non enim simpliciter habent rationem sapientiæ, sed dūtaxat in superstitione, & simulata humilitate. Videtur enim obseruationes Iudaicæ

apud imperitos & vilem plebeculam , imaginem habere rationis , humanæque sapientiæ: sed fallunt illos qui non habent altam in fide radicem. Nec coruscâte Euā-gelio hæc obseruantiarum & cæremoniarum onera penè intolerabilia , tendunt ad parcendum corpori,hoc est,ad subleuanda fidelium membra , sed potius ad ea grauius premenda , & immoderatis ieuniis conficienda , & flagellationibus, si dicam, laceranda . Aut dic Iudæos non parcere suis corporibus in assumptione ciborum, contemnentes interdum quæ habent,& quærentes quæ non habent. Ex qua necessitate debilitates interdum & morbos contrahunt . Nec spectant in honorem aliquem ad saturitatem carnis.) hoc est, in subsidium vitæ , quod Deus corpori deferrì voluit.concessit & cibos & alimenta , vt his caro exatiata perstaret, vt doctè adnotauit Theophylactus. Nec ab huius autoris sententia euariat Hieronymus dicens , in eadem ad Algasiam quæstione , Nec honorant semetipſos , cùm omnia munda sint mundis , nihilque possit esse pollutum , quod cum gratiarum actione percipitur : & idcirco à Domino sit creatum vt saturitate & adimpletione carnis, humanos artus vegetet atque sustentet. Quòd si Thomas Aquinas,vir admodum doctus,antiquos autores,& Græcos interpres confuluisset,non ab illorum sententia deflexisset,exponendo hunc locum: dicit enim, Non in honore aliquo.) Idest, non ad honorem Dei , sed ad saturitatem carnis , idest , ad implendum carnalem affectum . Imo illi austeri ieuniorum censores, vetabant saturitatem carnis . Nec attendit diligenter ad honoris verbum , de quo dicit Paulus , Honora viduas quæ verè viduæ sunt , hoc est , tuis bonis subleua sanctas viduas , illisque patrocinare, nec patere eas fame confici.

Argumentum tertij capit. cap. 10.

PAULUS COMMONEFACIT COLOSSENSES VT SI DEPLORATIS SUIS VITIIS CUM CHRISTO RETINUXERINT, ET SINT CONSEPUTI AB ELEMENTIS MUNDI, CONTEMPTIS TERRENIS ET TEMPORARIIS, MENTES SUAS AD CAELESTIA SUBUEHANT, VT EXUTO VETERI HOMINE, MORTIFICATISQUE SUIS AFFECTIBUS, ETERNAE VITÆ FÆLICITATEM ASSEQUANTUR. DENIQUE DOMITIS VITIORUM MONSTRIS (SI QUÀ SINT IN IPSIS MISERICORDIAE, PIETATIS ET CHARITATIS VISCERA) EXERANT, LUTO PECCATORUM IMMERSOS (SI POSSINT) EXPLICENT, INFIRMITATI LAPSORUM CONDOLEANT, SINTQUE PROCLIVES AD CONDONANDA ALIIS SUA ADMISSA. DENT QUOQUE OPERAM, VT SANUM CHRISTI VERBUM IN OMNI SAPIENTIA ET DOCTRINA IN IPSIS VBERIUS AFFLUAT. **Q**UICQUID OPERANTUR ETIAM EX ANIMO, AD GLORIAM DEI REFERANT. SIT VIRI IN SUAM VXOREM SYNCERUS AMOR. SIT ET SPONTANEA LIBERORUM IN PARENTES OBEDIENTIA. SINT QUOQUE PROMPTA SERUORUM IN DOMINOS OFFICIA.

Caput tertium.

„ **S**icut ergo dicitur. Gitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quæ-
„ rite, vbi Christus est in dextera Dei sedes, quæ sursum sunt,
„ sapite, non quæ super terram: Mortui enim estis, & vita
„ vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum autem Chri-
„ stus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in glo-
„ ria. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornica-
„ tioneni, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & aua-
„ ritiam, quæ est simulacrorum seruitus, propter quæ venit ira Dei su-

, per filios incredulitatis : in quibus ambulastis aliquando, cùm viue-
retis in illis . Nunc autem deponite & vos omnia , iram , indignatio-
nem , malitiam , blasphemiam , turpem sermonem de ore vestro. No-
lite mentiri inuicem , expoliantes vos veterem hominem cum actibus
suis , & induentes nouum , eum qui renouatur in agnitionem , secun-
dum imaginem eius , qui creauit illum . vbi non est Gentilis & Iu-
dæus , circuncisio & præputium , Barbarus & Scytha , seruus & liber,
sed omnia & in omnibus Christus .) Non sum nescius vos olim plus satis
indulsiisse rebus humilibus , sordidis & abiectis , vestrisque carnalibus affectibus in-
seruisse , ac si fuisse vilissima scelerum omnium mancipia . Et quoniam benignitas
Dei , & clementia Iesu Christi vos ad resipiscientiam adduxit , & tenebris vestris
lux illa superna effulsit , & assiduo vestrorum Apostolorum adhortatu , quos ad
vos delegaueram , euangelicam doctrinam didicistis , si sitis nunc mortui rebus ter-
renis , & mundo crucifixi , quærите cœlestia , & studiis rerum diuinarum vos totos
addicite . Adhæc , si compuncto corde , & vestrorum admissorum displicentia , fœli-
citer cum Christo surrexeritis , sublimia conquirite , arcanis literis (si periti sitis) pro
vestra & aliorum salute incumbite , & proculcatis omnino terrenis , spretaque huma-
na fœlicitate , quam mundani tantopere colunt , cœlestia sapite . Ut enim illa in qui-
bus dormitastis , vos à consortio Dei abducebant , ita hæc vos illi copulabunt &
adglutinabunt . Et sicut caput vestrum Christus , dexter pro suis amplissimis meri-
tis assidet Deo patri , & super omnia astra ac sedes angelorum eius humanitas eue-
cta est , ita & vos mortui peccato , si vitam iustitiae vixeritis , ad gloriam eternam eue-
hemini . Et quia syncera fide & cognitione veritatis euangelicæ , mortui estis istis
curis & studiis humanis , viuetis cum Christo , licet vita vestra sit abscondita cum
Christo in Deo .) Ob id quippe quod vestris oculis sit imperius , nec eius faciem
conspiciatis . Et quia vera vita vestra abscondita est , quæ tamen post victoriam pa-
lām fiet , non est quod gloriemini in hac mortali & corruptibili vita . Etenim plus
habet aloes quam mellis , plus tædij , luctus , molestiæ & tristitiæ , quam lœtitię . Cùm
autem apparuerit Christus in suo secundo aduentu , autor vestræ vitæ , & suam su-
que corporis gloriam manifestauerit , & vos apparebitis cum ipso in gloria . Cùm
enim apparuerit , similes ei erimus , in gloria scilicet , quoniam videbimus eum sicuti
est . Ut igitur certa sit vestra vocatio , certior & futuri præmij expectatio , ieuniis , au-
steritate vitæ , vigiliis , sanctis meditationibus , sacris quoque studiis domate vestros
affectionis carnales , castigate quod aduersus spiritum concupiscit , carnisque rebellio-
nen (si fieri possit) frangite & oppugnate : Nam aduersus vos Diabolus suas pa-
rat machinas vtvos debellet : qui cùm sit corpus totius peccati , habet innumera ini-
quitatis membra , nempe scortationem , immunditiam , molliciem , & omnia libidi-
nis genera , adeò fœda vt nec dici nec nominari debeant . Irritat & penè omnes ad
auaritiam , quæ est idolorum seruitus , vt à vero Dei cultu Christianos hoc hamo
inescatos abducat ad idolatriam . Ex eo autem auari , & accumulandis in dies op-
ibus addicti , censentur accidentaria ratione idololatræ , quia inordinatè terrenas fa-
cultates amant , & loco Dei eas colunt , quorum studio nihil est scelestius , vt nihil
est commendabilitus , quam opes bene partas impartiri quibus oportet . Propter
hæc autem vitia carnalia , & præsertim pertinaci assuetudine contracta , sœvit ira Dei .
hoc est , vindicta in filios incredulitatis , inobedientiæ & diffidentiæ , qui sentina
suorum peccatorum fœdati desperant , & desperando in omnem execrandam im-
pudicitiam sese dedunt . Sapite & vobis Colossenses , horrore tantorum scelerum
& vestram calamitosam miseriam deplorando , agnoscite vos aliquando deliraf-
fe , & in huiusmodi nephantis vitiis ambulasse . Nec sat vobis erit ad concilian-
dam Dei gratiam , vt carnalia vitia abiiciatis , sed & spiritualia his longè deteriora-

Deponite itaque iram immoderatam, aut verius excandescientiam, ne hoc igne accensi, sitis ad vindictam præcipites, & indignationem ab ira proficiscentem, ne fratre vestrum peccantem, & vestro colloquio, vestroque consortio indignum, omnino à vobis depellatis. Exuite & omnem malitiam, ne cupiatis aliis malum inferre aut imprecari. Cauete ne posthac in verba blasphemie prorumpatis: Etenim inter vitia quibus Christiani Deum offendunt, nullum est assueta blasphemia detinendū stabilius. Olim blasphematores lapidibus obruebantur, & nunc in spiritum sanctum peccantes, damnationem æternam incurunt. Facite ut os vestrum non mandatum. deat turpiloquiis & obscenis verbis, quæ magis Christianum quam Ethnicum maculant, sed sermo bonus, castus & purus ex ore vestro dimanet, ad omnium consolationem & ædificationem: Fugite & pestem mendacij, quæ mirum in modum proximum lœdit, & cum ipsa charitate pugnat. Sciat autem qui dedita opera hac peste laborat, se in barathrum inferni intrudendum. *Exuite & veterem hominem.*)

Vetus homo quid sit. vetustatem scilicet peccati, aut corruptam voluntatem cum suis factis & desideriis carnalibus. Nam hic sordidus & pollutus homo, nihil praeter putredinem, foetorem & corruptionem generat, enecat & quem obsidet. *Et induite nouum hominem,* qui nunquam senescit, sed in dies augescente in ipso cognitione Dei florescit. Pinxit & hic nouus homo syncera mente, gratia Christi ab omni vitio repurgata. Et licet ob vetustatem peccati obscurata esset in homine imago Dei, tamen cum incipimus Deum pura fide & contritione delicti cognoscere, innouatur, & pristino nitori restituitur. Nec huiusmodi innouatio discernit personas, nec Iudeum Ethnico præfert, nec attendit ad circuncisum vel incircuncisum, Barbarum aut Scytham, insignem scilicet barbarum, masculum vel fœminam, seruum aut liberum: Nam fide & baptismo, omnes sumus unum in Christo. quod si Christi, ergo semen Abrahæ, secundum promissionem hæredes. Denique Christus est omnia in omnibus, sua dona fidelibus, & fidei candidatis impariendo.

Gala.3. „ Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supponentes inuicem, & donantes vobis metipsos, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectiōnis. & pax Christi exultet in cordibus vestris, in quam & vocati estis in uno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundantiter in omni sapientia, docentes & commonentes vos metipsos, psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quocunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo, & patri per ipsum.) Magnum est (nec addubito) iugulasse vitia, & à patrandis flagitiis abstinere, sed longè maius est virtutem excolere, qua haud dubiè efficiuntur Deo persimiles. Et propterea cum Paulus dehortatus est Colossenses à perpetrandis delictis, quibus olim foedabantur, nunc eos ad seständas virtutes, si Deo placere velint, adhortatur: Hoc quoque commonstrauit Psalmographus dicens, Declina à malo, & fac bonum. Et in primis vult Paulus Colossenses indui præclaram illam misericordiæ virtutem, sicut decet sanctos & electos, ut vel pauperum inopiam subleuent, vel syncero affectu & prompta voluntate iis à quibus fuerunt offensi, veniam condonent. Quod si misericordes fuerint, & misericordiam consequentur: Si verò infexiles & implacabiles, & Deum sentient implacabilem: Dicit enim scriptura, Sit iudicium illi sine misericordia, qui non facit misericordiam. Leteat apud Matthæum Parabolam vnius regis clementissimi, qui vni suorum famulorum

lorum omne debitum dimiserat, quia ad eius pedes prouolutus, eum rogauerat dicendo, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Et quia ingratus ille & plusquam inhumanus seruus, noluit sui conferui misereri, Dominus suam mutauit sententiam, & compulit illum proterum seruum, ut omne debitum sibi exolueret, alioqui non euaderet tortorum manus, à quibus iure torquebatur. Et concludit illa Parabola introducens Christum loquentem, Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnuſquisque fratri suo, de cordibus vestris. Nec satis est nos esse misericordes, sed (si fieri posse) effundamus in egenos nostra miserationis viscera. Vnde diuus Ioannes acriter increpat illum, qui negligit pauperi succurrere, Qui habuerit, inquit, substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum *I. Ioan.3.* necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Simus & benigni ac tractabiles, ne durioribus verbis quempiam exacerbemus: Induamus & humilitatem, quæ nobis primas in cœlo partes pollicetur. Simus modesti, ne cupiamus aliis nos præferre, & patientes, ne in vltionem simus præcipites. Subleuemus & alienam imbecillitatem. Condonemus & illi sua admissa, qui nos iniuria laceſſiuit, aut frustra de nobis conqueritur, aut aduersum nos rixatur, licet, ut tempus postulat, sit puniendus. Imitemur & Christum in condonandis delictis, qui nobis percit, & pro nostris peccatis abluendis, suum sanguinem fudit. Studeamus ante *Charitas est omnia amplexari virtutum omnium nobilissimam & perfectissimam, nempe charitatem, cuius arctissimo nexu deuincti, ceteris longè præcellunt.* Ad hanc quoque virtutem cæteræ, tanquam ad scopum attingendum, tendunt, nec ea destitutæ, suum *etiam.* splendorem, suumque ornatum retinere possunt. nullus etiam sine hac virtute potest meritorie Dei præcepta adimplere: Siquidem finis præcepti, est charitas: Hac *I. Tim.1.* etiam duce fit aditus ad pacem Christi, quæ palmam obtinet in cordibus nostris: Nam germani Christiani putabunt se vicisse, si etiam suarum rerum dispendio pacem conseruauerint. Ad hoc etiam syncera pacis studium vocati sumus, ut vnanimes & concordes corpus Christi exornemus, simusque iocundi, aut spiritali iocunditatę grati. Si enim benigni simus erga omnes, & propensi ad bene merendum de omnibus, pax inter nos consistet. Nec vlla virtus præter charitatem & pacem, nobis lætitiam & omnium benevolentiam parit: Desiderat & Paulus ut sacrum Christi verbum (quod potest saluare animas) habitet exuberanter in Colossensium animis, cum omni arcana sapientia, ut imperitos, rudes, crassos & humiles docere possint quæ suæ saluti conducunt, & commonefacere ne cessent hymnis, psalmis & canticis spiritualibus Deo laudes occinere. Primùm aures Dei pulset pectus, & syncerus cordis affectus, deinde vox ipsa: Non enim vocis cantiones & hymni Deo placere possunt, nisi à fonte puri & cordati animi profluxerint. Quod si quid boni cogitent aut faciant, in nomine Domini nostri Iesu Christi faciant, & cum gratiarum actione in gloriam Dei referant. Nam à recta intentione & bono fine probatur opus. Si indueas cilicum, indue propter Christum. nam Christus pro te induit: dicit enim Propheta, Induebar cilicio. Item, Posui vestimentum meum cilicum. Si ieunias, *Psal.34.* ieuna propter Christum. nam Christus pro te ieunauit quadraginta diebus & quadranginta noctibus. Si patiaris flagella & verbera, patere propter Christum. nam *Matth.4.* Christus pro te flagris cæsus est. Si ores, & propter Christum ora. nam Christus *Ioan.19.* pro te orauit, imo pernoctauit in orationibus. Si tua peccata plores, plora propter Christum. nam Christus pro te plorauit. vnde dicit idem Apostolus ad *Hebr.5.* bræos, Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exaudiens est pro sua reuerentia. Ad hoc igitur exemplar rarissimum & spectatissimum, omnia pietatis & religionis officia inflectit. Nec quicquam boni tibi arroges, sed agnosce totius bonitatis autorem, cuius præsidio tua opera, tuaque merita facta sunt bona.

„ Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet , in Domino . Viri dili-
„ gite vxores , & nolite amari esse ad illas . Filij obedite parentibus per
„ omnia: hoc enim placitum est in Domino . Patres, nolite ad indigna-
„ tionem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant . Serui, obe-
„ dite per omnia dominis carnalibus , non ad oculum seruientes , quasi
„ hominibus placentes , sed in simplicitate cordis , timentes Deum.
„ Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino , & non ho-
„ minibus , scientes quod à Domino accipietis retributionem heredi-
„ tatis : Domino Christo seruire. qui enim iniuriam facit , recipiet id
„ quod iniquè gescit , & non est personarum acceptio apud Deum.)

Gene.3.
Ephe.5.
1.Cor.11.

Hoc loco præscribit Paulus quę prius in epistola ad Ephesios præscripserat, officia mulieris erga virum, & viri erga mulierem, liberorum erga parentes, & ediuerso, seruorum quoque erga dominos, & econtrá. Existimo autem Paulum imperasse vxoribus Epheſiorum & Coloffensium, vt suis maritis obſequerentur, & vt viri syncero amore erga suas vxores afficerentur, quod in illis vrbibus effent difſidia, rixæ & contentiones inter viros & vxores. Nec ſolum præcipit mulieribus, vt ſuis viris ſubiificantur, ſed ſi hæc ſubiectio laude & commendatione digna fit, fiat in Domino, hoc eft, propter Dominum ſe prætent ſuis viris obſequentiores. Quicquid enim rectè facimus, debemus in gloriam Dei referre. Præcepit etiam Dominus primæ vxori ſua insigni ſuperbia collapsæ, & irritanti ſuum virum ad comedendum fructum ſubiipſis vetitum, vt ſub viri ditione viueret. Ob hanc etiam cauſam debet mulier viro ſubiici, quia vir eft caput mulieris. Tum quod non eft creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Debent & viri ſuas vxores atque ſeipſos diligere, imo atque ſuam carnem: Quia vir & vxor ſunt vna caro. Et quia vxor viro obſequium præstat, debet vir ſe beneuolum, benignum & mansuetum vxori præſtare. Cauēat ne ſuæ vxori fit amarulentus, diſſicilis & morofus, ne ſua acerbitate, amarulentia & morofitate pariantur diſſidia, quibus foedus coniugij diſſoluatur. Etenim ſæpe euenit vt vxor propter inhumanitatem, rusticitatem & proteruiam viri, datam fidem frangat, & alteri faciat ſui corporis copiam. Sint & hæc liberorum erga parentes officia, vt filij obedient per omnia ſuis parentibus in Domino: hoc enim Deo gratum eft. nec ita per omnia, vt ſuis parentibus morem gerant, in his quæ aduersus diuinam legem pugnant, ſed in his quæ rectam educationem, honestam disciplinam, honorem parentum, & domus utilitatem concernunt. Quod si liberi infidelium iure naturali debeant ſuis progenitoribus obſequi, multo magis fidelium & Christianorum liberi. Et licet patres autoritatem, dominium & imperium in ſuos filios habeant, non tamen vt tyranni & ſeueri homines debent ea abuti, ne ſuos liberos rebelles reddant, & in desperationem adducant. Et propterea Paulus ſupercilium & iracundiam parentum in liberos frangendo, adiecit, *Patres, nolite ad iracundiam pronocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant,*) hoc eft. ne animo concidant aut deſperent. Debent quoque ſerui ſpontaneo affectu in omni re licita ſuis heris obſequi, quanuis carnales ſint, & impuris affectibus obnoxij: Nam vltro ſuis dominis obſequia præſtando, non modicam à Deo mercedem recipient. Quod si conſpecto domini oculo ſedulam magis operā prætent, & in eius absentia pigrefcant, & ſomnolentā ac ociosam vitā agāt, non Deo, ſed hominibus placere cupiūt: & propterea Dominus eorū oſſa diſſipabit. Quod si ediuerso cupiāt Deo more gerere, in ſimpli- citate & puritate cordis, Domino ſeruant. etiā cum timore Dei. Hæc enim eft ſim- plicitas cordis cùm famulando non respectant vultū domini. Et ne coacta & ſerui- liſ ſit ſeruitus, ſed libera, & libero homine digna, adiectum eft, *Quodcunq[ue] fa-*

citis, ex animo operemini, sicut Domino, & non hominibus, scientes, quod à Domino recipietis mercedem hæreditatis.) Attende quæso ad hanc exoptatam consolationem, qui carnali domino inferuis, Situa mercede ob auaritiam aut proteruiam aut negligentiam tui heri frustreris, nequaquam apud Dominum frustraberis, qui reddet unicuique præmium secundum suum laborem. Et propterea magis Domino Christo quam hominibus seruitote. Nam is est vobis amplissimam mercedem repensurus. Quod si seruus fecerit iniuriam suo domino, aut eius bona expilauerit, non effugiet iudicium Dei, qui nullius personam respicit. Nec etiam Dominus supplicium euadet, si suum seruum oppræserit, aut eum re quapiam fraudauerit.

Argumentum quarti capitatis.

I Vs & humanum & diuinum postulat vt Dominus officiis sui serui mercedem dependat, sit & ei benignus & benevolus, in suum animum inducens, se supremum dominorum omnium dominatorem habere, qui intuetur qualiter se gessit erga suum famulum. Admonet & Paulus Colossenses vt precationibus insistant, in eisque pernoctent, nihil non agentes cum gratiarum actione. Optat & eorum interpellationibus iuuari, quo (licet compedibus vincitus) liberius audeat sacramentum Christi eloqui & prædicare. Depromant etiam apud Ethnicos quæ nacti sunt sapientiam, quæ plurimum habet mometi, vt infideles ad Christū alliciat. Non utantur Battologia, fluidisque & lapsantibus verbis, sed suum preferant sermonem sale, circunspectientia & prudētia conditum, vt possint aptè interrogantium obiectiones diluere. Cōmendat & illis obnixè Tychicum, fidelē Christi ministrum, & sibi collegam integerrimum. Summopere cupit vt suis animis infligant quanta tormenta pro illustranda & propaganda fide sufferat.

Caput quartum.

Domi, quod iustum est & æquum, seruis præstate, scien-
tes quòd & vos dominum habetis in cœlo. Orationi insta-
te, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul &
pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad lo-
quendum mysterium Christi (propter quod ego vinclitus sum) vt ma-
nifestem illud, ita vt oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos
qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale-
rit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.
Quæ circa me sunt omnia, vobis nota faciet Tychicus charissimus
frater, & fidelis minister, & cōseruus in Domino, quem misi ad vos ob-
hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt, & cōfoletur corda vestra cū
Onesimo charissimo & fidelī fratre, qui ex vobis est, qui omnia quæ hīc
aguntur, nota facient vobis.) Sibi persuadeant Domini carnales se habere Do-
minū vnū cœlestem, nulli non imperantem, ne suis famulis sint admodū imperiosi,
acerbi & austeri, néve eos sua mercede fraudēt. Etenim æquum est vt obsequiis &
laboribus suorū seruorū necessaria suppeditet, si velint à domino mercedē recipere.
Quòd si subsidia vitæ & laborum remunerationem eis denegent, à Domino iu-
dicabuntur. Et quia Paulus non ignorabat Diabolum totis neruis conari vt nos

ab oratione abducatur, adhortatur Colossenses ut precationibus insistant. & ne languescat oratio, & in desidiam resoluatur, adiecit, *Vigilantes in ea.*) Oportet enim semper orare, & nunquam deficere. Et cum Deum precamur, & in precibus perseueramus, debemus Domino gratias agere. Etenim verae sunt preces illae & Christo dignae, quas gratiae subsequuntur, siue prospera nobis succedant, siue incident aduersa. Et licet Paulus non egeret absolutè Colossensium precibus, quia erat Deo gratissimus, & omni virtute absolutissimus: tamen ut liberius & fidentius sacramentum Christi sibi detectum eloqueretur & euulgaret, optat illorum precibus iuuari. Id autem facit ut eos ad semper orandum inducat: Nam si Deum pro Paulo precatur sint, multo magis pro seipsis, qui non erant ita fide & charitate firmati atque ipse Paulus. Verum ut cautè & prudenter cum Ethnicis & infidelibus diuersentur, ne si stulte, & temerè loquerentur, arriperent illi ansam eos subsannandi: aut si crapulae, ventri, gulæ & libidini indulgerent, negarent eos esse Christianos, adiecit, *In sapientia, potius prudentia, ambulate ad eos qui foris sunt.*) Ex eo autem infideles foris sunt, quia extra fiduci aulam diuagantur, & ab ecclesia longè absunt. Huic autem loco, In sapientia ambulate ad eos qui

Matth.10. foris sunt, astipatur euangelica illa doctrina, Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum, estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Quod si per benignitatem, lenitatem, comitatem & mansuetudinem Ethnicos induixerint ad audiendum verbum Christi, rediment tempus, & quod in illis per ignorantiam aut peruicaciam perditum est, recuperabunt. Rediment & tempus non rixando aut contendendo cum infidelibus, allicient & eos ad amorem, si debitum illis honorem citra suarum animarum iacturam impertierint. Forfitan Colossenses ab Ethnicis vexabantur, & propterea suam vexationem blando & prudenti sermone redimebant. ad hoc autem præstandum eos prouocat hic subse-

Sermo sale conditus. quens contextus, *Sermo uester semper in gratia sale sit conditus.*) hoc est, nihil habeat mordacitatis, dicacitatis, scurrilitatis, rusticitatis, insipientiae & lasciviae. Est & sermo sale conditus, quando non est prorsus severus, neque prorsus remissus, sed compositus & temperatus. & quemadmodum esca si sale careat, insulsior est, si minus salita à gustu repudiatur: ita si Christiani sermo prudentia careat, habetur derisus, si vero prudentiae limites transfilierit, non mouet, neque aures demulcet. Nec veteris legis sacerdotes offerebant Deo sacrificium nisi esset sale conditum, quod puto fuisse mysticum. Tum quoque, dicebat Christus suis Apostolis, Vos estis sal terra. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculceretur ab hominibus. Ex eo autem oportet Christiani sermonem sale condiri, ut intelligat quomodo vnicuique respondere poterit. aliquando enim stulto secundum suam stultitiam respondendum est, aliquando vero non est respondendum. In subsequenti loco Paulus consolatur per suum Tythicum Colossenses, quem à syncera fide, ignea charitate & sedulitate officij, magnopere commendat: hunc enim fidelem legatum ad eos miserat vna cum Onesimo (quem in vinculis generat Christo) ut pereos reficiet quid tractarent, quid agerent, & si pro tuenda fide, afflictiones, conuicia, & tormenta paterentur, quibus eos beatos prædicaret. Erant quoque illi præcones & internuncijs, indicaturi Colossensibus, quid Paulus animo versaret, & quibusnam vinculis, pressuris & afflictionibus pro gloria Euangelij premeretur.

„ Salutat vos Aristarchus conceptiūs meus, & Marcus confobratus Barnabae (de quo accepistis mandata, si venerit ad vos, suscipite illum) & Iesus, qui dicitur Iustus, qui sunt ex circuncisione. hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus

„ tus pro vobis, in orationibus, ut stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. „ Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius est, ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur: & ea quæ Laodicensium est, ut vobis legatur. Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas. Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.)

Cedit in gloriam Pauli, quod pro fide innumeris malis afflignet, nec vincula & carceres exhorrescit, sed in suis tribulationibus & pressuris (quæ magnum ecclesiæ commodum attulerunt) gloriatur. Et licet captiuorum fors sit conditione feruili longè inferior, eò quod captiui, ut velint hostes vel tyranni, huc & illuc pertrahuntur. tamen quod sit pro Euangelio Iesu Christi captiuus, summo honoris tribuit. Sustinet & compedes cum suo Aristarcho, qui Colossensibus salutem impartitur, eo quidem fine, ut eos ad consimiles tentationes ferendas adhortetur. Salutat & illos Marcus consobrinus Barnabæ, de quo acceperant mandatum, ut eum honorificè exciperent, si quando eos inuiseret. Satis ex Actis Apostolorum Act.13. nobis compertum est Barnabam fuisse cum Paulo segregatum & selectum in opus Euangelij, quod erat Gentibus inuulgaturus. Is adhæsit comitatui Pauli, & suis sacris concionibus & exhortationibus multos ad fidem allexit. Istis sanctis diuinis verbis buccinatoribus (licet aliquando fuerint Iudei) adiungitur Iesus, qui dicitur Iustus. Hinc vides quosdam Iudeos, qui à Judaismo ad Christianismum defecerunt, summa sedulitate negotium rei euangelicæ plurimum iuuisse: quos commendat Paulus, quod ab eis fuerit adiutus, in his quæ ad cœlestē ducunt imperium. Si enim laboris participes fuerint, & præmij futuri sunt participes. Attulerunt & illi Euangelii præcones solamen Paulo, cum multis malis pro Christo vexaretur. Cedit & in laudem Colossensium, quod Epaphras, qui ex eis erat oriundus, effectus sit Christi seruus, qui enixè laborauit, ut essent perfecti & firmi in fide & morum integritate, nec tam hominum quam Dei iussis obsequerentur. Testatur & Paulus quantum laboris cum sincero zelo pro salute Colossensium, & Laodicensium, & Hieropolitanorum insumperit. Salutat & Colossenses Lucas medicus, Paulo singulari amicitia coniunctissimus. Quidam interpretes dicunt hunc Lucam, illum esse, qui Euangelium & Acta Apostolorum scripsit, & haec est communis opinio. Alij dicunt aliud fuisse, qui id ipsum nomen sortitus est. Erasmus leui admodum censura ducitur, quod is alias fuerit à Luca Euangelista, quia Græcè legimus λουᾶσθιος, hoc est, Lucas ille medicus. Verum articulus non est additus, ut hunc à Luca Euangelista discernat, sed ut indicet quod Lucas Euangelista fuerit ille insignis medicus, qui nō ob quæcumq; medebatur, quique magis gratia Dei, quam arte infirmos sanabat. Salutat & Demas Colossenses, qui nondum reliquerat præceptorem. Deinde adiicit Paulus, *Salutare fratres qui sunt Laodiceæ.*) Nam & fide & charitate sunt vobis copulati. Nympham quoq; salutare, & que in domo eius est ecclesiam.) Arbitratur Ambrosius Nympham fuisse mulierē deuotā. verum αὐτή pronomen apud Græcos additum, significat virū fuisse. Theophylactus afferit Nympham fuisse virū sanè egregium, qui & domesticos omnes fideles haberet, & ita ut ecclesia, eius domus appellaretur: Ecclesia quidē, hoc est familia christiana. Cum lecta fuerit apud vos epistola haec facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur & ea quæ

*Laodicensium est, vobis legatur.) Coniiciunt nonnulli docti interpretes nonnulla Colossensibus à Paulo scripta, vt Laodicensibus innotescerent, & ediuerso. Quòd si quæras quæ nam illa fuit ad Laodicenses epistola, tibi respondebit Theophylactus, quòd ea est quæ ad Timotheum prior conscripta est: hanc nanque ex Laodicæa transmisit Apostolus, sed hæc suasiuncta parum momenti habet. nam & quæ facile scripsisset Paulus ad Colossenses, Vt cùm legeritis hanc epistolam, legite & illam priorem, quam ad Timotheum scripsi. Vult Paulus, ni mea me fallat opinio, vt Colossenses & Laodicenses, huiusmodi epistolas sibi inuicem communient. Et licet ad Laodicenses scripserit Paulus, tamen hæc epistola neque apud latinos neque apud græcos extat: licet Iacobus Faber hanc epistolam reliquis Pauli epistolis admiscuerit, sed nihil habet Pauli, neque Paulinum pectus, præter aliquot voculas ex cæteris eius epistolis emendicatas, spirat. Et quia non constat de huiusce epistolæ autoritate, aliarum epistolarum canoni non est ascripta. Forfitan fuit à quibusdam deprauata, & periit in ecclesiis: aut non est ascripta canoni, quia non continebat aliud quæm ea quæ est Colossensium. Deinde subiungit, *Dicte Archippo, Vide mysterium quod accepisti in Domino ut illud impleas.*) Incitat Archippum qui pro vobis certat, vt euangelicum munus à Domino sibi delegatum, cum omni diligentia & sedulitate, vobis prospiciendo, adimpleat. Verum vt firmorem salutem vobis impertiar, & agnoscatis quoniam amore vos prosequar, vobis suadete hanc epistolam mea propria manu conscriptam esse. Hoc & vnum vros velim vt sitis memores meorum vinculorum.) vt meas afflitiones vestra consolatio leniat. Gratia & fauor Domini nostri Iesu Christi, semper adsit vestro spiritui.*

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, Doctoris Theologi Parisiensis, in Pauli ad Colossenses Epistolam, finis.

IOANNIS

JOANNIS ARBOREI LAUDVNENSIS, Doctoris Theologi Parisiensis, in priorem dini Pauli ad Thessalonicenses epistolæ, Praefatio.

Theſſalonica, ciuitas est Macedonia metropolitana, à qua & Thessalonicenses dicti sunt, quos Paulus magnopere commendat, quòd in suscepta Christi fide, muro (si dicam aheneo) longè firmiores fuerint, nec permiserint se à pseudoprophetis seduci, nec pseudapostolis impia dogmata spargentibus fidem praefiterint. Et licet nōnulli suorum conciuium non satis recte de resurrectione mortuorum sentientes, ac si animæ hominum essent vna cum corpore extinctæ, voluerint eos ad perniciosa doctrinam pertrahere, neque tamen minis, aut terroribus, aut pressuris potuerunt vñquam à syncera Euangelij veritate, & ab animi sententia dimoueri. Et propterea aſiduis precationibus Deum interpellat, vt in synceritate fidei, ardore charitatis & sufferentia malorum omnium, pro nomine Domini nostri Iesu Christi perseverent. Id denique laudis eis tribuit, quòd per totam Macedoniam & Achaiam, candorem fidei, & Euangelicam doctrinam commendauerint & euulgauerint. Ad hæc, licet Paulus in Philippis & aliis externis nationibus, multis contumeliis & flagris affectus fuerit, tamen Christi gratia & præſidio fretus, non defitit ob intentata sibi tormenta, munus sue fidei concreditum obire, & Thessalonicensium animis semente Euangelicam inserere, inſitam aſidue praedicare & annūciare. Et ne ob quæſtū, aut temporariam mercedē prædicaret, vnde simplicibus effet offendiculo, propriis manibus laborando, victum, vitæque alimoniam sibi parabat. Optauit etiam syncero affectu frequenter illos inuise: tamen vehementi tribulatione per impios Iudeos à satana afflictatus, suum aduentum remoratus est: ne tamen ingenti dolore & mæſtitia afficerentur, misit Timotheum (quo chariore habebat neminem) vt eos consolaretur & exhortaretur ad fouendam mutuam charitatem, & ad sufferenda pro nomine Christi malorum omnium tormenta. Deterret & suis postulationibus & obſecrationibus Thessalonicenses ab omnifornicatione & immunitia, qua aliquando polluti fuerat. Cōmonefacit & illos ne ob diē iudicij admodum terribile, confernantur animo, sed excubias agendo aduersus infidiosum tentatorem, cum omni sobrietate & iustitia cæterisque virtutibus, quibus oportet eos exornari, expectent secundum Christi aduentum, qui iustos immarcessibili corona donabit: iniustos vero, & suis vitiis occæcatos & obstinatos æterno incendio aduri iubebit. Scripsit autem hanc epistolam ab Athenis per Tychicum Diacolum, & Onesimum acolytum.

Argumentum primi capitii.

PAULUS Thessalonicenses (quibus gratiam & pacem Dei cōprecatur) commendat à syncera fide, firma charitate, & aſiduo pro Christi Euangelio certamine, nec definit Deum interpellare vt ſuceptum fidei sacramentum eximiis virtutibus illuſtrent, ſibi que ſuadeant Apostolum non ornatu sermonis, nec verborum fa-

cundia more rhetorum aut oratorū, sed virtute Dei & afflatu spiritus sancti Euā-
gelicam doctrinam prædicasse, quam ingenti cum gaudio, & profectu non modico
exceperunt. Extollit & illos quod ardore & robore suæ fidei fuerint exemplo o-
mnibus credentibus in reliqua Macedonia & Achaia: Quod denique mira qua-
dam facilitate, sint à vana & superstitione idolorum religione ad verū Dei cul-
tum traducti.

Caput primum.

DA V L V S & Syluanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessa-
lonicensiū in Deo patre nostro, & Domino Iesu Chri-
sto, Gratia vobis & pax. Gratias agimus Deo semper
pro omnibus vobis, memoriam vestri faciētes in ora-
tionibus nostris sine intermissione, memores operis
fidei vestræ, & laboris & charitatis, & sustinentiæ spei
Domini nostri Iesu Christi, ante Deum, & patrē nostrum: scientes fra-
tres dilecti à Deo, electionem vestram, quia Euangelium nostrum non
fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, &
plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in vobis propter vos.)

Paulus, & Syluanus, & Timotheus comites, & in Euangelico munere obeundo
collegæ, sancto Thessalonicensium cœtui Dei gratiam & pacem comprecantur, vt
his donis adiuti in Euangelica doctrina magis ac magis proficiant, coelestiæque co-
gitent & sapiant. Verum hoc loco agnoscimus humilitatem & modestiam Pauli,
quod licet autoritate, dignitate & sapientia Syluanum & Timotheum præcelleret,
tamen ho scilicet discipulos sibi pares facit. Quid autem pro Thessalonicensibus molia-
tur, exprimit hic locus, *Gratias agimus Deo semper pro vobis omnibus.*) Quod scilicet in
Christianorum numerum sitis asciti. Nec cessamus nostrum charitatis affectum ex-
erendo, pro vobis Deum interpellare, vt felicia vestræ fidei auspicia, in vobis perfi-
ciat. Multa sanè me compellunt, vt sine intermissione Deum pro vobis deprecer.

In primis opus fidei vestræ, vestra scilicet in fide suscepta, stabilitas, & constantia:
Non enim ad promerendum Dei gratiam & præmium æternū, satis est fidem pro-
fiteri: sed opus est in fide persistere, & ea quidem quæ charitati copulata est. Deinde
summus labor vester, vestræque in me ardens charitas. nam aduersa quæque pro-
nomine illius quem colitis, tolerastis, & quotidie toleratis. Nec me latet quāta pro-
syncero in me affectu sitis tormenta perpessi. Ad hæc, tolerantia spei: nam patienter
perseuerastis in spe, multisque tentationibus afflictati, & quilibet omnia pertulisti,
quo de futuris præmiis sit vobis spes certior. Vestra autem præclara facinora sunt
oculis diuinæ maiestatis peruvia, quæ vobis pro hac & quilibet tolerantia amplissimā
mercedem dependet. Exhilarescite quod Dei gratia, & non vestris prioribus meri-
tis sitis ad fidem, fideique palmam electi. Deo autem gratias ago, quod profectui ve-
stræ electionis non nihil contulerim, vosque ad amplexandam fidei synceritatē pel-
lexerim: Non enim duntaxat verbis Euangeliū Iesu Christi vobis prædicauimus,
sed miraculis confirmauimus: ad hoc enim præstādum nos Spiritus sanctus affluit,
qui spirat quibus vult. Pseudopostoli non certam fidem faciebant, quia tantum do-

Modestia
& humili-
tas Pauli.

Persistendū
est in fide
charitati co-
pulata.

In quibus
confitebat
vera Pauli
persuasio.
Matth. 13.

& plenitudinem multam, certam persuasionem: Significat enim πληθοφορία, certitu-
dinem siue certam persuasionem. Nec hesitandum est quin Paulus abudè instruxisset
Thessalonicenses de omnibus quæ & ad fidem suscipiendam & tuendam necessaria sunt.

„ Et vos imitatores nostri facti estis, & domini, excipientes verbum in
„ tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti, ita ut facti sitis forma o-
„ mnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffi-
„ matus est sermo Domini, non solum in Macedonia, & in Achaia, sed
„ & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita ut nō sit
„ nobis necesse quicquam loqui: Ipsí enim de vobis annunciant, qualem
„ introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum, à si-
„ mulacris, seruire Deo viuo & vero, & expectare filium eius de cœlis,
„ (quem suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.)

Christus totius sapientiae fons uberrimus, cum arcanam sui patris doctrinam præ-
dicabat, Scribarum & Phariseorum odium sibi plerunque conflabat, & ab eisdē in-
uidis calumniatoribus conuiciis impetratus, (cum non haberet quod ei responderet)
vocatus est Dæmoniacus & Samaritanus. Licet sola sua sapientia virtute quā plu-
rimos ad se converteret, nullumque nō supplicium pro tuenda veritate perferret. Pariter
ego ipse Paulus prædicando Euangeliū Iesu Christi, opprobria, cōtumelias, flagella,
carceres, vincula & afflictiones innumeræ pertuli. Et vos ad imitationem Christi &
nostri, nō sine periculo, tribulatione & vexatione multa verbū Dei exceperitis, nullis
tamen persequentiū minis & terroribus potuistis à recta animi sententia, sancto que
proposito dimoueri, sed cum ingēti gaudio Spiritus sancti, spretis quibuslibet rebus
aduersis, Euangelicam doctrinā illustrasti & propagasti. Et quis vos non magni-
pere commendaret, multisque encomiis prædicaret, quod ob ardorem & constan-
tiam vestræ fidei, fama Euangeliū ritu tubæ clangentis longè latèque personuerit,
nec solum in Macedonia & Achaia, verum etiam in ceteris quoque nationibus di-
ulgata fuerit? Vnde non necesse est à nobis synceritatem & firmitatem vestræ fidei
prædicari. Et qui omnium vestrum exemplo ad fidem adducti sunt, laudantes ve-
strā conuerzionem, patefaciunt omnibus, qualis fuerit ad vos noster aditus. Etenim
cum multis afflictionibus, pressuris, difficultatibus & periculis vos Christo inferui-
mus, gaudemus tamē quod cum quadam facilitate admodum cōmendabili, sitis ab ido-
lorū spurcitia & mutis simulachris ad verū & germanū Dei cultum traducti, vt pro-
fligato dæmone (qui vestris animabus insidiabatur, quo eas vana illa religione rape-
ret & deuoraret) possitis posthac Deo viuo & vero inferuire, vosq; totos rebus cœ-
lestibus, diuinisq; studiis addicere: expectando filiū Dei, qui aliquādo de cœlo descē-
det in gloria sua maiestatis cum numerosissimo angelorū comitatu, vt vñuquéque
pro suo opere iudicet: Nā de eo scriptū est, Ecce dies veniūt dicit Dominus, & susci-
tabo David gerumen iustum, & regnabit rex, & sapiēs erit, & faciet iudicium & iusti-
tiam in terra. Et alibi, Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Ioan. 5.
filio. Et cūm hic iudex & quissimus venerit ad iudicandum, reformabit corpus humi-
litatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Et licet formidabilis sit secūdus
eiūs aduentus, sicut dicit scriptura, Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedē Apoc. 6.
tis super thronum & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis
poterit stare? non tamen ita debemus illum aduentum formidare vt de clementia
Dei diffidamus, aut de salute animæ periclitemur: Nam Christus suum sanguinem Qui debent
effudit vt nos à nostris vitiis ablueret, nosque eriperet ab ira ventura, supplicio sci- reformidare
licet æterno, quod nostris peccatis debebatur: Si qui tamen reformidare debeant se- secundum
cundum Christi aduentum, potissimum impij, reprobi, & in vitiis assuetis obstina- adūe. um
ti, de quibus dicit Dominus, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui para- Christi.
tus est diabolo & angelis eius. Matth. 25.

Argumentum secundi capit. I

Nemo nescit Paulū in exordio huiusce capit. exprimere quot conuicia, flagella & tormenta in Philippis & aliis externis barbarisque nationibus pertulerit, antequam Thessalonicensibus Euangelium Iesu Christi etiā cum discrimine suae vitae inuulgaret, quos neque more pseudapostolorū in errore induxit, neque immundis verbis inquinauit, neque dolo aut assentatiuncula circunuenit, sed sicut à Domino synceram doctrinam didicit, ita illis syncerè & absque ullo furo manifestauit. Et eo amore in Thessalonicenses exarfit, vt non solum eos Euangeliū Christi docuerit, sed fuerit paratus pro eorum salute suam ceruicē cruentis tyrannorum gladiis submittere. Verū ut syncerius cælestem doctrinam illis insereret, nullum ab eis vitæ cōmeatum efflagitabat, sed opera manuaria, nocturna, diuturnaque viētum sibi parabat. Confert & illos cum quibusdā Iudeis Christo insitis quod non minus pro tuenda fide à suis contribulibus afflitti fuerint, quam illi à perditissimis Iudeis, qui non solum sanctissimos Christi vates & internūtios trucidarunt, verum etiam Christum, omnium Saluatorem unicum.

Caput secundum.

AM & ipsi scitis fratres, introitum nostrū ad vos, quia non inanis fuit, sed ante passi multa, & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei, in multa solicitudine: Exhortatio enim nostra, non de errore, neque de immūditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus à Deo, vt crederetur nobis Euāgelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulacionis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ: Deus testis, neque quarentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. Cū possemus vobis oneri esse: vt Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli, in medio vestri, tanquam si nutrix soueat filios suos, ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis, non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.) Volo vos scire viri Thessalonicenses, nos variis perturbationum procellis iactatos, non destitisse fermentum Euangelicā longè latéque sparere, nec contumelias, flagella, carceres & afflictiones, nos à functione nostri munificum dimouisse. quo enim vehementius malorum omniū fluctus sœviebant, eo ardenter aduersus scuto fidei, & armatura Dei muniti, aduersus finistra quæque stabamus inconcussi, sperantes agnothetam nostris inquietis certaminibus non defuturū, qui suos quæque ceteros inuictos athletas, generofissimósque milites victrici corona donabit. Cognoscitis & introitū nostrum non fuisse ad vos superuacaneū, nec discriminis experte, nec immunem molestiarū: nam dominus permisit nos in multa pericula incidere, vt fidem nostrā obfirmarent. Et licet priusquam ad vos proficerer, fuerim in Philippis, vna cum Sylla flagris cæsus, deinde in carceres intrusus, ob spiritum Pythonē, quem ego Dei præsidio à quadā puella eiecerā, tamen huiusmodi mala non fregerunt animū meum;

meum, sed exerta libertate ausus sum vobis palam etiam in multo certamine annūtiare Euangeliū Iesu Christi. Non enim exhortatio & doctrina nostra fuit de errore, aut potius impostura, vt quempiā falleremus: aut ex immunditia, vt impuris, maleficiis & abominandis artibus, imponeremus simplicibus: neque in dolo, vt quempiā versutia & astu circunueniremus, sed sicut fuimus à Domino delecti ad obeūdum munus Euangelicū, ita syncerè & absque ullo furo loquimur: Non enim Deus nos ad tam sublime præconiū segregasset nisi nos idoneos fecisset, vt purè & sanctè Euāgeliū Christi tractaremus & prædicaremus: Nec cupimus prædicādo auram popularem venari, aut humanā laudem captare, aut hominibus more adulatorū placere, sed Deo morē gerere, qui corda scrutatur & probat. Non enim Deo gratificari potest qui ob quæstū vel inanem gloriā prædicat. Et licet aliquādo vos ob synceritatē fidei magnopere cōmendauerim, non tamen eo fine vt vobis assentarer. Etenim qui assentandi gratia prædicant, plerunque per aulas principū curvantur, venaturi summa sacerdotia. Et vos testari potestis me nunquam euangelicum sermonem adulatione labefactasse, polluisse & contaminasse. Tum quoque testis est Deus quod non pecuniarū congerendarū libidine, aut gratia humanæ gloriæ apud vos meæ legationis munus obierim, aut vobis Christū prædicauerim, vt vestris auribus placerē, vel mihi fluxam & momentaneā gloriolā vendicare. Etenim is satis honore dignus est, quem Deus cōmendat & cohonestat. Et licet seminando spiritualia potuissimus à vobis commeatū vitæ accipere, vt Christi Apostoli, & præcones Euāgelij, nihil tamen à vobis exegimus, ne quē vestrū grauaremus, sed facti sumus in medio vestrū sicut paruuli, simplices, benigni, mites, minimēque austeri, tanquam si nutrix soueat teneram suorum filiorum ætatē. Et quia vos Christo inserui, me præstabo vobis vt benignum & benevolū præceptorem, & omni lenitate vestræ imbecillitati morigerabor. Deniq; quia estis nobis vnicè dilecti, eo desiderio, eāque magnitudine benevolentiae in vos afficior, vt non solum percupiam vobis frequenter Euangeliū Dei tradere, sed & tradendo & prædicando pro vobis vitam meam impendere: Vnde dicebat Ioannes exprimendo summam Christi erga fideles charitatem, In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animā suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Memores enim estis fratres, laboris nostri, & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrū grauaremus, prædicauimus in vobis Euāgeliū Dei. Vos testes estis, & Deus, quām sanctè, & iustè, & sine querela, vobis qui credidistis, affuiimus: sicut scitis qualiter vnumquemque vestrū (sicut pater filios) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus, vt ambularemus dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum & gloriam. Ideo & nos gratias agimus Deo, sine intermissione, quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.) Vt Paulus liberius, purius & ardētius prædicaret Euangeliū Iesu Christi, nihil exigebat ab iis quibus spiritualia seminabat, sed opera manuaria viētum sibi parabat. Vnde dicit in Actis Apostolorū, Argētum & Act. 20. aurum aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Et in priori ad Corinthios I. Cor. 4. epistola dicit, Vsque in hanc horam, & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Et propterea alliciendo ad se animos Thessalonicensiū, vult illos memores esse, quām syncerè Euangelicam doctrinam eos docuerit, Memores, inquit, estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrū grauaremus, prædicauimus in vobis Euāgeliū Dei). Ex hoc loco colligimus non modicā fuisse Paulo solicitudinē ne quem

Cap.2.

COMMENTARIIO. ARBOREI

prædicando offendebat, aliis concionatoribus indulget & cōcedit facultatem, vt de Euangeliō viuant, qua tamen non est usus. Pauci sunt ē numero prædicatorum, qui Paulinum pectus spirant, & qui suarum rerum dispendio, fame quoque & siti & malorum omnium tolerantia infideles & fideles Christo lucifaciant. Alij prædicando, summos honores venantur, alij auram popularem mercantur, alij de replendis suis sacculis philosophantur, alij fastu turgidi, cupiunt vocari Rabbi. Possunt & Thessalonicenses Dei testimoniū comprobando, testari quām sancte, iuste & inculpatē sibi ipsis Christo insitis adfuerit Paulus: Etenim summam erga Deum religionem obseruauit, iustitiam erga proximum, nulli enim iniuriā intulit, nec à quopiam pecuniam extorsit, nec de eo quis conqueri potuit. Complexus est & sincera charitate ac promptitudine animi vnumquemque Thessalonicensium, non minus quām pater suos liberos. nihil denique non egit vt eos spirituali alimonia fouveret & nutritret, & cum omni lenitate & humanitate tractaret, non enim patris est in suos filios cum quadam amarulentia & austerritate sœuire. Deprecatur & illos vt forti animo sinistra quæque tolerent: Sua quoque consolatione illorum fluctus & procellas sedat & temperat. Commonefacit & illos vt corā Deo dignè ambulent in omni humilitate, modestia, mansuetudine, obedientia & patientia: nam virtutum exercitio, & præfertim malorum omnium tolerantia, ad augustissimum Dei regnū, perpetuāmque gloriam euehentur. Nec Deus vocat nos in suum imperium nisi velimus eius iussis obsequi. Eam autem ob causam agit incessanter Deo gratias, quod cum Thessalonicenses accepissent ab eo & à suis collegis verbum auditus Dei, non acceperunt illud vt verbum humanum, aut hominum artificio excogitatum, sed vt est verē diuinum verbum. Verbum autem auditus Dei, quod à Paulo acceperunt, est verbum quod ipsis per Paulum loquebatur Deus: Nam eadem attentione audiebant Paulū prædicantem, qua & Deum. Est & verbum auditus Dei, coelestis prædicatio, quam quis audiendo, ad credendum prouocatur. Vnde scriptum est in epistola ad Romanos, Fides est ex auditu, auditus autem per verbū Christi. Operatur & Deus in Thessalonicensibus fide illustratis, vt constanti animo pressuras & afflictiones pro gloria Euangeliū perferant. Operatur etiam diuinum verbum in ipsis Thessalonicensibus, nam ipsis factis declarant vim sermonis Euangelici.

” Vos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persequuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos Gentibus loqui, vt salui fiant, vt implicant peccata sua sc̄imper: peruenit enim ira Dei super illos usque in finem. Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu non corde, abundatius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio, quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel & iterum, sed impediuit nos Satanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christū estis in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.)

Hoc loco confert Paulus sanctos Thessalonicenses cum quibusdam sanctis Iudæis, qui cùm effloresceret & inclareceret Euangeliū Iesu Christi, tantæ rei sacramento donati, aliam vitā ab ista momentanea & fluxa, sperantes, vt aliquo præclaro specimine salutiferam Christi crucē referrent, & in suis corporibus effigiarēt: multa à viris impiis suæ nationis conuicia, flagella & tormenta sustinuerunt. Nec minor Thessalonicenses in fide vegeti & roborati, à suis peruersis cōtribulibus passi sunt. Dicūtur autē cōtribules qui sunt eiisdē tribus aut potius eiisdē gētis. Nobis ex Actis

Aposto-

Apostolorum compertum est factam fuisse persecutionem magnam in ecclesia Hierosolymitanorum, eo die quo sanctus Stephanus, protomartyr inuictissimus, fuit à sceleratissimis Iudeis lapidibus obrutus. Huic autem loco arridet Paulina illa ad Hebræos doctrina, Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum Hebr. 10: certamē sustinuitis passionum, in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Quod autem ametissimi & nocentissimi Iudei, inuidia, dolo, odio, imo inuidis & rabidis clamoribus enecarint Christum, indicat Matthæus dicens in persona Christi suos discipulos alloquentis, Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus Matt. 20: facerdotum & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad iludendum, & flagellandum, & crucifigendū, & tertia die resurget. Hic quoque Euangelicus locus illi veritati propemodum hæret, Hic est hæres, venite, occidamus eum, Matt. 21: & habebimus hæreditatem eius. Probat & hæc Euangelica philosophia sanctissimos Christi prophetas fuisse à crudelissimis Iudeis aut cæsos aut trucidatos; Agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Carpit & acriter Stephanus in actis Apostolorum sceleratissimos Iudeos, quod suas manus plusquam cruentas & sanguinolentas in prophetas Domini iniecerint, dices, Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Et sicut aduersarij fidei persecuti sunt Christum, & Christi prophetas inculpatissimos, ita & in Apostolos eadem persecutione sœuierunt: Vnde præsciens Christus quanta Apostoli tormenta pro defensione fidei paterentur, dicebat, Tradent enim vos in conciliis, Matt. 10: & in synagogis suis flagellabunt vos. Fuit & Paulus frequenter pro tuenda fide afflictatus, vt plerisque in locis suarum epistolarum nobis innotuit. Et licet tyranni & inimici fidei arbitrarentur se Deo præstare obsequium iugulando suos fidissimos famulos & ministros, non tamen Deo placebant: quia non recta fide & intentione id moliebantur. Et eo vehementius erant culpandi, quod oppugnando fidem non solùm sibi ipsi officiebant, sed iis qui ultra erant parati fidei sacramentum recipere. Denique totis viribus obsistebant, ne doctores Gentium Euangeliū præputij suæ fidei concreditum, Ethnicis inuulgarent: tantum enim mali & contagionis in se coaceruat inuidus, vt non solùm sibi noceat, sed & iis quibus nocere cupit. Permittit autē Dominus huiusmodi grassatores & perturbatores reipublicæ Christianæ in Christianos furere & sœuire, vt probata iustorum patientia, peccatum peccato accumulent, & supplicium supplicio. Vnde dicebat Christus de filiis Iudeorum à ferocitate & crudelitate suorum parentum minime degenerantibus, Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Et quia obstinati Iudei non egerunt poenitentiam, quanvis haberent spaciū 40. annorum post passionem Christi, vt à pristinis vitiis resipiscerent, ira Dei malorum omnium vindicta, in eos iuste deseuiri & sub Tyto & Vespasiano Romanis imperatoribus, duram seruitutem passi sunt, & usque ad consummationem seculi perdurabit hæc vindicta, nisi mature resipiscant. In subsequenti loco Paulus afficitur tristitia, quod ob multas afflictiones & tribulationes quas Thessalonicenses pro fide sufferebant, fuerit eis, velut filiis orbatus, & ad breue tempus ab eis separatus. Et licet ad spaciū temporis fuerit ab eis facie dimotus, non tamen corde & sincero affectu: Nam pro viribus studuit vt magis ac vehementius desideratissima illorū presentia frueretur, sed suam ad illos profectionem per impios Iudeos, aut forsitan aeris inclemiam, satanas præpediuit. Verum vt tristitiam lætitia temperet, lætaque tristibus commisceat, seipsum solatur, quod quicquid pro Thessalonicensium conuersione & salute egerit, cedet in suam vietricem coronam, perenne gaudium & immortalē gloriam. Non enim potest pater spiritualis non magnopere lætari & gloriari, quod multos filios Christo genererit.

L. I.

Argumentum tertii capit. I.

ITa Paulus saluti Thessalonicensium proficit, vt cùm non posſit illos obſſidente ſatana inuiſere, mittit ad eos Timotheū ſibi ſodalem fidelifſimum & ſpectatiſimū Dei ministrum, vt eorum animos conſoletur & conſirmet, doceatque eos nō debere animo conſternari nec turbari ob aſſiduas & veheſentes afflictiones, quas Paulus pro gloria Euangeliſ sufferebat. Gaudebit & magnopere cùm acceptis lētis nunciis per ſuum collegam cognofet quād conſtanties ſint in fide Theffalonicenses, & in priſtina charitate firmati. Interpellat & Dominum ut ſuis do- tibus illos locupletet, nec finat eorum ſanctitatem & integratatem vlla ex parte labefactari.

Caput tertium.

Propter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis rema- nere Athenis ſolis, & miſimus Timotheum fratrem noſtrū, & ministrū Dei in Euangeliō Chriſti, ad conſirmandos vos & exhortandos pro fide veſtra, vt nemo moueatur in tribu- bulationibus iſtis: ipſi enim ſcitis quod in hoc poſiti ſumus. Nā & cùm apud vos eſſemus, prædicebamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt, & ſcitis. Propterea & ego amplius non ſuſtinenſ, miſi ad cognoscendam fidem veſtrā, ne forte tentauerit vos iſ qui tentat, & in- anis fiat labor noſter. Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & annunçiante nobis fidem & charitatē veſtrā, & quia memoriam noſtri habetis bonam ſemper, deſiderantes nos videre, ſicut & nos quo- que vos, ideo coſolati ſumus fratres in vobis in omni neceſſitate & tri- bulatione noſtra per fidem veſtrā, quoniam nunc viuimus, ſi vos ſta- tis in Domino.) Tot tantisque tribulationum fluctibus obruor, vt ſatana impe- diente per ſuos ſatellites meam ad vos profectionem, cogar Athenis remanere, quaſi ſuccubens oneri: licet neque tribulatio, neque fames, neque nuditas, neque gladius, ne- que vlla alia perſecutio poſſit me ſeparare à charitate quę eſt in Chriſto Iefu. Et quia ego & Syluanus veheſeter doleamus, quōd ob ingruentes quotidie perſecutiones nō poſſumus frui veſtro coſpectu, optimum duximus ad tempus ut ſoli Athenis relin- queremur. Quidam interpretes hunc locum, Propter quod non ſuſtinentes amplius &c. ſic exponunt, Propter quod ſciliſet ſatanæ p̄p̄edimentū non ferentes, ſiuie impatiētes deſiderio videndi vos, ſatis duximus & iudicauimus ut Athenis remaneremus. Et ne auxilio noſtro deſtituti, aduersus noſ murmuraretis aut querimoniā excitaretis, eſte- tisque poſthac ad tuendam fidem tepidiores & ſegniores, miſimus Timotheū à ſyn- cera fide nobis fratré germanū, noſtrūmque cooperariū, & participē operis Dei (quo in- tegriore, alacriore & feruentiorē habemus nemine) ut vos conſirmet & exhorta- retur ne à fide excideretis. Quēadmodū enim de veſtro Euāgelico profeſtu magnopere gaudemus, ita de veſtra à ſacramento fidei defectione veheſenter tristaremur & cruciaremur. Nec eſt quōd turbemini aut diffidatis, quōd grauibus erūnis & innume- ris malis affliſter: nā afflictiones quas forti animo tolero, in veſtrā & meā gloriā ce- dent, vobisq; erūt exéplo ut dura quęq; & acerba pro augmēto fidei & Euāgelij per- feratis. Adhoc autē vobis ſumopere proderit exhortatio Timothei, ut nullis tribu- lationibus

lationibus turbemini aut terreamini. Nec ignoro diabolū ingruentibus vndiq; malo- rum procellis, blandiendo, infirmioribus quietem & ociū ſuggerere, vt ab anguſtiarū & afflictionum tolerantia eos abducat: ſed nihil eſt etiam tam acerbum, moleſtum & difficile, quod vos debeat à recta animi ſententia dimouere, aut à rebus p̄aeclarè gestis distrahere. Nam quo maius eſt aduersitatum certamen, eo ipſis conſtanter ſuperatifs futura eſt insignior victoria, & amplior corona. Denique ad id ſumus instituti, vt o- mnibus tentationibus & pressuris exponamur: non igitur mala aut p̄aeterita, aut p̄ae- ſentia, aut futura debent nos obturbare & frangere. Oportet & nos per multas tribu- lationes intrare in regnum Dei: Etenim tribulatio patientiam operatur, patiētia pro- bationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas diuina eſt cordi- bus noſtris per ſpiritum ſanctū qui datus eſt nobis. Adhac, cū apud vos eſſemus, p̄a- dicebamus vobis nos paſſuros tribulationes, ſicut & factum eſt, & ſcitis, nec tamen malis qui- bus premebamur, vñquam ceſsimus, ſed viriliter obſiſtendo, ad Dei gloriam, noſtrī que agonis commendationem, victores euafimus. Et propterea ego ipſe Paulus non amplius ferens me veſtro coſpectu orbari, pertimeſcens etiā ne desperaretis aut à fide deſciceretis, miſi ad vos Timotheum ut obſeruaret ſi in vobis eſt fidei robur & sta- bilimentum. Nec tamen hāc dici velim, vt de vobis diſſidā, aut vos oſcitantiae & ne- gligentiae inſimulem: ſed ne diabolus (qui neminem ſuis inſidiosis tentationibus non aggreditur) vos ſeducaſt, & radicem fidei veſtris cordibus inſitam euellat, & irri- tus fit ac inanis labor noſter, quem pro veſtra ſalute fuſcepimus. Cū autem ad nos Timo- theus redierit, laetaque nuncia nobis de integratate & constantia veſtræ fidei attulerit, iudicabimus labores noſtrors non fuſſe ad vos ſuperuacaneos. Nec ſum neſcius me- moriam noſtri nunquam ab animis veſtris excidiſſe, ſed vos eo amore nos proſequi, vt votis omnibus ardeatis nos inuiſere. cupimus etiam magnopere veſtra (ſi quā- do liceat) frui p̄aefentia. Agimus & vobis gratias quōd veſtra conſolatione noſtras neceſſitates & tribulationes ſubleuaueritis. Fecit & robur veſtræ fidei, ut vix tentatio- nes & afflictiones ſentirem. Et quemadmodum pro morte ducerem, ſi à fide deſciceretis, ita pro mea vita veſtræ fidei profeſtum ducam.

Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vo- bis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos, ante Deum noſtrum, nočte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem veſtrā, & cō- pleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ? Ipſe autem Deus, & pater noſter, & Dominus Iefus Christus dirigat viam noſtrā ad vos: Vos autem Do- minus multiplicet, & abundare faciat charitatē veſtrā in inuicem, & in omnes, quemadmodum & nos in vobis ad conſirmandā corda veſtra ſine querela, in ſanctitate ante Deum & patrem noſtrum, in ad- uentu Domini noſtri Iefu Christi, cum omnibus ſanctis eius; Amen.)

Iam vobis per epistolam ſignificaui vitam meam ab alacritate, vigore & conſtan- tia veſtræ fidei pendere, nec quicquam per internuncium ad vos delegatum mihi poſſe laetiſſus, optabilius & gratius redi, quād quōd in fide fuſceptā perſiſtitis. Et ideo tanta mihi, veſtri de cauſa, laetitia inceſſit, ut non habeam vnde dignè & abun- dē poſſim Deo gratias agere. Nam eximiæ virtutes quibus cæteris p̄aefatibus, diui- nitus vobis collatæ ſunt. Et propter tantæ rei profeſtum, & ſingularem quæ in vo- bis eſt, ſapientiam, noſtris inquietis precationibus diem cum nocte copulamus, ut nobis afflatu Dei liceat vos reuiſere. Nam licet veſtra ſancta religio in dies fructus vberrimos pariat, noſtra tamen p̄aefentia (vt bēne ſperamus) vberiores & ditio- res paritura eſt. Nam complebimus & abſoluemus quæ veſtræ fidei deſunt, non quōd veſtra fides non ſit ardens & ſyncera, ſed quia veritate & doctrina reſurre- ctionis vniuersalis non eſtis ſatis firmati, aut ſaltem non omnes, qui veſtra ciui- tate donati ſunt. Adhac, non deſunt p̄eudapostoli, qui volunt vobis imponere,

vestramque sanam mentem obturbare, à quibus non minus vobis præcaendum est quām à beneficiis, malorūmque omnium autoribus pestilentissimis. Et licet magnopere cupiam vos inuisere, & de mea ad vos profectione, nocte diéque cogitem, non tamen possum meis votis frui, nisi Dominus Satanam repellendo (qui frequenter nobis insultauit) sit dux nostri itineris, quem interpollo ut vestram mutuam charitatem auctiorem reddat, vosque faciat suis dotibus affluere. Nec opto ut eius munificentia quibusdam duntaxat pateat, sed (si fieri possit) in omnes ex æquo effundatur. Eæ sunt (si dicam) mei in vos amoris furia, iij sunt mei infani amores, attamen commodi & Deo grati: Nam omnes complectuntur. Nec satis nobis videtur Deum obsecrare ut vestra sincera charitas augescat, sed ut spiritus sanctus Deo patri consubstantialis, corda vestra igne pietatis, religionis & sanctitatis accendat, confirmet & stabilit. Ob id autem hæc pro vobis postulo, ut inculpati, sancti & immaculati occurritis Christo, cùm è cœlo cum numero sissimo angelorum comitatu descendet ad iudicandum viuos & mortuos. Etenim oportebit nos omnes stare ante tribunal Christi, ut unusquisque referat propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.

Argumentum quarti capituli.

Non cessat Paulus rogare Thessalonenses, ut si quando per abrupta quæque & inuia, cùm suis indulgebant vitiis, præcipitum ficerint, nunc reto calle incedant, si velint Deo per placere. Sibi quoque suadeant eam esse diuinam voluntatem, ut sint vita inculpatissimæ. quòd si quandóque aculeo carnis titillati ceciderint, posthac ab omni petulantia, lascivia & immunditia sibi contineant. Nec opus est vrà Paulo discant ne astu quodam suum fratrem Christianum circunueniant, aut quempiam vi opprimant, vel cuiquam iniuriam inferant: nam à Deo etiam lege naturali suis præcordius insita didicerunt ut mutuo amore se prosequantur. Adhortatur & illos Paulus ut bene sperent de resurrectione mortuorum, firmissime credant mortem Christiani non tam esse interitum quām somnum. Quòd si Christus sit primitæ dormientium, & qui in Christo fæliciter mortui sunt, ad immortalitatem & perpetuam vitam primi excitabuntur: licet cùm tuba Dei perstrepuerit, fueritque vox archangeli auditæ, resurgent omnes siue ad fælicissimam vitam, siue ad supplicium æternum.

Caput quartum.

De cætero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, ut quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum: Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum, vas suum possidere in sanctificatione & honore, nō in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant Deum: Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratre suū, quoniā vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædictimus vobis, & testificati sumus: nō enim vocavit nos Deus in immunditiā, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem

„ minem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis, non necesse habemus scribere, vobis, ipse enim vos à Deo didicistis, ut diligatis inuicem: Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres, ut abudetis magis, & operā detis, ut quieti sitis, & ut vestrū negotiū ciū agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & ut honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.)

Non possum non assiduè vos adhortari ad pię & sanctę viuendum, ut possitis Deo per omnia placere, & posthac frui immortalitate. Nihil enim est quod èquè vos Deo commendet quām ipsa vitæ sanctimonia, sine qua nemo diuinam maiestatem specturus est. Quòd si vitæ castimonia & puritas animi in vobis splendeat & eniteat, bonis omnibus affluetis: Nam quemadmodum foeda, sordida & obscoena vita officit homini ne ditetur, & diuitiis cœlestibus abundet, ita vita illibata, casta & pura facit ut homo magis ac magis dotibus Dei locupletetur. Nec vos latet quænam præcepta vobis dederimus, quæ non eò tendunt ut ad Mosaicæ legis ceremonias & Iudaicas obseruatiunculas reuertamini, aut auscultetis illis qui non rectè sentiunt de Evangelio Iesu Christi, sed ut in cœlesti & arcana doctrina vobis per nos tradita persisteris. Nec huiusmodi præcepta, religionem in Deum, & pietatem in proximum cōceruentia, nostra autoritate sancta sunt, sed Domini nostri Iesu Christi. Intelligamus r̄um præcepta, quoque hoc loco Apostolorum decreta, & ecclesiasticorum Prælatorum edicta & p̄ta plurimum roboris & momenti habere, non enim tam sunt humana quām mū momēti diuina: nam à summo legislatore diminant ut summa cum diligentia obseruentur. Et habent. idcirco dicit Christus, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quænā Luc. 10. sit voluntas Dei, quam necesse est Christianos omnes, fonte baptismi lotos sectari & amplexari, commonstrat Paulus dicens, Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut non solùm sitis animo puri, sed & corpore: Nam mentis & corporis castimonia, gratissimum est Deo sacrificium. Quòd si pruriens in libidinem carne, imo ipsa effræni carne spiritui reclamante in vitiū luxuriæ incideritis, abstinet posthac ab omni fornicatione qua corpora conspurcantur. Sicut enim animus est hospitium Dei, ita & corpus est domicilium animi. & propterea sicut oportet animum ab omni foeda libidine profici, purum esse, ut Deum hospitem habeat, ita quoque oportet corpus esse purum, ut antiquetur. Bona in habitatorem habeat. Adhæc, sicut luxuria eneruat corpus, vires frägit, rationē quæ à casti- obnubilat, mentem occæcat, iudicium peruerit: ita castitas, corpus vegetat, rationem illustrat, mentem serenat, & rectum iudicium stabilit. Hic autem locus, Hæc est volū- scuntur. Mala quæ Fornicatio ras Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, planè docet fornicationē sim- plicem esse peccatum mortale. Si enim sanctificatio nostra sit voluntas Dei, ergo o- simplex est mnis immunditia & impudicitia diuinæ voluntati obſiſtit. Tū quoque, Omne pec- peccatum catum quod est contra volūtatem Dei, est peccatum mortale: sed fornicatio mortale. Tob. 4. est peccatum contra volūtatem Dei: igitur est peccatum mortale. Et cur sanctus Tobias monuisset suum filium ut vitaret fornicationem, nisi esset peccatum mortale? Sed quia alibi hoc fusius tractauimus, nunc sermonē contrahemus. Seruet & unusquisque corpusculum suum velut vas fisticile, purum & incontaminatum. Quidam tamen interpres hunc locum, Ut sciat unusquisque possidere vas suum in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant Deum, explicant de viris, ut vas suum, suam scilicet vxorem, possideant in sanctificatione, cessando ad tempus ab opere coniugali, ut commodius & sincerius Deo inseruant: Vnde in priori ad Corinthios epistola dicit Paulus de iis qui iugo matrimonij vinciuntur, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis o- i. Cor. 7. rationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter inconti- i. Petr. 3. nentiam vestram. Scribit & beatus Petrus, Viri similiter, cohabitantes secundum L. iiij.

scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & co-hæredibus gratiæ vitæ, vt non impediunt orationes vestræ. Castus autem, temperatus & debitus matrimonij vñus, ad bonum proliis ordinatus, in honorem & gloriam Dei cedit: Vnde alibi dicit Paulus, Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Quòd si quis effrænata concupiscentia vellet congredi cum sua vxore ac si non esset sua, & adeò libenter atque cum alia, peccaret mortaliter. Illa autem effrænis concupiscentia & immoderata voluptas, non conuenit Christianis, sed Gentilibus, qui præter hanc præsentem & momentaneam vitam, non sperant futuram. Adiicit & Paulus quod auaritiam coercere debet, *Ne quis supergrediatur, neque circunueniat in negocio fratrem suum.* Hoc est, ne vi aut tyrannide auferat aliena, aut astu fratem suum decipiat, sed vñusquisque pro decoro suum negocium agat: vnde Iacobus acriter obiurgans diuites in superbiam elatos, qui violentia suffocant pauperes, dicit, Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia. Hieronym⁹ nymus edifferens hunc locum, Ne quis supergrediatur &c. in epistolam Pauli ad Ephesios, ad contextum illum, In operationem immunditiæ omnis in auaritia, dicit, Diligenter obserua, quia ad castitatem nos prouocans, & volens vxoribus tantum esse contentos, dixerit, Ne quis supergrediatur, & circuſcribat in negocio fratrem suum, id est, ne suam coniungé derelinquens, alterius polluere querat vxorem. Vbi nos habemus, & Circuſcribat in negocio fratrem suum, in græco legimus, καὶ πλεονεῖτε εἰ τῷ πράγματι τῷ ἀστελφῷ ἀντῷ. Πλεονεξία autem auaritia nūcupatur, quam nos possumus, vim verbi transferentes, sic in præsentiloco exprimere, vt ne quis supergrediatur, & auarus fraudet in negocio fratrem suum. Hæc ille. Nec tamen aliorum expositio damnanda est: Nam aptè dicimus illum circunuenire fratrem suum in aliquo negocio, cùm eum calliditate quadam & versutia fallit. vbi si quid astus lateat, frater ignorat. Vindicabit autem Dominus illorum crimina qui fraudulentio negocio suum fratrem Christianum circuueniunt. Animaduertet & in illos qui foeda libidine tempulum spirituſsancti polluerunt: Nam eo fine nos ad se accersiuit vt puritate vitæ, & castitate cùm corporis & animi, nostram professionem tueremur. Et propterea qui in pristinas fordes, à quibus semel fuerat ablutus, reuoluitur, suāmque animam multis vitiis foedat & contaminat, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit nobis spiritum sanctum castitatis amatorem. Deinde Paulus commendans Thessalonicenses quòd charitate fraterna non solum seipſos proſequerentur, sed & vniuersos Macedones, dicit, *De charitate autem fraternitatis, non neceſſe habuimus scribere vobis: Ipsi enim vos à Deo didicisti, vt diligatis inuicem.* Etenim in Leuitico scriptum est, Diliges amicum tuum sicut teipsum: cui astipulatur illud Ioannis, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Et licet Thessalonicenses ad erogādum egenis eſſent admodum munifici, imo profusi, vnde gloriam à Deo non modicam ſibi parabant, & ab omnibus commendabantur: ne tamen pauperum oſcitantiam & ſegnitiem fouverent, adhortatur illos vt reprehendant ociosos, inquietos, & rerum alienarum curiosos: Excident & ſegnes ad operam manuariam qua ſibiipſis & egenis victum ſuppeditabunt. Nam si Ethnici conficerent eos vacare aut ocio aut crapulæ aut ebrietati aut obſcenis voluptatibus, scandalizarentur: Præterea ne æſtu inexplebilis cupiditatis ardeant in appetendis aliorum bonis.

Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non conſtēmini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierūt per Iesum, adducet cū eo: Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui ſumus in aduētū Domini, nō præueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & in voce archageli, & in tuba Dei, deſcedet de cœlo, & mortui qui in Christo ſunt, resurget primi:

Deinde

„ Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera, & ſic ſemper cum domino erimus. „ Itaque consolamini inuicem in verbis istis.) Suspicio Paulum aut audiuiſſe aut vidiffe quosdā pſeudapostolos, qui falsa & pernicioſa doctrina animos quorundam Thessalonicensium obturbauerant, in eorūmque animos induxerant morte hominis ita formidandam eſſe & deflendam, ac ſi non eſſet ſpes resurrectionis vniuersalis. Verū vt quod infirmum eſt, ſanet, & quod debile eſt & imbecillum coſolidet, adhortatur Thessalonicenses, vt non vehementer lugeant in Christo mortuos: ſed lamententur, etiam cum clamofiſſimo eiulatu & immoderata vociferatione illos qui nec credunt in Christum, nec credere volunt, nec ſperant humana corpora ab hac morte ſoluta, poſthac habitura immortalitatem. Ratio autē Pauli Euangelicis literis admodum consentanea, quare non ſunt immodiſe lugendi fœliciter mortui, eſt, quia non tam mortui ſunt quām dormiant. Vnde Christus excitaturus à morte filiam archifynagogi, reprehendit turbam tumultuantem, tibicines flentes & eiulantes multū, dicens, Quid turbamini & ploratis? puella nō eſt mortua, Mar. 5: fed dormit: Christo quidem dormiebat, licet mortem oppetiſſet, quia ſubitō erat eā à Matth. 9: morte excitaturus. Conſimile habes apud Ioannem ſignum, & multo euidentius de fuſciatione Lazari, cùm iam quatriduanus fœteret. Et quia cùm voluerit Dominus, Ioan. II. excitabit & probos & improbos à morte, feretque in omnes iudicium, & alij reſurgent in reſurrectionem vitæ, alij verò in reſurrectionem iudicij. Idcirco mortem Christiani cum ſomno conſeruamus. Adhæc, Si Christus, primitiæ dormientium, ad immortalitatē ſui corporis reuixerit, & nos de eō firmam & conſtantem fidem habentes, poſthac reuiuſcemus, & absorpto eo, quod in nobis erat mortale, perpetua cùm corporis tum animi gloria perfruemur. Verū ex hoc loco, Nos qui viuimus, qui residui ſumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt, naſcitur quæſtio admodum perplexa & ambigua, et quam non facile eſt plenè diluere: Nam Paulus hoc loco videtur aſſerere quosdam in fine ſeculi aduentente Domino, cùm futura eſt mortuorum reſurrecțio, non mortuos. Quòd ſi aduentus Domini reperiet hīc quosdam viuos, quoniam pačto Paulus ſibi cohærebit. Nam dicit in priori ad Corinthios epiftola, Stulte, tu quod ſeminias non viuificatur, niſi prius moriatur. Deinde dicit, Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria, Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute, Seminatur corpus animale, ſurget corpus spirituale. Et paulò poſt dicit, affirmans vniuersalem omnium reſurrecționem, Ecce myſterium vobis dico, Omnes quidē reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, in momēto, in iſtu oculi, in nouissima tuba. Canet enī tuba, et mortui reſurget incorrupti, & nos immutabimur: oportet enī corruptibile hoc induere corruptionem, et mortale hoc induere immortalitatē. Augustinus libro vno de. 8. Dulcitiſ quæſtionibus, quæſtione 3. mouet hanc quæſtionem in vtranque partem, quam tamen non exacte diluit, optat enim à doctioribus ſe erudiri, vt hoc loco Paulinam mentem planè capere poſſit. Dicam ego, productis in vtranque partem controverſam testimoniiſ, Paulum non à ſe diſſentire. Affirmat enim quod inconuſta fide affirmandum eſt, Omnes homines morituros, ſanctos vero et iustos ad immortalitatē et perpetuam fœlicitatē immutandos. Et licet eo die aut tēpore quo Christus e cœlo deſcendet cum potestate et maiestate magna ad iudicandum viuos et mortuos, reperientur quidam viui, non tamen ob id colligendum eſt quòd non omnes reſurgent. Nam qui reperientur viui, in puncto temporis ſive atomo, aut (ſi maius) momento morientur, et ſubitō reſurgent. Nonnulli tamen interpretes vt hīc locum explanarent, Et mortui qui in Christo ſunt, reſurgent primi: Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, coacti ſunt fateri vniuersalem omnium reſurrecționem eſſe temporaneam. Et cùm illis obiicitur illud Pauli, In momento, in iſtu oculi, aut potius niſtu. dicūt mo-

L. iiiij.

Augustinus

Hec obſer-
ua.

mentum illo in loco non sumi pro instanti, sed pro tantillo tempore, licet vnuſ quiſque in instanti resurget. Alij dicunt Paulum hoc loco, Et qui in Christo mortui ſunt, resurgent primi, ſiue primò, vt ſcribit Augustinus, ſiue primùm, vt interpretatur Hieronymus, nolle innuere quòd prius tempore resurgent, qui syncera fide olim in Christo dormierunt, quàm qui reperti viui ſubitò morientur, & mortui ob ardentem charitatem, qua in Christum aſtuant, rapientur in aera: ſed dicuntur primi ordine dignitatis & excellentiæ, & non temporis. Solent & Philosophi dicere cauſam eſſe priorē ſuo effectu, ſaltem natura, vbi eodem tempore cauſa immediata & propinquā, ſuum effectum elicit. Verūm hæc interpretatio aliis autoribus non placet: nam ſauiente in Christianos antichriſti perſecutione, non nulli reperientur firmi & conſtantēs in fide, qui nulla fraudulenta perſuafione poterunt ab antichriſto ſeduſi. quos non debemus dicere sanctis illis patribus, qui in Christo dormierunt eſſe & honore & virtutū magnitudine poſponendos. Et propterea affirmant vniuersalem omnium reſurrecſtionem fore momētaneā, dicunt Paulum hoc loco, Et mortui qui in Christo ſunt, resurgent primi, non conſiderare ordinem reſurrecſtionis ad reſurrecſtionem, ſed ordinem ad raptum vel ad occurrentiam (ſi ita loquar). Et ſenſus eſt, resurgent primi, qui in Christo mortui ſunt, facta comparatione ad illos qui in instanti rapientur in aera. Alij ſublimius philofophantes dicunt, Reſurgēt primi, hoc eſt, incorrupti, & nos, sancti ſcilicet & iuſti, immutabimur, quod prætendebat & Paulus in priori ad Corinthios epiftola. Aut dic cum Auguſtino libro 20 de Ciuitate Dei, capite 20, Sanctos illos qui reperientur Christo veniente viuentes, eique obuiam rapientur, in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros. Et cùm dicit Paulus, Nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis, &cæ. hanc intelligentiam prætendit, ad vicem mortis ſoſticiper immutabimur: nec præueniemus eos qui dormierunt, quia maxima celeritate fiet reſurrecſtio mortuorum. Et quod dicit Paulus, Nos qui viuimus, & residē ſumus, &cæ. non debet nobis ſuadere Paulum nondum ē vita deceſſiſſe: nam firmiſſime credimus eum egiām mortem pro tuenda fide oppetiſſe, eodēmque die ſui martyrij, vna cum Petro Apoftolorum vertice, ad viſtricem ſui tormenti palmam perueniſſe. Sed hoc loco, nos, sanctos vocat & iuſtos, ē quorum numero erat sanctiſſimus & inculpatiſſimus.

Hieronim⁹ mus. Et hoc docte & accurate annotauit Hieronymus in epiftola ad Minerium & Alexandrum. Et propterea Theſſalonicenses sacramenta Paulini ſermonis neſciētes, & coniecturis variis fluctuantes, dicebant, Si Paſſus inueniendus in corpore eſt, pro-
2. Thes. 2. ximus eſt dies iudicij. vnde corrigit eos ſecundam epiftolam ſcribens, Rogamus vos Fratres per aduentū Domini noſtri Iefu Christi, & noſtri congreſationem in iſum, vt nō citò moueamini mente, nec terreamini, neque per ſpiritum, neque per verbum, neque per epiftolam tanquam per nos miſſam, quia inſtitet dies Domini, ne quis vos ſeducaſt ullo modo, quoniam niſi diſceſſio veneſit primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Nō meminiſti quòd cùm apud vos eſsem, adhuc hæc dicebam vobis. Quibus dictis hoc agit vt eos reuocet ab errore, ne putent diem appropinquare iudicij, & id quod ſcripferat, Nos qui viuimus, qui residui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt, aliter intelligent, quam intelligi voluit ipſe qui ſcripſit. Quod autem adiecit Paulus, quòd Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, apertissime monſtrat Christum ē cœlo cum imperio & maiestate magna & numeroſiſſimo Angelorum comitatu exiturum ad iudicandum viuos & mortuos. Nec voce Archangeli exprimēda eſt vox ſenſiliſ. quæ reſurrecſtorum aures feriat: nam Princeps Angelorum, Michael ſcilicet, eſt incorporeus: ſed illa voce ſignificamus ministerium & officium Archangeli quod Christo præſtandum eſt. Eſt & tuba Dei, diuina virtus: nam Deus probos & improbos iudicabit, fiētque à Deo reſurrecſio omnium hominum. Vocatur autem tuba ob vehementiam & acrimoniā ſoni qui

qui per totum terrarū orbem effundetur. Audietur & in die iudicij vox ſenſiliſ Chriſti. Et quia bene mortui non ſunt immoderatè lugendi, & nobis certa eſt ſpes reſurrecſtionis vniuersaliſ, debent Theſſalonicenses hiſ Paulini verbis ſeipſos muſiō conſolari, & cum vita ſanctimonia iudicem illum aequiſſimum expectare, à quo in aera ſubuehentur: non autem impij, reprobi, & in viuis obſtinati, ſed in terram quam tantopere amarunt, präcipitabuntur, & cum arrogantiſſimo infeſorū principe cruſiabuntur.

Argumentum quinti capit. 3.

N On ſatis eſt Paulo ſuis diuinis epiftolis conſirmare & ſtabilire Theſſalonicenses in fide reſurrecſtionis vniuersaliſ, ſed ardent & syncero affectu eos adhortatur vt omni vita ſanctimonia ſuas parent animas ad excipiendum iudicē illum aequiſſimum, qui in die nobis inexpectato & inexplorato, e cælo deſcendet numeroſiſſimo Angelorum comitatu ſtipatus, ad ferendum in omnes iudicium. Et quoniam dies admodum formidabilis, cum fure nocturno conſertur, qui nititur effractis foribus (cū minimè expectatur) domum patris familias inuadere, eāmque bonis omnibus expilare, conſulit Theſſalonicensibus & omnibus Chriſtianis, vt aduersus inſidiosum hoſtem, callidumque tentatorem, inquietis excubiis aduigilent, vitamque ſuam ita ſyncerè & inculpatè componant, vt ad perpetuam ſuam gloriam ſuorumque corporum immortalitatem, ē ſomno mortis ex- pergiſcantur. Commonefacit & Theſſalonicenses, vt honorem non modicum illis deferant qui ecclēſis praſunt, eōſque feruentiſſima charitate proſequantur. Subleuent & ſuis facultatibus pauperum inopiam, animaduertant in proteruos, rebelles & inquietos, ſintque ſolicii domito vltionis affectu cū omnibus fædus inire.

Caput quintum.

” E temporibus autem & momentis, Fratres, non indigetis vt ſcribam vobis: Ipsi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Cū enim dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Vos autem Fratres, non eſtis in tenebris, vt vos dies illa, tanquam fur, comprehendat, omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei, non ſumus noctis neque tenebrarum. Igitur nō dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrii ſimus: Qui enim dormiūt, nocte dormiūt, & qui ebrii ſunt, nocte ebrii ſunt. Nos autē qui diei ſumus, ſobrii ſimus, induiti loricā fidei & charitatis, & galeā ſpem ſalutis, quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquisitionem ſalutis, per Dominum noſtrum Iefum Christum, qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus. Propter quod conſolamini inuicem, & ædificate alterutrū, ſicut & faciſtis) Paulus ſuos Theſſalonicenses commonefacit, vt ſuis animis omni virtutum präſedio paratis & accinctis, occurrant obuiam Christo, qui die mortalibus inexpectato veniet ad iudicandum viuos et mortuos. Sint et inſtructi armis ſpiritualibus ad rei-

Hac obserua. ciendum subitum insidiosi tentatoris insultum, semper in nostrum exitium vigilantis. Sibi quoque à pseudopostolis præcaueant, qui nituntur suis machinis vniuersas Christianorum ecclesias diruere, & deprædari animas precioso Christi sanguine redemptas. Nec ad eos spectat scire tempora & temporum momenta, aut potius articulos, quando futura est omnium resurrectio, quando etiam pro foribus erit dies iudicij magnus & terribilis. Imo non conductit eis scire quando hæc futura sunt: nā si fibi ipsi effet detectum, & diuinitus reuelatum, quod vbi primùm fluxerint quadringēti anni, dies Domini instabit, suis delitiis suisque illecebris voluptatibus indulgerent antequam dies ille obreperet orbi expectatus. Nec minus debet vigilare quām si certò

Matth.24
Mar.13. scirent præscriptum extremi iudicij tempus. & propterea dixit Dominus omnibus Christianis, Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Fuisus autem hoc in Euangeliō Marci tractatur, vbi dicit Christus, Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet, Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus veniam, serò, an media nocte, an galli cantu, an manè. ne cūm venerit repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Nec voluit Christus suis Discipulis à se flagitantibus aperire, quando hæc futura sunt: Nam scriptum est,

Ibidem. De die autem illo vel hora, nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius, nisi pater. Confert autem Paulus diem illum cum fure nocturno, qui domum patrisfamilias inuidet, eiisque bona diripiet, si dormitet, nimoque somno indulget. Nam quemadmodum fur nocturnus opprimet oscitantes quum minimè expectabitur, ita dies ille orbi inexpectatus, opprimet in tenebris stertentes, suisque vitiis occæcatos. Huic Paulinæ sententiæ arridet illud Petri, Adueniet dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Idipsum suadet Christus eleganti parabola dicens, Illud autem scitote quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non fineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Subscribit & huic Euangelicæ Philosophiae illud Ioannis,

2.Pet.3. Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Cūm autem illi qui non credunt Euangeliō, suis delitiis & voluptatibus indulgentes, dixerint, Nihil est periculi, sed omnia sunt pacata, idcirco non veniet Dominus, tunc illis repente instabit interitus siue exitium, quemadmodum subitus dolor partus, mulierē grauidam ante diem expectatum occupat, & non euident mortem, sed perpetuò cruciabantur. Nec vobis, Fratres charissimi, ita metuendus est dies ille, vt vos opprimat improvidos, sed metuendus est illis, qui sordidam, impuram & tenebrosam vitam agunt. Vos autem estis filii lucis, & filii Dei: illi autem qui omni labe sunt infecti, & oscitant in vitiis, sunt filii noctis & tenebrarum. Filii tenebrarum & noctis, illi sunt qui ambiunt summos honores, aut congerendis in immensum opibus inhiant, aut obscenis voluptatibus inferiunt: Filii verò lucis & diei, summos honores despiciunt, inexplebilem habendi cupiditatem exhorrent, sobrietatem autem & castitatem amplexantur. Non itaque piis Christianis conuenit dormitare, vitamque somnolentam ducere, sed vigilare aduersum callidum hostem nulli non insidiantem. Plurimum autem nobis conducent sobrietas & continentia, vt aduersus spiritales nequicias assidue vigilemus. Qui autem in suis inueteratis vitiis dormitat, velut letargo soporati, nocte dormiunt, siue nocturna & impura vitam agunt, & qui temulentia obruuntur, nocte obruuntur: Séper enim nox malè viuetibus obrepit: dies verò bene viuentib⁹ exoritur. Nec satis est germanis Christianis, vt cum sobrietate vitæque sanctimonia vigilant, sed opus est vt spiritualibus armis munitantur, ad repellendos diaboli insultus. Vnde scribit idē Paulus in epistola ad Ephesios, Induite vos armaturā Dei, vt possitis stare aduersus infidias diaboli: Sument autē pro thorace fidē & charitatē, vt bonis operib⁹ abundet, accensaque diaboli iacula extingant. Et pro galea, spē salutis. Sicut enī galea caput ipsum obtegit, ita spes mentem ipsam conseruat. Reddit autem rationem, cur

Ephe.6. huicmodi arma sunt nobis comparanda, quia Deus non segregauit nos, sanctos scilicet & iustos, vt eius iram aut vindictam experiremur, quām reprobi & in suis vitiis obstinati, in die iusti iudicij experientur: sed vt gratia Iesu Christi nos salvaret. Ea quippe de causa, Christus ignominiosum crucis supplicium pertulit, vt siue viuamus, siue moriamur, simul cū illo feliciter viuamus. Nam hæc momentanea vita in perpetuam commutabitur. Mors verò aut potius somnus, in immortalitatem. Et quia speramus nos assequuturos felicitatem æternam, debemus nos in uicem consolari, mutuisque officiis iuuare: Hæc enim pietatis & religionis munia, arctissimum charitatis nexum, infractum conseruant.

Rom.2. huiusmodi arma sunt nobis comparanda, quia Deus non segregauit nos, sanctos scilicet & iustos, vt eius iram aut vindictam experiremur, quām reprobi & in suis vitiis obstinati, in die iusti iudicij experientur: sed vt gratia Iesu Christi nos salvaret. Ea quippe de causa, Christus ignominiosum crucis supplicium pertulit, vt siue viuamus, siue moriamur, simul cū illo feliciter viuamus. Nam hæc momentanea vita in perpetuam commutabitur. Mors verò aut potius somnus, in immortalitatem. Et quia speramus nos assequuturos felicitatem æternam, debemus nos in uicem consolari, mutuisque officiis iuuare: Hæc enim pietatis & religionis munia, arctissimum charitatis nexum, infractum conseruant.

„ Rogamus autem vos Fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos & præsunt vobis in Domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, pacem habete cum eis. Rogamus autem vos Fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimos, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte, ne quis malū pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est, sectamini in iuicē, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu, in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: Quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima & corpus, sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cōseruetur. Fidelis est qui vocavit vos, qui etiā faciet. Fratres, orate pro nobis: Salurate Fratres omnes in osculo sancto. Adiutorio vos per Dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis Fratribus: Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.

Paulus commonefacit Thessalonenses, vt honorem non modicum illis deferant, à quibus fuerunt in fide & moribus instructi: Nam pro augmento fidei & gloria Euangeliū, multa tolerant, in auditis conuiciis nonnunquam impetuntur, ab improbis odio habentur, & plerunque de vita periclitantur. Et quia pro ecclesiis profectu plurimū laborant, digni sunt vt magnopere cohonestentur ab his, quibus Dei iussu præficiuntur. Alibi dicit Paulus, Qui bene præsunt presbyteri, duplii honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina: Licet illic magis agat de subsidiario vitæ commeatu, quām reuerentia presbyteris exhibenda. Nec satis est huiusmodi doctores, singulari benevolentia magnōque honore prosequi, sed opus est illos summopere habere in precio per charitatem. Qui enim Christum diligit, & eius præconem & ministrum diligt necesse est. Ardens autem charitatis affectus erga illos se se exeret, cū illis ipsis necessaria suppeditabuntur. Conueniet & illos (si in carceres intrusi sint) inuisere, si moribus afflictentur, consolari. Debemus autem illis summum honorē impertiri in charitate propter opus illorū, siue propter facta illorum. Et licet Episcopis probis & improbis, modestis & tumidis, deferēdus sit honor, Episcopi in præsertim tamen, cū curant præstare suum officium, & gnauiter obire munus suæ fidei concretum. Nec habendi sunt Episcopi in honore propter titulum tantum, aut quia cum fastu dominantur, sed quia admonent, docent, consolantur & arguunt. Et quia veritas plerunque odium parit, & sæpe habentur odio qui aliorum vitia reprehendunt, adiecit Paulus, Pacem habete cum eis.) hoc est, pacifici sitis inter illos. Debent & qui suis subditis præficiuntur, corripere inquietos, siue intractabiles, qui parere nolunt, et ob hoc turbant communem pacem: Etenim pertinaces in malo, sunt acerbè castigandi: Secundum enim mensuram delicti, est et plagarum modus. Lenis

Quando habendi sunt Episcopi in honore.

Cap.5. COMMENTARII IO. ARBOREI

autem fiat animaduersio in illos, qui per fragilitatem aut ignorantiam lapsi sunt, et quos subito deliquerit. Debent & consolari pusillanimes, qui non sunt forti animo ad ferendas tentationes, & opitulari infirmis: Scriptum enim in epistola ad Romanos, Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Et quia patientia doctrinam viri probat, adiecit, Patientes estote ad omnes.) quandoquidem toleratio praeceptoris nonnunquam efferatos & proteruos ad bonum cōuertit. debet quoque praeceptor esse latus ad iracundiam. Et ne quis optet malum malo referire, aut iniuriam iniuria retaliare & repensare, scite hæc subiunxit, *Videte ne quis malum pro malo al: cui reddat.*) Quod affirmat & locus ille, Non vos ipsos defendantes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim, Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus: Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono, malum. Astipulatur & huic sententiæ illa Christi doctrina, Ego autem dico vobis non resistere malo. Quomodo autem illud sit intelligendū, abundè declarauimus in nostris commentariis in Matthæum editis. *Sed semper quod bonum est sectamini in inicem & in omnes*) Vt scilicet sitis & fidelibus & infidelibus benefici. nihil enim iucundius est & commendabilius, quām velle de omnibus bene mereri. Quòd si in vos malorum omnium procellæ inciderint, semper gaudete in Domino, & constanti animo aduersa quæque pro Christo tolerate: quòd enim urgentius sicut tempestas, eo magis gaudēdum est, si eam fortitudine animi sustinuerimus. Indesinenter vestris precibus Deum interpellate: Semper enim orabitis, cùm præscriptum orandi tempus non intermitteatis, nec vester in Deum affectus quidpiam excogitabit aut molietur, quod diuinam maiestatem offendat. Reputatur & ille semper orare, qui assiduè pauperum inopia subleuat. Sunt & vobis semper gratiæ Deo agendæ, siue prospera contingant, siue aduersa incident. Feruorem spiritus quem vobis Deus afflavit, nolite extinguere, sed contendite pro viribus, vt in vobis splendidior sit & vegetior. Hunc autem spiritum extinxerunt fatuæ virgines non habentes oleum in vasis suis cum lampadibus. Et qui scelus mortiferum perpetravit, spiritu restinguere, hoc est, spiritus gratiam. Augustinus in epistola ad Bonifacium exponens hunc locum, Spiritum nolite extinguere, dicit, Non quia ille extingui potest, sed quantum in ipsis est, extinctores eius meritò dicuntur, qui sic agunt vt extinctum velint: Idem sentit Hieronymus quæstione 12. ad Hedibiam, ubi dicit, *Quis enim possit credere, quòd instar flammæ, quæ extincta definit esse quod fuerat, extinguatur Spiritus sanctus, & sustineat abolitionem sui?* De hoc spiritu ne à se auferretur, rogabat Dauid dicens, Spiritum sanctum tuum, ne auferas à me, qui quando auferitur, non substantia sui, sed ei à quo auferitur, extinguitur. *Prophetias nolite spernere.*) Nam prædicere futura ad gloriam Dei & utilitatem fidelium donum est spiritus sancti: Non enim voluntate humana, vt ait Petrus, allata est aliquando prophetia, sed Spiritus sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Nec despiciatis illum qui donum habet enarrandi abditos scripturæ sensus. Omnia probate.) Expendite omnia, dijudicate & explorate: Siquidem probandi sunt spiritus, virtus ex Deo sunt. Venient aliquando ad vos nonnulli vestimento ouiculæ obiecti, qui tamen introrsus sunt lupi rapaces. E diverso vobis aliqui offerentur indumento insidiatoris circundati, qui tamen affectu & intimis præcordiis sunt vobis candidi amici. Probate & qui digni aut indigni sunt vestro commercio. Denique obseruate qui synceram aut adulterinam doctrinam profitentur. *Quod autem bonum est, tenete.*) Recipite germanam & Euagelicam doctrinam, auscultate & eximiis Prophetis, virtutemque toto studio colite. Pietas, religio, iustitia & vitae castimonia sit vobis dux ad assequendam immortalitatem. Nec satis est vos vitare malum, nisi simul vitetis quicquid speciem & imaginem mali præ se fert, quo simplices & pusilli possent offendere. Quòd si exosis vitiis, quæ iusta sunt, feceritis, interpellabo Deum pacis largitorē & auctore, vt vos per omnia sanctificet, hoc est, vos reddat in omnibus perfectos, & in spiritu & in anima & in corpore, vt inculpati & incotaminati occurratis Christo, qui è celo

IN POSTER. EPIST. PAVLI AD THESSAL. 203

cœlo descendet cum potestate & maiestate magna, ad iudicandum viuos & mortuos, qui sanctificatur siue perfectus in omnibus est. in hoc & spiritus, & anima, & corpus in die Domini conseruatur: corpus, si singulorum membrorum vtatur officiis. Conseruanda est & animæ integritas, quæ dicere potest, Benedic anima mea Dominum, qui sumat omnes infirmitates tuas. Spiritus quoque integer conseruatur, quando non erramus in spiritualibus, sed viuimus in spiritu, acquiescimus spiritui, & opera carnis mortificamus spiritui. Nec hic spiritus (quem cupimus cum anima et corpore integrum conseruari) sumitur pro substâlia spiritus sancti, sed pro eius gratia et donatione, quæ nostra virtute accedit, nostróque vitio extinguitur in nobis. Lege Hieronymi multo fuis huc Pauli locum tractantem in eadem quæstione. Nec vobis salutem æternam polliceor, licet bona omnia comprecesser, sed fidelis et verax Deus qui sua benignitate vos ad sedem beatorum vocavit. Et licet Deus suis subsidiis non me destituerit, vt tamen alacrius et vegetior in peragendo meo officio, magnopere cupio vestris precibus iuuari. Salutare meo nomine omnes fratres, non quidem osculo doloso et simulato, quale fuit sceleratissimi proditoris, sed integro, sincero et sancto. Verum ut exprimam quâm sit ardens meus affectus in seruandis fratribus, vos adjuro siue obtestor per Dominum, et quidem auctoritate qua fulcior, vt hæc epistola legatur omnibus sanctis fratribus: Vereor enim ne antistites et primores ecclesiæ, qui sibi multa vendicant, et quos aliquando iusta de causa reprehendi, occultent aut supprimant hanc epistolam, quam spero vobis magnam utilitatem allaturam. Gratia et favor amplissimus Domini nostri Iesu Christi, semper adsit vestro spiritui. Amen.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, Doctoris Theologi Parisiensis, in priorem Pauli ad Thessalonicenses epistolam, finis.

IO ANNIS ARBOREI LAVDVNENSIS,
Doctoris Theologi, in posteriorem Pauli ad Thessalonicenses Epistolam, Praefatio.

Icet Paulus summo studio, summâque diligentia adnixus sit Thessalonicenses reuise, non tamen sibi contigit facultas eos reuisendi. Et propterea ne tristitia contabescerent, nimirumque dolore ob id afficerentur, hanc secundam ad illos transmittit epistolam, in cuius exordio gratias agit Deo, quòd eorum fides in dies adolescat, & omnibus virtutum officiis propagetur. Gestit et eius animus prægaudio, quòd hac fidei armatura muniti, multis afflictiones ob Christum perferant. Adhortatur et illos ne die aduentus Domini quorundam pseudapostolorum dictis terreantur et obturbentur, qui assertebant iam instare diem illum metuendum: Imò vt facilius imbecillioribus imponerent, eosque facerent in fide vacillare, cōmentitiis quibusdā literis affirmabat Paulum id dixisse. Nō enim in foribus erit dies ille, donec Romanū imperium aboleatur, et reuelatus fuerit antichristus, caput totius peccati, & fomentum malorum omnium, qui elato supercilie, impudentissimâque arrogantia & arrogantisima impudentia adnitetur se supra diuinam virtutem attollere, qui tamen ex alto in imum ob suam inauditam superbiam, & mendacissimam fallaciâque

prodigia præcipitabitur. Denique Paulus ita synceram Christi fidem, puramque Euangelij doctrinam Thessalonicensum animis infixit & inseruit, ut non putet eos posse ab impostoribus seduci. Inculcat & illis pietatis & religionis officia, ut si sancte vixerint, sint & posthac sanctius victuri, deuinentque iactantiam, fastum, pigritiam & curiositatem illorum, qui tranquillitatem publici status perturbant. Scripsit autem hanc epistolam Athenis, per Tychicum diaconum, & Onesimum Acolytum.

Argumentum primi capit. I.

PAULUS magnopere commendat Thessalonenses, quod viis omnibus studeant integratatem fidei mutua charitate & ceteris virtutibus ornatiorem & propagatiorem reddere. Animat & illos (sicut iam fæliciter cœperunt) ut persecutio-nes, tribulationes & afflictiones fortiter tolerent, quod domitus suis hostibus, victrici palma posthac coronentur. Flamma ignis perpetuo ardentes, in die iusti iudicij vindictam sumer de his qui suis vitiis occæcati, noluerunt Deum cognoscere, nec Euangelio Domini nostri Iesu Christi obedire.

Caput primum.

AV L V S & Syluanus, & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensiū in Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper Deo, pro vobis omnibus fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuerscu- iusque vestrum in inuicē, ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei, pro patientia vestra & fide, in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini, si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiem nobiscū, in reuelatione Domini Iesu de cœlo, cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis, dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi.) Paulus consuevit vñā cum suis collegis & commilitonibus cœlestia comprecari illis ad quos arcanas epistolas scribit. Et in exordio huiusc posterioris epistolæ, ne latum quidem vnguem à pristino instituto discedens, optat cum Syllano aliter Sylla, & Timotheo, suis Thessalonicensibus pacem & gratiam à Deo patre & Domino Iesu Christo impertiri, vt in eis tranquilla sint omnia, & dominatori cœli & terræ quam gratisima. Pro quibusnā autē virtutibus Thessalonicensium & diligentia, labore & sedulitate beat semper Deo gratiasagere, vt dignum est siue debitum, ostendit hic locus, *Quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuersque omnium vestrum*). Obserua in hac narratione synceram & verè Christianam Pauli mentem, qui non alienis virtutibus inuidet, sed congratulatur, & pro fratum profectu & cœlestium bonorum exuberantia, quam maximas Deo gratias agit. Et in primis sublimitatem & magnitudinem fidei Thessalonicensium cordibus adfixam, commendat, dicendo, *Quoniam super-* cres-

crescit fides vestra: non enim in prosperis insolescit, nec aduersis frangitur: imò clarius & exploratior euadit. Alludit autem hoc verbo supercrescit ad similitudinem illius veteris cataclismi, qui non interclusit summa quæque fastigia, & si illa operuerit. Ut enim primum cœpit decrescere, hæc emergerunt. Et licet Christiani omnes debeant fidem prædicare, quod sit donum Dei, magis tamen ac magis, cùm fulcitur charitate & consummatur. cùm enim ea destituitur, friget prorsus. Et propterea adiecit, Et abundat charitas vniuersque vestrum in inuicem.) Nam in omnes diffunditur. Et quia complectitur omnes, & mutuo benevolentiae nexus deuincit, Thessalonicensibus plurimum proderit ad propulsandas tentationes. Et ob hanc consummatissimam virtutem, quæ hominem perfectum reddit, Paulus de Thessalonicensibus gloriatur apud alias ecclesias Dei, quorum exemplo cæteri ad virtutem inflammabuntur. Commemorat & inuictam illorum patientiam, quam fidei constantia ita roborauit & muniuit, vt pro gloria Dei omnia persecutionum & tribulationum genera tolerauerint, quæ postea declarabunt iustum Dei iudicium, qui innumeris tormentis pro fide discruciatos in consortium sui regni admittet: hoc autem subindicit hic contextus. *In exemplum iusti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno Dei.*) Perspicere quonampacto attollit Thessalonicensium merita dicens, vt digni habeamini Thessalonensi in regno Dei: non enim tam excellens præmium illis sine merito rependeretur. *cenjum me* Hic Græcè legimus ἐν οὐρανῷ, id est exemplum siue ostensionem aut specimen aut de- rita. *clarationem*: tunc enim clarescit & innotescit Dei iustitia, quū perpetuis suppliciis cruciabantur qui hīc mirum in modum pios cruciarunt, & regno cœlesti perfren- tur qui hīc spe fœlicitatis æternæ acerba quæque & dira pertulerunt: Etenim per mul tas angustias ad regnum cœlorum fit aditus. Nec tamen hæsitandum est quin iustum sit retribuere affligentibus vos, afflictionem, vobis autem qui affligimini, requiem: Si quidem diuina iustitia depositit vt vnicuique præmium factis dignum rependatur. In hoc contextu, Si tamen iustum est, &cæ. conditionalis particula nihil ambiguitatis adfert, sed potius roborat & affirmat, hoc est, quia iustum sit apud Deum. Alij legunt, Siquidem. Fiet autem vnicuique pro meritis aut demeritis retributio in reuelatione siue secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi, qui apparebit in sua præcellentissima maiestate stipatus angelico satellitio. Huic autem Paulinæ doctrinæ arridet illud Euangelij, Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorū. Et alibi, Cùm autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oves ab hoedis: & statuet oves quidem à dextris suis, hoedos autem à sinistris. Quod autē daturi sint poenas qui iustos & electos oppræßerunt, nec vñquam sint flammeum incendium euasuri, ostendit hic locus, *In flamma ignis dantis vindictam, &cæ.*) Erasmus in suis Adnotationibus frigidè exponit hunc locū, dicens, Dantis, ad Dominum refertur, non ad flāmam. Verū dico quod potest referri ad particulā priore Eius, scilicet Christi, qui reprobos in flāma ignis iudicabit: aut ad dictiōnem ignis, quia ignis est instrumentum diuinæ vltionis in obstinatos, & in finali impenitentia mortuos. Quod autē hic ignis perpetuò aduret reprobos, testatur Christus dices, in Euangelio Matthæi de his qui in die iudicij Matth. 25. erunt à sinistris, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolō & Angelis eius. Huic autem Euangelicæ Philosophiæ suffragatur illud Esaiæ, Esaiæ. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Adhæc dicit Ioannes, Et in Apoc. 20. fernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda, & qui non est inuentus, in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Nec hinc euariat Psalmographus dicens, Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. In hoc autem loco Paulus planè demonstrat qui nam vtricibus flammis crudiabuntur, Qui non nouerunt Deum, hoc est, noluerunt Deum cognoscere, iuxta M. ij.

Fides fulcia
tur charita-
te & con-
summatur.

Matth. 24

Matth. 25.

Psalm. 96

Iob. 21. illam scripturam, Scientiam viarum tuarum nolumus. Luent & poenam æternā qui spreuerunt obsequi Euangelio Iesu Christi, quod neminem ad se accersitum (si iussis Dei pareat) non illuminat, sanctificat, viuificat & iustificat. Apostolus in epistola ad Roma. 10. Romanos affirmat non omnes obedire Euangeliō: quod testimonio Esaiae apertissimè commonstrat, Domine quis credidit auditui nostro? Quod si igne perpetuo cruciabuntur, qui noluerunt obedire Euangeliō, cùm fuerunt moniti & instruti ut obedirent, multo magis torquebuntur, qui viis omnibus nituntur Euangeliū Iesu Christi subruere & abrogare.

„ Qui poenas dabunt in interitu æternas, à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo, in quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.) Hoc testimonio, Qui dabunt poenas in interitu æternas, & plerisque aliis huic consimilibus, reuincitur Origenes qui existimauit illos

Lapsus Ori qui in inferis cruciantur, aliquando à poenis soluendos, nec cruciatus illos esse æternos. Sic enim cruciantur misere mortui, ut docet scriptura, quod perpetuò cruciabuntur, non autem qui in purgatorio puniuntur. Eam autem ob causam adiecit Paulus,

Duplex dñatorum poena. In interitu, quia semper morientur, nec illorum poenæ vnquam finientur. Hic attende duplicem poenam qua damnati torquentur. Vna est, qua gloria æterna perpetuò priuantur, & hæc est maxima, ut declarauit in meis commentariis in quatuor Evangelistas editis: Hæc autem vocatur poena damni. Altera est sensus, nam damnatorum corpora igne perpetuo adurentur: Nec ullus ignis est cum hoc ardentermo igne conferendus. Hic autem locus, A facie Domini, & à gloria virtutis eius, videtur planè indicare quænam sit illa damni poena. Quid enim Christiano magis nocere potest, summamque tristitiam adferre, quam fulgidissimo Dei conspectu, splendidissimaque, & optatissima gloria priuari? Nec vlla potest acerbior poena estimari, quam à facie Christi, æquissimi quidem iudicis in die illa admodum formidabili reiici & repelli. E diuerso iucundissimum erit sanctis & electis, placidam, gratam & gloriosem Christi faciem in die iudicij intueri. Nam huiusmodi præclarus aspectus offeretur illis, qui in agone militantis ecclesiæ ad mortem usque pro tuenda fide certarunt. Denique tunc Christus in suis selectissimis unionibus, pellucidisque margaritis, nempe sanctissimis Christianis glorificabitur. Nam incomprehensibilis huiuscemodi supremi capitum gloria, in vera, integra, sincera & germana ecclesiæ membra dimanabit. Quod affirmat Esaias dicens, Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Nec quempiam latere arbitror internuncium primi aduentus Christi sanctissimum & inculpatissimum, suum verum Messiam cohonestasse, & ab eodem insigniter, miserisque encomiis fuisse cohonestatum. Adhæc, sancti Evangelistæ, Apostoli, Doctores, Martyres & Confessores, suis sacris studiis, conatibus, vigiliis, & operibus, dum hic agerent, nomen Christi illustrarunt: & propterea in die iudicij ab eodem illustrabuntur: Licet expectando beatam illam resurrectionis spem, qui feliciter è vita decesserunt, nunc in cœlis triumphum agant. Fiet quoque diuina Christi virtus conspicua & admirabilis iis qui crediderunt, & quotidie ferventi affectu credunt. Nam præmium amplissimum illis rependetur, qui licet in numeris tormentis fuerint excruciat, non tamen à suscepto fidei sacramento & authoramento defecerunt. Hic autem agit Paulus de fide viua. Reddit autem rationem quare Christus fiet admirabilis in omnibus qui crediderunt, Quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. hoc est, quia promptitudine

Esa. 49. animi,

animi & sincera fide nostram prædicationem recepistis, quæ de die illo locupletissimum fert testimonium, ob hanc feruentem & verè Euangelicā fidem, donabimini præmiis illis, quæ fidelibus omnibus destinata sunt. Lege Thomæ glossemata, quæ ad exponendum hunc locum, Super vos in die illo, adfert, Super vos, scilicet sensum humanum: Fides enim non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Nisi enim esset supra vos, non esset magni meriti credere. Et ubi bifariam multis angustiis coarctatus locum illum explanavit, ad tertiam expositionem fese recipit dicens, Quando Apostoli in die iudicij iudicabunt, tunc testimonium quod est super vos, id est, de promptitudine fidei vestræ, erit certum & creditum, id est credibile. Et quis nō videt tantæ expositionis congeriem obruere sensum candidi lectoris? Quod si antiquos sacrorum doctorum codices euoluisset, qui hunc locum sincerè expónut, non incidisset in hasce Labyrinthas expositiones. Insuper Paulus indefinenter interpellat Dominum ut Thessalonenses, relictis rerum terrenarum curis, sint parati ad excipiendum Christum, quando in die iudicij aduentabit, & ita laborent ut cœlesti vocatione sunt digni. Nec hic agit Paulus de manca, mutila & imperfecta vocatione, quæ ad Iudam damnatum, & ad plerosque alios, iam in fide frigida mortuos consummant, & hæc secum electionem conciliat. hinc illud Christi verbū, Multi sunt Matth. 20 vocati, pauci verò electi. Nec Christus absolutè vocat illos, qui ob pertinacem vel incredulitatem, vel malitiam vocanti reclamant, licet ex se sit paratus omnes ad se vocare. Et huic sententiæ suffragantur Chrysostomus & Augustinus. Lege quæ in quatuor Evangelistas scripsimus. Hæc autem integra vocatione huic posteriori loco respondet, Et impleat omnem voluntatem bonitatis suæ) hoc est, faciat sua munifica voluntate vos bonis omnibus & præsertim cœlestibus affluere: Etenim illius est velle & perficere pro sua bona voluntate, si modò non obstiteris, Cōsummabit et opus vestræ fidei in virtute, persecutionum scilicet & afflictionum tolerantia. Nihil enim æquè fortè reddit militem Christianum, quam fides pressuris & aduersitatibus firmata. Quod si in hac assidua pugna, omni tentatione & tribulatione fortiores sitis, nec ullis erumnis succubueritis, clarificabitur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo: Etenim vestræ eximiæ virtutes eius gloriam illustrabunt, & vos, ut Athlætæ inuitissimos, immarcessibili corona donabit. Et ne Thessalonenses suam coronam summae victoriam de viribus liberi arbitrij magnopere iactent sibi vendicent, adiecit Paulus, Secundum gratiam Dei, & Domini nostri Iesu Christi.) Quicquid enim in nobis commendatione dignum est, diuinæ gratiæ ascribi debet. Vnde alibi dicit Paulus, Gratia Dei sum id quod sum. Verum quod adiecit. Sed gratia Dei in me vacua non fuit, reuinctum illum Erasmi errorem, qui commentando hunc Pauli locum in sua Paraphras, dicit, Ut quemadmodum Christus illustravit patris gloriam morte sua, ac vicissim ab illo fuit illustratus resurrectione, ita nomen Domini nostri Iesu Christi glorificetur nunc vestra toleratia, vosque vicissim per illum glorificemini in die aduentus illius, non iuxta meritum vestrum, sed iuxta beneficentiam Dei nostri & Domini Iesu Christi. Verum ne simplicibus offendiculum pareret, debebat adiicere, Non iuxta meritum vestrum, tāquam omnino vestrum. Certissimum est ex scriptura Deum redditur iustis mercedē laborum suorum. Quod si nullomodo mereremur nostris bonis operibus vitam æternam, nō glorificaretur Christus in nobis in die illius aduentus.

Argumentum secundi capit. Iudicij

Q Vidam pseudapostoli, aut mercandæ aura popularis causa, aut ut gloriam Pauli (quæ per omnes gentium ecclesias in clarescebat) commentariis literis obscurarent aut potius extinguerent, ita Thessalonenses de die extremi iudicij, quasi iam instaret, exterruerant ut penè vacillarent in fide, M. iii.

nec certum haberent quid de resurrectione mortuorum crederent. Et propterea Paulus volens huic morbo tempestiuè mederi, & adnitens pro viribus, ut Thessalonicenses non conciderent animo, quasi iam in foribus eßet dies ille admodū formidabilis, dicit, Cauete ne quis vos seducat, non enim dies ille instabit nisi euerum fuerit imperium Romanum, & reuelatus sit Antichristus, sentina peccati, & filius totius perditionis & seductionis, qui conabitur se attollere super omne nomen Dei ineffabile, ut diuinam potentiam usurpando, simplices suis technis irretiat. Verum à facie Christi cadet, & gladio spiritus iugulabitur. Tunc inconstantes, impij & reprobi, qui non acquieuerunt veritati, planè cognoscunt quantum supplicij perferent, quòd mendacissimis & fallacissimis Antichristi prodigiis crediderint. Constantes verò & in fide roborati, gloriabuntur, quòd Dei gratia imposturas, præstigias & calumnias Antichristi eluserint.

Caput secundum.

ROgamus autem vos Fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi & nostræ congregationis in ipsum, ut non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini: neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat ullo modo, quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Nunc retinetis quòd cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore (nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum ut qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat) Et tunc reuelabitur ille inquis, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eòquòd charitatem veritatis non receperunt, ut salui fierent.) Exordium huiusc capitis exprimit ardètem Pauli in Thessalonicenses affectum, quòd illos roget, à quibus potius rogari debeat. Verum sitiēs eorū salutē illos rogat, ne à synceritate fidei & à sana mente, ob falsam & perniciosa quorūdā pseudapostolorum doctrinam aut prædicationem, dimoueātur. Et ut firmorem earū rerū de quibus dicturus est, fidem faciat, eos rogat per Iesum Christū, in quem crediderant, & per venerandum sanctorum cœtum. Hoc autem à Deo pro illis postulat, ut nō citò à sua mente dilabantur, quasi instet dies Domini. Forśitā Thessalonicenses arripuerāt ansam hoc cōiectādi, ex duobus prioris epistolæ locis, quos tamē nō intelligebāt. Siquidē prius dixerat Paulus, De téporibus autē & momētis, fratres, non necesse habetis vt scribā vobis. ipsi enī diligēter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cūm enim dixerint, Pax & securitas, tūc repētinus illis instabit interit, sicut dolor in vtero habētis, & nō effugiēt. Et suprà ad eos scriperat, Hoc vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, q̄m residui sumus in aduētu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Ar-

Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Itaque cōfolamini inuicem in verbis istis. Et quia Thessalonicenses non intellexerant quos secum viuentes Apostolus vocaret, & qui dicerentur residui, qui cum illo raperētur in nubibus obuiam Domino, arbitrati sunt dum adhuc essent in corpore, & antequā guttarent mortem, Christum in sua maiestate venturum. Quod audiens Paulus rogat eos & adiurat per aduentum Domini nostri Iesu Christi, ut non citò moueantur neque per spiritum neque per sermonem, neque per epistolam tāquam ab eo scriptam, quasi instet dies Domini. Non enim spiritus Pauli (quem à Domino afflauit) illis significauerat esse in foribus aduentum Domini. Nec colloquio aut sermone familiari id à Paulo didicerat. Nec prior epistola huiusc rei mentionē fecerat. Et propterea volens Apostolus huic insano errori mederi, indicat quæ aduentū Domini præcedere debeant: Prius enim Romanum imperium (cui innumeræ Gentilium nationes subdeabantur) abrogandum est, quo abrogato, suas cristas, suūmque supercilium erget antichristus, nihil non molitus in Christianorum perniciem & damnationem *Subdoli & perpetuam*. Hæc autem signa his verbis cōcluduntur, *Nisi venerit discessio primū, Ἡραὶ cona-* quod græcè dicitur *ἀποστία*, siue defectio, cùm quis a suo duce desciscit. Etsi Paulus *tus antichri-* non apertè insinuat hac defectione, deletionem & abrogationem Romani imperij, *st.* tamen ut doctissimorum interpretum est sententia, obiectè manifestat. Nam aliquādo innumeræ Gentes à Romanorum Imperatorum ditione, cui prius subiacebant, deficient. Existimarūt enim antiqui scriptores, futuros circa finem seculorum decem reges, qui Romanum orbem inter se diuidant, superuenturum vndecimum, antichristum. Et post euersionem Romani imperij reuelabitur homo peccati, & filius perditionis, antichristus scilicet, quem prophetarum vaticinia prænunciant. Ex eo autem vocatur homo peccati, quia est fons & scaturigo omnium peccatorum, & filius perditionis, diaboli scilicet, qui neminem non cupit perire. Ob id autem vocatur antichristus, quia aduersatur Christo. Nitetur & se extollere supra omne quod dicitur Deus, ut fictitious Gentium deos, & verum Deum perfectāmque vnius Dei religiōnem suo pede calcet & conterat. Denique summa impudentia, impudentissimāque arrogantia occēcatus, floccipendens summum Dei cultum, sedebit in templo Dei, Hierosolymis scilicet, aut potius in ecclesia, magno cum fastu se ostentans, tanquam sit Christus Deus, & filius Dei. Hinc coniiciunt nonnulli Machometum non fuisse antichristum, quia antichristus non solū afferet se esse Deum, sed nullum Deum esse secum conferendum. Machometus verò finxit se esse flatum Dei. Deinde Paulus taxat leuitatem Thessalonicensium, quòd crediderint Christum in suo secundo aduentu venturum, priusquam antichristus reuelaretur. *Num, inquit, meministis, quòd cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis,* Christum scilicet non esse vētūrum, nisi præcessisset antichristus? Et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tépore.) hoc est, quæ causa sit, ut antichristus in præsentiarum non veniat, optimè nostis. Nec vult apertè dicere (ut scitè & copiose Hieronymus tractat hūc locum quæstione II. ad Algasiam) Romanum imperium destruendum, quod ipsi qui imperant, æternū putant. Vnde secundum Apocalypsim Ioannis, in fronte purpuratē meretricis, scriptum est nomen blasphemiae, id est, Romæ æternę. Si enim apertè audacterque dixisset, non veniet antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium: iusta causa persecutio-nis in orientem tunc ecclesiam consurgere videbatur. Quódque sequitur, *Iam enim mysterium operatur iniquitatis, tantum ut qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille inquis,* hunc habet sensum, multis malis atque peccatis, quibus Nero impurissimus Cæsarum, mundum premit, antichristi parturitur aduentus. & quod ille operatur est postea, in isto ex parte completur, tantum ut Romanum imperium, quod nunc vniuersas Gentes tenet, recedat, & de medio fiat, & tunc antichristus ve- niet, fons iniquitatis, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, diuina videli-

cet potestate, & suæ maiestatis imperio, cuius iusisse, fecisse est, non in exercitus multitudine, non in labore militum, non in angelorum auxilio, sed statim ut ille adueniret, interficietur antichristus. Et quomodo tenebre Solis fugatur aduentu, sic illustratione aduentus sui, eū Dominus destruet atque delebit: cuius opera, satanæ sunt opera. Et sicut in Christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter, ita & in antichristo omnes erunt fortitudines, & signa & prodigia, sed vniuersa mendacia. Et sicut virga Moysi deuorauit virgas magorum, ita mendacium antichristi, Christi veritas deuorabit. Seducentur & eius mendacio qui perditioni sunt præparati, non tamē electi, licet pseudochristi & pseudopropheti conabuntur à veritate euangelica abducere electos, sicut dicebat Christus suis Apostolis, *Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabut signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiā electi.* Reddit autem rationem Paulus, cur perituri, & præsertim Iudæi, qui noluerunt pertinacibus animis in Christum credere, seducentur, permisso Dei ab antichristo, *Eò quod charitatem veritatis hoc est spiritum Dei per Christum, qui simpliciter est veritas, non receperunt, vt salui fierent:* Nemo enim nisi in nomine Iesu Christi saluari potest. Nec ad asequendum regnum cœlorum fit aditus nisi per Christum. Augustinus expōnens hoc Pauli caput, libro 20. De ciuitate Dei. capite 19, astipulatur sententiæ Hieronymi, vbi explicando hunc locum, iam enim mysterium iniquitatis operatur, dicit Paulum his verbis Neronem voluisse intelligi, cuius iam facta, velut antichristi videbatur. Vnde nonnulli ipsum resurrectum, & futurum antichristum suspicantur. Alij verò, nec eum occisum putant, sed subtractum potius ut putaretur occisus, & viuum occultari in vigore ipsius ætatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec suo tempore reueletur & restituatur in regnum. Sed hanc opinantium præsumptionem reiicit. Illud autem quod ait Apostolus, Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat, non absurdè de ipso Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum sit, Tantum qui modò imperat, imperet, donec de medio fiat, id est, de medio tollatur. Et tunc reuelabitur iniquus, quem significari antichristum nullus ambigit. Alij verò, & quod ait, *Quid detineat scitis, & mysterium operatur iniquitatis, nō putant dictum, nisi de malis & fictis, qui sunt in ecclesia, donec perueniant ad tantum numerum, qui antichristo magnum populum faciat, & hoc esse mysterium, iniquitatis, quia videtur occultum.* Hortari autem Apostolum fideles, ut in fide quam tenent, tenaciter perseuerent, dicendo, Tantum qui modò tenet, teneat, donec de medio fiat, hoc est, donec exeat de medio ecclesiæ mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est. Ad ipsum enim mysterium pertinere arbitrantur, quod ait in epistola sua Ioannes Euanglista, Pueri, nouissima hora est, & sicut audistis quod antichristus sit venturus, nunc autem antichristi multi facti sunt. Vnde cognoscimus quod nouissima sit hora. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, permanessent utique nobiscum. Sicut ergo ante finem in hac hora inquiunt, quam Ioannes nouissimam dicit, exierunt multi hæretici de medio ecclesiæ, quos multos dicit antichristos, ita omnes tunc inde exhibunt, qui non ad Christum, sed ad illum nouissimum antichristum pertinebunt, & tunc reuelabitur. Horum autem expositio non accedit proximè ad mentem Pauli: Licet enim multi sint ab interpretatione nominis, Antichristi, hæresiarchæ scilicet, fautores hæreticorum, & qui pertinaci errore malè sentiunt de fide, iustificatione operum & sacramentis ecclesiæ, & ob id dicti antichristi, quod aduersentur Christo & eius Euangeli, sacrâmque scripturam falsa & pernicioſa interpretatione depravent. tamen Paulus hoc loco differens de homine peccati, & filio perditionis, qui suo tempore iam mysterium iniquitatis in Nerone, truculentissimo quidem & sequissimo imperatore, operabatur, non alium præter antichristum, qui everso Romano imperio in lucem prodibit, putat intelligentum. Lactantius libro 7. De vero cultu, capite 17. existimat antichristum, regem oriturum ex Syria, malo spiritu genitum, eversorem ac proditorem generis humani, qui pugnabit aduersus Prophetam Dei, & vincet & interficiet eum, & inseptum iacere patietur. Sed post diem

tertium reuiuscet, atque inspectantibus & mirantibus cunctis rapietur in cœlum. Nec tamen hunc Prophetā Dei, Heliam vocat aut Enoch. Ex eo forsitan dixit Lactantius antichristum victurum Prophetam & interficietur, per quem puto eum velle intelligere Heliam aut Enoch: quia in Apocalypsi Joannis cap. II. scriptum est, *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti fassis.* Hi sunt duæ oliuæ, & duo cadelabra in cōspectu Domini &c. Deinde adiicit diuus Ioannes, *Et cum finierint suum testimonium, bestia quæ ascendit de abyssō, faciet aduersum eos bellū, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebūt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est.* Et videbūt de tribubus, & populis & linguis, & gentibus corpora corū per tres dies & dimidium, & corpora corū non finentponi in monumētis: & inhabitantes terrā, gaudebunt super illos, quoniā hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabant super terrā. Et post dies tres & dimidiū, spiritus vitæ à Deo intravit in eos, & steterūt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos. Illa autē bestia quæ vincet & interficiet duos insignes Dei prophetas, nēpe Enoch & Heliam, est antichristus, ut interpretatur Glossa interlinearis. Deinde autor ille politissimus & elegatissimæ facundiæ, hæc de antichristo adiicit, *Seipsum cōstituet ac vocabit Deū, & se coli iubebit ut Dei filiū.* Et dabitur ei potestas, ut faciat signa & prodigia, quibus visis irretiat homines, ut adorent eū. Iubebit ignem descendere de cœlo, & sole à suis cursibus stare, & imaginem loqui, & fient hæc sub verbo eius. quibus miraculis etiam sapientium plurimi allicientur ab eo. Tunc eruere Dei templum conabitur, & iustū populum persecuetur, & erit pressura & contritio, qualis nunquam fuit à principio mundi. *Quicunque crediderint atq; accesserint ei, signabūtur ab eo tanquā pecudes.* Persequetur & idem impius populum Dei, duobus & quadraginta mēsibus. tandem cum ceteris tyrannis tradetur exustioni, ut scribit idem autor in epitome Diuinorum institutionum. Scribunt nonnulli antichristum in monte Oliueti peritum.

„ Ideo mittet illis Deus operationē erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui nō crediderunt veritati, sed cōfenserunt iniquitati.
 „ Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti
 „ à Deo, quod elegerit nos Deus primitias in salutē, in sanctificatione spi-
 „ ritus, & in fide veritatis, ad quod & vocavit vos per Euangeliū nostrū, in
 „ acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state, &
 „ tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolā
 „ nostrā. Ipse autē Dominus noster Iesus Christus, & Deus, pater noster,
 „ qui dilexit nos, & dedit consolationem æternā, & spem bonā in gratia,
 „ exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.)

Et quia Iudæi, & præsertim Scribæ & Pharisæi in errore incredulitatis obstinati, & in præstigiis vitiis inueterati, neq; charitatē neque veritatē receperunt, ut autore Christo salui fierent, mittet illis Deus non tam operatorem erroris quām ipsam operationem, hoc est, fontem omnium errorum, nempe diabolum, ut credant mendacio: Nam Ioan. 8. mendax est ipse, & pater eius, nec credent mendacio & omnium imposturarum & fallaciarum artifici callidissimo, nisi ut voluntariè se ditioni eius subdiderint. Et quot sunt Christiani ipsa arundine mobiliores & leuiores, qui suas aures hæreticis facile præbent? Et licet à suis patribus fuerint in fide rectè educati, audierintque doctos & graues concionatores euangelicam veritatem sincerè tractātes, tamen laqueis diaboli irretiti, ut pestiferam doctrinā melle illitam audirent, à veritate prius auditā & recepta exciderunt, & viam mendacij ad inferorum barathrum tendentem, sequuti sunt. Nec hæsitandum est quin Deus permittet antichristum in fideles grassari, suāque tyrannidem aliquo temporis interstitio exercere, ad probandam iustorum & electorū con-

stantiam, & ad puniendū illos, qui leuitate, inconstancia aut præsumptione ducti, frivolis & subdolis antichristi persuasiunculis facile acquieuerunt. Augustinus in libro nuper citato edisserens hunc locum, Mittet illis Deus operationem erroris vt credat mendacio, vt iudicentur omnes &c. dicit, *Deus enim misit*, quia Deus diabolum facere ista permittet iusto ipsius iudicio, quanuis faciat ille iniquo malignoque consilio. *Vt iudicentur*, inquit, *omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati*. Proinde iudicati seducentur, & seducti iudicabuntur. Sed iudicati seducentur illis iudiciis Dei occulte iustis, & iuste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturæ, nunquam iudicare cessauit. Seducti autem iudicabuntur nouissimo manifestoque iudicio per Iesum Christum, iustissimè iudicaturum, iniuste iudicatum. Hæc ille. Et ne à persecutoribus ecclesiæ antichristo persimilibus, Thessalonicenses subornarentur & fallerentur, Paulus ecclesiæ propugnator acerrimus, agit gratias Deo, quod fuerit gratuito dono selectum pro salute Gentium, vas electionis, & inter primarios Ethnicorum doctores & prædicatores vocatus, vt spiritu Dei sanctificatus, & fidem & inconcusam fidei veritatem suis inquietis laboribus propagaret, & quem à Deo spiritum hauserat, indefessis studiis illustraret. Ad hanc autem operam gnauiter præstandam accessiti sunt & Thessalonicenses, vt sua studia, suas vires, suos conatus, ad tuendā fidem conferant, nihilque non sinistri pro gloria Euangeli perferant, quod posthac iucundius immortalitate perfaci possint cum Christo, cui fuerunt inserti. Adhæc, Paulus suo spiritu, suo zelo, suaque assueta adhortatione commonefacit Thessalonicenses, vt persistant in fide, nec posthac finant se à perniciosis quorundam pseudapostolorum dogmatibus seduci. Vult & illos recte in fide educatos, mordicus adhærere sanctis & doctis traditionibus, quas ab eo aut per sermonem aut epistolā didicerunt. Interpellat & Dominum Iesum Christum, & patrem cœlestem, synceræ charitatis, consolationis æternæ, & certæ ac viuæ spei autorem primarium, vt Thessalonicensium corda ardore fidei & synceritate veritatis inflammet, & in omni opere bono confirmet.

Argumentum tertij capituli.

PAULUS optat sanctorum Thessalonicensium precibus iuuari, vt sicut illis Christum inferuit, ita posset & alii externis nationibus liberè inferere, ac liberari à quibusdam importunis hominibus, & perniciibus ac obstinatis infidelibus, qui suas aures obturant euangelicæ veritati & cognitioni fidei. Tantum tribuit constantiae & obedientiae Thessalonicensium, vt non putet illos non semper sua præcepta obseruatueros. Accedit & animos Thessalonicensium vt perfectam Dei charitatem, & patientiam Christi pro viribus imitentur, & se subducant à falsis, subdolis, simulatis, incompositis & ociosis fratribus, qui non rectam Euangelijsemitam sectantur. Indicat & sui exemplo quām syncera & munda debeat esse concionatoris vita, quod nihil pro suis sacris concionibus acceperit, licet accipere potuisset: sed & opera diurna & nocturna victimum sibi parauerit.

Caput tertium.

DE cætero fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat & classificetur, sicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium est fides. Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Confidimus autem de vobis, fratres in Domino, quod quæcumque præcipimus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. Denunciamus autem vobis fratres in nomine

„ mine Domini nostri Iesu Christi, vt substrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundū traditionē quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodū oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Nō quasi nō habuerimus potestatē, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitandū nos. Nā & cùm essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec induceret.}

Quam nactus est Paulus humilitatem & modestiam humilitati coniunctam, omni in loco suarū epistolarū præfert: nā in exordio huiusc capitis cupit assiduis Thessalonicensium precationibus iuuari, vt à Domino obtineat quod iuste postulat, licet eius preces essent Thessalonicensiū precibus efficaciores. Duo autem depositit. Primum quod illorum orationibus exornet Euangeliū Iesu Christi, & auctius ac florentius hominū præcordiis reddat, nec minus tātē rei fructum aliis nationibus communicet, quām Thessalonicensibus cōmunicauerit. Hoc autem verbo, *Sicut & apud vos*, collaudat Thessalonicenses quod suæ prædicationi se morigeros præbuerint. Itaque deprecatur vt sermo Dei apud alios non minus decurrat & fluat, & gloriam assequatur, quām cū gloria & perpetua cōmendatione apud eos fluxerit, & se effuderit. Secundū obsecrat, vt illorū postulationibus liberetur ab importunis, inquis & prodigiosis hominibus, qui suæ prædicationi obsistebant & vera dogmata impugnabant. Reddit autem rationem cur cupit ab huiusmodi hominibus liberari. Quia non omnium est fides, hoc est, non omnes credunt, tametsi data sint eis ad credendum subsidia, nec defuit eis gratia Dei vt fidem amplexarentur, sed ea sunt pertinaci malitia & incredulitate obdurati, vt magis optent fidem oppugnare & euertere quām protegere. Aut ob id putes Paulum dixisse, Nō omnium est fides, quia tales importuni viri simulabant se habere fidem, quam tamen non habebant. Et quia Thessalonicenses non fuerunt à fide suscepit dimoti, nec à pseudapostolis seducti, Paulus orat Deum pro illorū perseuerantia, vt eos confirmet, ne à quoniā à veritate abduci possint, eosque à malo cū stodiatis, ne scilicet insidiosus tētator habeat posthac in illos potestatem. Deinde Paulus à diligentia & sedulitate suos Thessalonicenses commendans, dicit, *Confidimus de vobis*, idque freti præsidio Domini, quod præcepta nostra quemadmodum seruatis nunc, ita & in posterum suis seruaturi. In priori autem epistola dixerat, Scitis enim quē præcepta 1. Thes. 4: dederim vobis per Dominum Iesum. Et quis non videt Paulum hoc loco tacite dānare omnem ignauiam & fōcordiam, magnopere verò cōmendare hominis diligentiam & industriam? Licet enim bona omnia à Deo hauriamus, tamen à nobis aliquid factitandum est. Et quia præcepta nostra (quæ diuinis sanctis consentanea sunt) diligenter obseruatis, nec molestiis, pressuris, & aduersitatibus succumbitis, magno & ardenti affectu desidero, vt Dominus dirigat corda vestra in charitate Dei & patientia Christi, vt non finat vos à recto fidei tramite deflectere, nec hæreticorum flatibus agitatos & cōcussos per deuia quāque oberrare. Sed obserua quām scitè, & (si dicam) artificiose charitatē Dei cum patientia Christi copulat: Quia enim charitas omnia suffert, omnia sperat, omnia sustinet, tolerabunt veri Christiani aduersa omnia, vt Christus rarissimum patientiæ exemplar, magno & fortis animo pertulit. Dicit enim beatus Petrus, Cūm malediceretur, non maledicebat, cūm pateretur, non comminabatur, 1. Pet. 2: tradebat autem iudicanti se iniustē. Qui autem charitate Dei destituti sunt, nihil finis perferunt. Porro aduersitatū intolerantissimi, à charitate Dei sunt alieni: Qui verò charitatem Dei habet, in aduersis patientiam Christi imitatur: Et qui patientiam Christi imitatur, charitatē Dei secum retinet. Quidā interpres græcē legūt hoc loco, εἰς τὴν ἀγάπην καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τὸ χριστόν, id est, in dilectionē dirigat, & in expectationē Christi: Nā expectabitis præmiū quod vobis Christus suo aduentu rependet. Præcipit

Quare non
omnium est

1. Thes. 4:

Charitas cū
partiētia co-
stus rariſſimum patientiæ exemplar, magno & fortis animo pertulit.

pular.

petrus.

1. Pet. 2:

tradebat.

autem

iudicanti

se iniustē.

qui autem

charitate

Dei

CAP. 3. COMMENTARII IO. ARBOREI

& Thessalonicēsibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, cuius afflatus illos alloquebatur, ut se substrahant ab omni fratre ambulante inordinatē, siue incompositē & turbulentē, qui per torpedinem & segnitiam, vitam degit: Non enim in ignauiam & somnolentam vitā resoluti, imitantur traditionem quam à Paulo acceperant: Nā vult Paulus vt vnusquisq; manibus propriis laboret, vt sibi viētū & necessaria suppeditet: Quod subsequens hæc lectio planē declarat, *Ipsi enim scitis quemadmodū oporteat imitari nos, quoniam non inquieti sine inordinati & incompositi sumus inter vos.* Qui enim cōtéptis legibus publicis suo viuunt arbitrio, præter ordinem viuere dicuntur. Sumpta à militia, metaphora, vbi nō licet ordinem deserere. Et quia Thessalonicenses erant admodum liberales & munifici, pauperes (quibus sua bona largiter impertiebantur) viuebant in ocio, & per ocium vacabant impuris voluptatibus, & aliis rebus illicitis. & propterea Paulus admonet diuites, vt non finant pauperes oscitantem vitam agere. Quòd autem Paulus non fuerit piger neque ociosus, sed manibus propriis laborando, sibi commeatum vitæ parauerit, indicat hic locus, Neque gratis panē manducauiamus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte ac die operates, ne quem vestrū grauaremus.) hoc est, ne effemus vobis molesti. Propriè autem grauare, est ab inuitis aliquid capere: Non quòd non habeamus hanc potestatem, sed vt nosmetipos formam daremus vobis ad imitandum nos.) In priori ad Corinthios epistola apertè suasit liceere diuini verbi præconibus, viuere de Euangeliō, sed non vsus est ea potestate quam aliis concedit, ne aut adferret offendiculum Euangeliō Iesu Christi, aut ocio fouveret. Paucissimi hunc insignem prædicatorū omnium antistitem imitantur: Nā alij conqueruntur quòd suis concionibus absolutis non discedant onustis sacculis: Alij pro prædicatione nonnihil exigunt, imo quod improbandum est & vehementer insimulandum, sub precio ponunt tacitē vel expresse euangelicā concionem: Alij prædicando blandiuntur, vt auram popularem mercentur. Verū vt nemo Thessalonicensiū non accingatur ad operandū, acri cum præceptione dicit, *Cum effemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, Quoniam si quis non vult operari, nec manducet.* Si enim mercenarius cibo aut mercede dignus sit, indignus is erit cibo qui non operatur, nec vegeto corpore roboratus operari vult, sed amat vmbritalem vitam agere. Audi lubenter quid dicat Prouer. 6. Salomon de pigro, Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: Quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Vsquequo piger dormies? Quando confuges de somno tuo? Lege ad hunc locum nostros non illepidos commentarios. Eccle. 22. Adhæc dicit Ecclesiasticus, In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquétur super aspernationem illius. De stercore boum lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus. Et quis ignorat Deū dixisse primo parenti postquam transgressus Gene. 3. est præceptum Domini de ligno vetito, In sudore vultus tui, vesceris pane tuo? Cui Psal. 127. subscribit illud Psalmographi, Labores manuum tuarum manducabis.

„ Audiuimus enim inter vos quosdam ambulātes inquietē, nihil operantes, sed curiose agentes. Iis autem qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in Domino Iesu, vt cum silentio operantes, suum panem manducent. Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cū illo, vt confundatur, & nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrem. Ipse autē Deus pacis, det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signū in omni epistola, ita scribo, Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.) Non potest Paulus nō inuehi & si dicam destomachari in pigros, inertes & curiosos: nā Deus huiusmodi abie-

IN POSTE. PAVLI AD THESSAL. EPIS T.

211

tos homines à se auersatur. Vult enim ad vitandum luxuriam & quā plurima facta & dicta illicita, vt labore qui opera manuaria victum sibi parare potest, nec est *Paulus in sacrificis rebus diuinisq; studiis adductus.* Nec vetat quin peracto diuino officio, abso-pigros. lutisque precationibus solitis, cœnobitæ, eremitæ & moniales, aliquid suis manibus operentur, & hoc ad vitandas Diaboli tentationes, vnde dicebat Hieronymus scribens ad rusticum monachum, Facito semper aliquid boni operis vt Diabolus te inueniat occupatum. Tum quoque instituens Demetriadem virginem quid post horas sacris officiis præscriptas, & lectionem sacræ scripturæ facere debeat, dicit, Cūque hæc finieris spacia, & frequenter te ad figenda genua solicitude animæ suscitaverit, habeto semper lanā in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa vertantur, aliarūmque neta, aut in globū collige, aut texenda compone: Quæ texta sunt, inspice, quæ errata reprehende, quæ facienda constitue. Si tantis operum varietatibus fueris occupata, nunquam dies tibi longi erunt, sed quanvis æstiuis tantum solibus, breues videbuntur, in quibus a liquid operis prætermissum est. Hæc obseruans, & teipsam saluabis, & alias, & eris magistra sanctæ conuersationis, multarūmque castitatem, lucrum tuum facies. Hec ille. Qui verò prædicant, aut publicitus sacras literas profitentur, aut abdita bibliorū mysteria interpretantur, ad huiusmodi seruilia opera non sunt cogendi. Sed Paulus in Domino præcipit illis qui in ocio agūt, vt suis manibus opus quodpiā exerceant. Et ne aduersus alios obmurmurent, & scurrilia quædā & inania verba loquitentur & dicitent, vult vt cum silentio operentur, suoque pane, labore non modo parto vescantur, ne cum verecundia cogantur ostiati velut pigri & desides mendicare. Admonet tamen Apostolus Thessalonicenses vt si omnibus & pigris & impigris benefacere cōsueuerint, à benefaciendo non desistant: Qui enim fuit aliquādo piger & deses, recte monitus forsitan exosa sua pigritia conabitur operari. Et ad sanam mentē rediens, agnoscat quā calamitosum sit pigritari & socordem vitā agere. Tanta autē autoritate valebat Paulus vt voluerit Thessalonicenses defugere illius confortiū, qui suis verbis quæ per epistolā loquutus est, non paruisse. Nā quæ Thessalonicēsibus prosequenda vel fugiēda præscripsit, à Domino didicit, & ab eodem potestatē recepit illis imperandi quæ erant facienda vel vitanda. Et propterea notādi erant proterui, qui neque Paulo, neque Thessalonicēsibus per Paulum loquentibus, se morigeros præstabant. Hanc autem ignominiam incurrebant, quòd erant à bonorum cœtu semoti. Siquidem olim acerrimum videbatur esse suppliciū à proborum hominum consortio feniungi & ablegari. Et propterea adiecit, *Vt confundatur.* hoc est, erubescat, & rubore suffundatur necesse est, cùm viderit se ab omnibus deuitari. Sed obserua quæso lenitatem Pauli erga rebellem, proteruum & intractabilem, cùm dicit, *Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrem.*) Nam fieri potest vt qui lapsus est, vestra moderata animaduersione resipiscat. Quòd si cōuiciis laceßeretur, aut acerbius æquo puniretur, de salute desperaret: Hac enim clementia & lenitate imitabimur Christum, qui non venit vt perderet hominem, sed saluaret. Et licet increpandi sint mali, non tamen affectu odio & vindictæ, sed emanationis: Et propterea Paulus in Deo synceræ pacis authore vnicō, suis Thessalonicēsibus pacem & concordiam perpetuam comprecatur. Quoniam autem indicio impertiatur illis salutē etiam cum lucro spiritali, patefacit hic locus, *Salutatio mea manus Pauli. Quod est signum in omni epistola, ita scribo.*) Eam autem ob causam sua manus suas epistolās obsignabat, ne à quibusdam falsariis immutarentur. Et sicut à gratia & fauore Dei suam epistolā auspicatus est, Thessalonicēsibus cœlestia omnia cōprecando, ita eandem in gratia concludit, dicens, Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis, Amen.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, doctoris theologi,
in posteriorem Pauli ad Thessalonicēs epistolam, finis.

N. j.

IOANNIS ARBOREI LAUDVNENSIS,

Doctoris theologi, in priorem Pauli ad Timotheum
epistolam, Prefatio.

DAULUS ecclesiastici regiminis institutor & moderator, ac spiritualis domus architectus sapientissimus, magnopere cupiens, ut qui ecclesias moderandis præficiuntur, sint docti, graues, pudici, fidi & incorrupti, Timotheum à sinceritate fidei sibi filium germanissimum, & à functione Apostolatus collegam fidissimum docet, quænam sunt partes & munera inculpati ac verè Christiani præsulis: eumque in sana & recta ecclesiæ disciplina instituit. Verum ut id cum maiore fiducia & libertate faciat, Apostolicam autoritatem sibi vindicat. Admonet & suum discipulum sacris literis addictum, ut corripiat illos qui in florentissima Ephesiorum ciuitate inania & friuola dogmata ac Iudaicas fabulas inuehebant. Doceat autem si velit ecclesiis (quarum cura sibi erat delegata) prospicere, quæ sunt fidei & charitatis. Deinde præcipit orationes & obsecrations fieri pro principibus & Christianis & prophanicis, ut ordo ciuitatis seruetur infractus, & reipublicæ tranquillitas adnascatur. Præscribit & summatim quid viros & mulieres in cœtu ecclesiastico deceat. Adhæc, mirè depingit sinceram & perfectam germani Episcopi imaginem, & quibus virtutibus ac dotibus oporteat eum esse prædictum, qui ad tantam celsitudinem ac tam arduam prouinciam adscitus est. Etenim is nomine Episcopi censetur prorsus indignus, qui non nouit decenter munus suæ fidei concreditum obire, nec bona fide & morum integritate euangelicam doctrinam dispensare. Subinde monet vitandos pseudoprophetas, pseudapostolos, hæresiarchas, simulatoresque doctores, qui sub prætextu sanctimoniae falsa & pernicioса dogmata in vulgus spargunt, prohibent & quæ Deus permittit aut præcipit, & præcipiunt quæ Deus prohibet. Tum quoque docet qualem Timotheus se præstare debeat erga seniores, iuniores, anus, matres, puellas & viduas. Vult & publica flagitia publicè puniri, ad incutiendum alii timorem & terrorem, ne consimilia crimina perpetrent. Insuper præscribit quid Timotheus dominis & seruis præcipere debeat. Adhortatur & suum Timotheum, ut modis omnibus reiiciat & aspernetur captivas Sophistarum nugas & argutias, sectetur vero iustitiam, pietatem, fidem, castitatem, patientiam & mansuetudinem, ut suo certamine fæliciter peracto, vitam æternam assequatur. Scripsit autem hanc epistolam è Laodicea per Tythicum Diaconum.

Argu-

Argumentum primi capit. 1

PAULUS non vulgaris Christi legatus, sed qui à Deo afflatus erat ad obeundum munus euangelicum, suo Timotheo gratiam & pacem & misericordiam à Deo cōprecatur, quem ob id interpellauerat ut remaneret Ephesi, quando profectus est in Macedoniam, ut diligenter obseruaret quid doctores legis admodū elati & fastuosi docerent, & quamnam doctrinam aut euangelicam aut potius adulterinam profiterentur: Non enim eum latebat huiusmodi doctores non intelligere sacram scripturam (quam tamen magno cum supercilio sibi vendicabant) sed Iudaicas fabellas, & genealogias perplexas, inutiles & interminatas trattare, ex quibus non veritas, sed friuola & inanes quæstiunculae oriebantur. Ascribit legem non esse iustis conditam & institutam, sed iniustis, diuinariūque sanctorum transgressoribus. Gratias agit Deo quod ad functionē apostolatus sit accersitus, licet prius multis contumeliis & blasphemis sanctum Dei nomen conspurcaverit, & ecclesiam præscriptis Mosaicæ legis addictus expugnauerit, sed misericordiam consecutus est quod per ignorantiam, nondum credens quæ erant credenda, cecidisset. Grata sunt & periucuda Christianis omnibus haec nuncia, Christus è sinu sui patris descendit in hunc mundum, non ut peccatores perderet, sed saluaret. Admonet & suum Timotheum ut pro fide & profectu Euangeli egrediam militiam in qua versabatur, gnauiterobeat.

Caput primuni.

AV L V S Apostolus Iesu Christi, secundum imperium Dei Saluatoris nostri, & Christi Iesu, spei nostræ, Timotheo dilecto filio in fide, gratia & misericordia & pax à Deo pâtre & Christo Iesu Domino nostro. Sicut rogaui te, ut remaneres Ephesi, cum ire in Macedoniā, ut denunciaries quibusdam ne aliter docerent neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quām ædificationem Dei, quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non fita: A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur, sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & nō subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & cōtaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorū cōcubitorib⁹, plagiariis, mēdaciis & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei quod creditum est mihi.)

Paulus Apostolus Iesu Christi, & Dei iussu ac authoritate ad obeundā rei euāgelice legationē destinatus, ita ut vix sibi liberū fuerit eam deprecari, suo Timotheo quem vnicè amabat, cum ob ardorem fidei, tum ob sedulam sui munieris functionem, gratiam, pacem & misericordiam à Deo patre, & Domino Iesu Christo exoptat. In primis gratiam, ad oppugnandum Diabolum, diabolique satellites, utque profligato peccato cœlestem vitam in ea ecclesia cui præficietur, agat: Pacem, ut sedatis pecca-

catorum fluctibus in eo tranquilla sint omnia: Misericordiam, quod dono Dei ex Iudeo factus sit Christianus: Nam progenitus est matre Iudea fidei, & patre gentili. Et Paulus propter Iudeos (cum nondum satis abunde promulgatu esset Euangelium) coactus est eum circuncidere. Percotabitur quispiam, cur Paulus duntaxat his duobus discipulis Tito & Timotheo scribat, cum tamen multos alios haberet discipulos mirabili virtute & insigni sapientia praeditos, ut Syllam & Lucam. Respondere Paulum ob id Tito & Timotheo tantum ex omni discipuloru numero Adolescens scripsisse, quia his ecclesiarum gubernandarum curam tradiderat. Et licet Timotheus esset adolescentis & eximiae indolis iuuenis, eius tamen adolescentia non praepediebat thei eximius quominus ecclesiæ moderanda præficeretur: nam eius adolescentia senili prudetia, virtutibus grauitate, constantia, castitate, modestia, frugalitate & sapientia fulgebat: unde dicit fulgebat. Paulus, Nemo adolescentiam tuam contemnat. Obserua quæso hoc loco, Secundum 1. Tim. 4. imperium Dei Saluatoris nostri, Paulum planè testari patrem cœlestem esse Saluatorem Hac obserua nostrum, alioqui si genitius Saluatoris, referretur ad Christum, frustra adieceret, Et Christi Iesu. Hunc autem sensum prætendit, Secundum imperium Dei Saluatoris nostri, & imperium Iesu Christi. Etenim Deus pater verè dicitur author nostræ salutis, operando sua misericordia nostram salutem, quia misit filium suum in hunc mundum, ut nos effusione sui sanguinis saluaret, & Deo reconciliaret, tyrannidemque Diaboli in nos fauientis excuteret, & legem peccati & mortis aboleret: quod attestatur Ioannes dicens, Sic enim Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam: non enim misit filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Adhac scribit Paulus ad Ephesios, Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuiscauit nos Christo cuius gratia estis saluati. Tum quoque, Quicquid operatus est Christus pro salute totius mundi, operatus est & pater, etiam & Spiritus sanctus: non enim opera trinitatis sunt diuisa, licet solus filius Dei factus sit hostia peccati pro nostra salute. & propterea peculiari nomine vocatur Iesus, id est, Saluator: Non enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Huic autem sententiæ accedunt Chrysostomus, Theophylactus & Ambrosius. Et quod imperium Christi à patris imperio non dissideat, ostendit particula illa adiecta, Et Christi Iesu. Sicut enim quæ iubet spiritus sanctus, iubet & filius, ita quæ imperat pater, imperat & filius. Quod autem Christus sit spes nostra, indicat hic locus, Et Christi Iesu spei nostræ: nam eius praesidio speramus nos assequuturos vitam æternam. Etenim Deus pater per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, regenerauit nos in spem viuam. Et licet pericula, insidias, & afflictiones multas perpetiamur, tamen magna spe nitimus, quia Salvatorem habemus qui nos de malorum omnium procellis eripiet. Deinde subnectit Apostolus humili admodum & blando verbo vtendo erga suum discipulum, Sicut rogaui te, potius hortatus sum, vt remaneres Ephesi.) huic egregiae prouinciae vt insignis vicarius præsideres, cum irem in Macedoniam vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis. Monet hunc præstantissimum Episcopum vt notet illos qui nouam doctrinam euangelicæ contrariam docebant, conabanturque antiquæ legis cæmonias cum euangelica veritate permiscere: quasi verò tantum fidei & autoritatis esset tribuendum Mosi quantum Christo. Errant & illi doctores reprehendendi quod cogarent illos, quos instituebant, magis ad inanes fabulas quæ in Talmuth Iudeorum continentur, attendere, quam ad veram & synceram Euangeliorum doctrinam. Fabulosum sanè erat illud quorundam Iudeorum commentum, & commentitum nugamentum, quod Adam habuit aliam vxorem ab Eua, ex qua nati sunt dæmones. Nec Apostolus hoc loco, Neque intenderent genealogiis interminatis, damnat antiquam Iudeorum genealogiam: Nam in epistola ad Galatas scripsit quod Abraham habuit duos filios, vnum de ancila & vnum de libera. Commendatur & magnopere liber Genses

neseos, in quo commemorantur innumeræ antiquorum patrum generationes. Adhac, Matthæus texuit abunde genealogiam Iudeorum, ex quibus Christus secundum carnem ortum duxerat: Sed damnat quasdam superuacaneas, superstitiones & inane Iudeorum genealogias usque ab auis, proavis & tritauis repetitas, quæ nullum finem habent, nec sunt habituæ, & quæ magis à Christiana pietate auocant lectorem quam eum allicit. Etenim in huiusmodi genealogiis discutiendis & cōnumerandis immorari, & prætermittere quæ ad salutem magnopere conducunt, nempe fidem & charitatem, perniciosum est. Huic sententiæ persimilis est illa Christi ad Scribas & Phariseos responsio, Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ quia de- Matth. 23. cimatis mentam & anethum & cymenum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Reddit autem Apostolus rationem cur huiusmodi genealogiis infinitis, perplexis & nullâ utilitatem parituris, non sit studendum, quia magis præstant quæstiones quam ædificatione Dei quæ est in fide. Etenim vitandæ sunt quæstiunculæ, & garrulæ disputationes ac Vitædæ sunt inanæ contentiones quæ fidem obnubilant. Qui enim inexplicabiles quæstiunculæ disputationes. nodos, alios super alios necit, non docet sed dubitat, & magis argutatur quam re- soluat & affirmet. Dicit Chrysostomus explanando hunc locum, Vbi fides est, nul- Chrysost. la quæstiuncis necessitas est, Quæstio nempe fidem tollit, Fides autem animum cogitationemque facit conquiescere. Et paulo post, Quæstio igitur Dei dispensationi contraria esse prohibetur. Nec fides permittit de re vlla contendere aut ambigere, sed requiem ab his omnibus præstat: Quæ enim fides peragit atque ædificat, ea quæstio prorsus euertit. Verum hæc Chrysostomi verba sunt sanè intelligenda, ne quis scholasticorum doctorum concertationes & disputationes omnino euertat, quod Erasmus in suis Annotationibus nasum rhinocerontis mouendo, viis omnibus conatur efficere. Illic enim innumeræ quæstiuncles quæ in Sorbonica palæstra Hæc obser- discuti solent, proponit & agitat, non vt discat sed derideat. Non est opus quæ- ua quando stione (vt arbitror) vbi fides suas radices altius iecit in perfectorum Christianorum quæstio in præcordiis, & vbi Christianus de articulis fidei minimè hæsitat: non tamen sper- re fidei non nendæ sunt quæstiuncles seriae, graues & vtiles quæ ex sacra scriptura depromuntur est mouenda. ad reuincendos hæreticos, aut ad veritatem ipsam magis ac magis explicadæ & eluci- dicandam: Non enim de fide agitantur quæstiuncles ad subruendam fidem, sed vt fir- mior rebus vtrinque discussis persistat. Nec de veritate mouetur quæstio vt obscuratur, sed vt adductis plerisque bibliorum testimoniis quæ inter se pugnare videntur, magis ac magis elucescat. Sed ridiculæ, inanæ, friuolæ & plusquam aniles quæstiunculae sunt reiicienda. Deinde ostendit Paulus charitatē cōplecti vniuersam legis Mosaïcæ vim, diuinorumq; præceptorū summā in ea sitam esse, cum dicit, Finis præcepti est charitas. Huic autem Paulinæ sententiæ suffragatur illa Christi verba, Diliges Domi- num Deum tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: Hoce est Matth. 22. maximum & primū mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuū sicut teipsum, In his duobus mādatis vniuersa lex pēdet & Prophetæ. Quicquid enim Moses scripsit, & quicquid Prophetæ docuerūt, ad charitatem Dei & proximi ordinatur. Deniq; fides & spes, ad charitatem tanquam ad vinculum perfectionis ordinantur: quandoquidē manca est & ieuna fides quæ nō fulcitur charitate, nec citra præsidium charitatis, solidū opus efficit. Porro contéptus charitatis inumeras hærefes in uehit: Anteponam igitur charitatē fidei & spes necesse est. Animaduerte charita- tem (quæ est finis præcepti) debere profici à corde puro, vt sedati sint noxij affe- ctus, & cōscientia nullius criminis sibi cōscia, & à fide syncera, quæ terrena omnia & tēporaria diuino cultui postponit. Et qui à synceritate fidei & feroce charitatis tan- Aduersus quam à scopo deflexerūt, ī vaniloquiu siue matheologiā cōuersi sunt, de friuolis nu- matheolo- gis sine fine digladiates. Reuicit & Paulus huiusmodi nebulones & blaterones, quigros. inani loquacitate se venditāt, cū adiicit, Volentes & esse legis doctores, non intel- ligentes neq; quæ dicūt, neq; de quibus affirmant. Ambiunt illi matheologi primas N. iii.

doctorum partes & dignitatum titulos, cupiuntque ab omnibus vocari Rabbi: & propterea oculos à veritate detorquent, spargunt & fumos inanes, ac nebulas Iudaeicarum quæstionū, vt videantur eximij legi doctores: verū totū cœlō aberrant. nō enim intelligunt quæ loquuntur: licet iactent se nihil non intelligere, & planè abditos sacræ scripturæ sensus assequi. Neque de quibus affirmant, affirmant enim suis nugis & mendaciis obtenebrati, quæ non sunt affirmando, & concludunt impudenter & arrogantissimè quæ non sunt concludenda. Deinde Paulus laudat Mosaïcam legem decem præceptis conclusam, dicendo, *scimus quia bona est lex, si quis ea legitimè vtratur*) Et licet non desineret esse bona, iusta & sancta, si quis ea minus legitimè vteretur, ob id tamen Paulus adiecit, Si quis ea legitimè vtratur, volens innuere legem non esse bonā & vtilem, ea abutenti, eamque transgrediēti, sed potius morte. non enim is legitimè vtitur lege, qui eam verbis exponit, operibus tamen transgre-

Deut. 27. di nō veretur, vnde dicebat Moses Iudaico populo (cuius curā habebat) Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit, & dicet omnis populus, Amen. Porrò ille abutitur lege, qui eam duntaxat ad crassam literam explanat, & non ad sensum spiritualē. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Abutetur & ille lege, qui assereret in Euāgeliō cæremonialia legis præcepta debere obseruari. nam huiusmodi præcepta erant figurativa, & propterea adueniente verita-

Lex quibus te erant abroganda. Quibus autem lex sit imposta, patet facit hæc subsequens lectio, est imposta Lex iusta non est posita, sed iniustis & non subditis &c.) Huic sententiae accedit illa ad Gala

Gala. 3. scriptura, Lex propter transgressionem posita est. Tum quoque dicit idem Apostolus ad Romanos, Vis non timere potestatem, bonum fac. Sciamus oportet legē datam esse vt peccatores metu atque comminatione terreantur, ac peccare desistat. vnde alibi dicit Apostolus, Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Et quia iustus omni metu, omni cruciatu superior est, non indiget lege coerciuia. Et sicut medicina non est exhibenda sano sed egroto, ita lex non est imponenda probis, sed improbis: qui si legē transgressi fuerint, luent penam. nō est tamen negādum quin iusti obstringantur ad obseruanda præcepta moralia. Lex autem simpliciter imponitur alicui vt onus, & hoc modo non imponitur iustis & bonis, nec à lege scripta discunt quæ sunt gerenda: nam habent intrinsecus gratiam spiritus dictantem quid sit prosequendum aut fugiendum. Adhæc, alibi dicit Paulus, Gentes cùm non haberent legem, faciebant quæ legis erant, ipsi enim erant sibi ipsi lex. Nam lex naturalis imperat vt facias alteri, quod velles tibi fieri: vetat quoque nefacias alteri quod noles tibi fieri. Nec mihi videtur satis accurata illa Augustini interpretatio, licet bona sit, libro uno de Spiritu & litera capite 10. Lex iusto posita non est, non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei: Nec etiam impius & iniustus ex lege Mosaïca iustificatur, sed ex lege fidei, si modò à suo peccato resipiscat. Deus enim autore Paulo, iustificat impium. Verū accuratius tractat hunc locum explicando illum Psalmographi locum, Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Aliud inquit est, esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secundum legem agit, qui est sub lege, secundum legem agitur. Ille ergo liber est, iste seruus. Deinde aliud est lex quæ scribitur & imponitur seruienti, aliud lex quæ mente conspicitur ab eo, qui non indiget literis. Hæc ille. In hoc autem viatorum catalogo Paulus enumerat varia hominum genera diuersis flagitiis inquinata, cùm dicit, In iustis & non subditis, hoc est, qui subdi nolunt, nec ferunt imperium, *Impius & peccatoribus, sceleratis & contaminatis*, hoc loco cötaminatos vocat prophanos, qui sunt à sacris arcendi. *Patricidis & matricidis*. Et iij digni sunt morte, quod patrem aut matrem enecarint, *Homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis*) Græcè legimus ἀνθεκοδιστας. Quia aliena mancipia subducunt furto, quod genus furti plagiū vocatur apud Iureconsultos. Quemadmodum qui sacra furantur sacrilegi, qui de publico aut principis fisco, peculatores, qui iumenta aliena abducunt Abigei: Ita qui liberos aut seruos alienos, plagiarii: Et græca vox à mācio dicta

IN PRIOREM PAVLI AD TIMOTH. EPIST. 214
dicta est, ἀνθεκοδοστος enim, mancipium: ἀνθεκοδιστας, quasi dicas fur mancipiarius. Hæc accuratè & scitè annotauit Erasmus. Lyranus vñā cum Carrensi, dicit, Plagiarij sunt assueti plagas & verbera aliis inferre, non tamen hæc interpretatio Paulinam mentem assequitur. Subiectit & Apostolus, *Mendacibus & periuris, & si quid aliud quod sana doctrina aduersatur, quæ est secundum Euāgeliū gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.*) Qui squalet & notatur illis vitiis connumeratis, facile cadit in hæresim, quæ cum sana & sincera doctrina ex dyametro pugnat. Sana autem & salutifera doctrina ab Euāgeliō gloriæ beati Dei profluit. Intelligamus autem Euāgeliū gloriæ beati Dei, illud esse quod prædicat gloriā Dei, aut quod est verè glorioſū, aut quia promittit æternam gloriam in futuro seculo, siue quod glorioſum sit pro Christo pati ob Euāgeliū. Nonnulli putant Euāgeliū gloriæ esse crucem & passio- nem Iesu Christi, quæ cum victoria resurrectionis peperit gloriam humanitati Christi, paritura est & perennem gloriam & fœlicitatem perpetuam iis qui Christo compatiuntur, & ob eius Euāgeliū aduersa quæque constanti animo perfe- runt. Fuit autem Euāgeliū Iesu Christi creditum Paulo siue commisum: Ete- nim nobis ex epistola ad Galatas exploratum est, Paulo fuisse creditum Euāgeliū Gal. 2. præputij, sicut & Petro circuncisionis.

„ Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu, Domino nostro,
„ quia fidem me existimauit: ponens in ministerio, qui prius blasphem-
„ mus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed & misericordiam Dei cō-
„ secutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit au-
„ tem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo
„ Iesu. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus
„ venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego
„ sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostend-
„ eret Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum
„ qui credituri sunt illi in vitam æternam. Regi autem seculorum, im-
„ mortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amé.
„ Hoc præceptum commendo tibi fili Timothée, secundum præceden-
„ tes in te prophetias, vt milites in illis bonā militiam, habens fidem
„ & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem nau-
„ fragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sa-
„ tanæ, vt discant non blasphemare.) Et licet meæ fidei concreditum sit rei
euangelicæ negotium, tamen aliquando velut immanissimus tyrannus in ecclesiam
Christi desequij, eamque tanquā lupus rapax vastauit: cùm tamē Dei Gratia fui super-
na luce illustratus, & à me depulsa fuit incredulitas caligo, & mentis cæcitas, quæ
vetabat quominus in Christum crederem. Imo accepta à principibus sacerdotum
potestate, in carceres intrudebam illos, qui nomen Christi profitebantur, sic repen-
tē mutata sunt in me omnia, vt ex persecutore Christi factus sim defensor, & ex op-
pugnatore, ecclesiæ propugnator, & coepi alacri animo in Damasco euangelicæ di-
tionis pomeria latissimè proferre: nec destiti gloriam Christi ob tormenta mihi in-
tentata prædicare. Fœlix conuersio, sed quæ non meis viribus, sed conuerenti tri-
buenda est. Vnde dicebat Hieremias, Conuerte me Domine, & ego conuertar. Et
propterea habeo gratiam Deo, qui me potentem reddidit Christo: Si quid enim in
me veræ fortitudinis & potentia fit, Dei & Christi præsidio acceptum refero. Nec
me Deus in officia Christi ascisci voluit, nisi existimauerit me bona fide meam le-
gationem obitum, licet prius maledictis & inauditis contumeliis nomen Christi
sim infestatus, eiusque ecclesiam oppresserim & expugnauerim. Et licet quod fece-
N. iiiij.

rim, per errorem fecerim, pio tamen studio faciebam: Nam cùm in carceres coniiciebam Christianos etiam usque ad capitum discrimen, putabam me obsequium Deo præstare, sed misericordia consécutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.) Nam si cognossem quod Christus est filius Dei, nūquam in eum insurrexissem, nec eius doctrinæ reclamaſsem. Beatus Thomas annotat aliud esse ignoranter agere, & per ignorantiam. Ille ignoranter agit qui nescit quod facit, & si sciret, non minus illud faceret. sicut credens se interficere feram, interficit inimicum suum, quem tamen eo libentius occidisset, si cognouisset eum esse suum inimicum. Sed per ignorantiam quis aliquid committit, quod non committeret si nosset, sicut occidit aliquis suum patrem, quem credit suum esse inimicum, quod si resciuisset eum esse suum patrem, à patricidio abstinuisset. Hoc modo Paulus lapsus est per ignorantiam. Iudæi autem non occiderunt Christum per ignorantiam, sed ignoranter, quia si sciuissent ipsum esse Christum, libentius eum occidissent. Lucas tamen in Actis Apostolorum testatur Iudæos per ignorantiam trucidasse Christum, licet malo proposito peccauerint. Sic enim scriptum comperimus, quod Petrus alloquens Iudaicum populum, dicebat, Et nunc fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Accedit & huic scripturæ illud Pauli testimonium, Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Nec ita Paulus per ignorantiam Iesu Christi, persecutus est ecclesiam, quod huiusmodi ignorantia non ei imputaretur: Nam quibusdam gradibus suum peccatum exaggerauit dicens, Prius blasphemus fui, & persecutor & contumeliosus. Adde quod is qui abundè callebat Mosaïcam legem, quæ de Christo testimonium tulit, si postulasset feruenti prectione ut à Deo, hauiisset cognitionem Christi, & in fide fuisset illuminatus, non addubito quin fuisset illuminatus. Sed huiusmodi ignorantia digna erat venia, & eius peccatum, quod tandem fuit defletum, in gratiam cessit, quod sanè patefacit hic locus, Superabundauit autem gratia Domini nostri.) Vbi enim abundauit delictum, superabundauit & gratia. Sed attendamus quoniam pacto excreuerit in Paulo gratia Christi, Cum fide scilicet & dilectione quæ est in Christo Iesu.) Nam ita laborauit, ut sacramentum fidei suscepit omni inedia, frigore, nuditate, persecutione, constantia, patientia, modestia, continētia, sincera charitate, assiduisque prædicationibus & exhortationibus, ad gloriam Christi locupletauerit. Cùm autem dicit Paulus, Cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu,) plane docet solam fidem neminem iustificare. In subsequenti loco exprimit magna beneficia quæ nobis Christus largitus est, & quæ humanum captum transcedunt, Fidelis, inquit, sermo, & omni acceptione siue approbatione dignus, quoniam Christus Iesus venit in huc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.) Quod enim lex præstare non potuit, Christus effusione sui sanguinis præstit. Sit itaque sermo indubitatus, quod Christus è cœlo in hunc mundum descendit, ut peccatores (si fidem vñà cum resipiscientia amplexari velint) saluaret: Hinc tibi persuadeas velim, qd Christus non assumpsisset naturam humanam, si homo non peccasset: Huic quoque Paulinæ sententiae arridet illud Christi verbum, Non veni vocare iustos sed peccatores. Et alibi, Filius hominis non venit perdere animas, sed saluare. Et ne Paulus sua recte facta iactaret, licet omnibus virtutum numeris fuerit absolutus, non se confert cum iustis, sed peccatoribus, dicens, Quorum primus ego sum:) non quidem tempore, sed magnitudine commissorum. Neque afferit se esse inter peccatores primum, quod vitam duxerit fornicatione & noxiis cupiditatibus foedatam, sed quod conferendo iustitiam legis cum iustitia fidei, reputet se esse magnum peccatorem. Et huius est sententia Chrysostomus: Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Nec tamen hæc Chrysostomi sententia accedit proximè ad enormia vitia, quæ paulo antea sibi tribuit Paulus: Quod enim hic de Paulo dicit, eadem ratione dicere posset de quo quis Iudæo ad fidem conuerso. Hæc autem insignis humilitas beatissimi Pauli, frangit superborum fastum, arrogantiam, iactantiam

Act.3.
1.Cor.2.
Hæc obſer-
ua.

Sola fides ne
minem iu-
ſificat.

Matth.9.
Luc.9.

Rom.3.

& tantam & insolentiam. Deiicit quoque Scribarum & Pharisæorum supercilium, qui obiectabant discipulis Christi, quod eorum magister manducaret cum Publicanis & peccatoribus, quasi verò illi omnium malorum fex & sentina, essent ab omni vitio immunes. Cur autem Dominus misertus sit Pauli, cùm afferuit se esse sceleratissimum inter peccatores saluatos, licet multi fuerint eo sceleratores, aperit hic locus, Ut in me primò ostenderet Christus Iesu omnem patientiam, potius longanimitatem, ad informationem siue exemplum eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.) Nam Deus in Paulo proposuit exemplar, quid sibi sperare debeant quicunque reiectis pristinis vitiis, in Christum crediderunt, aut sunt credituri, quorum fides, si modò charitate fulciatur, perducet illos ad vitam æternam, Chrysostomus legit, Ad confirmationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Etenim Paulus idcirco misericordiam consecutus est, vt nemo iam peccator quibuslibet sceleribus pressus, de se desperet, imo eandem se consequetur veniam hoc exemplo præsumat. Pro istis autem cumulatisimis beneficiis Paulus refert gloriam Deo, in secula seculorum, dicens, Regi autem seculorum immortali, inuisibili, sibi Deo, (additum Græci soli sapienti Deo) honor & gloria in secula seculorum, Amen.) Deus autem censetur seculorum omnium Rex supremus, quia solus creauit secula, & solus dominatur corporibus coelestibus & terrenis, visibilia quoque & inuisibilia eius ditioni subduntur. Est denique solus immortalis natura, nos autem gratia sumus immortales. Solus etiam natura inuisibilis & incomprehensibilis. Nec ex eo soli Deo tribuendus est honor, quod non debeamus venerari sanctos, & insigni honore prosequi virginem Mariam, sed quod summus honor (qui Græcè latræ dicitur) sit Deo exhibendus. quod affirmat illa scriptura, quam Christus protulit cùm Diabolum in malam crucem abegit, Domini num Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et quia omnis creatura debet Deo Deute. 6. subiici, nullus honor creaturæ ascribitur, qui nō debeat honori Dei postponi. Imo Matth. 4. facta comparatione ad illum diuinum & supremum honorem, pro non honore reputatur, sicut creaturæ substantia diuinæ collata, pro non ente aut nihilo reputatur. Nec hoc signum exclusivum solus, adiectum Deo, excludit filium aut spiritum sanctum, sed necessariò includit, quia filius est Deus, pariter & spiritus sanctus: Huius autem assertionis, Soli Deo sit honor, hanc sumito intelligentiam, Solus Deus, unus & trinus, summo honore colendus est: Existimat Ambrosius solum patrem esse immortalem, quia est fons totius immortalitatis, filius autem habet à patre immortalitem, à quo habet ut gignatur & sit Deus: Quia licet natura, intrinsecè & essentialiter sit Deus, est tamen Deus de Deo, quia ab æterno est genitus de substantia patris. Sed eadem ratione cogeretur fateri quod solus pater est Deus, quia est fons totius diuinitatis, quod tamen est absurdum & contra Augustinum aduersus Maximum Arrianum. Adde quod simplices offenduntur legendo has propositiones, Solus pater est immortalis, Solus pater est Deus. Et licet pater in diuinis sit fons totius immortalitatis & diuinitatis, non propterea colligendum est, quod solus pater sit immortalis, & Deus: Nam immortalitas & deitas filij & spiritus sancti, est coæterna, consubstantialis & coequalis immortalitati & deitati patris. Deinde adiicit Paulus, Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te Prophetias, ut milites in illis bonam militiam, &c.) Præcipio tibi in Domino ut summa sedulitate custodias finem legis, charitatem scilicet, & non incumbas Iudaicis fabulis. Quod autem subnectitur, secundum præcedentes in te Prophetias, vel iuxta præcedentes ad te Prophetias, hunc habet sensum, Sicuti spiritu Prophetiarum admonitus, feci te Episcopum, ita iuxta eandem Prophetiam nunc præcipio ut milites secundum eandem Prophetiam, & illi respondeas. Annotant quidam docti interpres ut clarius & plenius hunc Pauli locum differant, Duplex esse Prophetiarum donum. Quoddam est ad prædicendum futura, ad aliquorum salutem & ædificationem. Quoddam autem ad intelligendas scripturas Prophetarum. Itaque Prophetiarum quas habuit Timotheus & quæ magis ædificationi erant necessariae Timothei.

erant intelligentia præteritorum Prophetarum de Christo, & de sancta ad omnium Gentium salutem in eum fide. Existimo illum qui abdita Prophetarum oracula interpretatur, esse maiore imperfecto Propheta, qui prædictit futura quæ non intelligit. Vide Paulum in priore ad Corinthios epistola. Militabit autem Timotheus bonam militiam spiritalem, si ab omnibus vitiis abstinendo, sincera fide, integra ac illibata conscientia, persecutionumque omnium tolerantia Euangelium Iesu Christi illustret. Nam affirmat Paulus hanc egregiam & cœlestem militiam ornari fide & bona conscientia: non enim sola fide placemus Deo, sed opus est sincera & Christiana conscientia iugulatis vitiis, quæ Christo digna sunt, facere. Et quemadmodum dux nisi antea fuerit miles optimus, ne dux quidem esse aliquando poterit, ita neque quispiam poterit esse aliis doctor, nisi prius seipsum docuerit. Et qui repulerunt & contempserunt bonam conscientiam, circa fidem naufragium fecerunt: Qui enim de fide pericitatur, & contra fidem errat, perdit omnia quæ habet. Denique, qui neque sincera fide, neque bonam conscientiam habet, facile cadit in hæresim. Adhæc, à fide perueruntur qui rationibus omnia colligere querunt, volūntque suis disputationibus arcana Dei metiri. Et hac amentissima stultitia, laborantes, blasphemiae vitium incurunt, quo forsitan notabantur Hymenæus & Alexander, qui malè sentiebant de Christo & de eius fide: nam hīc afferit Paulus quod circa fidem naufragium fecerunt. Meminit & huius Alexandri, euangelicæ doctrinae persecutoris atrocissimi, in posteriori ad Timotheum epistola, dicens, Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddat illi Dominus secundum opera eius, Excommunicatio Pauli quem & tu deuita, valde enim restitit verbis nostris. Hos autem sceleratissimos homines excommunicauit Paulus, & excommunicando exhibuit Satanæ discruti pluriū ciandos. Etenim tantæ efficacia erat excommunicatio Pauli, vt ab eo excommunicati subitò diuexabantur à dæmone etiam corporaliter. Vnde de salaciissimo fornicate, qui plusquam pathico congressu cum vxore sui patris coierat, dicit, Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicauit præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Et nunc rebellis ecclesiæ & contumaces, traduntur spiritualiter vexandi dæmonibus: Nam ecclesiasticis suffragiis priuantur, quibus plurimum habemus adiumenti ad profiliandos dæmones. Eiiciuntur & à communi fidelium coetu, abscinduntur à gregi, patent lupis, & hostium spiritualium incuribus produntur. Eam autem ob causam tradidit Hymenæum & Alexandrum Satanæ, vt tot tantisque pœnis vexati, post hoc à blasphemia abstinerent.

Argumentum secundi capituli.

Dicit Paulus (vt fides vna cum ecclesiastico statu stabiliatur & vegetetur) precationes, obsecrationes & gratiarum actiones, in primis generatim fieri pro vniuersis hominibus, ne videatur esse angusta Christiana charitas. Deinde speciatim pro florentissimis Regibus & principibus, & iis qui sublimem & dignitatem & autoritatem à Deo obtinent, ne quid disfidij, tumultus, seditionis, odij & inuidiae, inter capita & membra vnius politie nascatur, sed tranquillitas, pax, & concordia (sine qua nemo Deo placere potest) foueat. Deinde manifestat Christum Dei & hominum mediatorem clementissimum, oblatione & hostia sui corporis iram Dei alioquin implacabilem placasse, nosque à tyrannide dæmonum redemisse. Adhortatur & viros vt cum Deum interpellant

lant etiam absque præscripto loco, animos à noxiis affectibus liberos, manuque ab omni concusione, furto, rapina, & homicidio immunes ad cœlestia euentant. Id ipsum præcipit mulieribus verecundis, sobriis, modestis, & quæ ab habitu indecoro & superuacaneo abhorreant, quibus etiam inhibet ne in cœtu promiscuo docendi partes sibi vindicent.

Caput secundum.

„ Bsecro igitur primùm omnium, fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate: hoc enim bonum est & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quo positus sum ego prædicator & Apostolus.)

Quoniam cupiditas vlciscendi, libido nocendi, & affectus maledicendi, obturbat religionem Christianam, & inquietat statum Reipublicæ, commonefacit Paulus suum Timotheum, præsulem quidem ornatisimum, imo præfulsum omnium gemmam ludicissimam, vt iubeat fieri precationes, sacrâsque postulationes, vt Deus sua benignitate & cleméria auertat omnia quæ pietate, religionē, fraternâque concordia aut extinguere aut obscurare possunt. Sicut enim inimicitia nos à Deo abducit, ita amor nos Deo conciliat. Nec Paulus vlli personam respectat, cùm dicit, Pro omnibus hominibus, amicis scilicet & inimicis, fidelibus & infidelibus, bonis & malis, iustis & iniustis. Hac enim præclara virtute imitantur Christiani modulo Deum, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Obseruant & illud Christi præceptum, Ego autem dico vobis, Matth. 5. diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequitibus & calumniantibus vos: Nemo enim potest esse inimico animo aduersus illum pro quo obsecrationes facit. Etenim cùm ad Deum pro eo preces fundit, aut desiderat si sit Ethnicus, vt fiat Christianus, aut si Christianus sit, vt cùm bonus ab omnibus reputatur, melior euadat. Quod si facinorofus sit, postulat vt à suis vietiis resipiscat. Denique si in sinistram fortunam inciderit, deprecatur Deum, vt quicquid sinistri incidit, constanti ferat animo. Si vero ex animi sententia prospera quæque ei successerint, optat ne in prosperis insolecat, sed quicquid sibi prosperè cessit, Deo acceptissimum referat. Et quoniam qui ditioni vnius Regis subduntur debent suum Regem magnanimum, potentem, fortem, & verè augustum suspicere & cohonestare, vult primarios sacerdotes nempe Episcopos, preces Deo offerre pro generosissimis & inuictissimis Regibus, vt diuino spiritu afflati, regnum suæ fidei concreditum circumspecte, prudenter & sapienter gubernent. Non enim est potestas nisi à Deo: & propterea qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Sunt & precationes facienda pro iis qui magistratu funguntur, & ad apicem dignitatis & autoritatis euecti sunt, vt studiis omnibus statum ad quem vocati sunt, exornent, fulciant & illustrent. Omnia autem sanctorum prectionum & postulationum scopus hac in re defigendus est, vt quietam & tranquillam vitam degamus in omni pietate & castitate. Nec ob id à solitis preca-

tionibus defistendum est pro principibus, quod belligerentur, & armis aduersus suos hostes circunferant: Nam illis licitum est belligerari ubi non est libido dominandi, nec cupiditas nocendi, nec feritas rebellandi, sed affectus recuperandi quod princeps iniuste detinet & usurpat. Licitum est & armis dimicare pro tuenda patriæ libertate: Transfert enim Dominus regnum in regnum propter iniustias, iniurias, contumelias, & diuersos dolos. Adde quod plerumque sedatis bellorum tumultibus, ut Deus sua prouidentia eos sedari vult, pax & tranquillitas nascitur: Nouit enim Dominus Deus ex malo bonum elicere. Potissimum tamen, ut monet Paulus, debemus precari Dominum ut nobis pacem largiatur, & in concordiam, & fœdus amicitiae arctissimum reuocet principes Christianos, qui prius disfidiis, odiis, contentionibus & capitalibus inimiciis adinuicem decertabant, & magnum Christianismo dispendium & scandalum adferebant, permittentes rapacissimum & fauissimum lupum, nempe Turcam, in ouile Domini sanguire, graffari, irumpere. Opto ut Romanus Pontifex, allicit studiis omnibus serenissimos & inuitissimos Principes ad pacem, ut non in Christianismum, sed Paganismum perstrepant enses. Bella tamen externa omnia, si fieri potest, vitanda sunt. Etenim belli tumultus malorum omnium tempestatem mouet: Pax vero bonorum omnium libertatem secum aduehit. In bello locus est impietati & crudelitati: In pace vero locus est pietati & humanitati. In bello pudicitia etiam inuita prostituitur & labefactatur: In pace vero pudicitia protegitur. Denique, nihil aequum Christo (qui cupit omnes saluos fieri & ad cognoscendam veritatem perduci) gratum esse potest, quam affectuum compositio, cultus in Deum, & casta in proximum pietas. Non enim is quietam ac tranquillam vitam degere potest, qui aduersus semetipsum, bellum concitat, & crapulae, vinolentiae & veneri indulget. Verum dicet quispiam, Si Christus velit omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, hoc est, ad amplexandam de se synceram & integrum fidem, cur igitur non Quomodo omnes saluantur? Prompta ad obiectiunculam responsio: Licet enim Christus ex Christo vult se, velit omnes saluari, idque magnopere cupiat, non tamen omnes saluantur, omnes saluari, quia non omnes voluntati Christi se praestent morigeros. Si enim Christus tibi uos fieri. consequendæ salutis adminicula dederit, mentemque tuam afflauerit, ut quæ coelestia sunt, mediteris, non in eum recidit culpa, si tua negligentia aut certa malitia damneris. Scholastici doctores dicunt Christum velle omnes saluos fieri voluntate signi aut voluntate antecedente, quia proposuit omnibus salutis precepta, consilia & remedia: non tamen voluntate beneplaciti aut voluntate consequente, quia non omnes huic voluntati obsequuntur, sed duntaxat sancti & iusti. Quod autem Christus velit omnes saluos fieri, suadet hic locus, *Ipse est mediator Dei & hominum:* nam effusione sui sanguinis nos Deo reconciliavit, & impediuimus ne Deus viceretur quod iuste viceret poterat, sed auimus & sua cruce iram Dei. Quod si Christus non esset Deus & homo, nec esset mediator Dei & hominum. Quomodo Christus dicitur mediator. Id quippe mediatoris est proprium, utrumque participem fieri quorum mediator est: Medium enim cuiuslibet rei, utrumque partem contingat necesse est: Itaque Christus est consors naturæ diuinæ & humanæ. Nec purus homo dicitur mediator. Nec solus Deus potest esse mediator, sed Deus & homo, Christus Iesus. Quare non mihi arridet Thomas dicens, melius est dicendum quod Christus est mediator in quantum homo. Dico ego quod est mediator quatenus Deus & homo, coniunctim, & non disiunctim. Hoc autem prætendit Chrysostomus. Dedit & Christus semetipsum redemptionem pro omnibus: Nam exoluit premium quo captivi redempti sunt ab hostibus spiritualibus. Redemit autem omnes quantum ad sufficientiam, quia premium sui sanguinis fuit sufficiens ad salutem omnium. I.Ioan.2. quod haud dubie affirmat Ioannes dicens, *Ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Licet efficacia huiusc redemptionis solum habeat locum in electis: Multi enim sunt vocati, pauci

pauci vero electi. Huiuscem autem redempcionis testimonium à prophetis Vaticiniis Matt. 20 desumptum, fuit suis temporibus diuina charitate erga genus humanum, confirmatum. Et quotidie ab eximiis Euangelij præconibus confirmatur. Ad hanc autem veritatem euangelicam promulgandam, vocatus est Apostolus, prædicator & doctor Gentium.

„ Veritatem dico, non mentior, doctor Gentium in fide & veritate.

„ Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira

„ & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecun-

„ dia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro & marga-

„ ritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem

„ per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Do-

„ cere autem mulieri non permitto neque dominari in virum, sed esse

„ in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva. & Adam non

„ est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Saluabitur

„ autem per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectio-

„ ne & sanctificatione cum sobrietate.) Paulus syncerae fidei & euangelicae

veritatis preaco, ac Gentium doctor clarissimus, adhortatur viros ut in omni loco in-

terpellent Dominum, modò syncerus sit & feruens orantis affectus. non enim locus

exornat orationem nisi sit Deo dicatus, vti est ecclesia, ad quam concurrunt & con-

fluunt fideles Deum precaturi. sed qui Christianè orat, suum locum exornat. Ananias, Daniel. 3.

Azarias & Misael in fornacē ignis ardantis coniecti, orabant Deū & suis orationibus Daniel. 6.

fuerunt ab incendio liberati. Pariter Daniel in lacum leonum intrusus orabat Deum,

& gratia Dei suisque precationibus obturauit ora leonum. Adhæc, Apostoli & mar-

tyres in carceribus orabant Dominum, à quo in suis tribulationibus & pressuris iu-

uabantur. Ob id autem præcipit Paulus orationes omnibus in locis fieri, ut reuellat &

confutet Iudaicæ obseruationis in orando dementiam. Licet enim aliquando fuerit il-

lis vetitum aliubi quam in sancta ciuitate Hierosolymitana accedere ad Deum, vt ei

hostias & sacrificia litarent, tamen ea adhuc superstitione laborant, ut non putent o-

mni in loco orandum esse Deum. Ingrediuntur certis diebus suam Synagogam vbi

Deum obsecrant, Deoque sacrificia offerunt. Verum Paulus declarans quænam sit

Christianorum in orando libertas, nos volens à Iudaicis obseruantis liberare, dicit,

In omni loco.) Et quemadmodum pro omnibus orationes fieri iubet, ita omnibus in lo-

cis arbitratur optimum esse precari Deum. Nec pugnat Paulus cum Christo dicente,

Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuū & clauso ostio tuo ora patrem tuum

in abscondito, & ipse reddet tibi in manifesto. Non enim Christus his verbis, Intra in

cubiculum tuum, vetat orare in omni loco, aut intercludit orationem cuiusdam loci

angustiis, sed nos docet vt cum oramus Deum, vitemus prorsus inanē gloriā & stu-

tissimam iactantiam. Semper enim is qui orat, suum cubiculum clauso ostio ingredi-

tur, quando ex intimo cordis affectu suam promit orationem, nec orando auram po-

pularem venatur. Excutito pro pleniori huiusc loci intelligentia nostros in Mattheū

comm̄tarios. Attollunt autem viri puras manus interpellando Deum, quando eorū

manus sunt lotæ omni cupiditate, homicidio, furto, rapina, concusione, & id genus

vitiis. Oportet & manus esse mundas ab omni ira & disceptatione, hoc est, necesse est

intentionem orantis liberam esse à recordatione pristinæ & iniuriæ & contentionis:

Alioqui qui horum vitiorū peste inficiuntur, indigni sunt qui orādo ad Deum acce-

dāt. Quod si aliis culpā non cōdonauerint, nec Deus illis sua vitia cōdonauit. Dimit-

tit, vt præcipit Euāgelium, & vobis dimittetur. hoc autem est absque ira & discep-

tatione orare. Et quis ignorat ingredientē templū Dei vt oret, non posse exaudiri si ad-

uersus suum fratrem Christianum foucat oīū, rancorem & inuidiā, aut si nocendi cu-

piditate postulet vindictam, aut litigiis pauperes opprimat. Nemo enim dignus est ingredi templum, oblatus Deo sacrificium, nisi mentem purificatam habeat, hoc est, à noxiis affectibus liberam. De hac re obseruamus in Iudæis figuram qui non ingrediebantur templum Dei, vt offerrent victimas & sacrificia nisi prius essent purificati. Et quod Paulus viris præcepit, præcipit & mulieribus ut sanctas manus, & ab omni vitio puras, cùm preces in Deum fundunt, extollant, quibus iubet vti amictu modesto, ut tegantur vndeque, & habitus testetur vita sanctimoniam, verecundiam, modestiam & pietatem. exhorreant & Italicarum mulierularum foedum, superuacaneum, fucatum & indecorum cultum, qui solet vna cum fragrantissimis pigmentis & odoramentis ac flavis crinibus & ipso auro compositis, viros ad libidinem prouocare. Et propterea reprehendens mulieres quæ nimis comuntur, & ornamentis aureis & argenteis sese venditant, ac meretricio incessu feruntur, adiecit,

Non in tortis crinibus, aut auro aut margaritis vel ueste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Siquidem Christianas mulieres dedecet multo studio se ornare ad speculum, aut crinibus arte contortis, aut auro intertexto, aut margaritis ab auribus collóve pendulis suam venustissimam formam spectatoribus commendare, ut eos ad foedam concupiscentiam aut lasciuiam sollicitent, vel auram popularem mercentur. Deo autem gratus erit Christianarum mulierum habitus, si integrati vita respondeat, & factis præstet quod ad Dei cultum magnopere conducedit.

Hieronym⁹ Hanc quoque in sententiam accedit Hieronymus in epistola ad Lætam, de Institutione filiæ, dicens, Ipse habitus & vestitus doceat eam, cui promissa sit. Caeue, ne aures eius perfore, ne cerussa & purpurisso consecrata Christo ora depingas, nec collum auro & margaritis premas, nec caput gemmis oneres, nec capillum irruferes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris. Hæc ille. Tum quoque beatus Petrus loquens de honesta mulierum conuersatione dicit, Quarum non sit extrinsecus capitlatura aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate, quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Esaias manifestat confusionem & poenam quarundam Hebræorum mulierum quod in ornatu exteriori gloriarentur, Pro eo, inquit, quod eleuatae sunt filiae Syon, & ambulauerunt extento collo & nutibus oculorum ibant, & plaudebant & ambulabant pedibus suis, & compósito gradu incedebant, decalubabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crimen earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calciamentorum & lunulas & torques & monilia & armillas & mitras & discriminalia & perichelides & murenulas & olfactoriola & inaures & annulos & gemmas in fronte pendentes & mutatoria & palliola & linteamina & acus & specula & Syndones & vittas & theristra. Et erit pro suaui odore foetor, & pro zona funiculus & pro crispanti crine caluicum, & pro fascia pectorali cilicum. Deinde adiicit Paulus, *Mulier in silentio discat in omni subiectione. Mulieri autem docere non permitto, neque dominari viro, sed in silentio esse. Adam enim primus formatus est, deinde Eua.*) Huic sententiae subscrubit quod in priori ad Corinthios epistola scripsit, Mulieres in ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent: Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. Non enim Paulus à mulieribus solùm exigit verecundiam, modestiam & honestatem etiam circa decorum habitum, sed illis silentium imperat ne dominio & autoritate in viros vtantur, seseque venditent quod suos viros (quæ saluti conducunt) docuerint in publico hominum cœtu. Nec h̄c Paulus agit de doctrina priuata sed publica: non enim habent mulieres illam prudentiam, illam circumsipientiam, illam sapientiam, illud denique exactum & compositum iudicium, quod viri habent, sed sunt loquacitati & garrulitati obnoxia. & propterea earum dicacitas, & dicacissima loquacitas silentio frænanda est. Quod si quis obiecerit, Delbora Israeliticum populum erudiuit, non igitur vetandum est mulieri docere viros. Respondebo illam eruditioñem à spiri-

i. Petr. 3.

Esa. 3. *filiorum generatione, & liberorum numerus, salus matrum est, cur addidit, Si permanerint filij in charitate & sanctificatione cum castitate. Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permanensi sunt, si quod ipsa perdidit, acquirat in liberis, & damnum radicis & cariem flore compenset & pomis. Hæc ille. Sed pace Hieronymi dixerim, Iouinianus h̄c Pauli testimonio non reuincitur, non enim h̄c Paulus agit de virginitate, sed castitate, etiam si eius versionem sequamur. Et hac Hieronymi sententia, Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permanensi sunt, sic argumentabor, & argumentando concludam, Ergo non saluabitur mulier, si genuerit filios, qui non sunt virgines permanensi, quod tamen est falsum, & repugnans Chrysostomo: Satis est vt generet filios, qui sunt permanensi in fide & charitate & sanctificatione cum sobrietate, vt legit Chrysostomus, aut si maius cum castitate. Verùm obiiciet quispam, Si mulier fit suam salutem assequitura per filiorum procreationem, quos educauit in bonis moribus & fide & charitate Christi, Igitur quæ perpetuò permanens sunt virgines, aut quæ votum virginitatis fecerunt, & obseruant, non saluabuntur. Dico quod saluabuntur: Nam virgo sua rarissima virtute (qua nihil est florentius & commendabilius) & virtute suæ matris, quæ ad virtutem & morum probitatem filios aut filias educauit, saluabitur. Videat candidus lector quæ Thomas Aquinas, in h̄c Pauli verba commentatur: Dicit enim mulierem non amisisse salutem temporalem, quia non statim priuabitur sexu muliebri propter generationem prolis: Nec æternam, quia secundum animam capax est gratiæ & gloriæ. Nec ly Per dicit causam, sed repugnantiam. Et est sensus, mulier saluabitur etiam si incedat per generationem, id est si nubat. Sed pace tanti doctoris dixerim, h̄c Paulus non agit de salute temporaria.*

i. Cor. 14.

Gene. 3.

Iudi. 5.

tu propheticō qui non discernit inter virum & vxorem, fuisse profectam, non tamen Delbora publicè prædicauit, sed instinctu spiritus sancti dedit populo Dei sana confilia. Reddit autem Paulus rationem, cur vir debeat suæ vxori imperare, quia Adam primò formatus est, deinde Eua. Et alibi, Neque propter mulierem factus est vir, sed mulier propter virum. Item, Neque vir est ex muliere, sed mulier ex viro. Nec Adam *i. Cor. ii.* fuit seductus, sed mulier in præuaricatione, hoc est, quando transgressa est præceptum de non comedendo ligno vetito. Non enim dixit Adam, Mulier decepit me, *Gene. 3.* sed dedit mihi de ligno, & comedì. Mulier verò volens sui delicti excusationem prætexere, dixit, Serpens decepit me, & comedì. Existimat tamen Chrysostomus vtrunque fuisse deceptum & seductum. Mulierem, ab irrationali animante: Virum verò à libera muliere. Sed cùm dicit Paulus, Adam non est seductus, arbitratur illud esse intelligendum ad comparationem mulieris. Scholastici doctores dicunt quod Adam non fuit primò seductus & deceptus, sed Eua, nec fuit seductus in vniuersali, sed eius vxor, quia credidit quod serpens dixerat: non autem Adam, fuit tamen in particuliari seductus, quia voluit suæ vxori complacere. Subaperit & Paulus hoc loco, *Mulier seducta fuit in præuaricatione*, omnem sexum muliebrem infirmum & leuem per Euam in præuaricatione factum esse. quemadmodum ait de Adam, In similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Verùm hic foemineus sexus, qui probro & calumniæ patuit, suæ salutis adminicula per rectam & Christianam filiorum procreationem inuenit: ita quod & Eua & omnis muliebris sexus saluabitur per filiorum generationem, si modò permanerint in fide, charitate & sanctificatione cum sobrietate. Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum, hanc Pauli doctrinam edisserens, existimat quod illa mulier quæ semel connubio copulata est, & redacta in conditionem Euæ, errorem veterem filiorum procreatione deleret, ita tamen si ipsos filios erudiret in fide & dilectione Christi & in sanctificatione & pudicitia. Non enim (vt malè habetur in latinis codicibus) sobrietas est legendum, sed castitas, id est σωφροσύνη. Vide igitur quomodo ex hoc quoque ipso testimonio supereris, & quod putabas esse pro nuptiis, pro virginitate sentire cogaris. Nam si saluatur mulier in *Hæc obser-* *filiorum generatione, & liberorum numerus, salus matrum est, cur addidit, Si per-* *manerint filij in charitate & sanctificatione cum castitate. Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permanensi sunt, si quod ipsa perdidit, acquirat in liberis, & damnum radicis & cariem flore compenset & pomis. Hæc ille. Sed pace Hieronymi dixerim, Iouinianus h̄c Pauli testimonio non reuincitur, non enim h̄c Paulus agit de virginitate, sed castitate, etiam si eius versionem sequamur. Et hac Hieronymi sententia, Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permanensi sunt, sic argumentabor, & argumentando concludam, Ergo non saluabitur mulier, si genuerit filios, qui non sunt virgines permanensi, quod tamen est falsum, & repugnans Chrysostomo: Satis est vt generet filios, qui sunt permanensi in fide & charitate & sanctificatione cum sobrietate, vt legit Chrysostomus, aut si maius cum castitate. Verùm obiiciet quispam, Si mulier fit suam salutem assequitura per filiorum procreationem, quos educauit in bonis moribus & fide & charitate Christi, Igitur quæ perpetuò permanens sunt virgines, aut quæ votum virginitatis fecerunt, & obseruant, non saluabuntur. Dico quod saluabuntur: Nam virgo sua rarissima virtute (qua nihil est florentius & commendabilius) & virtute suæ matris, quæ ad virtutem & morum probitatem filios aut filias educauit, saluabitur. Videat candidus lector quæ Thomas Aquinas, in h̄c Pauli verba commentatur: Dicit enim mulierem non amisisse salutem temporalem, quia non statim priuabitur sexu muliebri propter generationem prolis: Nec æternam, quia secundum animam capax est gratiæ & gloriæ. Nec ly Per dicit causam, sed repugnantiam. Et est sensus, mulier saluabitur etiam si incedat per generationem, id est si nubat. Sed pace tanti doctoris dixerim, h̄c Paulus non agit de salute temporaria.*

aut corporea, sed æterna. Si vir ille sanctus & admodum doctus, antiquos & præsertim græcos interpres consuluisse, aliter hunc locum exposuisset. Consulant itaque velim græca exemplaria, qui in nouum testamentum commentarios scribunt.

Argumentum tertii capit. cap. 3.

VEtat Paulus ne quis Episcopalem dignitatem ambiat, nec tantæ dignitatis celsitudinem vel ob quæstum vel fastum vel tyrannidem vel ut ceteris præficiatur, affectet, sed ut magnopere prospiciat. Deinde depingit quibusnam virtutibus oportet Episcopum esse conspicuum, et quænam via exhortare & fugere debeat. Nec solùm debet suam vitæ sanctimoniam morumque integritatem coram Christianis testari, verum etiam coram Ethniciis, ne probrofa cuiusdam turpitudinis & criminis nota respurgatur, et dæmonum pedicis irretiatur. Quod si munus suæ fidei concreditum insigniter obierit, amplissimo præmio donabitur, ceterisque in gradu retributionis præficietur. Commendat et summopere ecclesiam Dei viui, quod sit columna & firmamentum veritatis, nullis hereticorum aut scismaticorum procellis unquam subuertenda, cuius sponsus omni spiritu purior, cum carnem humanam assumpsit, voluit & angelis & Iudeis & Gentiibus innotescere.

Caput tertium.

Iidelis sermo, si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, unius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalis, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diabolus. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui fructis sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primùm, & sic ministrent nullum crimen habentes.) Qui nomen Christi profitentur, sibi persuadeant sermonem illum esse fide & inconclusa veritate dignum: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, hoc est qui functionem muneris Episcopalis, & nō ipsam dignitatem, nec principatum, nec dominationis fastum desiderat, bonum opus appetit. Qui enim Episcopatum tam sublimem dignitatem concupiscit non ob aliud quam ob ambitionem aut desiderare. quæstum aut tyrannidem, rem sibi perniciem concupiscit, & dignus est qui cum furibus, latronibus & prædonibus conferatur. Qui vero Episcopi sedulitatem, operam, diligentiam, prudentiam & circumspectientiam (quam decet Episcopum præferre) desiderat ut reipublicæ Christianæ magnam utilitatem adferat, bonum opus & Christo

Christo dignum desiderat: nec immerito. Nam Episcopus græcè is dicitur qui omnes inspicit, cunctaque speculator, & aliis superintendit & prouideret. Itaque qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, opus, non dignitatem, labore, non delicias, opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio. Augustinus libro 19. De ciuitate Dei cap. 19. dicit hoc nomen Episcopatus, esse nomen operis, non honoris, & græcum est, επίσκοπος, super, σκοπός, intentio, ergo επισκοπεῖ, superintendere. Sint itaque in sacris literis Episcopi, inspectores & speculatores. Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, hoc est insigni reprehensionis nota carentem. Sic enim decet Episcopum vitam habere immaculatam & cōpositam, ut aliis præluceat, omnésque ad eius debet esse exemplar & imitationem sese regant & componant. Nec dicitur irreprehensibilis reprehensibilem, hoc est nullo etiam vel leuisimo vitio tangatur. Quis enim potest dicere, mundum est cor meum? purus sum à peccato? sed quod in eo non sit ullum crimen quod aliis offendiculum præbeat. Unius uxoris virum. Nec eò tendunt hæc Pauli verba, quod velit asserere Episcopum quatenus Episcopus est, debere habere uxorem: Nam conjugati à sacris officiis tractandis arcendi sunt, sed si habuerit uxorem antequam in Episcoporum numerum ascisceretur, ea mortua, non sit secundam habiturus. Huic sententiæ astipulatur Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum, dicens, Non dicit Apostolus eligatur Episcopus, qui unam ducat uxorem & filios faciat, sed qui unam habuerit uxorem, & filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat. Alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnablet. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem sint virgines quod mariti, aut si sacerdotibus non licet uxores tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Sed & hoc inferendum, Si laicus & quicunque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. Nam & in veteri lege qui pro populo hostias offerebant, non solūm in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoriis separati, & vinum & siceram non bibebant, quæ solent libidine prouocare. Hæc ille. Lapsus est Caietanus edifferens hunc Pauli locū, Unius uxoris virū. Non exigit Paulus ab Episcopo quod fuerit aut sit cōjugatus, sed exigit quod si habet uxore, sit vir unius uxoris. Et quis nō videt Caietanū permittere Episcopis ut uxore ducant, cōtra mentem beatissimi Pauli, & subinde uniuersis sacerdotibus? Quod si ita esset, nouæ legis sacerdotes nō essent sacerdotibus veteris legis sanctiores. Videtur & Caietanus ignorare quod Thomas cui mordicus adhæsit, non ignorabat, Sacris ordinibus continentia perpetua necessario adnexam esse. Pugnat etiā aduersus Hieronymū: Ambrosius libro uno de dignitate sacerotali c. 4. dicit Paulū his verbis, Unius uxoris virum, prohibere bigamū Episcopū ordinari, aut nō debere habere duas ecclesiæ. Adiicit Paulus Sobrium. In græco melius dicitur, vigilantem, μετάλεως: Non enim decet speculatorum aliorum commoditati in uigilantem, dormitabundum esse. Et ex eo vult Paulus Episcopum esse vigilantem, ut non tam sui quam reliquorum curam habeat. Decet & Episcopum esse prudentem, pudicum & ornatū castitate scilicet & moribus. Licet enim magna sit Episcopi dignitas, virtus tamen longe maior est: & quo augustinor est & celsior dignitas, eo præclariori virtute fulgere debet, nec tam dignitas Episcopū illustrat quam virtus. Quod si à dignitate absuerit virtus, nihil laude dignum retinet. Et quoniam castitas inter ceteras virtutes Episcopum exornat, si venerem sectetur, & libidini indulget, prophanus, ridiculus & sordidus reputabitur: Non enim dignus est qui aliis ut doctor præficiatur, si seipsum non doceat, nec dux aliorum censeri debet qui prorsus cœcutit. Nec is liberum potest in aliorum vita animaduertere, qui totus vitiis madet. Sit itaque venerandus antistes sua innocentia suaque integerrima vita, lux mundi, ut eius subditi sua morum probitatem in eo tanquam in lucidissimo & purissimo speculo intueri valeant. Hospitalē, ut sua bona suorumque beneficiorum prouentus in peregrinorum ne-

Gen.18.19 cessitatem non tam eroget quām profundat. Imitetur quoque Abraham & eius ne-
potem Loth, qui non solum suo hospitio aduenas & peregrinos donabant, sed ob-
uiam ibant etiam cum vrgenti interpellatione, vt eos cogerent ad sua domicilia di-
uertere. Et nunc in ædibus quorundam Episcoporum, loco peregrinorum & pau-
perum alitetur rabidi canes, fountur & parasiti, nutriuntur & suspectæ mulierculæ.
Studet & quidc^o aulici magis aurib^o principis quām Deo placere, Doctorem. Alij legūt
docibilem, siue aptum ad docendum. Etenim is episcopali dignitate censetur esse in-
dignus, qui totus est amusus, ignarus & imperitus, nec bonas literas didicit quibus
ad populum concionem habere possit. Nec hīc agit Paulus de laurea doctorali,
quam multi in superbiam elati sibi vendicant. Oportet & Episcopum instruere po-
pulum suæ fidei concreditum, eumque exhortari in fana doctrina, & eos qui contra-
dicunt redargere. Deinde vitia carnis quæ euitare debeat, in hoc subsequenti loco
demonstrat, dicens, *Non vinolentum*. Si veteris legis sacerdotes à vino & sicera ab-
stinebant Deo hostias oblaturi, multo magis euangelicæ legis sacerdotes, qui sum-
mum & admodum augustum Eucharistiæ sacramentum Deo offerunt. Denique
turpe est Episcopo crapulam & temulentiam infectari odio, quam à se non reicit.
Vinolentia scurrarum est & comessatorum, ventérque mero æstuans, citò despumat
in libidinem. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Et
quemadmodum sobrietas Episcopum magnopere commendat & exornat, ita temu-
lentia & intemperantia eum vehementer deturpat, polluit & contemptibilem red-
dit. *Non percussorem*. Non enim distingere debet gladium qui armis duntaxat spi-
ritualibus pugnat aut pugnare debet: Etenim retaliatio aut vindictæ cupiditas, si quos
inculpet, præfertim viros ecclesiasticos. Nec etiam debet Episcopus simplicium con-
scientias percutere. *Sed modestum*. Obiicit vitiis virtutes, & vinolentiam ac percus-
sionem modestia siue animi moderatione cohibet & frænat. Non litigiosum, neque
cupidum, sed suæ domui bene præpositum.) Seruum Domini non oportet litiga-
re, neque altercationibus, contentionibus & dissidiis dimicare, neque lucro aut quæ-
stui inhiare, sed suas facultates egenis impartiri. Nec suam domum bene regit cùm
opæ in immensum accumulat, aut regias parat epulas, aut cælatas patinas struit, aut
phasides aues lentis vaporibus coquit, sed cùm prius à domesticis exigit, quod po-
pulo præcepturus est. Denique suæ domui bene præficitur, cùm neque aleatores ne-
que parasitos neque adulatores neque blasphematores fouet, sed execratur, nemini-
nemque ex suis domesticis sinit dissolutè viuere, *filios habentem subditos cum omni ca-
stitate*. Siquidem patris castitas, iuuentutem à petulantia coercet aut coercere debet.
quòd si à paternis moribus degeneret, non modico supplicio afficienda est. Heli-
. Reg.2.3. luit pœnas quòd non acriter reprehenderit suos filios, qui in vestibulo templi cum
mulieribus dormiebant, & quicquid in hostiis optimum erat, in suas delitias con-
uertebant. Quòd si nesciat Episcopus suos domesticos moderari, quomodo ecclæ-
siam Dei cui vt pastor præest, & cuius fidei innumeræ oues concreditæ sunt, mode-
rari poterit? *Non neophytum*. hoc est non nuper in fidei contubernium ascitum, sed
quòd post baptismum, quo fuit corpori Christi insitus, robur in fide, charitate, pie-
tate & religione collegerit. Siquidem indecens est vt qui heri catechumenus fuit,
hodie sit pontifex, & qui heri erat in amphitheatro, hodie præfideat in ecclæsia, &
qui dudum fautor erat histriorum, nunc sit virginum consecrator. Reddit autem
Paulus rationem quare neophytus non est in Episcopum eligendus, ne in super-
biā elatus, in iudicium incidat diaboli. nam momentaneus Episcopus qui non-
dum iugum Domini portauit, ignorat humilitatem, seipsum contemnere nescit,
suæ dignitati plus æquo blanditur, & propterea facile incidit in iudicium & ruinam
diaboli, & cacodæmonum pedicis irretitur. Nec solum decet Episcopum suas exi-
miæ virtutes coram Christianis testari, verumetiam coram Ethniciis, ne quadam vi-
tij nota respersus illis probrosus videatur, & probris foedatus in laqueos dæmonum
incidat. Et quod Paulus de Episcopis prius præscripsérat, nunc ordine inferiori de-

Diaconis

Diaconis præscribit, Vt sint pudici, modesti & hospitalis, non garruli, neque bilin-
gues aut cōuiciatores, nec dolosi & simulati: nec vinolētiæ vinique deliciis dediti: nec
turpis lucri sectatores, ne à spiritali nobilitate degenerent. Quòd si conscientiam
mundam & illibatam habuerint, poterunt illis mysteria fidei dispensanda committi.
Et vbi multis indicis probati fuerint vt morum integritate conspicui, haud dubiè
digni videbuntur qui aliis spiritalia administrent. Obserua quæso quid Paulus adie-
cerit postquam locutus est de iis quæ Diaconos prosequi aut vitare oporteat. *Et sic Crimen dif-
administrent nullum crimen habentes*. Nec dicit nullum vitium habentes, sed crimen, in-
fert à vitio. signe scilicet & enorme flagitium.

„ Mulieres similiter pudicas, nō detrahentes, sobrias, fideles in omni-
bus. Diacones sint vnius vxoris viri, qui filii suis bene præsint & suis
domibus. Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirēt.
„ & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fi-
li Timothee, sperans me ad te venire citò. si autē tardauero, vt scias quo
modo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, co-
luna & firmamentū veritatis. Et manifestè magnū est pietatis sacra-
mentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, appa-
ruit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assum-
ptum est in gloria) Quoniam pudicitia & sobrietas in omni sexu principatum
tenant, Paulus adhortatur mulieres Deo ministrantes, vt pudicitiam & sobrietatem
tueantur, vitent & dicacitates, rixas, querelas, conuicia & contumelias quibus plu-
rimū obnoxiae sunt. Et quemadmodum Episcopus debet esse vnius vxoris vir
ad sensum prius explicatum, ita & Diaconi. Quòd si sustulerint liberos ex vna vxo-
re quam prius habuerant, antequam in hoc sacrum officium vocarentur, debent illo-
rum curam habere, eōsque in bonis moribus educare. Denique si suum munus bellè
obierint, gradum bonum sibi acquirent, & constanti animo seruantes fidem quam
Christo dederunt, immarcessibili corona donabuntur. Hæc autem scripsit Paulus
suo Timotheo, præsuli quidem ornatisimo & vigilansissimo, vt planè sciret quo-
modo deberet in domo Dei conuersari, quam appellat ecclesiam Dei viui, quòd in
ea Deus habens vitam in semetipso, inhabitet, eāmque ab omnibus hæreticorum &
scismaticorum incursionibus præseruet. Eteia authoritate valet ecclesia, eaque pote-
state & celstitudine fulcit, vt sit columna & firmamentum veritatis, nam articulorū
omnium fidei definiendorum veritas ab ea tanquam omnium regula pendet. Non
enim in re fidei hanc vel illam veritatem reciperem, nisi quia ecclesia mihi præciperet
vt eam reciperem. Est & ecclesia firmamentum veritatis, quia Christiani firmantur
in veritate per ecclæsa sacramenta. Denique & per ecclæsa nobis fuit detectū magnū
illud & sublime pietatis, & charitatis mysterium, Quod scilicet factus est Deus ho-
mo: Nam Deus manifestatus est in carne, & iustificatus est in spiritu. Siquidē spiritu
Dei iustificata est sapientia à filiis suis. Fuit & Christ^o iustificatus in spiritu, quia pec-
catum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Insuper Christus fuit iustificatus
in spiritu, quando fuit opificio Spiritussancti conceptus. Dicitur autem mysterium
siue arcanum, quia nobis prius erat incognitum. Pietatis autem & charitatis censetur
esse mysterium siue sacramentum, quia nos Deo suo amore suaque gratia recocilia-
uit & instaurauit. Apparuit & Angelis, qui pastoribus annunciarunt læta admodum
nuncia, quòd scilicet toti mundo natus est saluator. fuit & in gentibus per Aposto-
los prædicatus. quòd testatus est Esaias dicens, Posui te in lucem gentium, vt sis in sa-
lutem usque ad extreum terræ. Tum quoque dixit Christus suis Apostolis post Act.13.
suam resurrectionem, Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris Matth.28
& filij & spiritus sancti. Denique fuit & vbique terrarum auditus & creditus. Non
O. iiiij.

Ioan.17. enim properans ad mortem solum orauit pro suis Apostolis, sed pro his qui erant per verbum illorum in eum credituri. Et postquam opus patris coelestis sua fidei concreditum consummauit, & de absorpta morte, mortisque authore triumphauit, gloriose super omnes coelos euectus est.

Argumentum quarti capituli.

Spiritus futurorum omnium precius, per suos ministros (quos afflauit) certò significauit, quod antequam instet dies Domini, reperientur quidam qui à synceritate fidei ad Iudaismum deficient, & ad pristinas ceremonias iterum obseruandas relabentur, magis auscultantes pseudapostolis & vafris impostoribus quam Euangelicæ doctrinæ professoribus. Verum ut hæc pericula vitentur, & lux euangelica Mosaica legis fumos & tenebras discutiat, Paulus adhortatur suum Timotheum, ut discussis Iudaicarum superstitionum nebulis, & reiectis huiusmodi neniis, fruolique fabulis syncerum Christi ministerum integra fide & germana doctrina agat, suumque animum exerceat ad veram pietatem, quæ sita est in condonatione scelerum, & beneficentia in pauperes. Vult & Episcopum vitæ sanctimoniam, morum grauitatem, euangelica doctrina, humanitatem, benignitatem, charitatem, vigilantia & officij sedulitate ceteris prælucere.

Caput quartum.

Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enuntiatus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam asscutus es.)

Quoniam spiritus Domini scrutatur omnia, & nihil futurum est quod non sciat, siue sit ecclesiæ commodum aut incommodum allaturum; idcirco dicit Paulus præuidens quinam extremis temporibus ob suam inconstantiam & leuitatem à fide deficerent, Spiritus manifestè siue præscriptè dicit, Quoniam in posterioribus temporibus descissent quidam à fide, quod certè malo nullum est exitialis & periculosius. Quemadmodum enim fides certam bonorum spem nobis adiicit: Ita à fide defectio nobis tantorum bonorum spem prorsus adimit. Et qui à fide deficient, auscultabunt spiritibus erroris, aut si mauis spiritibus seductoribus. Et huiusmodi duces, & errorum omnium principes fallacissimi, aut dæmones sunt, aut à dæmonibus ad fallendum Christianos afflantur, qui viis omnibus conantur simplices in errorem pertrahere, & à synceritate fidei euangelicæ abducere. Et qui per inuia quæque & abrupta obrabant, adhibebunt fidem perniciosis & contagiosis dæmoniorum, hoc est, hæretorum doctrinæ. Non enim illa est falsa & pestifera doctrina quam non fallaces dæmones inuehant per homines, qui sub specie pietatis insinuant mendacia, & propter proficiunt ea adiecit Paulus, In hypocrisi loquentium mendacium, siue mendacioquorum. Verum

vt exaggeret flagitium flagitio, & planè suadeat quæ sit flagitiosa & execranda hæretorum vita, addit, Cauteriatam habentium suam conscientiam, hoc est, insincerum, & mundanarum cupiditatum notis foedatam & notatam. Etenim illi sunt cauteriati, quibus conscientia cauterio notata est. Nam ferro carenti notabantur malefici stigmatis impressis cuti. Verum hæretici non corpus habent stigmaticum sed animum, ob vitæ dedecora, quorum ipsi sibi conscijs sunt. Hoc autem loco, Prohibentium nubere) reuincuntur Esseni et Manichæi, qui damnabant coniugium, omnino pugnantes aduersus illum Christi doctrinam, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Item ad Hebræos afferit Paulus, Coniugium esse honorabile et thorum immaculatum. Hallucinabatur et Manichæi reiuentes vsum ciborum, et præcipientes abstinentem esse à cibis, quos tamen Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem.) Dicebant & illi hæretici quod in carnibus, ouis et vino, diuina natura erat commixta, quod est admodum absurdum. Nec hîc agit Paulus de cibis legalibus, aut de Iudaico ciborum delectu, quod tamen putat Erasmus: Nam dicit, In nouissimis temporibus & cæt. Adnotemus cursim Christianum posse licet à quibusdam cibis abstinere, vel propter refrænandam et domandam carnem, vel ob scandalum vitandum, vel propter ecclesiæ præceptum Christianos sub mortali obligans. Illicitè verò abstinenteret, si sibi suaderet in clarescere Euangelio cæmonias antiquæ legis esse obseruandas. Reddit et Paulus aliam rationem cur possumus indiscriminatim certis diebus omnibus cibis vesci, Omnis inquit creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum est quod cum gratiarum actione percipitur.) Quod si putas quid esse commune et immundum ob tuam scrupulosam conscientiam, sanctificabitur per verbum Dei, hoc est, per Christum qui omnes sanctificat, et per orationem fidelium et maximè iustorum. Vnde Petrus nolens comedere quid commune et immundum, ut quadrupedia et serpentina terræ et volatilia cœli, audiuit vocem de cœlo delapsam sibi dicetem, Quod Deo A&t.10. purificauit, tu commune ne dixeris. Nec cibi in antiqua lege prohibiti, ut leporina et Præscripti porcina caro & cæt. secundum se prohibebantur, sed quatenus erant immundorum cibi in antiqua figuræ, sicut porcus est signum immundæ vitæ, et propterea huiusmodi cibus erat in antiqua lege Iudeis interdictus, præfigurans et adumbrans in lege Euangelica vetitum non secundum esse omnem immunditiam. Quod si Timotheus sibi suadeat vitandas esse Iudaicas dum se præsuperstitiones, et declinandas Manicheorum hæresim, geret preclarè Euangelicum hibebantur. negocium, et se idoneum et syncerum Christi ministerum præstabit, eamque Euangelicam doctrinam auditorum animis transfundet, quam à puero didicit.

Ineptas autem & aniles fabulas deuita, exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimus, quia speramus in Deum vivum, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Duni venio, attende lectio, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetam cum impositione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis: Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.) Aspernatur Paulus ridicula poetarum fabulamenta, inanésque & aniles quorundam somniatorum fabulas, quæ mundanos duntaxat ad risum & cachinnum prouocant, pietati verò & Christianæ

religioni plurimū officiunt. & consimiles fabulæ habentur in Thalmuth, quæ nullam veritatem effigiant. Quæ verò speciem veritatis retinent, & quod moribus accommodum est amplexantur, non sunt ridiculæ neque inanes, vt sunt Aesopicæ. *Exercitatio corporalis ad modicum vtilis est.*) Confert Paulus ieiunium cū exercitio corporeo. sicut enim corpus palæstra, aut agone, aut saltu, aut iactu lapidis, aut armis, aut ludis olympicis, aut quoquis alio exercitiij genere exercetur, ita ieiunio ad tuendam sanitatem, fouendamque animæ salutem exercetur. verūm hæc exercitatio magis est spiritalis quām corporalis. Quòd autē exercitiū ieiuniū quo corpus maceratur & casti gatur parū sit in se vtile, licet salutare, sic suadeo, ieiuniū duntaxat prodest ieiunati, & propterea si charitate & eleemosynæ præsidiis nō iuuetur, parū prodest: Pietas verò, charitas & eleemosyna per omnia vtilis est. Nam eleemosyna prodest danti & accipienti, eāmque Deus pro sacrificio sibi factō acceptat. *Quod enim inquit Christus,*

Matth. 25. Vni ex fratribus meis minimis fecistis & mihi fecistis. Idcirco Scholastici doctores Hac obserua-

asseuerant eleemosynā primas obtinere, inter partes satisfactionis, mediate quidē, nā est opus magis meritorum: immediatè tamen magis satisfacimus Deo per opus corporis magis afflictuum, quale est ieiuniū. Et quia pietas per omnia vtilis est, in eāque sita est Christianæ religionis summa, & in præsenti & futura vita mercedem recipit. Idcirco sciant omnes sermonem illum esse fidelem, & omni acceptione dignum, qui certò affirmat cùm in hac vita tum in illa superna, pietatem plurimū prodesse. Et propterea adiecit Paulus, *In hoc enim laboramus,* siue molestiis afficimur, & maledictionem conuiciāque omnia & tormenta sustinemus, *Quia speramus in Deum viuum.*)

qui corpora nostra vna cum ipsa anima, immortalitate & felicitate perpetua coronabit. Hic autem Deus viuus, est Saluator omnium hominū & præfertim fidelium: nō enim sine fidei præsidio vlli fit ad salutē assequendam aditus. Vult etiā & Christus omnes saluos fieri & ad agnitionem veritatis peruenire. Et propterea, Paulus impellens suum Timotheum ad pericula omnia obeunda, eūmque adhortans vt in Deo viuo spem suam collocet, dicit, *Hæc præcipe & doce.*) vt scilicet omnes exerceat opera pietatis, & suæ confidentiæ & salutis anchoram in Christo Iesu defigant. Et licet nō dum habeas senectutem Episcopo dignam, nolim tamen ob id tuam iuuentutem cōtemni, sed te moneo vt quod deest ætati, præstes morum integritate: Satis enim senex

Aduersus negligēti- simos Epi- scopos. est qui fregit aculeum carnis, venerem domuit, affectusque carnales refrénauit. Felix est & illius senium qui vitam honestè transfigit. Sis itaque mi Timothee charissime aliis viuendi forma & regula in sermone, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate. Et quia non me latet te à puero versari in assiduo sacrarum literarum studio, dum ad te venio, attende lectioni, exhortationi & doctrinæ, qua alios cōmonefas, ignarisque cibum spiritalem suppeditabis. Verūm quotusquisque nunc est ex numero Episcorum qui sacris literis incumbit, cœlestēque Philosophia suo versat animo? Alij magis prophanic & secularibus disciplinis, quām sacris oblectantur, alijs loco sacræ lectionis, tesseris, ludisque friuolis sua tempora terunt, alijs ve- nantur feras, alijs accipitribus volatilia cœli infectantur, alijs Veneri inferiūt alijs Plu- tonem deamant, alijs magis militum quām doctorū comitatu stipantur. alijs cōcūsis & oppressis pauperibus seipso ditāt, alijs, quod ad ré Pauli plurimū facit, ipsissimā

Laus ins- gnium Epi- scorum. Timothei imaginem referentes, contemptis rebus humanis sua studia suāque officia in publicam Christianæ religionis commoditatem conferunt, & ij verum &

germanum Episcopum agunt. Deinde addit Apostolus, *Noli negligere donum tibi collatum per Prophetiam*) hoc est Spiritus sancto iubente, *cum impositione manuum presbyterij.*) Episcorum scilicet qui te in Episcopum consecrarunt. Alij hunc sensum referunt, Non solūm habes Prophetiæ donum, verūmetiam efficaciam imposta manu dandi spiritum sanctum & aliis, idque ex officio presbyterij tui, nimirum quòd sis Episcopus. *Hæc meditare.*) siue in hac re facrate exerceas, vita quoque sancta & inculpata præsta quod doces, vt quod didicisti sit aliis instructioni & documento. Incumbe & iugiter his studiis hisque sacrarū rerum officiis: *Hæc enim cū assiduitate præstanto, & tibi & aliis salutem parabis.*

Argu-

Argumentum quinti capit. 1

Non ita debet Episcopus in sua celitudine, sublimique dignitate gloriari, vt vel alios contemptim despiciat, aut longo interuallo sibi putet esse postponendos, vel austerritate percellat, seu eriore que authoritate territet, sed unumquemque quem monet, aut docet, debet pro sua comitate etiam in omni ætate & statu, & amare & commendare. Debet quoque viduas quæ non titulo tantum, verūmetiam re ipsa viduæ sunt, ecclesiæ subsidiis subleuare. Iuniores verò viduas quæ sunt lubricæ & suspectæ ætatis vitare. Nam licet aliquando sese Christo sponso consecrarint, tamen repullulante carnis lasciuia & titillante eas pristina libidine in contumeliam Christi lasciuiunt, optantque iterum matrimonij iugum subire. Vult & Paulus presbyteros qui vitæ castimonia, senili prudenter, morūmque grauitate multitudini præsunt, omni præsidio iuuari. Obtestatur & suum Timotheum, vt in nullum ferat sententiam vel fauore vel odio aut alio quoquis affectu corrupto, nec cuiquam temere & repente deleget authoritatem Episcopi & administrationem ecclesiasticam.

Caput quintum.

Seniorum ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuencllas vt sorores in omni castitate. viduas honora quæ veræ viduæ sunt. Si qua autem vi- dua filios aut nepotes habet, discat primum dormum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & insistat obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in delitiis est, viuens mortua est. Et hoc præcipe vt irreprehensibles sint. Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Vidua delegatur non minus sequaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pederavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.)

Debet Episcopus grauis, constans, prudens, modestus, lenis & humanus, omnium votis & animis (vbi negocium Euangelij plurimū iuuatur) sese attemperare, nec ita ad suæ dignitatis sublimitatem attendere, vt vel tyrannide vel austerritate imperij dominetur. Vt enim per omnia indecora est superbia & omni imprecatione deouenda, ita per omnia decora est & commendabilis humilitas. Laudatur & magnopere Episcopus qui suæ ditioni subditos magis ducit quām cogat, magis flectit quām puniat. Itaque si seniores deliquerint à quibus coercenda est iuuentutis petulantia & lasciuia, non debet in eos aut delatione quilibet aut suspitione acerbis verbis intonare, sed potius ob authoritatem & reuerentiam ætatis exhortari, & quasi parentes errantes admonere. Scriptum est enim, Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Item, Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Et quia Timotheus iuuenis

est, debet iuuenes vt fratres admonere, nec cum austoritate eis imperare: Anus tanquam matres blandius ad virtutem adhortari, & à vitiis dehortari, nimisrum hoc ætati deferens. Studeat & pueras vt sorores, sincero affectu & integerimo amore castigare, ne quam vel impudicitia vel auaritia vel adulationis suspicionem incurrat. Honoret & viduas quæ verè viduæ sunt. Nec hoc loco Honor tam sumitur pro reuerentia quæ pro vita subsidio. Et huic doctrinæ astipulatur illud præceptum Domini de subleuanda parentum necessitate, Honora patrem tuum & matrem tuam vt sis longæus super terram. Censentur autem verè viduæ, cùm castitatem vidualem inuicto animo conseruant, & viduitatis annos fœliciter transfigunt. Dicuntur & verè viduæ desolatae & destituta. Vnde vidua dicitur à viduando, hoc est orbando. *Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum dominum suum regere.* (hoc est, piæ tractare, vt sibi sint aut filii aut nepotes morigeri, & pijerga parentes. Et quia à parentibus vita primordia accepit, æquum est & naturæ consentaneum, vt mutuam charitatem mutuamque pietatem suis parentibus (si re quapiam indigeant) referat. Hoc enim bonum est & acceptum coram Deo. Quæ autem verè vidua est siue desolata, spem suam vnicam in Deo collocet, qui non sinet eam fame perire, & commeatu vita destitui. Verum vt id à Domino extorqueat, opus est vt assiduis precationibus more Annæ sanctissimæ viduæ, nocte diue insistat. Quæ verò deliciatur & in libidinem ferocit, viuens mortua est, hoc est, & si viuat reputatur tamen non viuere, quia impuram vitam degit. Hieronymus in epistola ad Furiam de viduitate seruanda, explicans hunc locum, Viuēs autem mortua est, dicit, viuere quidem videtur ignorantibus, & non esse peccato mortua, sed Christo, quem secreta non fallunt, mortua est. Anima quæ peccauerit, ipsa Angustinus. morietur. Hæc ille. Possimus dicere cum Augustino viduam in delitiis esse viuentem, quia ex Deo est, & esse suo peccato, & propter peccati authorem mortua. Nam peccatores & peccatrices ad Deum pertinent. Et propterea dicit Paulus, Mi Timothee sic munus tuum erga institutionem viduarum age, vt sint vita integerima, nec foedam reprehensionis notam incurrant. Deuita & viduam illam quæ in delitiis est, siquidem nullius nisi sui ipsius curam habet. *Si quis enim suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit.* (Factis quidem: Qui enim non præstat quod dictat fides Christiana, quæ naturæ doctrinam non abrogat sed perficit, in hac parte à fide desciuit: & est infideli deterior, non quidem simpliciter, quia Christianus est, sed hac parte deterior, quia hoc officij non præstat suis, quibus naturæ vinculo iungitur, quod tamen Ethnici, instinctu naturæ, præstant. Deligant & Episcopi, virique omnes Ecclesiastici viduas ætate fractas, in quibus dissolutæ sunt & domitæ carnis concupiscentiae, attamen sobrias & prudentes, non bilingues, non garrulas, non dicaces neque contumeliosas nec leenas, ne rem sacram cui addicti sunt sacerdotes, prophaneant & contaminent, sed quæ citra ullam vitij notam domesticum negotium tractent. Deligatur & vidua sexaginta annorum quæ præficitur aliis viduis ab ecclesia alendis. Vult autem Paulus huiusmodi viduas esse viuis viri uxores, ne desiderent iterum cum effræni voluptate matrimonij iugum subire. Commandantur autem à multis virtutum officiis. In primis, cùm integritate vita eximia & bona opera fecerunt, nihil sicutum & personatum habentes. Denique si quos pepererint filios, in bonis operibus educauerint, illisque in honestate vita præluxerint. Et aduenas & peregrinos more Abraham & Lot, suo hospitio donauerint. Et præter officia pietatis nihil egerint quod non sit commendatione dignum. Loco autem huiuscem verionis, Si omne opus bonum subsecuta est, legunt Græci iuxta mentem Hieronymi, Si omne opus bonum prosecuta est. Alij vertunt, Si in omni opere bono fuit assida.

Adolescentiores autem viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irrita

, irritam fecerunt, simul autem & ociosæ discunt circumire domos, non solum ociosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matress familiæ esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retrò post Satanam. Si quis fidelis habet viduas, subministrat illis, vt non grauetur ecclesia, vt iis quæ verè viduæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri, dupli honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina: Dicit enim Scriptura, Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.)

Adhortatur & Paulus suum Timotheum vt iuniores viduas reiiciat, nec recipiat eas vt cibo ecclesiæ pascendas, non enim præstant quod verè viduas præstare decet, sed statum viduarum magnopere commendatum suis obsecenis & impudicis affectibus labefactant & pollunt. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, hoc est, quia ob suam lasciviam deseruerunt Christum, suóque sponso nempe Christo iniuriam lasciuendo fecerunt, optant matrimonij iugum subire. Et quia primam fidem Christo datam, non satis exploratis suis viribus finam votum perpetuæ continentia seruare possent, irritam fecerunt, siue repulerunt, nisi mature resipiscant, iudicium perpetuæ damnationis subibunt. Quicunque enim aliquid voverit, & non impleuerit, voti reus est. Siquidem melius esset non promittere, quæ promittere & non facere. Denique, quæ in Christo deliciatæ sunt, notantur & alio scelere, quod ociari perdiscunt, tempusque in vanum considerere cùm per alienas domos diuagantur. Intelligamus Ocum esse malorum omnium fomentum, quod qui non vitat, sagittis Cupidinis transfigitur: Dicit enim scriptura, Hæc fuit iniqitas Sodomæ fororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia & ocium. Iterum, Multam malitiam docuit ociositas. Et cùm huiusmodi mulierculæ admodum petulantes per alienas domos circumuagantur, nihil non volentes indagare & explorare, redduntur curiosæ, nugaces & garrulæ. Et quia iuniores viduæ ob suam incotinentiam à suscepta cœlibatus professione resiliuerunt, & à pactionibus cum Christo initis desciuerunt, consulit Paulus iunioribus viduis non astrictis voto continentia (si fornicationem vitare velint) vt nubant, dñeque operam procreandis liberis, & curam agant rei familiaris, ne dent ansam Satanæ, per quam infamet vitam nostram apud hostes Christianæ professionis. Iam enim quædam in gremium ecclesiæ cooptatæ & Deo consecratæ ob suam foedam voluptatem Diabolo obsequentes, relapsæ sunt ad iterandas nutrias. Vult & Paulus vt Christianæ viduæ à Christianis alantur, ne ab Ethnici vita præsidia deposcere cogantur. Nec debet Christianus viduam sibi cognatam destituere, eamque alendam ecclesiæ obtrudere, ne quibuslibet viduis nutrientis grauetur: etenim verendum esset ne suis facultatibus exhaustis, non sufficeret veris viduis alendis. Quod si vita præsidia viduis suppeditanda sint, multo magis presbyteris, qui integritate vita, constantia, grauitate, doctrina & exhortatione præsunt populo. Hoc autem exprimit hic locus, *Qui bene præsunt presbyteri dupli honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* (Duplici autem honore afficiendi sunt, quia dupli eleemosyna vel munere donandi, quia & prædicti reprecent Euangelium, & sacras literas profitentur. Et propterea & subsidio & honoraduntur. munere indigni sunt & Episcopi & sacerdotes, qui neque sacras literas profitentur neque prædicant, cùm illis ex officio incumbit, aut sacram scripturam docere aut

prædicare. Nonnulli adeò lasciuunt & deliciantur vt loco lectionis sacræ scripturæ aut summos honores ambiunt, aut in sardanapalicis voluptatibus vitam omnem transfigunt. Merentur & Theologi qui & docent & prædicant ampliora sacerdotia, quām qui aulicam vitam agunt, nec sua studia suosque conatus in publicam ecclesiæ commoditatem conferunt. Verūm hisce infoelicissimis temporibus deseruntur & contemptui habentur, qui pro sua singulari doctrina, suisque præclaris virtutibus digni sunt vt ad episcopalis dignitatis apicem euehantur.

Quod autem citat Paulus ad suffulciendam suam assertionem. Non alligabis os boui trituranii,) ex Deuteronomio desumpsit, Non ligabis os bouis trituantis in area fruges tuas. Trituant autem presbyteri velut boues, quando aut docent aut monent, aut præcipiunt, aut consulunt, aut arguunt, aut territant, aut sacrificant, aut ceteris sacerdotalibus officiis funguntur. Cæteris illis os est infrēnandum & obligandum, qui somnolentam vitam agunt, nec vlli sunt vsui. Confirmatur & ve-

Deut.22. Matth. 10 tus illa scriptura hoc Christi testimonio, Dignus est operarius cibo suo. Et quia presbyteri & pro sua ætate & dignitate, & præsertim pro suis meritis venerandi sunt, admonet Paulus suum Timotheum vt non facile recipiat accusationem aduersus presbyterum, ob ordinis dignitatem. Et licet tritum sit illud & vulgatum,

Deute.19. Matth.18. Neminem esse accusandum nisi sub duobus aut tribus testibus: id potissimum in presbyteris siue senioribus seruandum est. Vult etiam Paulus dicere accusationem non esse recipiendam in sacerdotem nisi sit eidens.

Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.
 " Testor coram Deo & Christo Iesu, & electis angelis vt hæc custodias
 " sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Manus
 " citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Te-
 " ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino
 " vttere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quo-
 " rundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium,
 " quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona, manife-
 " sta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.)

Tanta est criminis publici detestatio vt celari non possit, nec effugere iudicium Dei, nec magistratum illorum qui sub Deo in scelerum animaduersione militant. & propterea considerans Paulus quantum detrimenti adferant Reipublicæ etiam Christianæ scelestissimi peccatores, qui non exhorrent sua turpisima & flagitiosissima facinora in omnium conspectu admittere, simpliciūmque oculos offendere, dicit, *Peccantes coram omnibus argue.*) Etenim publica delicta publicitus blica publi punienda sunt, non solùm vt qui enormia vitia perpetrarunt, luant poenam: sed cœpuniatur vt explorata in omnium oculis eorum punitione, cæteris (ne in consimilia scelera incident) terror incutiatur. Nec debet iudex in criminibus publicis castigandis ad personas respicere, aut ad hominum fauores attendere: sed publicæ communitati prospicere, nec punitionem si fieri possit, de die in diem differre, ne facinoris hominibus detur ansa in peiora scelera ruendi. Vnde scriptum est. Quia non citò profertur contra malos sententia, absque vlo timore filij hominum perpetrant mala. Et licet correctio omnis videatur esse aut amara aut aspera delinquēti, tamen ne qui deliquit supplicium eternum patiatur, dulcissimum parit fructū. Sicut enim nux siue amygdalum amarissimā habet corticem, & testa durissima cingitur, vt detractis austeroribus, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correctio amara quidem videtur ad præsens, sed parit fructus dulcissimos. Et quia iudex ecclesiasticus in iudicando vices Dei gerit, qui nullius personā acceptat, per Deū attestādus est

vt ex

vt ex æquo & bono iudicet. Hoc autem exprimit hic locus, *Testor coram Deo, pater scilicet, qui autoritate propria iudicabit, & Christo Iesu, cui dedit omne iudicium faciendi, & electis angelis, qui sunt ministri Dei, & Christum in extremo iudicio cum maiestate multa venturū comitabuntur, vt hæc sine præiudicio custodias,) hoc est, vt in nullum præcipites sententiam, nec temerario iudicio quempiam iudices. Nihil enim attentare debes in ferenda sententia, quod non sit singulari & diligenter examine accuratōque iudicio discussum, ne declines in hæc vel illam partem, pauperem scilicet opprimendo vt diuini conniveas, aut diuitem puniendo vt pauperi indulgeas. Sic enim constitutus es à Deo iudex vt sis medius inter partes, ne vel te fauores vel munera exoculent, vel terrore principum à recto æquitatis iudicio deflectas, vnde tibi perpetua probri & scandali nota inureretur. Deinde admonet Paulus suum Timotheum, fulgidissimam quidem Episcoporum omnium margaratam, vt neminem citò ad sacros ordines promoueat, sed expendat, disquirat, & agnoscat quinam digni sunt vt sacris initientur. Quidam enim iuuenilia desideria sectantur & in libidinem hinniunt: Quidam verò in superbiam elati, cæteros contem- ptim despiciunt, alij parentes aut odio insectantur, aut mutilant aut verberibus af- ficiunt, aut parentum bona deprædantur & expilant, alij adeò sunt rudes, ignari & imperiti, vt vix prima grammatices elementa didicerint. Et hæc monstrofa ho- minum genera à sacris ordinibus suscipiendis arcenda sunt. Quod si Episcopus vnumquemque facilè ad sacros ordines recipiendos indiscriminatim admitteret, alienis peccatis consentiret, aliorūque scelera sibi pro sua leuitate aut auaritia imputarentur: Communicaret & alienis peccatis si non terroreret quos terrere po- test, nec castigaret quos castigare potest. Verūm Paulus suum Timotheum im- pellit ad contemplandum & perficiendum quod Episcopi statum magnopere commendat, nempe ad tuendam castitatem, qua si priuetur, non poterit liberè ne- que seuerè in aliorum vitia aut in uehi aut animaduertere: Qui enim prædicat, de- bet corpus suum castigare, & in seruitutem redigere, ne cùm aliorum scelera no- tauerit, reprobus efficiatur. Verūm vt Timotheus præclaram castitatis virtutem toto suæ vitæ curriculo illæsam conseruet, consulit ei magister, vt vinolentiam qua in libidinem ardemos, modis omnibus euitet. Et quia ob vitandam carnis petu- lantium nimia austerritate corpusculum suum macerabat, multasque infirmitates incurrebat, consulit illi Paulus vt modico & tantillo vino vtatur, agnoscens quām imbecillus erat eius stomachus ob frequentem aquæ usum & ciborum in- concoctionem & indigestionem, qua haud dubiè multis morbis afflictabatur. Et cùm dicit Paulus, *Modico vino vttere, &c.)* non vetat potum vini, sed ebrieta- tem, nec carnis curam interdit, sed prodeentes ex ea cupiditates. Deinde lo- quens Paulus de operibus publicis cùm malis tum bonis, subne&tit, *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur, &c.)* Ambrosius enarrans hunc Pauli locum, in psalmum 43. dicit, Quæ grauia sunt atque manifesta, præcedunt, & sine vlla dubitatione merguntur: quæ autem le- uiora sunt, bonis operibus sæpe relevantur: Beati enim quorum remissæ sunt ini- Psal.31.*

Quinam
sunt sacris
ordinib⁹ in-
digni.

Cæcinator
non tam li-
teris quæ
moribus pra-
dicet.

Et explicando psalmum 118. dicit, In statera singulorum opera pensantur, vt si bona malis præponderant, remuneratio præmij deferatur, si peccata virtutibus, tristior reum poena constringat. quod expressum ha- bes ad Timotheum dicente Apostolo Paulo, Quorundam hominum peccata ma- nifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. Adhæc Hie ronymus eundem Pauli locum edifferens in epistola ad Furiā de viduitate seruāda dicit, *Quidā tam liberè & palam peccant vt postquā eos videris, statim intelligas pec- catores. Alios autē qui callidè occultant vitia sua, ex sequenti conuersatione cognoscimus. Similiter & bona apud aliquos in propatulo sunt, in aliis lōgo vsu discimus. Possum ego dicere, peccata quædā adeò esse detecta, vt quæ examinētur nō indigeat, & propterea præcedunt ad iudicium, & æterno supplicio digna sunt. Alia verò sunt*

P. ij.

occulta, & hæc vt examinentur & probentur, indigent. Sunt & virorum proborum quædam bona opera adeò manifesta, vt quæ ad lucem veniant non indigent, nec illis præcone & buccinatore opus sit, satis enim se produnt, & omnium oculis se peruria manifestant. Sunt & alia occulta, nec hominum iudiciis subaperta, nec tamen abscondi possunt. Nam licet sint hominibus incognita, sunt tamen oculis Dei (quem nihil latere potest) nuda & aperta: Nihil enim opertum est quod non reueletur, & occultum quod non sciatur.

Argumentum sexti capit. 10.

Tame si durum videatur & pene intolerabile seruitutis iugum (quod nemmo in libertatem nolit se afferere) attamen Deo gratum est & acceptum, qui seruis præcipit vt suos dominos reuereantur, colant & ament, illisque promptitudine officij prætent, quod præmium non modicum promereatur. Adeò sincera est Christi doctrina, & nullo fuso conuestita & ornata, vt que hominum auribus placent, aut inanes & garrulas quæstiunculas prouocant, aspernetur & prorsus evitet. Et licet optent omnes quæstum etiam auidis votis, congerendisque opibus incumbant, putemus tamen quæstum illum esse summum, & omni commendatione dignum, qui pietatem in parentes, & subsidia in pauperes vna cum sufficientia complectitur. Non enim is diues est apud Deum qui insatiabili habendi cupiditate ardet & cruciatur, sed qui victis noxiis affectionibus (qui in inferorum barathrum hominem demergunt) iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam & mansuetudinem colit. Si velimus immortalitatem assequi, & immarcessibili bonorum omnium corona donari, nobis opus est vt ad mortem vsque, sinistra omnia sufferendo, pro defensione fidei certemus.

Caput sextum.

Vicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnunt, quia fratres sunt, sed magis seruant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemias, suspiciones malæ, contentiones hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimanti quæstū esse pietatē.) Nō sum nescius Paulū eadē frequenter inculcare. nec mirum nobis videri debet quia totus in Christum Christique ecclesiam a frequentia det. Præscripsérat in epistola ad Ephesios & Colossenses, quænam essent seruorum dem inculcat ad heros officia & ediuerso. & nunc idem institutū agés, agnoscensque seruos quod dā esse in suos dominos rebelles, proteruos & cötumaces, dicit, Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina

doctrina blasphemetur.) Nomen autem honoris hoc loco ita fuse se extendit vt & reuerentiam & subsidiariam operam comprehendat. Debent enim serui obedi- re suis dominis etiam carnalibus, non ad oculum seruientes, sed vt Christo (à quo pendet meritorum omnium remuneratio) sua deferentes obsequia. Nec ex eo debent se existimare omni libertate donatos esse quod Christi fidem sint amplexati: Non enim à Paganismo ad Christianismum defectio, iugum seruitutis tollit, licet Christianis omnes ad Christum conuersi debeat vt fratres reputari. Reddit autem Paulus rationem cur velit seruos etiam Christianos, suos dominos suspicere & reuereri, *Nelit seruitutē nomen domini & doctrina blasphemetur.*) Etenim infideles sanctissimum Christi nomen, eiisque euangelicam doctrinam aspernarentur & despicerent, si conspicerent Christianos seruos suis dominis contumaces esse & proteruos. Quis enim non sibi persuaderet malorum omnium tolerantiam, morum compositionem & æquabilitatem à Christianis principibus & dominis debere profici? Qualis enim est Christi doctrina, talem se præstare oportet Christi militem, qui nihil agere debet quod Christianæ religioni offendiculum adferre possit. Et quo arctius Christo addicti sunt fideles serui, eo ardenter affectu debent suis heris fidelibus morem gerere. Nam sacramento fidei donati, non tam serui dicendi sunt quam fratres, & cœlestium beneficiorum participes. Et propterea Paulus medici munus obeundo, qui nunc rem exasperat, & mox lenit, dicit suo Timotheo, *Hæc doce, & exhortare.*) Quod si quis aliter doceat, & fanæ Christi doctrinæ (quæ & pietatem & religionem magnopere commendat) non auscultauerit, insolens, superbis, tumidis & ignorans reputabitur, & dignus erit qui cum garrulis & argutis sophistis conferatur, qui velut languidi & morbos, ea ineptis quæstiunculis & Labyrintheis argutis perquirunt & inuestigant quæ minus sunt inuestiganda, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemias, suspiciones malæ, conflictiones, siue studia superuacanea hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Quemadmodum enim morbidæ & scabiosæ oves si cum sanis diuersentur, eas suo morbo, suoque contactu & veneno inficiunt, ita qui corruptissimis sunt moribus illos contaminant cum quibus commercium habent. Nec huiusmodi homunciones altercantur & rixantur nisi lucri gratia, falso arbitrantes sinceram & germanam pietatem, diuinumque cultum debere ad aucupandas diuitias ordinari.

Aduersus garrulos & argutos sophistas.

„ Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: Nam qui volunt diuites fieri, incident in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia & nocua quæ mergunt homines in interitum & perditionem: Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Tu autem ô homo Dei, hæc fuge, sedare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, vt serues mandatum, sine macula, irreprehensibile usque in aduentum Domini nostri Iesu Christi quem suis temporibus ostendebat beatus & solus potens Rex regum, & Dominus dominantium

„ qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem,
„ quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, cui honor & im-
„ perium sempiternum, Amen.) Verus, syncerus & germanus quæstus (quem

Verus quæ- Paulus Christianis exoptat) cum sordido & plusquam auaro quæstu pugnat, de
stus in quo à quo paulo antea dixerat reprehendendo homines mente occècatos, & insatiabili
sordido & cupiditate obtenebratos, Existimantium quæstum esse pietatem. Etenim hic pro-
auaro dicitur- phanus & illiberalis quæstus facit hominem & Dei & sui obliuisci: Ille verò facit
hominem & Dei & sui recordari. Adhæc, Hic quæstus in omnes odium concitat,
hic verò, omnium gratiam & benevolentiam sibi conciliat. Insuper, Ille abiectissi-
mus quæstus prouocat hominem ad idolatriam: hic verò, cultum Dei, & proximi
charitatem continet. Sit itaque quæstus magnus & laude perpetua commendabilis,
in parentes (si rebus nostris indigeant) pietas, & in fouendos pauperes beneficen-
tia. Vnum tamen me monet Paulus vt ad eius scripturam mee mentis acrimoniam

Laudanda est
pietas suffi-
cientia an-
nexa.

inflectendo, dicam laudandam esse & comméndandam pietatem illam, quæ suffici-
tiā sibi habet annexam: Cūm quis scilicet sua sorte contentus est, nec aliud des-
iderat. Arbitrantur & nonnulli interpres pietatem nihil non lucrifacere cūm pe-
cuniis caret, aut si quas habeat, earum tamen affectu aut desiderio nō tenetur. Et hēc

Aduersus
auaros.

virtus vnā cum sufficientia, si quos ornat, præsertim Episcopos, qui non tam debet
opes possidere quām egenis profundere, multa in pauperum alimoniam elargiri, &
paucā sibi reseruare: Satis enim diues est qui est pauper in Christo. Quòd si in Chri-
sto pauper sit, hoc est, propter Christum, verae paupertatis statum elegerit, nihil non
acquisiuit.

Quòd autem debeamus in congerendis diuitiis affectum exhorrere &
odio insectari, exprimit Paulus dicens, *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium*
nec auferre quid possumus.) Frustra quis cumulandis opibus inhiat, & in bonorum af-
fluentia cor suum defigit, cūm & diuitiæ & diuitiarum gloria simul cum diuite in-
teribunt. Et propterea vetat Paulus Christiano affectare ciborum cupedias, aut ho-
loserico sumptuosisque indumentis vestiri: Etenim rerum sufficientia in tenui &
parabili vietu ac indumentis quibus corpusculum hoc tegitur, sita est. Qui enim

appetit opes, cupitque ditari, tentatione vincitur, & pedicis Diaboli irretitur, noxiis-
que affectibus obuoluitur, quibus tandem in profundum inferorum demergitur.
Non tamen is damnandus est qui possidet opes sua industria suóque labore par-
tas, & eas pauperibus impartitur. Reddit autem rationem Paulus cur auditas opum
fugienda est, *Radix inquit omnium malorum est cupiditas*, siue Phylargiria, aut pecu-
niæ studium. Nam & viuentibus & mortuis officit, bellorum tumultus concitat,
discordias & odia etiam inter consanguineos seminat: nutrit & scorta, diuinaque &
humana iura peruerit. Et qui congerendis opibus incubuerunt, à fide aberrarunt:
Nam fides & euangelica veritas nobis suadent sectandam esse paupertatem. Cūm
enim Christus consuluisset cuidam adolescenti admodum diuti, ad nanciscen-
dam euangelicam perfectionem vt mundum relinqueret, & diuenderet omnia
quæ possidebat, cāque pauperibus erogaret, & auditio illo consilio adolescens il-
le tristis abiisset, tandem conclusit in ruinam & miserum diuitium exitium, Amen

Matth.19.

dico vobis quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vo-
bis, Facilius est camelum per foramen acus transire quām diuitem intrare in
regnū cœlorum. Adde quòd torquentur, cruciantur & mōrōre ac tristitia suffun-
duntur qui cupiditate & auaritia tenentur, eò quòd nequeunt audissimum habēdi
animum explere. Sicut enim sentes aut spinę innatis aculeis manus cruentant & cor-
pus lacerant, ita diuitiæ mentem affligunt & vulnerant. Et propterea Paulus suum
Timotheum, Episcoporum quidem florem vernantissimum admonet, vt cupidita-
tem odio insectetur & quæ à cupiditate proficiscuntur, Tu, inquit, O homo Dei, hac
fuge, sectare verbū iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, siue tran-
quillitatem animi. Vocat autem Timotheum hominem Dei, non tam à dignitate

quām

quām à virtutibus, quibus inter Episcopos excellebat: Licet principes omnes cūm
seculares tum ecclesiastici & magistratus, dij dicantur, quod affirmat illud Dauidis
testimonium, Ego dixi Dij es̄tis, & filij excelsi omnes. Deinde adhortatur Paulus Psal.8*ri*
Timotheum vt ita pro tuendo fidei & ecclesiæ propugnaculo certet, vt cum omni
vitæ sanctimonia & innocentia reperiatur miles stabilis, firmus & inuictus, & ita bo-
num fidei certamen decertet, vt ad mortem vsque aduersus infestissimos euangelicæ
veritatis hostes pugnando, victori palma coronetur. Etenim ad hanc veram confli-
ctationem, intrepidamque aduersus dæmones collectationem vocatus erat Timo-
theus, vt etiam cum discrimine vitæ Christum profiteretur. Nec deessent testes qui
agnoscerent hunc inuictum athlētam sinistra quæque pro extollenda Christi gloria
tolerasse. Et ne putet Timotheus præcepta Pauli esse omnino humana vel in fugiē-
dis vitiis vel in factis virtutibus, subiecit, *Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia*)
Si enim pericula omnia forti animo pertuleris, nec morte exhorrueris, à Deo æter-
næ vitæ authore vnico, immortalitate donaberis. Verùm vt suam exhortationem di-
tiorem reddat & auctiorem, ad exemplum Christi suum Timotheum prouocat, qui
de sua suique patris diuinitate, maiestate & potestate sub Pontio Pilato probatissi-
mum dedit testimonium. Licet enim à Pōtio Pilato Tiberij Cæsarī in Iudea Præ-
fecto multis quæstionibus pulsaretur, finam esset rex Iudæorum, aut filius Dei, vt
vel eum insontem fineret abire, aut vt reum morti adiudicaret, non tamen à senten-
tia & constantia animi etiam minis territus, dimoueri potuit, sed ingenuè professus
est se à Deo patre in hunc mundum missum fuisse, vt à captiuitate Diaboli, & ser-
uitute peccati mundum liberaret, suaque incomparabili & ineloquibili doctrina
(quam multis miraculis confirmavit) planè declararet se esse Deum, & Deo per o-
mnia coæqualem. Vult & Paulus vt hic excellens admodum Episcopus, seruet mā-
datum sibi præscriptum sine vlla labe & insigni reprehensione, aut si mauis, seruet
mandatum immaculatus & irreprehensus vsque ad apparitionem siue illustrationē
Domini nostri Iesu Christi, ita vt sui muneric functionem nulla macula contami-
net. Hanc autem apparitionem magnificam, gloriōsam & præcellentem proditurus
est tempore præfinito qui est beatus & solus potens, Deus pater scilicet, (vt quidam
interpretātur,) qui natura & æternitate beatus est & potens, & fons totius beatitudi-
nis & potentiae: Non enim sum nescius quosdam Christianos certa spe & virtutum
excellentia dici beatos. verūm Dei gratia eos (si dicā) beatificat. Adhæc, Reges, prin-
cipes & magistratus suis subditis imperant & dominantur, sed eorum virtus, domi-
nium & potestas ab illa suprema & omnium diuinissima potestate pendet. Nolo ta-
men illorum sententiæ accedere, qui dicunt solum patrem esse potentem, licet ei at-
tribuatur potentia, sicut filio sapientia. & melius est explanare Paulinam hanc do-
ctrinam, *Qui solus est potens & beatus, Rex regum, & dominus dominantium*) de Deo tri-
no & uno. Licet enim pater coelestis sit fons & origo totius diuinitatis, & lux lucis,
& potestas potestatis, quia à nullo procedit: Filius autē & Spiritus sanctus ab eo pro-
cedunt, tamen nulla beatitudo, nulla gloria, nulla maiestas, nulla denique potestas
ei tribuenda est, quæ non sit filio & Spiritui sancto communis, consubstantialis &
coæterna. Habet & solus Deus sua incomprehensibili natura immortalitatem & lu-
cem inaccessibilem, quòd si post fœlicem resurrectionem vera immortalitatem dñe-
mur, id gratuito Dei dono tribuendum erit: Nam sola participatione illius immen-
sæ immortalitatis erimus immortales. Etenim ex epistola ad Romanos colligimus
Spiritum sanctum & spiritum totius trinitatis vivificantur nostra mortalia cor-
pora. Hunc autem magnificentissimum regem & dominatorem omnium potentis-
simum, nullus hominum dum hac momentanea aura frueretur, vidi aut videre po-
tuit visione quidem stabili perpetua & permanente. Huic autem Paulinæ senten-
tiæ arridet Ioannes dicens, Deum nemo vidit vñquam. Vnigenitus filius qui est in
sinu patris ipse enarravit. Nec etiam purus homo etiam in patria vidit Deum visio-
ne comprehensionis. Nec in hoc mundo quis oculo corporeo vidit Deum sicuti
P. iiiij. *Ioan. t.* *Ioan. 4.*

est. Hæc fusius in Euangelium Ioannis, & in nostra Theosophia tractauimus. Et quia solus Deus sua natura habet beatitudinem, immortalitatem & lucem inaccessibilem, debemus ei votis omnibus assurgere, eumq; perenni gloria ac perpetuo imperio venerari. Quid dicam venerari? Imò spiritu & veritate adorare.

„ Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in „ incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè „ ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, „ communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt „ apprehendant veram vitam. O Timothee depositum custodi, deuitans „ prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, „ quam quidam promittentes circa fidē exciderunt. Gratia tecū, Amen.)

Præcedentibus hæc Paulus subneicit, non cessans affectum diuitiarum detestari.
Cur non sit diuitiis fidendum. *Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere.*) Quia nihil æquè supercilium attollit, aut arrogantiam & fastum gignit quā opulentia. Idcirco Paulus adhortatur suum Timotheum vt inhibeat diuitibus huius præsentis seculi suis diutiis insolescere, aut ob cumulum diuitiarum & affluentiam bonorum arroganter de se sentire. Frustra enim diuitis animus effertur in his quæ citò pereunt. Denique cùm possidentur certitudine carent, si nam longo tempore retineri possint. Licet enim cumulatissimæ opes non sint furto sublatæ, non tamen possidenti timorem adimunt quin à furi bus auferri possint. Verùm quia diuitiarum omnium fallax est opinio, cæcum & iudicium, & spes nusquam minus certa, idcirco spem in Deo firmissimā collocemus, qui in sacris scripturis docet nos non debere illa vehementer amare quæ citò labūt, fluunt & decidunt, nec spem vnquam in illis rebus esse defigendam, quæ nostræ saluti plurimū officiunt. Sit itaque Deus vñus, spes nostra, & nostræ fiduciæ anchora tutissima. Nec abs re dicebat Dauid ridens & contemnens quæ temporaria sunt & humana, Spes mea Deus. Et alibi, Mihi autem adhærere Deo bonum est, posse in Domino meo spem meam. Hæc enim spes neminem fallit, neminem à Deo auocat, nisi se prius à Deo auerterit. Denique hæc certissima spes Christianos omnes piè viuentes, ad Deum allicit. quid dico allicit? Imò sanè rapit & pertrahit. Verùm vt certa sit hæc rerum diuinarum spes, opus est vt fide syncera stabiliatur & bonis operibus illustretur. Nec deest Paulo argumentum ad suadendum nos debere potissimum sperare in Deo viuo, qui ita perpetuò viuit, vt perpetuò se intelligit, *Præstat inquit, nobis omnia abundè ad fruendum.*) Nam & opulentè & si dicam diuitialiter suas opes suis fidissimis famulis impartitur. Etenim quicquid boni & influentia corporum cœlestium & elementorum virtute nasci potest, synceris Christianis largitur. Quòd si copiam vini, olei & frumenti desideres, modò præceptis eius obtemperaueris, non addubito quin abundè tibi omnia pro ratione temporis suppeditabit. Laudemus itaque hunc magnificèstissimum largitorem in suis magnificis operibus, cui nihil (etiam quod ferax admodum tellus gignere potest) conferri vnquam poterit. Præstat & hic Deus clementissimus nobis facultatem & auxilium bene operandi. Siquidem operatur in nobis & velle & perficere pro sua bona voluntate. Nos quoque irritat vt simus faciles & propensi ad impariendum bona quæ ab eo vt distribuantur, accepimus. Verùm quod maius est & scopū nostræ fœlicitatis attingit, non cessat nos adhortari vt nobis thesaurizemus fundamentum bonum in futurū, quo ad immortalitatem & perpetuæ vitæ fœlicitatem perueniemus. Putemus autem hoc, firmum, fixum, perpetuum & incōuulsum fundamentū, esse Iesum Christū, super quod substruenda sunt viua auri, argenti & gemmarū ædificia, népe opera illa admodū meritoria, quæ nos Deo gratos reddat. Insuper Paulus cōmonefacit suum Timotheum vt omni studio, omni diligentia, omni cura doctrinam sibi traditam seruet, *Depositum inquit, custodi,* hoc est, quod tibi commissum est, nō enim quæ seruanda

uanda accepisti, imminuere debes. Deuita & prophanas vocum nouitates, superuacaneas scilicet disputatiunculas, & garrulas vociferantiū sophistarum argutias. Fuge & obiectiones falsi nominis scientiæ, aut si mauis fuge falsò nominatas scientias. Etenim argutæ philosophorum digladiationes, & spinosæ dialecticorum concertationes aut conjecturales Astrologorum disciplinæ, Mathematicorumque omnium placita, falsò scientiæ dicuntur, quia non continet fidem, imò quamplurimos huiusmodi disciplinis mordicus addictos, à cognitione veri Dei abduxerunt: Non enim vera est aut syncera scientia vbi fides non est. Et propterea scriptum est, *Perdam falso nomine.* Esa.33. 1.Corr.1. *Quanam sunt scientiæ.* co testimonio non nihil adiecit Paulus dicens, Nónne stultam fecit Deus sapientiam mundi? Non tamen omnino reūciendæ sunt humaniores disciplinæ, imò vbi abest fastus, plurimū conducunt ad asequendum veram Theologiæ cognitionem. Falsò autem scientiæ dicuntur, facta comparatione ad cœlestem sapientiam, de qua dicit Paulus, Sapientiam loquimur inter perfectos. Aut falsò scientiæ dicuntur quando diuinæ veritati repugnant, & suis præstigiis, suisque cauillis, nugamentis & fallaciis homines decipiunt. Sed hæc plenius alibi discussimus. Reddit autem Paulus iustum rationem, cur non debeamus nimium in humanioribus literis immorari, aut in eis consenescere velut apud Syreneos scopulos. Quam quidam promittentes, verius vt legit Chrysostomus iuxta germana Græcorum exemplaria, profitentes, circa fidem exciderunt, siue à toto fidei scopo aberrarunt. Deinde Paulus suapte manu subscribendo, gratiam Dei suo Timotheo in æuum fœliciter comprecatur.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, doctoris Theologi, in priorem Pauli ad Timotheum epistolam, finis.

IOANNIS ARBOREI LAVDVNENSIS, Doctoris theologi, in posteriorem Pauli ad Timotheum epistolam, Præfatio.

PAULUS adhortatur Timotheum, vt si syncera fide & aſidua sui muneric functione velit gloriam Euangeliū illustriorem reddere, non reformidet quæ nobis terrorē non modicū incutere solent, nec persecutionum procellis deiiciatur: sed inuicto animo etiam ad mortem usque certe aduersus illos qui Christum, Christique doctrinam persequuntur: Nā à Deo vocatus est, vt illum prædicet qui destruxit mortem, & vitam illustravit. Acrius quoque hunc inuictissimum & generosissimum militem ad euangelicum certamen sui exemplo prouocat, vt pro tuenda fide, & electorum salute, strenuā militiam militando post suos exantatos labores immarcessibili corona donetur. Monet & eundem eximium antistitem, vt inseſtetur odio garrulas & inanes quorundam philosophorū & theologiarū quæſiunculas, synceréque & absque ullo fuso sanam Christi doctrinam tractet. Prædicet & quænam turpia vitia, imo portentosa vitiorum omnium monstra, nouissimis temporibus ad perpetuam sceleratissimorum ruinam nascentur. Gloriatur in Domino, & totus gaudio perfunditur, quòd ad victricem martyrij palmam properando, egregium certamen decertauerit, summa fide legationem suæ fidei concretam obierit, & euangelicū cursum fœliciter consummauerit.

Argumentum primi capit. I.

PAULUS suo solito more cœlestia quæque & diuina suo Timotheo comprecatur, & præsertim gratiam, misericordiam & pacem, ut munus euangelici negotijs suis delegatum, ad Dei gloriam & ecclesiæ edificationem fœliciter obeat. Nec potest eum syncera fide in Christum ardentem non admonere, ut quam natus est gratiam assiduo diuini verbi præconio propagatiorem reddat. Quo enim in functione rei euangelica alacrior erit, & in sufferendis quibuslibet tormentis propensior, eo maiora eum manebunt præmia. Ad hoc autem egregium certamen aduersus hostes fidei subeundum, exemplo Pauli irritatur, qui cum spiritu Dei afflatus agnouisset, incredibili Christi virtute profligatam esse mortem, & restitutam gratuitō dono illis vitam, qui post deploratum lapsum, in Christum crediderunt, non desuit catenis ferreis vincitus, immò toto pene corpore laceratus, salutiferum Christi nomen coram saeuissimis tyrannis profiteri, extollere & prædicare.

Caput primum.

TAULUS Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, secundum promissionē vitæ, quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio, gratia & misericordia & pax à Deo patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro. Gratias ago Deo meo, cui seruio à progenitoribus meis in cōscientia pura, quòd sine intermissione habeā tui memoriā in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear, & recordationē accipiens eius fidei, quæ est in te nō ficta, quæ & habitauit primū in auia tua Loide, & matre tua Eunice. certus sum autem quòd & in te. Propter quā causam admoneo te, vt resuscites gratiā Dei quæ est in te, per impositionē manuum mearū. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimoniu Do mini nostri, neque me vincitum eius. sed collabora Euangeliō secundum virtutē Dei, qui nos liberauit & vocavit vocatione sancta, non secundū opera nostra, sed secundum propositū suum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia. Manifestata est autē nunc per illuminationē Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidē mortē, illuminauit autem vitā, & incorruptionem per Euangeliū, in quo positus sum ego prædictor & Apostolus & magister gentium.)

Paulus diuina volūtate Christi legatus, & qui à suis maioribus & spiritualibus progenitoribus didicerat quæ deberet vnicè colere, nocturnis diurnisque precationibus pro suo Timotheo Deum interpellauit, vt syncero affectu syncerorique prædicatione munus suæ fidei delegatum alacriter obiret: & propterea, vt fidei candidatos sua legatione pelliceret ad contemplandam futuræ vitæ fœlicitatem, quam Deus pater nobis per suum filium Iesum Christum pollicetur, summa Dei præsidia, népe gratiam, misericordiam & pacem ei comprecatur. Optat etiam ipsis oculis hunc filium

filium sibi à virtute charissimum conspicere, & ob immensum & ardentem amoris affectum, immò si dicam charitatis insaniam, hic gratus discipulus profusis lachrymis sui præceptoris absentiam deflebat, non secus quam infans ab uberibus matris distractus, atque lactis alimonia destitutus. Ob id forsitan moerebat Timotheus, quod in ipsa adolescentia intolerabile Pontificij muneris onus subiisset. Quantilibet enim quisque animi virtute polleat, cum tamen clavum ecclesiæ & gubernacula suscipit, in speratis fluctibus quatitur, & variis vndique negotiis actus, penè submergitur, vt pulchrè docet Chrysostomus. Et licet semper id ferè contingat, præfertim tamen in exordio nascentis ecclesiæ & efflorescentis Euangeliū, cum periculorum & persecutionum plena erant omnia, & ex Iudaicis obseruationibus, licet antiquatis, hærefes nascebantur. Quia tamen Paulus sibi persuaserat suum Timotheum esse fortē & constantem in perferendis quibuslibet tentationē & aduersitatū procellis, eum suis assiduis precationibus hortatur, vt in eadem animi magnitudine persistat, nec suam egregiam militiam deserat. Afficiet & ingenti gaudio, cum sibi licuerit eum reuise, enīsque osculis & amplexibus perfri. Commendat & magnopere synceram sui Timothei fidem, quæ nulla vñquam obliuio- *Commendat Paulus ardor Timothei fidēi*, ne oblitterari poterit. Hæc autem fidei synceritas, immò magnitudo, ex Christiana do- *tem sui Timothei* fuit filius mulieris Iudeæ fidelis, licet patrem habuerit infidelem. Et magis ac magis exerendo vim huiusc fidei, adiecit, Confido, quod & in te. Nam hanc fidem minime simulatam, velut ius quoddam hæreditarium, accepisti: Tantum enim abest vt tuorum maiorū merita imminueris aut infamaueris, quin potius tuis præclaris virtutibus exornaueris & propagaueris. & ob hanc causam te velim admonere, vt excitem gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum. cum scilicet impositis tibi meis manibus accepisti spiritum sanctum. Siquidem ex Actis Apo- *Act. 8.* lorum omnibus exploratum est Samaritanos ad fidem conuersos, ab Apostolis, vt Episcopis, per impositionem manuum accepisse spiritum sanctum. Sequendo autem vulgatam editionem, hoc loco legimus, vt resuscites gratiam Dei &c. Pro resuscites Græci legunt ἀναζωπυρεῖν, quod est propriè ignem iam conditum ac sopitum suscitare. Ad hunc locum enarrandum dicit Thomas, quod Timotheus effectus pulsillanimis torpuerat circa fidem. Et ideo dicit Paulus, *Vt resuscites gratiam*, sopitam scilicet. Hanc autem spiritus sancti gratiam acceperat ad maximam ecclesiæ communitatem, vt multis miraculis & sacrarum literarum professione, ac sacris concionibus fidem Iesu Christi propagatiorem & illustriorem redderet. Verum vt cum ampliori exultatione in officio persisteret, studeretque pro viribus hanc gratiam cumulatiorem efficere, adiecit, *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.* Nec ab hoc loco scriptura illa euariat, Non accepistis spiritum Rom. 8. seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba, pater. Nec generosi Christi milites acceperunt spiritum timoris mundani vt metu consternantur, aut pauore mortis intentatę frangantur, sed acceperūt spiritum fortitudinis, vt in æquabili malorum omnium tolerantia & in omnium virtutum exercitio præstantiores & celstiores euadant. Nec sputa, conuicia, opprobria, ludibria & flagella quæ pertulit Christus, debent hunc athletam à scopo dimouere, aut ab animi sententia retrahere, sed potius eum alacriorem reddere: Nam *Cruce Christi*, crucifixum & glorio- *præstantius* & gloriiosus. & propterea adiecit Paulus, Noli itaque erubescere testimonium Do mini nostri Iesu Christi, hoc est, non suffundaris rubore, quod Christum crucifixum & glorio- prædices: hoc autem testimonium quod debemus etiam coram saeuissimis tyrannis suis, asserere, est mors Christi. Et licet sputa, opprobria, carceres & vincula, si per se cōsiderentur, sint confusione & probro digna: si tamen horum omnium causa disqui- ratur & singula mysteria discutiātur, cognoscuntur esse perpetuæ gloriæ & diuinæ

virtutis plenissima. Nihil enim gloriosius est cruce Christi , quæ salutem toti orbi peperit, sœuissimam Diaboli tyrannidem fregit, & ad immortalitatem nos adduxit. Neque Timotheus debet moueri & erubescere , quod Paulus causa Christi sit vincitus, & catenis ferreis ligatus. nam catenæ ille quas ob Euangelij negotium perpetiebatur, non faciebant eum infamem, sed magis gloriosum . Debent quoque huiusmodi catenæ perpetua laude dignissimæ, animum Timothei accendere , vt maiori studio euangelicum negocium corroboret secundum virtutem Dei, qui à seruitute peccati, lege mortis, & tyrannide diaboli nos per Iesum Christum liberauit. Hic autem locus, *Qui nos vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra &c.*) Planè docet Apostolorum vocationem non esse humanis præsidis, sed gratuitæ Dei beneficitiæ tribuendam, ne quis euangelicam legationem obeudo, insolefcat, aut fastu quodam intumescat. Huic autem loco arridet scriptura illa, Elegit nos Deus ante mundi constitutionem vt essemus sancti & immaculati, quasi innueret Paulus, non quia eramus sancti, sed vt eius gratia suffulti, ita laboraremus, ita certaremus vt sanctitatem, & fœlicitatem æternam posthac assequeremur. Nec hæsitandum est quin hanc coelestem vocationem subsecuta sint bona Apostolorum opera : Nam alibi dicit Paulus, *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Hæc autem gratia quæ erat ab æterno prævisa & prædestinata, fuit suo tempore manifestata per apparitionem Salvatoris nostri Iesu Christi, qui sua cruce aboleuit mortem, sua verò resurrectione vitam aperuit. Pollicitus est & nobis obseruando suam euangelicam doctrinam (quam Paulus inter Gentes latissimè propagauit) immortalitatem.

„ Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim „ cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in „ illum diem. Formam habeo sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & „ in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, quod auersi sunt à me omnes „ qui in Asia sunt, ex quibus est Phrygellus & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sœpe me refrigerauit, „ & catenam meam non erubuit, sed cùm Romam venisset, solicite me „ quæsiuit & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam à Deo „ in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.)

Et quia concreditum est mihi Euangelium præputij, & gratuito Dei munere delegatus sum Gentium Apostolus & prædicator, non exhorresco carceres, nec catenis ferreis vinciri reformido : Non enim flagella, opprobria & tormenta quæ pronomine Christi suffero, cum gratia mihi collata & ministerio illo ad quod vocatus sum, conferri debent. Pro viribus tamen adnitar illustrare & adaugere quod mea fidei concreditum est. Nec cruciatus, carceres & vincula me confundunt aut obturbant, nec à suscepto negocio animum meum auocant, sed magis stimulant & accedunt, vt pro illius gloria decertem cui credidi, & à quo spero pro functione mei munieris me in die iudicij assequiturum immortalitatem. Hoc autem explanat hic locus, *Quia potens est seruare depositum meum in illum diem.*) Hoc autem depositum est fiducia & prædicatio. Et hoc ipsum qui depositum integrum ac illibatum seruabit, nullis enim tormentis hic thesaurus mihi repromissus expilabitur. In subsequenti loco Paulus adhortatur suum Timotheum vt aliis proponat formam piæ viuendi, quæ à sana doctrina, sincera fide & ardenti charitate ortum ducit, *Formam inquit, habe sanorum verborum quæ à me audisti in fide & charitate quæ est in Christo Iesu.*) Etenim pictorum more tuæ menti ipsissimam virtutis imaginem, primitiūque formam insculpsimus. & propterea da operam vt quæ tibi à nobis impressa sunt, suum vbique candorem &

& splendorem retineant, siue de fide aut charitate opus sit non nihil loqui aut definire. Tibi persuadeas velim quæ nostræ fidei deposita sunt, non ab humana virtute, sed à solo spiritus sancto profici, qui tibi me etiam præcone præcipit, vt quod tibi depositum est, dignè & solicite custodias. Si enim spiritus sanctus in te habitet, cùm prædones insidiabuntur, aut persequitorum enses perstrepent, aut stabit in acie diabolus, aut sœuient bellorum tumultus, aut ingruent vnde malorum omnium procellæ, victor euades. Et propterea iterum atque iterum te admoneo, vt summa cum *Hec observa* diligentia quod tibi per spiritum sanctum depositum est, serues. cura etiam, vt spiritus sanctus qui tibi pro muro & praesidio datus est, semper in intimo tui pectoris scri niolo diuersetur. Nec terreas velim si quandoque humana ope & amicorum auxilio destituaris. Nostri enim quod auersati sunt me omnes, qui sunt in Asia, ex quibus est Philetus & Hermogenes.) Licet enim Romæ cùm sub Nerone, crudelissimo quidem tyranno cruciarer, essent plerique Asiatici, nemo tamen mihi adstitit & opitulatus est: immo omnes me aspernati sunt. verumtamen meus gestit animus quod diuinum auxilium non mihi defuerit, quo infestissimos fidei inimicos propulsauit & profligauit. Prospera quæque Onesiphori domui comprecor. Non enim solùm meum colloquium non refugit, sed etiam blando & Christiano suo alloquio me consolatus est, nec quod me catena vinclum conspiceret, fractus est animo, sed meam catenam, suam esse duxit. & cùm venisset Romam me studiosius requisiuit & inuenit, & pro tam propenso in me fauore, precor Deum optimum & maximum, vt in die illa metuenda sit illi fauentissimus & clemētissimus. Nec te latet mi Timothee dilectissime, quanta mihi multis tribulationibus & pressuris afflito Ephesi ministrauerit, & vltro suppeditauerit.

Argumentum secundi capit. 1.

Adhortatur Paulus Timotheum, suum quidem filiolum vnicè charum, vt quod nactus est à Christo gratiam variis temptationum & persecutionum fluctibus penè obrutus non deserat, sed inuicta animi magnitudine aduersus hostes fidei pugnando, consolidet & corroboret, neque ullum ad euulgandam Christi doctrinam admittat, nisi ex morum probitate & sacrarum literarum intelligentia se præstet idoneum. Denique ad rariissimum sui exemplar compellit hunc invictissimum athletam, vt prædicet illum, etiam multis tormentis cruciatus & dilaceratus, qui sua propria virtute de ignominiosa morte triuphauit. Non enim perenni vita cum Christo fruemur, nisi eius vices multis flagellis & tormentis discruciatu condoluerimus. Vult vt idem eximius antistes syncerè tractet Euangelium Iesu Christi, illoque auersetur qui more Sophistarum de friuolis & ineptis questiunculis digladiantur, afferuntque toto cælo oberrantes omnium resurrectionem iam factam esse. Et licet quis fæde lapsus sit, & contagiosa hæresi pollutus fuerit, si tamen feruenti contritione mature resipuerit, ex prophano sacerfiet, & velut vas pollutum & contumeliosum in honorem sanctificabitur.

Caput secundum.

„ **V**ero fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, im-

„ plicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui „ certat in agone, nōn coronabitur, nisi legitimè certauerit. Laborantem „ agricolam oportet primū de fructibus accipere. Intellige quæ dico, „ Dabit enim Dominus in omnibus intellectum. Memor esto Dominum „ Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum „ Euangelium meum, in quo labore vsque ad vincula, quasi malè operās: „ sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter ele- „ ctos, vt & ipsi salutem consequantur quæ est in Christo Iesu, cum glo- „ ria cœlesti.) Robur animi accipias mi Timothee charissime, in ea quidem gra-

„ tia quæ tibi à Christo data est ad obeundam tuam legationem: nec pericula reformi- „ des quominus synceram Euangelij doctrinam, quam ego tibi coram multis testibus tradidi, aliis inuulges, si modò idonei sint, vt quod à me hausisti, in eorum mentes transfundas. Et quia data fide sub Christo militas, qui te suis castris præfecit, aduersus

*Quid miles
Christianus
in aduersis
præstare debet.*

ingruentes malorum omnium procellas te præsta strenuum. Et ita labora, vt velut dux Euangelici agonis fortissimus, æquo feras animo omnes afflictiones, nec spe quæstus illectus, aut hamo humanæ laudis captandæ irritatus, milites Deo. Nemo quippe militans Deo, sese inuoluit secularibus negotiacionibus & occupationibus, vt ei placeat cuius spiritu delectus est & adscriptus ad hanc militiam. Vtitur autem Paulus hoc loco metaphora à militibus sumpta, quorum nemo curat rem domesticam posteaquam sacramento fuerit addictus militiae: sed Imperatoris sui negocium agit, multo magis id conuenit facere eum qui militat Euangelio. Verùm hisce infelicitissimis temporibus sunt quidam sordidi & auari sacerdotes, qui ita quæstui inhibit, vt prorsus ignorent cui nam militiae sint addicti. Pro summa gloria & fœlicitate sibi

*Aduersus
sacerdotes
qui negotiis
secularibus
implicatur.*

ducunt cumulatissimas opes negotiadio congerere, spretisque rerum cœlestium studiis cum mercatoribus commercium habere, qui pro hac contagiosa peste qua inficiuntur, digni sunt, vt ab ecclesiasticorum consortio exulent, dirisque imprecatio- nibus deuoueantur. Hieronymus in 3. caput lamentationum Hieremy, dicit militum Christi perfectionem esse, exutam mentem habere à cunctis terrenis negotiis, & tu- multu seculi. Idem sentit Basilius aliis tamen verbis, Sermone i. de exercitamentis pietatis, vbi pulchrè & abundē tractat officium strenui militis. Nec potest Christianus miles molestioribus curis & negotiis implicatus, ad victricem palmam assurgere. Strenuus autem athleta omissis rei domesticæ curis, gnauiter suum munus obeundo, egregia corona donabitur. Quòd si is qui in téporaneo agone contendit, ab illis rebus abstineat, quæ possunt victoriam præpedire: multo magis is qui in Christiana militia contendit, debet à vitiis illis abstinere quæ plurimum officiunt, quominus vi- toria potiatur. Nec satis est colluctari, & conferere manus, & in medium decertandi causa prodire, sed dura quæque & acerba tolerando, in agone persistendum est. Et qui ita militando ad subeundam cædem & mortem paratus est, legitimè certat. Et sicut industrius agricola dum colit terram, dum proscindit aut stercorat, aut semen tem facit, aut quod seminatum est, repurgat, spe quæstus nullum labore sibi ducit esse grauem: ita qui pro euangelico negocio decertat, vt immortalitatis præmium assequatur, acerba quæ suffert, sibi suauissima esse dicit. Perpende igitur mi Timothee quid his parabolis exprimere velim. Interpello Deum, vt tibi aperiat men- tem in omnibus, & verbis & actionibns, eamque consolidet. Sis quoque memor Dominum Iesum è nobilissima Dauidis familia secundum carnem prognatum, de morte triūphasse, nec suppliciū mortis ignominiosum, quod forti animo pertulit, eius gloriam obscurasse, sed magnopere illustrasse. Nec imiteris illos qui probroverunt, filium Dei mortem pertulisse. Quòd si Christus mortem pro nobis pertulerit, & tu diuini verbii præco vigilantissimus, eius vestigiis insistendo debes pro salute tuoru

Basilius.

tuorum fratrum, discrimina malorum omnium subire, & egregiam mortem oppre- tere. Adhibe velim fidem meo Euangelio, *In quo ad vincula vsque laboro, quasi male operans,* ac si aliquid mali admisissem meam vitam pro tuenda Euangeli gloria im- pendendo. Tibi quoque persuades quo maior afflictio ingruerit, eo maius præ- premium rependetur, tuaque tormenta & supplicia, lucrum non modicum euangeli- cæ professioni adferent: *Non enim verbum Dei est alligatum,*) hoc est, diuinus sermo *Quid hoc si corporeis vinculis non intercipitur, ne clingua Christi prædicatrix, vñquam alli- bi velit, Ver gari poterit:* Etenim nobis vincit & in carcere coniectis ita soluta est & libera, vt *bam Dei nō* passim percurrat. Nec vincula nobis adimunt ansam scribendi, sed potius stimu- *est alligatu.* lant & parant. Idcirco lubenter omnia suffero propter electos, vt & salutem & glo- riā æternam Christi beneficentia partam, consequantur.

„ Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & conuiuemus, si susti- „ nebimus, & conregnabimus, si negauerimus, & ille negabit nos, si non „ crediderimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc „ commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis, ad ni- „ hil enim utile est nisi ad subuersionem audientium. Solicite autem cu- „ ra teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte „ tractantem verbum veritatis. Profana autem & vaniloquia deuita, „ multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer ser- „ pit, ex quibus est Hymenæus & Phyletus, qui à veritate exciderunt, di- „ centes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fi- „ dem. Sed firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc, Co- „ gnouit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniuitate omnis qui „ inuocat nomen Domini.) Denique præmium salutis æternæ ad quod desti- „ nat sumus, animos nostros debet accendere, vt omne genus aduersitatum & tribu- „ lationum sufferamus, non enim Christus author nostræ reconciliationis super astra „ & cœlos cœlorum electus est, nisi prius sputa, opprobria, flagella & probrosam cru- „ cem pertulerit, licet hæc non commeruisse. Nec etiam nobis fiet ad cœlum aditus, „ nisi eius iactibus, vulneribus & tormentis compatiendo, dura quæque toleremus. Lu- „ benti igitur & alaci animo vitam nostram pro eius nomine impendamus, vt post „ mortis sufferentiam cum eo fœliciter viuamus. Et qui eius causa moriuntur, non tam „ mori dicuntur quæ viuere. Sufframus & cum hoc primario principe quæ mun- „ danis intolerabilia videntur, vt perenni gaudio cum eo regnemus. Etenim eius regnū „ quod omni æuo durabilis est, omnium Imperatorum & Regum principatus, re- „ gna & dominationes longè præcellit, & superat. Catenæ igitur, cruciatus, carceres & „ pressuræ omnes, nos ad hoc perpetuum regnum allicit. Quòd si à tyrannis affli- „ citati, hunc generosissimum ducem negauerimus, metuque mortis intentatae fracti ab „ eo defecerimus, & ille nos negabit, & velut extores à se ablegabit. Nec definet esse „ fidelis, & in suis pollicitationibus stabilis & constans, si non crediderimus: Siqui- „ dem seipsum negare non potest. Hæc salutis instituta & præcepta commone, mi- „ Timothee, à fidelibus obseruari, & coram Domino de hisce rebus testimonium feras „ locupletissimum. Noli Sophistarū more verbis pugnare, & humanis rationibꝫ afferere, „ quòd syncera fide percipiendū est: Etenim argutæ digladiationes, & superuacaneæ di- „ sputationes, nullam adferunt utilitatē, sed audientiū animos subuertunt, & à Christia- „ na philosophia auocant. Stude teipsum probatum siue probum omnibus exhibere, „ operarium inconfusibilem, siue non impudoratum.) Impudorati autē censentur qui „ contentionibus & contētiosis disputationibus nituntur. Tracta & recte verbū verita- „ tis, et refeca velut securi aut gladio quæ sunt inutilia & superuacanea, nec te friuolis „ Qui cœn- „ tur impudo- „ rat.

dissertationibus & perplexis quæstionibus velut quibusdam spinis inuoluas . Prophana quoque & vaniloquia deuita, superuacaneasque altercationes quibus lites aluntur, reicito: Nam inextricabiles quæstiones quo magis admittuntur, hoc magis serpunt & crescunt ad maiorem impietatem. Etenim garrulus alter cantum sermo serpit ut cancer . Cancer hoc loco morbus est , qui depascitur locum quem *Virulenta hæc* occupauit: Idcirco statim arcendus est. Et sicut cancer paulatim irrependo contareticorū do- minat corpus quod occupat, ita perniciosa et virulenta hæreticorum doctrina sensim trina can- grassando, mentes quas obsidet, labefactat. Itaque hæc contagiosa virulentia resecan- cro cōfertur. da est priusquam radices agat & latius se effundat. Hoc autem veneno conati sunt Hymenæus & Phyletus, humanis rationibus rem fidei tractantes , quamplurimos inficere . Et huiusmodi hæretici ab euangelica veritate aberrantes , ausi sunt affirmare, humanorum corporum resurrectionem iam in Christo peractam esse . Nec solūm hoc insano errore seipso seduxerunt, sed simplices, qui piè & syncerè credebant nondum instare tempus illius diei formidabilis. Et licet illorum perueritas & peruersa malitia contendenter euangelicam veritatem prorsus euertere , non tamen euerit. Nam fundamentum fidei, gratia & præsidio Christi iactum, stabit firmum & inconcussum, cui seu solido saxo insculptum est elogium nusquam elendum. Fœlices se existiment Christi milites, quos nouit Dominus pro illustranda Euangelij doctrina suæ vitæ non pepercisse. Discedent & ab iniquitate qui syncera fide nomen Christi profitentur.

„ In magna autem domo non solūm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem ad honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honore sanctificatum, & vtile Domino ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuge, sectare vero iustitiam, fidem, spem, & charitatem & pacem cum iis qui inuocant Dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripienter eos qui resistunt veritati , nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo capiuntur ad ipsius voluntatem.) Huic Paulinæ doctrinæ consenteantia sunt quæ scribit Plato, libro tertio Reipublicæ , sub persona Socratis , cum Glaucone differentis, explicantisque quonam pacto persuaderi posset & magistratus ciuilibus, & militari ordini, & simul plebi, vt quòd sui esset muneris id quisque exequeretur. Cæterum (inquit) ô Glaucon, audi quod supereft fabulae, Estis autem omnes vos qui ciuitatem incolitis fratres (aiemus ipsi ad eos hoc modo fabulandi) verùm Deus cùm vos fingeret quicunque vestrum digni erant qui cæteris imperarent, eorum ipse ortum auro permixto attemperauit. Vnde fit , vt illi plurimo æstimentur. at qui idonei erant futuri illorum adiutores , his Deus argentum immischt, postremò ære et argento attemperauit figmentum agricolarum et opificum . Hic Platonis Apologus, vt scribit Budæus, libro de Studio literarum recte instituendo, tropum habet consentaneum , quasique alludentem cum vasis aureis & argenteis concij illius hominis diuinæ sapientiæ, atque etiam ligneis . In secunda ipsius ad Timotheum epistola, quæ in magnis ædibus Domini disposita sunt, alia ad honorem, alia ad ignominiam. Hæc ille. Quoniam Paulus existimat solum Timotheum esse selectissimam Præsum omniū gemmam, & eo nihil purissime & mūdius, idcirco eū confert cum vasis aureis, imo si dicere possim, cū rebus illis quæ magis quam aurum purum & putum splendent & rutilant. Possim & cōlucere Paulum

hac metaphora vellem innuere in ecclesia quosdam esse sacros principes, qui velut aurum & argentum, cæteris præcellunt & præfulgent, vt sunt Apostoli, Euangelistæ, Prophetæ, Pastores & Doctores, qui ob suas rarissimas virtutes, & consummatam vitæ probitatem, semper & viuere & fulgere dicuntur, nec situ aut carie aut vetustate aut squalore obducuntur, licet incarcerentur, & innumeris pœnitis crucientur: Quo enim magis premuntur & torquentur eo fulgidius nitent & cōruscant: Improbi verò & obſcœnarum voluptatum amatores, cum vasis ligneis & testaceis conferuntur. Licet Theophylactus, hanc domum de qua loquitur Paulus, non putet esse ecclesiam, sed mundum. Nam in ecclesia nihil vult ligneum esse, sed ex auro vniuersa effecta. Quippe vbi & Christi corpus inesse constat, & prorsus careat labe, non tamen hæc ratio prorsus concludit: Licet enim ecclesia in se sit munda, sancta, immaculata & gloria, multa tamen sunt in ea membra, sordida, impura & putida, quæ resecanda sunt, ne sana polluant & inficiant. Sunt itaque in Ecclesia nonnulli boni, qui censemunt esse vasa argentea: Sunt & meliores, qui cum vasis aureis conseruntur: Sunt & mali, velut vasa lignea: Sunt & peiores, quos vocamus vasa fictilia seu testacea. Denique vasa aurea & argentea, hoc est, virtute prædicti, sunt in honorem. Vasa autem lignea & testacea sunt in ignominiam, improbi scilicet. Nec tamen Deus eos, vt ignominiosos & contumeliosos finxit, sed sua improbitate aut obstinata malitia fiunt ignominiosi. Hoc fusius tractauimus in epistolam ad Romanos. Nec tamen inficiandum est quin quædam vasa lignea & fictilia sint utilia, sed facta comparatione ad aurea & argentea, censemunt esse inutilia & minimo æstimata. Sint & Prælati Ecclesiastici vasa aurea & argentea, si suum munus gnauiter obeant. Sint & simplices sacerdotes, & Anachoritæ, vasa lignea aut fictilia, quæ tamen plerunque magnitudine virtutum superant aurea & argentea. Denique virgines & Martyres colantur, vt vasa aurea, Sanctæ viduæ, vt argentea. Qui vero matrimonii iugum subierunt, reputentur vasa aut lignea aut testacea. Sed plus satis de hac re philosophati sumus. Ausim & hoc vnum affirmare quod nullum est vas adeò ignominiosum, adeò sordidum & pollutum, quod non possit successu temporis industria artificis repurgari & nitescere. Si enim ab argento rubiginem abstuleris, egredietur vas purissimum. Et propterea adiecit Paulus, *Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino in omne opus bonum paratum.*)

Paulus ex vase fictili, factus est vas aureum. Vnde de eo scriptum est, *Vas electio-* Act.9. *nis erit mihi iste.* Et Iudas qui prius erat aureus, redditus est fictilis. Denique adoleſcens ille qui suam substantiam prodegerat & decoxerat viuendo cum meretricibus, cùm feruenti contritione & perfecta pœnitentia ad bonam frugem resipuit, prima stola fuit indutus, & in numerum innocentum & electorum ascitus. Non itaque sic damnos improbos & reiicias, quasi essent omnino deplorati: Nec sic laudes probos & extollas, quasi cadere non possent. Deinde Paulus admonet Timotheum, vt infrænes, incompositos & insanos iuuenum affectus euitet: Nam indomita iuuentus aut ardet in libidinem, aut in crapulam & ebrietatem æstuat, aut partas opes ligurit & prodigè dissipat. Sectetur autem studiis omniibus virtutes iuuentiam scilicet, fidem, spem, charitatem & pacem cum his qui inuocant Dominum de corde puro.) His siquidem virtutibus sternitur iter fitque aditus ad assequendum felicitatem æternam, Et quia his virtutibus conspicuus, garrulas, aniles & friuolas quæstiunculas insectatur, adiecit, *Stultas & sine disciplina quæstiones,* hoc est ineruditas deuita, sciens quia generant lites.) Nam rixosæ disputationes fouent pugnas. Seruum autem Dei siue diuinis officiis addictum, non oportet pugnare siue litigiosum esse, sed ad omnes mansuetum & lenem ac facilem ad docendum. Denique patientem, & cum moderatione corripienter eos qui veritati obſistunt. Intelligo hunc locum quando sanabiles sunt, & se correctioni submittunt, si vero essent peruicaci malitia obſfirmati, aut pertinaci hærefi irretiti, essent prorsus abigendi & velut excommunicati vitandi. Quod autem Paulus loquatur de illis, Q.iij. hac

Hec obſtra

ua.

Quinam
dicuntur my
sticè vasa
aurea, argen
tea aut li
gneæ & fi
ctilia.

Act.9.

Luc.15.

de quibus est spes emendationis & resipiscientiae, commonstrat hæc subsequens lectio, *Nequando der illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem fidei, & resipiscant à diaboli laqueis, quibus capti tenentur ad ipsius voluntatem.*) Quando igitur in ambiguo est emendatio, debemus adiniti pro viribus ut qui lapsi sunt, & post lapsum ditioni diaboli subiiciuntur à suis vitiis resipiscant. Etenim fieri potest quod Dominus sua gratia suaque clementia sceleratos ad pœnitentiam adducet, & cognoscent veritatem fidei quam aliquando impugnarunt.

Argumentum tertii capituli.

Pradicit Paulus antequam instet dies ille Domini metuendus, quæ nam via toti mundo exorientur. Alij nimio sui amore capti cæcutient, Alij congerendis opibus inhibunt, Alij fastu & arrogantia intumescent, Alij sanctissimum Dei nomen suis blasphemis confurcabunt, Alij iussis suorum parentum reclamabunt, Alij execranda ingratitudinis nota contabescunt, Alij probos contumeliis & conuiciis incessent, Alij innocentes infensiissimo animo persequuntur, Alij illecebris voluptatibus velut porci volutabuntur, Alij Pharisæa simulatione simplices fallent, Alij proterua mente & perniciofa doctrina Evangelicæ veritati obſistent, quorum scelus inauditum suo tempore punietur. Deinde Paulus suum Timotheum adhortatur, ut quam à se doctrinam a puero didicit, aſiduis studiis & indefeffis vigiliis illustret & exornet, quo & partim docendo & partim arguendo in omni virtutum genere consummatus euadat.

Caput tertium.

Hoc autem scito, quia in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatotes magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita, ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, qui ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vtrā non proficient: Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.)

Nihil prædictit Paulus de vitiis quæ toti orbi in nouissimis diebus ingruent, quod iam non sit factum, & in Iudaico & Gentili populo, & in Barbaris & Christianis nationibus. Nam ante diluuium mundus erat omni iniuitate repletus: Indulgebant & homines ventri, gulæ, crapulæ, ebrietati & impudicitiae, & post diluuium nonnulli brutorum more in omnem libidinem proiecti, ignominiosa & plusquam execranda carnis flagitia (à quibus natura abhorret) perpetrarunt. Denique longotēpore Iudaicus populus suis vitiis à Deo auersus, prophanam Gentilium religionem coluit, deoque alienos veneratus est. Adhæc, Assyriorum Reges potentissimi

& cru-

& crudelissimi suas statuas, suaque idola in locum summi numinis erexerunt, & ita superbierunt, suisque arrogantiæ cristas extulerunt, vt Deum Abraham, Isaac, & Jacob prorsus despicerint. Sed paulo ante extremum iudicium vitia illa quibus mundus maduit, magis ac magis grandescent, & velut cancer acrius serpent, & tanquam contagiosa quædam pestis grassabuntur. Taceo quænam prodigia & signa præcedent hunc secundum Christi aduentum, & quænam futura sit ob sceleratissimos homines tribulatio. Nam hæc nostris in Euangelistas commentariis deteximus. Verum Hac obser- postulat tempus ut ad narrationem Pauli attendamus, *Hoc autem scito, inquit, quia in nouissimis diebus instabunt tempora grauia, & erunt homines sui amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatis amatores magis quam Dei.*) Nec Paulus hæc duntaxat ex futuris, verum etiam ex præteritis præfigit & subindicit. Nam paulo post dicet, *Quemadmodū Iannes & Mambres restiterūt Mosi.*) Inspiciamus oportet ad vitia illa quæ Paulus connumerat, & quibus fordent sordidissimi homines. Erunt inquit, homines sui amatores. Et isti laborant philautia, quo morbo vexati, nimium sibiipsis placent, & magna de se sentientes, neminem à se quantulibet grauem, doctum & probum non reiiciunt. Hæc pestis gignit elationem, elatio superbiam, superbia blasphemiam, blasphemia contemptum & inobedientiam in Deum, etiam & in parentes, inobedientia parit ingratitudinem, ingratitudo, scelerum omniū quadrigam secum trahit, qua rotati & conculcati, fiunt sine affectione, quia nullo affectu in suos mouentur, *Sine pace*, siue fœdifragi, *Criminatores*, aut si mauis calumniantes siue delatores, *Incontinentes*, linguæ scilicet, ventris cæterorūmque omnium, *Immites* siue crudeles, *Sine benignitate*, aut vt vertunt alij, bonorum inimici, *Proditores*, siue desertores amicitiae & sodalitatis, *Proterui*, siue præcipites aut temerarij, *Tumidi*, siue arrogantia pleni, *Voluptatem magis quam Deum diligentes.*) Habent & deploratissimi homines simulata religione vestiti formam pietatis, virtutem autem eius aut potius vim abnegant. Nam qui titulo, cultu & cæremoniis, multaque hypocrisi speciem pietatis præferunt, veram & sinceram pietatem inficiantur. Ex istorum autem ordine nonnulli simulata religione, sordidis vestibus, ficta seueritate vultus insinuant semetipos in domos alienas, venatur & hoc vafro artificio stultas mulierculas aero peccatorum obrutas, quod facilius imponant viris, haud secus quam serpens per Euam decepit Adam. Adhæc, huiusmodi mulierculæ ipsa foeditate foediores, ducuntur variis desideriis, pecuniarum scilicet, gloriæ, iactantiæ, honoris & deliciarum. Et licet semper noua curiose discere cupiat, nunquam tamen suis vitiis occæcatæ ad scientiam veritatis peruenire possunt. Et quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita qui duxerunt mulierculas in suis vitiis captiuas, quod facilius viros fallerent, obſistunt veritati, homines quidem corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vtrā non proficient. Siquidem Deus illorum arma & machinas conteret, vt non amplius electis noceant: Dicit enim Psalmographus, Clamauerūt iusti ad Dominum, & Dominus exaudiuit eos, & de tribulationibus eorū liberauit eos. Detegetur & omnibus illorum insipientia verius amentia, sicut & illorum magorum insipientia Hebreis fuit detecta. Intelligamus Iānem & Mambrēm fuisse duos magos Ægyptiorum, qui portentis edendis cum Mose certarunt. Cū enim Moses coram Pharaone suā virgam proiecīt, & in colubrum versa est, Pharaon vocavit sapientes & maleficos, qui per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam, idem portentum fecerunt. verūtamen horum magorum nomina non adduntur in Exodo sed Paulus ea accepit ex traditione Iudæorum, quam ἦγεφον vocant, aut potius à spiritu sancto.

Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiae, Iconi, Lystris, quales persecutions sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui pie

Q. iiiij.

„ volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur: Mali autem homines, & seductores proficiunt in peius errantes, & in errorem mittentes. Tu verò permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quod ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.) Et quia mihi, mi Timothee, à principio tuæ euangelicæ legationis ad finem usque adfuisti, pro sana doctrina, sincera fide & ardenti charitate certando, & testis fuisti tribulationum & persecutionum, quas pro negocio Euangelij pertuli: nec te latet quænam mihi facta sunt in Antiochia, Iconio & Lystris, & quas afflictiones sim perpeccus, à quibus tamen Dominus sua gratia suoque præsidio me liberauit, si duriora & acerbiora tibi cōtingant, exemplo tui preceptoris inuicta animi magnitudine tolera. Non enim censetur egregius miles, qui nunquam feritur aut vulneratur, sed qui multis ictibus & vulneribus cōfossus, nunquam hastam abiicit, nunquam cedit arenæ, & sinistra quæque tolerando, victor euadit. Futi sunt & milites Christiani vñctores, si pressuras, dolores, angustias, carceres, vincula & tormenta pro nomine Christi, magno & fortí animo pertulerint: Etenim dicebat Christus suis discipulis, Vos autem estis qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut dispositi mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatim super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Improbi autem homines & impostores vitium vitio accumulantes, & qui toto cœlo ab euangelica veritate aberrarunt, aliósque in errorem præcipitarunt, perpetuo supplicio cruciabantur. Tu verò mi Timothee, qui quotidie aduersus hostes fidei luctaris, nec luctando quietem depositis, permane in his quæ didicisti, & quæ credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quod ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu.) Non satis est certare, sed opus est in certamine perfistere. Non satis est inquietos lachrymis corripere, sed opus est in lachrymis perfistere. Non satis est Euangelium prædicare, sed nocte diéque euangelico negocio insistendum est. Nec satis est sacras literas didicisse, sed opus est eas constantia, patientia, angustia, fide, charitate, castitate, sobrietate & modestia illustriores reddere. Etenim nobis salutem æternam pollicentur, si modò fidem Iesu Christi boterariū nūtis operibus consummaverimus. Denique sacra scriptura te docet ut iuuenilia desideria vites, ut stultitiam, proteruiam, procacitatem, dicacitatem, arrogantiam, superbiam, auaritiam & impudicitiam exhorrescas, & velut cōtagiosam quandam pestem fugias. Adhæc, exosis vitiis, & contemptis rebus terrenis & humanis, te vocat ad sanctam fidem, spem, charitatem, humilitatem, constantiam, castitatem, modestiam & obedientiam. Tum quoque te adhortatur ut studiis omnibus illa persequaris & apprehendas quæ fixa sunt & stabilia, & in quibus sita est immortalitas & felicitas æterna. Et propterea adiecit Paulus, sciens quænam commoda & solatia à sacrarum literarum intelligentia profiscuntur, Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit siue integer homo Dei, ad omne opus bonum instructus, siue consummatus.) Nec hinc euariat quod scripsit ad Romanos, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Et quia sacra scriptura diuinitus est inspirata, & à solo Deo reuelate mysteria profluit, nihil de ea hæsitandum est. Et qui sacrarum literarum præsidiis adiutus, euangelicam philosophiam docet, & hereticorum errores refellit vitiisque corrigit, & iniquos ad iustitiam attrahit, censetur esse homo Dei integer, & vita sanctimoniam cum sana doctrina coniungens, euadit consummatus.

Luc.22.

Sacraru li-
teraru nūtis
Rom.15.

Argu-

Argumentum quarti capit. 1

P Aulus commonefacit suum Timotheum, ut sanam Christi doctrinam ad infidelium conuerzionem, Christianorum projectum, & hereticorum impugnationem liberè predicet. Obeat & strenuè munus Euangelista, euangelicamque dispensationem suæ fidei concreditam gnauiter absoluat: Siquidem instabit aliquando tempus periculose, in quo viri rerum nouarum admodum cupidi, & magis secularium quam sacrarum literarum studiosi, à sincera & germana doctrina aures auercent, & suis vanis & corruptis affectibus indulgentes, sectabuntur philosophos & doctores, qui phalerata eloquentia, aut verborum lenocinio, aut argumentis disputationibus aures hominum demulcent. Denique Paulus agnoscens se breui pro Christo immolandum, & hinc ad cælum remigraturum, gratias agit Deo, quod suum certamen suumque cursum in hoc euangelico studio (ad quod erat vocatus) profligatis monstribus fæliciter peregerit, non aliud sperans à cælesti Agonotheta præmium, quam illud quod vñctoribus pro vita meritis rependi solet.

Caput quartum.

 Estificor coram Deo, & Iesu Christo qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius, prædicta verbum, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina: Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerubunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelista, ministerium tuum imple, sobrius esto: Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex, non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.)

Paulus vehementi ardore fidei & charitatis impulsus, obtestatur suū Timotheum per Deum patrem & Iesum Christum, qui potestate accepta à suo patre, iudicaturus est viuos & mortuos, illos scilicet, quos dies ille formidabilis in vita deprehendet, ut adnotauimus in priori ad Thessalonicenses epistola, & defunctos ante diem iudicij. Aut prouerbiali figura putes Paulum dixisse, Qui iudicaturus est viuos & mortuos, pios scilicet qui semper Deo viuunt, & impios, qui suis peccatis sepulti & inueterati, semper mori dicuntur. Adhæc, fit hæc religiosa obtestatio per illius aduentum, qui aliquando deiectus, humili & cōtemptus apparuit. In extremo autem iudicio (quod nemo effugere potest) sublimis, magnificus, & omni gloria & maiestate conspicuus apparebit. Denique obtestatur, & sacra obsecratione eundem discipulum compellit, per illius regnum cui nemo resistere potest, ut salutiferam Christi doctrinam liberè & alacriter prædicet, insistat & suo officio tempestiuè & intempestiuè, siue assidue & instanter, nec ob minas sibi ab hostibus fidei intentatas, ab obeunda sua legatione defistat. Arguat & delinquentes, vtatur & lenibus ac supplicibus verbis, ne quis in facinus prolabatur: Et hoc, verbo isto Obsecra, exprimitur: Increpet & perseuerantem in errore, quod seueritate corrigatur, qui placida admonitione corrigi noluit. Nā modis

Hac obser- omnibus enitendum est Episcopo, vt peccanti medeatur, ita tamen vt acrimoniam
ua de corre- obiurgationis lenitas temperet, & longanimitas cōdulcoret: Nō enim repente despe-
ctione inde- randum est de eo qui quodpiam prauum facinus admisit, sed ad Dominum funden-
linquentes. dæ sunt pro eo preces, vt malefacere desistat. Est & docendus & monendus, vt matu-
 rē à suo vitio resipiscat: Qui enim aduersus delinquentem conuiciis aut odiis into-
 nant, aut acerbius æquo obclamitant, non sanant vulneratum, sed acrius feriunt, non
 lucrantur fratrem, sed perdunt. Itaque corripiendi sunt scelerati antequam submer-
 gantur & præcipitum faciāt: Et propterea prius dixit Paulus, Opportunè, importu-
 nè, hoc est, donec corrigenti sint morigeri: Erit enim tempus cùm ab euangelica do-
 ctrina descendent, & suis corruptissimis affectibus coaceruabunt sibi nouos doctores,
 qui aut Iudaicis fabulis, aut humanis inuentiunculis titillant aures. Eligit & iuuentus
 infrænis, inconstans, superba & lubrica præceptores, qui suis fauent cupiditatibus, &
 ad ipsorum gratiam & voluptatem cuncta differunt & exequuntur. Existimat Eraf-
 mus in suis annotationibus explicans hunc Pauli locum, Coaceruabunt sibi magi-
 stros, pruriētes auribus, Pruriētes nominandi casu accipiendū esse: Siquidem græcè
 legitur *vnu. Σόμενοι*, id est, *Qui titillantur & pruriunt auditu, vnde querunt qui scalpant*
aures voluptate orationis, non qui radant veritate. Et propterea antequam adueniat
 malorum omnium tempus, & hæretici tanquam lupi rapaces irrumpat in ouile Do-
 mini, Paulus admonet suum Timotheum vt excubias agat, sempérque aduigilet ad-
 uersus sceleratissimos Euangelij persecutores. Addat & inquietis vigiliis sudores, fe-
 rat & afflictiones pro negocio Euangelij, assiduoque officio curet, vt oues suæ fidei
 concreditæ, fint in tuto, ne à rapacissimis luporum fauibus deuorentur. Agat & ve-
 rum Euangelij præconem vt longè latéque euangelicam fementem spargat, nec ob
 ingruentes vndique malorum procellas, desinat suum ministerium adimplere, sed &
 vitæ sanctimonia & syncera doctrina, plenam faciat suæ prædicationis fidem. Sit de-
 niue sobrius siue (vt vertunt alii) vigilans in suis officiis, & illis præfertim, quæ ad
 propagandam Euangelij gloriam magnoperè conducunt. Obeat & vices sui incul-
 patissimi & doctissimi præceptoris, qui velut hostia mactanda pro defensione fidei
 immolatur, & paratus est sub Nerone, sœuissimo quidem tyranno, pro re Euangelij
 egregiam mortem oppetere. Nec supplicium mortis reformidat, sed sibi gloriosum
 esse dicit, quia egregium certamen certauit, cursum foeliciter consummauit, prædi-
 cando Euangelium ab Hierusalem ad Illyricum usque. Seruauit & summa diligentia
 synceritatem fidei, pro qua, vt fortis & inuictus athleta, ad mortem usque certauit. Et
 propterea pro tot tantisque meritis & beneficiis ecclesiæ collatis, sperat ab æquissimo
 iudice, se immortalitatis laurea coronandum. Nec solùm hæc immarcessibilis corona
 rependetur Paulo, sed iis qui syncero & integro amore diligunt illustrationem Do-
 mini, siue illustrem & admodum insignem secundum Christi aduentum. Verùm
 dicet quispiam, Paulus his verbis, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi &c.* vi-
 detur magna & præclara de se sentire & iactare, quod tamen cum illis locis pugnat,
 Non sum dignus vocari Apostolus, Gratia Dei sum id quod sum. Fecit & Deus nos
 idoneos ministros Euangelij Iesu Christi. Respondebo Paulum non hæc verba in-
 tulisse iactantiae & ostentationis gratia, vt scilicet sua merita iactitando auram popu-
 larem mercaretur, sed vt suum discipulum consolaretur, ne ob diem sui obitus pro-
 xime imminentem, nimio dolore nimiāque tristitia suffunderetur. Adhæc, his ver-
 bis prouocat suum discipulum ad perferenda malorum omnium supplicia, vt post
 suos exantatos labores assiduāque certamina, sui exemplo vietrici palma coronetur.
 Festina ad me venire citò: Demas enim me reliquit, diligens hoc se-
 culum, & abiit Thessaloniam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalma-
 tiā, Lucas est mecum solus. Marcum assume & adduc tecum, est enim
 mihi utiles in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quā
 reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum & libros, maximè

autem

IN POSTER. PAVLI AD TIMOTH. EPIST. 234

„ autem membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. red-
 „ dat illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita. valde enim
 „ restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed
 „ omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mihi
 „ astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant
 „ omnes Gentes, & liberatus sum de ore leonis. Liberauit me Dominus
 „ ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cœlestē, cui
 „ gloria in secula seculorum, Amen. Saluta Priscillam & Aquilam, &
 „ Onesiphori domum, Eraustus remansit Corinthi. Trophium au-
 „ tem reliqui infirmum Miletī. Festina ante hyemem venire. Saluant
 „ te Eubulus & Pudens, & Linus & Claudia & fratres omnes. Domi-
 „ nus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum, Amen.)

Eo amore Paulus in suum Timotheum ardet & incenditur, vt plus satis explora-
 ta eius fedulitate, & fide quæ in publicum Christianæ reipublicæ commodum ten-
 dit, non possit eius præsentia priuati. Tum quòd hoc vnicō discipulo, nullus vn-
 quam fuerit sibi magis gratus, & de quo sperabat futuram ecclesiis non modicam ac-
 cessionem. Et propterea summo cum desiderio optat Paulus, vt ad se profectionem
 non remoretur. Cupit etiam vt antequam è vita decedat, tam synceri amici præsentia
 paulisper fruatur: Siquidem paucos habebat commilitones & compalæstritas, qui in
 re solatij, viuam Timothei imaginem referrent. quod haud dubiè manifestat hic lo-
 cus, *Demas enim me reliquit.*) malens huius seculi delitiis frui, quæ meo comitatui
 adhærere, & mecum pro negocio Euangelij periclitari, *Et abiit in Thessaloniam, Cre-
 scens in Galatiam. Titus vero in Dalmatiam,*) non quidem huius seculi cupiditate ducti,
 sed vt Euangelium Iesu Christi euulgarent. Lucas solus mihi adfuit, indiuulsus o-
 mnium fortunarum comes. Marcum assume & adduc tecum, est enim mihi utiles in
 ministerio: Nam me vinculis obstricto, euangelicum munus obbit, sedabitque tu-
 multus, si qui forte ob meum obitum oboriantur: confirmabit & illos qui meam
 mortem iniquo ferent animo. *Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqueram*
in Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas.) Penula
 genus est pallij pelliceum, quo tegimur ab imbris. Alij putant esse arculam siue
 thecam librorum. Itaque Paulus suam vestem depositit, ne ab aliis exigere indumen-
 ta cogatur. Nec pro se depositit libros, quia propediem erat ad Deum remigratus,
 sed pro illis ministris qui post dissolutionem sui corporis suas vices obirent. Adiecit
 maximè membranas, quia hi libri forsitan continebant in se quædam utilia. O egre-
 giam & apostolicam suppellectilem! Non enim hic eximius euangelici verbi buccina-
 tor depositit opes ad se adferri, sed quæ frigoribus depellendis & fouendis ingenii ne-
 Pauli stu-
 cessaria sunt. Vtinam nostri Episcopi Paulinis votis responderent, amaréntque lite-
 ras, & illas præfertim quæ salutem æternam pollicentur, essentque simplici indumen-
 to & parabili cibo contenti. Vtinam etiam & concionatores omnes Paulinam men-
 tem spirarent, nec cuperent dupli indumento, hoc est dupli sacerdotio vestiri: nec
 alios quæ sacrorum bibliorum libros & corundem interpretes eruditos, graues &
 luculentos secum veherent. Deinde Paulus malorum omnium tolerantissimus, hæc
 præcedentibus adiicit, Alexander faber ærarius multis malis me affecit, variisque mo-
 dis me diuexauit. Reddet ei Dominus secundum opera eius.) Nec eò tendunt hæc
 verba quòd Paulus imprecetur malum huic Alexandro à quo lœsus fuerat: sed quòd
 prædixerit quid euenturum esset. Et propterea hæc Paulina assertio, Reddet ei Do-
 minus secundum opera eius, potius locum vaticinij obtinet quæ execrationis. Et
 quia hic Alexander omni scelere sceleratior, modis omnibus conatus est conciones
 Pauli præpedire, erat omnino vitandus. Non enim solùm vitandi sunt hæretici, sed

COMMENTARII IO. ARBOREI

qui prepediunt ne ab eximiis preconibus euangelica Christi doctrina eiulgetur. Subnectit Paulus, *In prima mea defensione nemo mihi affuit &c.*) Sensus est, Cùm mihi esset agenda causa pro tribunalibus Cæsaris, nemo meas partes tutatus est, sed omnes metu territi me deseruerunt: Dominus tamen me prorsus humano destitutum auxilio non destituit. Adiecit & mihi stimulum ac fiduciam vt meis conatibus & sudoribus euangelica predicatio confirmaretur, & ad Gentium omnium aures increbresceret. Idem quoque dux & protector meæ militiae sua gratia me de ore saeuissimi leonis eripuit. Hunc leonem tacite vocat Neronem, vel ob sui imperij robur & magnitudinem, aut potius ob eius sauitiam & crudelitatem. Et licet aliquando fuerit à morte ereptus, cùm in fauces tam saui leonis incidit, tamen vt palmam martyrij assequetur, vltimo Neronis anno egregiam mortem oppetit. Et qui Paulum, inuictissimum quidem certatorem, liberauit ab omni peccato & ab omni persecutione cùm in acie staret, parta de hostibus victoria ad summum immarcessibilis coronæ apicem euehet, eumque faciet in suo cœlesti regno sole splendidiorem fulgere. Quod verò subsequentibus locis explanandis supereft, salutandis & viris & mulieribus accommodandum est. *Saluta, inquit, Priscam & Aquilam.*) Hæc & alio in loco tractauimus. Praponit foeminam viro, Priscam scilicet Aquile, quia erat fidelior & firmior: Nam suum virum in fide instituit, & Paulum suo hospitio frequenter excepit. *Ex Onesiphori domum.*) Nam Onesiphorus multis virtutibus conspicuus, & præsertim ab hospitalitatis officio commendatus, habuit curam Pauli, cùm in carceribus Romæ detineretur, vt prius dictum est. *Eraſtus remansit Corinthi, Trophimum verò reliqui infirmum Miletii. Festina ante hyemem venire,*) Vereor enim ne dura & glaciali hyeme interceptus, nō possis me inuisere. Salutant te Eubulus & Pudens & Linus.) Ferūt nonnulli hunc Linum, post Petrum fuisse secundum Episcopum Romanū. Impartitur & tibi salutē Claudia omni castitate & sanctitate præcellentissima. *Salutant & refratres omnes.*) Qui in re fidei mecum bene sentiunt. Dominus Iesu Christus qui mihi suum spiritum afflavit, adfit semper tuo spiritui. Sit quoque semper gratia Dei tecum, & in prosperis & aduersis, & cum his qui ne latum quidem vnguem à tuo latere, tuoque spiritu discedunt.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, doctoris
Theologi, in posteriorem Pauli ad Timotheum epistolam, finis.

IOAN-

235

IOANNIS ARBOREI LAUDVNENSIS,
Doctoris theologi, in epistolam Pauli ad Titum, Prefatio.

TAVLVS Titum, discipulum suum charissimum ob eximias virtutes & præclaras animi dotes (quibus ceteros longè præcellebat) Cretæ, insulae quidem nobilissimæ præfecit, & illinc abiens in Episcopum elegit & consecravit. Huic autem viro spectatissimo & omnibus virtutum numeris absolutissimo scripsit ex vrbe Nicopoli, quæ est in Attiaco littore, cùm nondum esset in carceres intrusus, sed cùm haberet animum quietum & ab omni molestia & afflictione liberum. Commonefacit eundem Episcopum vt cælestem Christi philosophiam (à qua salus omnium pendet) apud Cretenes libere & assidue predicit, & quod cœperat, fæliciter absoluat. Arguat delinquentes: Corrigat & vitia, quæ diuinam maiestatem offendunt, statumque Christianæ Reipublicæ perturbant. Instituat & per singulas ciuitates presbyteros sibi coadiutores, qui veram & germanam presbyteri imaginem referant. Animat & eundem ornatissimum Antistitem, vt errores quorundam pseudapostolorum reuelat & reuincat, qui studiis omnibus conabantur Iudaismum iam sepultum & antiquatum instaurare. Adhæc, personarum & ætatum officia ad Dei gloriam & reipublicæ commoditatem præscribit. Inhibet & Christianis prophanos principes & magistratus suo fungentes officio despicer, auersari & subsannare. nam cùm spiritu Dei afflabuntur, à paganismo resipiscerent. Postremò iubet Titum ad se venire Nicopolim vt eum perfectiorem reddat, & ex aequo & bono expendat si nam munus suæ fidei concretum gnauiter obierit.

Argumentum primi capit. 1

PAULUS IESU Christi legatus, suo Tito (quem loco filij vnicè dilecti semper habuit) Dei pacem & gratiam comprecatur. Adhortatur & hunc discipulum vt Cretensum errores corrigat, & in hominum sclera animaduertat, & per singulas ciuitates presbyteros ad obeundam euangelici negotiū functionem idoneos instituat. Præscribit & formam Episcopi, quem oportet omnibus virtutum ornamentis ceteros antecellere, & palam ac seuerè arguere pseudapostolos, qui Iudaismum omnibus ingerentes, euangelicæ veritati reclamant, nitunturque Iudaicis fabulis & superstitionibus clarissimam Euangeliū lucem obscurare.

R. j.

Caput primum.

AV L V S seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi, secundum fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus, ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Saluatoris nostri Dei, Tito dilecto filio secundum communem fidem, Gratia & pax à Deo patre & Christo Iesu Saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum non vinolentum, non percuissorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrina fana, & eos qui contradicunt arguere.)

Paulus seruus Dei.) Officia quæ Paulus præstítit pro manifestanda Dei virtute & gloria planè declarant eum dignū esse qui seruus Dei vocetur, licet ab æterno præseruus officia uisum fuerit vt in numerū seruorum Dei assereretur. Serui munera sunt, vltro iussi sui domini parere, vitam pro tuendis sui domini partibus impendere, nocte diēque commodis sui domini prospicere, & talentum suæ fidei concreditum locupletare, quæ si cuiquam fœliciter vñquam contingere potuerunt præsertim ipsi Paulo. Siquidem depulsa suæ ignorantiæ caligine postquam ad Dei officia fuit accersitus, syncero affectu diuinæ voluntati obtemperauit. Oppetiit & pro gloria sui domini egregiam mortem, & thesauros Euangelii suæ fidei concreditos, velut selectus quidam dispensator mirum in modum adauxit. Nobilis hæc seruitus quæ terrenorum imperatorum & principum nobilitatem, celsitudinem & gloriam longè superat. De hac autem cōmendatissima seruitute David ad Deum loquitur, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Et beata Maria ad angelum, Ecce ancilla Domini, fiat secundum verbum tuum. Excelluit & hac seruitute Moses, de quo Dominus ad Iesum filium Naue, Moyses, inquit, famulus meus mortuus est. Et alio in loco, Mortuus est Moyses famulus Domini in terra Moab per verbum Domini. Dicit quoque Dominus per os Esaiæ, Et tu Israel serue meus, Jacob quem elegi, semen Abrahā amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocauit te, & dixi tibi, Seruus meus es tu elegi te, & non abieci te. Ne timeas quia ego tecum sum, ne declines, quia ego Deus tuus. Nec coelestis hæc seruitus timori juncta est, sed charitati. vnde dicebat Christus suis Apostolis, Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis, iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis. De seruitute iuncta timori dicit Paulus, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba, pater. Qui autem sunt synceri, germani & fideles Dei serui, quicquid moliuntur, quicquid operantur, quicquid tolerant, in gloriam Dei referunt. *Apostolus autem Iesu Christi.*) Paulus fuit legatus illius supremi dominatoris & summi sacerdotis, quem aliquando acriter persecutus est. Verum cùm Dei gratia impulsus,

à vehementi persecutione destitit, inter cæteros Apostolos vnicum salutis æternæ autorem magnoperè coluit, suspexit, prædicauit & glorificauit. *Secundum fidem electorum Dei.*) Patefacit hic locus quænam fuerit Pauli legatio, nō humanitus sed diuinus instituta. Siquidem ad propagandam Iesu Christi fidem, cámque nationibus in uulgandam, quam synceri Dei amici & absolutè ad vitam æternā electi, erant post-hac multis studiis & inquietis laboribus illustraturi, fuit selectus filij Dei Apostolus. Reuincantur hoc loco secundum fidem electorum, hæretici, sola fide iustificantes hominem: *Quandoquidem fides electorum est firma, absoluta, costans, perfecta Quæna sit & verè euangelica, quam Iacobi testimonio opera ipsa consummant, & quæ, Paulo fides electorum autore, opus facit charitatis subsidio communitum.* De istis autem electis (quos pie-
rum. tatis & religionis studia illustriores reddūt) dicit Christus in Euangeliō, Multi sunt Iaco. 2. vocati, pauci verò electi. *Et cognitionem Veritatis.*) quam neque Gentiles neque Iudæi Gala. 5. (nisi spiritus sancto afflati) sunt assequuti. Nam syncera & arcana veritas fuit apud Matth. 20 Ethnicos humanæ sapientiæ commentis obruta, & apud Iudæos temporum inuolucris obiecta. vnde præclarè mihi dixisse visus est Ioannes Euangelista, Lex per Ioan. 1. Moysem data est, gratia verò & veritas per Iesum Christum. Nec vlli factus est vñquam aditus ad nanciscendam huiusc veritatis intelligentiam, nisi per Iesum Christum. Siquidem dicit Dominus, Ego sum via, veritas & vita. Item dicebat Iudæis, Ioan. 14. Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas vos liberabit. Nec me fugit vera esse omnia quæ in suo Pentateucho scripsit Moyses, verùm vmbbris & figuris obtegebantur, & ad summam illam veritatem, quæ suo tempore nobis illuxit, præludebant. Attende quæso quæ ar-
tificiose iungat Paulus cognitionem veritatis, fidei electorum: volens nobis indica-
re synceram cognitionem veritatis à fide electorum dimanare, quam qui piè re-
fert, dignus est vt in electorum numerum asciscatur. Sed plus satis de hac re. *Quæ est iuxta pietatem.*) Pulchrè copulat Paulus hanc cœlestem veritatem, aut huiusc ve-
ritatis agnitionem cùm pietate. Nam qui olim secundum falsam & prophanam re-
ligionem, Grammaticē, aut Rheticem, aut Philosophiam, aut Mathematicas ar-
tes docuerunt, licet secundum suam artem & scientiam manifestauerint veritatem, *Iata.* quæ à certis & indubitatib⁹ principiis dimanat, non tamen illam quæ pietati & Christianæ religioni copulata est. Est autem scientia pietatis, authore Hieronymo
hunc Pauli locum enarrant, Nosse legem, Intelligere Prophetas, Euangeliō cre-
dere, Apostolos non ignorare. Vnum adiiciam Hieronymo, Charitatem in paren-
tes & proximos, ad syncerum & perfectum Dei amorem referre. Hæc autem veri-
tas cuius cognitione iuxta pietatem est, in spe vitæ æternæ posita est: Nam qui in
Deum religionem obseruant, & in proximum pietatem, debent firmissimè sperare
se immortalitatem & vitam æternam assequuturos. Scopus itaque nostræ fœlici-
tatis, & summa Christianæ religionis in pietate collocabitur. Denique vitâ æternâ in est summa
arcans causis abditam, & nostris sensibus imperuiam, nobis Deus (qui non po-
test fallere nec falli) ante tempora secularia aut (vt volunt alij) ante secula æter-
na, sui filij præsidio promisit. intelligamus secularorum æternitatem, Antequam Secularum
Deus orbis fundamenta iaceret, maria diffunderet, montes statueret, cœlum su-
spenderet, terram deiecta mole solidaret, & per vices noctium ac dierum, men-
sium pariter & annorum tempora essent constituta, erant secula æterna, quibus
semper fuit pater cum filio & spiritus sancto, & ante omnes secularorum origines,
fuerunt angeli, throni, dominationes & cæteræ virtutes, quæ Deo iugiter inferie-
bant. Nec vocantur tempora æterna quod nullum habuerint initium, nam ali-
quod est mundi conditi initium: sed ante quæ nulla fuerint tempora. Quidam
interpretes vocant tempora æterna, antiqua. Ante igitur tempora æterna, hoc est,
illa quibus nihil vñquam fuit antiquius. Legendo verò ante tempora secularia,
intelligamus secundum mensuram durationis vniuersusque rei. Igitur tempora
secularia dicentur illa quæ secundum diuersas rerum successiones distincta sunt.

Vult ergo Paulus dicere ante tempora secularia, antequam tempus successuum inciperet esse. Suo autem tempore à diuina voluntate & sapientia præscripto emersit, prodidit & illuxit verbum patri & spiritui sancto coæternum, quod cùm in pudicissimo virginis Mariæ vtero humanam carnem assumpit, nos ad spem vitæ æternæ allexit, si modò sincera & euāgelica fide ei adhæreamus. Ad hoc autē verbū (quod erat in principio, & cum Deo perpetua diuinitate copulatum) inter Gentes euulgādum & prædicandum Dei gratia, imò imperio destinatus est Paulus, qui suis castis, sobriis, doctis & sacrīs concionibus numerosissimam Gentium multitudinē ad fidē attraxit. Exoptat autem hic selectissimus Apostolus Tito suo filio non quidē à carnis sed fidei propagatione, secundū communem sibi & suo discipulo fidem quæ ve-rè mansit indiuulsa, gratiā & pacē à Deo patre & Iesu Christo saluatore nostro. Intelligamus cœlestem sapientiā & doctrinam qua Titus Christi ecclesiā instruebat, effecisse eum germanū & si dicam propriū Apostoli filiū. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deerant, corrigeres.*) Licet Paulus vt sapiens architectus fundamenta fidei apud Cretenses iecisset, eorumque dura corda & verbis & signis edomuisset, docuissetque reliciendum esse Iouis sacrificium cui olim fuerant addicti, tamē reliquit Titum discipulum Cretæ, vt rudimenta nascentis ecclesiæ confirmaret, & si quid deesse videbatur, corrigeret. & licet Paulus eos correxisset, tamen adhuc indigebant correptione. hinc manifestum est Cretenses nondum habuisse altam in fide radicem. Et ubi vulgatus interpres vertit Corrigeres, potius vertendū erat supercorrigeres, quod sonat verbum græcum ἐπιστρέψον. Ac si innueret Paulus, da operam vt quæ à me correcta sunt, & necedum ad plenam veri lineam sunt retracta, à te corriganter, & normam æqualitatis accipiant. *Et constitutas per ciuitates Presbyteros, sicut ego te dispo-sui.*) Episcopos hīc intelligi vult, vt adnotat Chrysostomus. nam postea dicet, Oportet Episcopum esse sine crimine. hinc manifestum est Titum non tam fuisse Episcopum Cretensum quam Archiepiscopum. Hieronymus dicit Episcopum & Presbyterum vnum esse, sed differre ratione. Nam vnum est nomen ætatis, aliud verò officij, & id probat ex scriptura: Dicit enim Paulus ad Philippenses, Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconis, gratia vobis & pax, & reliqua. Philippi, vna est vrbs Macedoniae, & certè in vna ciuitate, plures vt nuncupantur Episcopi, esse non poterant. Sed quia eosdem Episcopos illo tempore quos & presbyteros appellabant, propterea indifferenter de Episcopis, quasi de presbyteris est locutus. Item, in Actibus Apostolorum scriptum est, Quod cùm venisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum, & vocauerit presbyteros ecclesiæ eiusdem, quibus postea inter cætera sit locutus, Attendite vobis & omni gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos pascere ecclesiæ Domini, quam acquisiuit per sanguinem suum. Et hīc diligenter obseruate, quomodo vnius ciuitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eosdem Episcopos dixerit. Itaque apud veteres iidem erant Episcopi & Presbyteri, paulatim tamen vt dissensionum plantaria euellerentur, ad vnum omnis solicitude delata est. Et paulo post dicit, Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit esse subiectos, ita Episcopi nouerint se magis consuetudine quam dispositionis dominicæ veritate presbyteris esse maiores. Pace tamen Hieronymi dixerim, Episcopi & consuetudine & veritate dominicæ dispositionis sunt presbyteris maiores. Nam Episcopi potestatem habent confirmandi, & conferendi ministerialiter spiritum sanctum quam non habent omnes presbyteri quos sacerdotes vocamus. Ex Actis Apostolorum nobis compertum est Samaritanos ad fidē conuersos impositis sibi Petri & Ioannis manibus accepisse spiritum sanctum, Adhac, Episcopi creant simplices sacerdotes, & non ediuerso. Sequendo illos qui dicunt Titum duntaxat fuisse Episcopum Cretensum, dicamus Paulum hoc loco præcipere Tito vt in singulis ciuitatibus siue oppidatim cōstituat presbyteros morū probitatem, doctrinam, grauitatem, castitatem & modestiam conspicuos. Hæc insula quondam

dicta est ἑκατόμπολις, quod centum habuerit oppida. In regimen ecclesiastice potestatis accersendi sunt Presbyteri qui laborant in verbo & doctrina, quique cæteris in omni virtutū officio prælacent, & quorum vita sit irreprehensibilis. Nec debent Episcopi quos suis indiscriminatim ad sacros ordines promouere, nec si quosdā promoueāt, ad sanguinem aut obsequia aut munera attēdere, ne quæ Deo sacrari debet, corruptis affectibus polluant. Sunt autem sacrīs ordinibus donandi qui assiduis studiis, crebris ieuniis, inquietisque vigiliis, lasciuia carnis domuerunt, & vitæ sancti monia laicos incitant ad bene viuendum, studēntque pro viribus ecclesiæ prodeſſe. In subsequenti contextu depingit Paulus qualis Presbyter siue Episcopus ordinandus sit, *Si quis est sine crimen.* Nec dicit Paulus sine peccato: Siquidem nullus quantumlibet sanctus, vacat omni culpa. *Quis enim dicere potest, Mūdum est cor meū, p̄scopū esse purus sum à peccato?* Sed sine crimen, quem scilicet nemo possit accusare siue criminari, & vocare in ius ob crimen aliquod. Non enim solum oportet Episcopum esse testatæ probitatis, sed prorsus alienum ab omni suspicione criminis. Aut censemur esse sine crimen, quando non respergitur insigni criminis nota, aut quod nulla peccati conscientia remordeatur. Non enim Presbes ecclesiæ vitiis pollutus, potest liberè in delinquentium scelera animaduertere. Nam in quo alium iudicat, seipsum condemnat. *Vnus vxoris vir.* Monogamus scilicet, quia neque bigamus potest ad sacros ordines promoueri, neque ad Episcopalem celitudinem euehi. Ratio autem quare bigamus non potest in Episcopum eligi, est hæc, Episcopus est dispensator sacramentorum, ergo nullus defectus sacramentorum debet esse in eo. Et cùm sacramentum matrimonij repræsentet cōiunctionem Christi & ecclesiæ, vt signum scopū eligi, respondeat signato, sicut Christus est vnuis sponsus, & ecclesia vna sponsa, sic & Episcopus. hoc autem deficeret si plures habuissent vxores. Vel dic vt iam diximus explanando priorem ad Timotheum epistolam, Si vnam habuerit vxorem, antequam in Episcopum consecraretur, non sit habiturus secundam. Chrysostomus hunc locum differendo dicit, Castigat hoc ipso etiā impudicos dum non eos permittit post secundas nuptias ad ecclesiæ regimen dignitatēmque pastoris assumi. Ausim tamen cum Hieronymo & Augustino affirmare Paulum non dixisse Vnus vxoris vir, propter incontinentiam, alioqui is qui cum multis scortis carnem suam foedauit, & nunquam iugum coniugij subiit, non posset in Episcopum consecrari. Persistamus igitur in ratione assignata, quare bigamus non potest in episcopalis dignitatis culmen euehi. *Habens filios fideles,* quos scilicet in fana Domini disciplina recte educauerit: Non enim alios docere potest qui suorum filiorum magister esse non potuit. Non in accusatione luxuriæ, potius luxus, vt vult græca dictio ασωτιας, vt scilicet sint sobrij, nec luxus siue intemperantia accusentur, sint & suis parentibus morigeri. Agnosce candide lector quantum debemus Græcis & autoribus & interpre-tibus, qui tenebras nostræ mentis sua luce fugarunt. Sunt tamen quidam Theologii adeò præfracti, proterui & duri, vt non possint æquo ferre animo se à Græcis scriptoribus doceri, putantque illum venire in suspicionem hæreſeos, qui aliter quam inulti quidam glossatores, ac barbari & centonarii, sacram scripturam expōnit. Ego tamen licet omnium indoctissimus, pugnabo semper pro veritate & bonarum literarum synceritate. Nolo tamen inficiari ne quis theologorum malè mihi velit, quin fides sit vulgatae editioni in nouum Testamentum adhibenda, quam ecclesia recepit & approbavit, licet Hieronymus plerunque vulgatum interpretem reprehendat. Oportet & Episcopum esse sine crimen tanquam Dei dispensatorem, qui velut fidelis dominicæ familiæ dispensator, thesaurum euangelicæ doctrinæ suæ fidei concreditum ex æquo & bono dispenseſet. *Non superbum,* siue proteruum, aut nimium sibi, quod sit Episcopus, placentem, *Non iracundum.* Non qui scilicet in iram excandescat. Est autem iracundia autore Philosopho in suis Ethicis, excessus iræ. Ille itaque dicitur esse iracundus qui crebro hac passione superatur. Nec Paulus damnat iram, sed iracundiam. *Non vinolentum.* siue non R. iij.

deditum temulentiae, à qua vitiorum omnium furor & insania nascitur. Scripsit ad Timotheum, Non multo vino deditum. *Non percuſſorem.*) vt non facile manum ad cædendum porrigat. Aut si mauis, dic cum Hieronymo, quod non habeat linguam contumeliosam & iurgiosam, ne contumeliosus & garrulus perdat eum, quem potuit modestia & lenitate corriger. Cùm etiam Episcopus & Ecclesiasticus pastor sit animarum medicus, non debet percutere, imò si forsitan æger se percuſſerit, corrigit, emendat & curat. *Non turpis lucri cupidum.*) Si quid enim sacerdotem fœdat, præsertim studium lucri, & opum congerendarum auditas. Qui enim apostolicum pectus referunt aut referre debent, sunt victu & vestitu contenti. *Sed hospitale,*) vt scilicet Episcoporum & illorum sacerdotum qui opulentos ex suis sacerdotiis prouentus habent, domus sit aperta extraneis & peregrinis vltro excipiendis. Etenim sordidum est & indecorum Episcopo sua bona indigentibus non impertiri. Laudat scriptura hospitalitatem Abraham & Loth, de qua dicit Paulus ad Hebræos, Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Et tam latè se extendit præclara hæc virtus, vt pro amplissima remuneratione fores regni cœlorum non tam aperire, quām effringere possit. *Benignum.*) siue bonorum amatorem, aut bonarum rerum studiosum. *Sobrium,*) & nullis temulentū cupiditatibus. *Iustum, sanctum,*) vt sit sanctitas mixta pietate quæ ad Deum refertur. Nam ἄγιος sanctus dicitur & à vitiis purus, εὐτέλης, pius in Deum. *Continentem*) siue temperatam, vt scilicet sibi temperet ab impudicitia, ira, auaritia, ambitione, inuidia, timore, & cæteris noxiis affectionibus. Adiicit & Paulus quod maximè Episcopum & sacerdotem cohonestat & illustrat. *Obtinentem eum qui secundum doctrinam est fidem sermonem &c.*) Nō enim Episcopus solùm debet tenaci mente sermoni Dei fideli, certò & indubitatò adhærere, sed debet eū syncera fide & feruenti animo profiteri, omnib[us]que inuulgare, ac sana Christi doctrina consolari illos qui variis tentationum & persecutionum procellis exagitantur. Arguere & hæreticos qui euangelicæ veritati contradicunt. Nisi enim scuto sacræ scripturæ facrorūmque conciliorum reperciſſi fuerint & reuicti, facile ſimpliciū animos ſeducent, ſuifq; laqueis irretient. Colligas, candide lector, ex hoc loco, ſummā ſcripturarū & præſertim ſacramentum peritiam Episcopo necessariā eſſe: vt etiam poſſit abſtruſiores ſenſus & abditiōes intelligentias rimari. Non enim ſatis eſt Episcopo vt ſit inculpatæ vitæ, ſed opus eſt vt ſit prædictus ſcientia. Quare toto cœlo errant qui permittunt vt infantuli omnino imperiti, & in quibus vix eſt ſal in ore, ad dignitatem episcopalem euehanturn. Hæc autem monſtra, & monſtroſa fata, noſtris temporibus emerſerunt.

„ Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maxime qui de circunciſione ſunt, quos oportet redargui, qui vniuersas dominas ſubuertunt, docentes quæ nō oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis, proprius ipſorum Prophetæ, Cretenses ſemper mendaces, malæ bestiæ, vētres pigri. Testimoniū hoc verum eſt. Quam ob causam increpa illos durè vt ſani ſint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium ſe à veritate. Omnia munda mūdis, coinqnatis autē & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conscientia. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, cùm ſint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.) Non ſine cauſa oportet Episcopum & ecclesiasticū paftrorē armis ſpiritualibus muniri, & gladio ſpiritus instrui aduersus hæreticos & illos qui intuntur euangelicam doctrinam ſuis prauis opinionibus euertere. Nam ſunt inobedientes, vaniloqui, ſiue inania friuolaque loquentes, & mentium deceptores, & præſertim qui circunciſionem inflatis buccis iactantes, Iudaismum cum Euangeliō confiſcent,

miscent, quibus ne perturbent omnia, & ſuis comitentis ac mendaciis euangelicam lucem obſcurent, os eſt obturandū: Siquidem huiusmodi impostores & garruli doctores vniuersas domos ſubuertunt & præſertim ſimplicibus imponunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia, nec aliud venantur quām auram vulgi & temporaneum commodum. Multa docebat, vt de ciborum delectu, de Neomeniis, de Sabbatismo, de circunciſione, de lotionibus, quæ iam dudum exoleta ſunt & antiquata. Reperti ſunt & in Creta pſeudapofoli qui ſuis præſtigiis ſuifque vanis artibus, multos feſſellerunt & dementarunt, & hoc forsitan propter corruptiſſimos Cretensium mores contigit. *Dixit enim quidam ex illis proprius ipſorum Prophetæ, Cretenses ſemper mendaces, malæ bestiæ, vētres pigri. Testimoniū hoc verum eſt.*) Hoc enim fuit Epimenidis poëtæ vaticinium, qui de ſuis Cretensibus ita vaticinatus eſt. & quia inſtinctu Dei futura hæc vitia præſensit, Paulus vocat eum Prophetam ſiue vatem, Epimenidis nō quād ſit numero eximiorū Prophetarū ascribēdus: Et Proprium Cretensiū, q[uod] & poëtæ variipſe Cretensis fuerit. Vulgatum eſt Græcorū adagium de versutis & improbis Cretensibus, ὁ κῆρυξ τὸν κῆρυτα, Cretensis Cretensem, ſubaudi prouocat aut circumuenire conatur. quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum eſt autem adagium à Cretensium moribus, quos plurimi conuiciis incessuit antiquitas. Eandem quoque ſententiam obtinet ἡρός προσ αἰγαίνων, Cretensis cum Ἀeginita, ſubaudi agit. Quadrat & hoc adagiū in pariter improbos, qui mutuis inter ſe fallaciis agunt. Nam Ἀeginitæ olim malè audierunt. Eſt & tritum hoc adagium de his qui mendaciis adinuicem decertant ἐρεστος κῆρυτα κηρυτίζειν, Aduersus Cretensem cretiza, id eſt, aduersus mendacem mendaciis vtere. Hæc decerpſimus ex Erafni Chiliadibus. Non itaque immerito antiquus ille poëta Epimenides, de ſuis Cretensibus (qui erant mendaciorum omnium artifices) dixit, Cretenses ſemper mendaces, ob ingenitam ſciliget mentiendi facilitatem. Non tamen ob id colligendum eſt quod nunquam verum aliquando dixerint, aut nunquam quid boni egerint. ſed propter infinitam ad mentiendum proclivitatem dictum putes, Cretenses ſemper mendaces. Si quidem nemo tam ſicarius eſt & tam parricida, tam veneficus, tam impudicus, qui non aliquando aliquid boni fecerit. Malæ bestiæ, feræ ſciliget, ac veneno noxiæ bestiæ. Nam ferarum ritu ſanguinem deceptorum ſitiebāt, & incautis paſſim ſuum venenum afflabant. Siquidem humanum ingenium nolens lege, ratione & virtute coerceri, ferocius euadit quām beluarum. Vide Platonem de legibus, Dialogo 6. Eſt & Plato præclara illa Aristotelis ſententia libro primo Politicorum capite 2. Vt enim perfectione ſucepta, optimum cunctorum animantium eſt homo, ita ſi alienus fiat à lege, & à iudiciis, pessimum eſt omnium animalium. Deinde concludit aduersus hominem à virtute degenerantem (à quo magis cauendum eſt, quām à feris immaniflīmis.) Itaque impiissimum & immanissimum eſt sine virtute, ad libidinem cibationēmque deterrimum. *Ventreſ pigri.*) ſiue ventricolæ, in inertiam, pigritiam & ſomnolentiam resoluti. Appellat & vētres, homines abdomini deditos, qui loco Dei ventrem colunt, malūntque falsis persuasionibus in ocio & luxu viuere, quām protuenda euangelica veritate cum Apostolis eſfurire & affligi. En proſpicis candide lector, Paulum Ethnicorum ſcriptorum testimonia approbare, & illa præſertim quæ à veritate non abducunt, ſed magnoperè conducunt ad corrigendum peruersos mores, & ad vitandum illos qui turpiſſimam vitam agunt. Laudemus itaque encyclopediam ſiue orbem disciplinarum, quæ ſe mutuo iuuant, quarum præſidiis qui fulciuntur, euadunt conſummati. Falsi autem Cretensium doctores, ſunt à vero Cretensiū doctore, & ornatiſſimo Episcopo, nēpe Tito, reuincendi. Et propterea pulchrè adiecit Paulus. *Quam ob causam increpa illos dure.*) ſiue ſeuere, ac ad viuum illos refelle, *Vt ſint ſani in fide.*) Et cum ſana & inconcufſa fide ſanam doctrinam copulent, & recte poſthac ſe gerant in functione euangelici muneris. Nec deinceps auſcultent Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium ſe à veritate. Sunt autem Iudaicæ fabulæ quæ non innituntur autoritati ſcripturæ nec rationi, ſed ani-

- Iudaicæ fa-* lia quædam & fabulosa configunt, qualia sunt quæ in Thalmuth continentur, quæ magis à Christo lectorem abducunt quæ ad eum allicant. Harum autem fabularum & ineptiarum autores omissis Christi præceptis ingerunt hominum constitutiunculas. de quibus dicit Esaías, Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Huius autem Prophetæ testimonium approbans Christus, adiecit, refellendo Scribas & Pharisæos omni hypocrisi & simulata religione personatos ac conuestitos, Sine causa colunt me, docentes doctrinas & manda hominū. Dicunt & isti vani doctores Iudæorum, nugas relinquere non valentes, Hic cibus est impurus, ne vescitor, Hoc corpus est immundum, ne contingito. Hæc autem discrimina, & superstitiona post antiquæ legis cæremonias abolitas inuenta, debent apud Christianos facessere, quibus puris pura sunt omnia: Nā indiscriminatim & absque remorsu conscientiæ quibuslibet cibis vescuntur, exceptis diebus interdictis, in quibus non licet vesci carnibus. Quòd si quis accusatrice sui conscientia pulsatur, & putet se peccare si hoc vel illo cibo vescatur, quanuis non peccaret, ab eſu talis cibi abstineat. Qui enim agit contra conscientiam, peccat: Et qui superstitione & superstitionis scrupulis torquentur, quod ex se mundum est, faciunt immundum, depravatis scilicet effectuum causis, intellectu & voluntate. Audiamus quid dicat Paulus in epistola ad Romanos de variis hominum opinionibus & iudiciis quantum ad eſum ciborum, Alius credit se manducare omnia, qui autem infirmus est, olus māduget. Is qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Audiuit & Petrus Iudaicarum cæremoniarum obſeruator studiosissimus vocem illam de cœlo delapsam, Tu ne commune dixeris, quod Deus sanctificauit. Coinquinatis autem siue impiatis & omni vitio contaminatis, nihil est purum & mundum, sed polluta est eorum & mens & conscientia: mens quidem per infidelitatem, & conscientia per peccatum. Scribæ & Pharisæi in superbiam elati, iactabant se planè Mosaicam legem intelligere, quam tamen non obſeruabant. sicut dicebat Christus, Nōnne Moyses dedit vobis legem, & nemo vestrūm facit legem? Habet & Iudæus præputium circuncisum, mentem verò incircuncisam. Vnde ad Romanos dicit Paulus, Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera. Denique Iudæus corpore purificatus, lotisque manibus & pedibus templum ingrediebatur, conscientiam tamen habebat immundam & illotam. Et propterea qui immundorum Iudæorum mores imitabantur, licet cum summa impudentia iactarent se nosse Deum, factis tamē abnegabant, abominabiles prorsus, & execrables, increduli, & prorsus intractabiles ac impersuasibiles. Dicuntur autem ad omne opus bonum reprobi, quòd adeò sint ferrei, duri, pericaces, & in pristinis vitiis inueterati, vt non possint bonum opus efficiere. Nam Deus propter inueteratam illorum malitiam ab eis suum auxilium substrahit. Hæc & plenius alibi discussa sunt.

Argumentum secundi capit. I.

PAULUS adhortatur suum Titum & doctrinam & vita sanctimonia confi-
cuum, vt sanam & salutiferam Christi doctrinam libere prædicet. Et ne quis eius conciones calumnietur aut despiciat, studiis omnibus ei suadet vt alii morum grauitate, probitate vitae, integritate fidei, modestia, sobrietate, castitate & prudentia præluceat. Parum enim doctrina mouet affectus, auditorésque ad se rapit, nisi sit optimis moribus copulata: facile autem persuaderet doctor cum id constanter facit quod faciendum esse docet. Insuper præscribit & personarum & a-
tatum officia, vt unusquisque suum statum suamque ætatem virtutibus exornet.

Deinde

Deinde vnumquemque Christianum commonefacit vt agnoscat gratiam, benignitatem, charitatem & clementiam Saluatoris nostri Iesu Christi, qui suum sanguinem effudit vt nos ab omni labore & crimen ablueret, nostraque corpora (si modò casta fuerint & munda) posthac in claritatem sui corporis transformaret, suisque membris eandem immortalitatis gloriam qua præfulget, impartiretur.

Caput secundum.

V autem loquere quæ decent sanam doctrinam: Senes vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: Anus similiter, in habitu sancto, non crimina-
trices, non multo vino seruientes, bene docentes, vt pru-
dentiam doceant: Adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos di-
ligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas,
subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei: Iuuenes simili-
ter hortare vt sobrii sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bo-
norum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sa-
num, irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens
malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omni-
bus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus
fidem bonam ostendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent
in omnibus.) Quoniam improbi & vafri doctores potius impostores, falsa &
*Fleec obſer-
ua de his
que ad pa-
putum con-
conator e-
nulgare de-
bet.*
contagiosa doctrina simplices fallebant, & sparso passim suo veneno inficiebant,
ne posthac Cretenes ab huiusmodi doctoribus seducerentur, Paulus suum Titum
commonefacit, vt publicè loquatur quæ digna sunt sana & euangelica doctrina,
quæ compositis moribus purisque affectibus nos Deo magnopere commendant.
Qui autem loquitur quæ decent sanam doctrinam non verbis philosophatur, sed
diuinitus philosophando præter instructionem fidei corrigit vitia, improbis &
sceleratis incutit terrorem gehennæ perpetuæ nisi mature resipiscant, & liberius ac
acrius in flagitiosos inuehitur cum eius vita cum doctrina consentit. Quid autem
Titus in omni sexu & ætate commonere debeat, subsequens hic locus exprimit,
*Deteſtanda
eft ſenum li-
xuria.*
Senes vt sobrij sint, & ad pietatis & religionis officia aduigilantes, Pudici.) Si enim
in omni ætate detestanda fit & fugienda luxuria, maximè tamen in senili, quæ ex-
tincto nativi caloris incendio aculeum carnis siue titillationem facile domare po-
test. Quòd si senes luxurient, adolescentiam libidini obnoxiam, ad turpia facta
prouocabunt. Prudentes.) siue moderati & modesti: Nam hæc ætas ob mientis im-
becillitatem solet immoderatus excandescere. Sint & sani in fide.) vt alacritas fi-
dei torporem & somnolentiam ætatis vincat. Iungant & charitatis officia synce-
ritati fidei, vt aduersa quæque fortius tolerent: Siquidem fides sine charitate non
tam tepeſcit quæ frigescit. Roboratur & charitas in æquabili malorum omnium
tolerantia. Sint eadem lege anus honestæ, sobriæ, pudicæ, sanæ in fide & charitate
& patientia. Ornentur & habitu sancto & composito, vt earum incessus, motus,
vultus & sermo quandam decoris sancti dignitatem præferant, vt ex habitu exte-
riori interior ornatus ostendatur. Non crimina-
trices.) siue delatrices. Et quia hoc
genus muliercularum solet esse garrulum, & ex garrulitate criminatio defluit, pro-
pterea Paulus vult eas non esse calumniatrices siue accusatrices alienæ vitae. Non anicula bi-
multo vino seruientes,) siue multovino addictas. Sunt enim plerunque aniculæ, & baces:

mulieres ætate prouectæ bibaces, quo vitio ineptiunt & delirant. Quod enim in adolescentibus libido est, in senibus ebrietas est. Nam quòd ætate frigescant, magno potionis studio inferuiunt. Quòd si sunt sobriæ, pudicæ, & moribus & habitu compositæ, libertatem habebunt docendi adolescentulas, vt viis omnibus castimoniam vitæ sectentur. Loco huius versionis, *Bene docentes ut prudentiam doceant.*) legit Hieronymus, Bene docentes ut ad castitatem erudiant adolescentulas.) Et licet Paulus non permittat mulieri publicitus docere, & suggestum confundere ut concionetur, tamen non inhibet quin domi exhortetur. Discant & adolescentulæ à matronis natu grandioribus ut viros suos vnicè ament, eosque reuereantur. Diligant & materno affectu suos filios. Sint & adolescentulæ vxores iis virtutibus præditæ, quibus sunt & matronæ. prudentes scilicet, castæ, sobriæ. Curent & rem domi, quæ cedit in laudem honestarum mulierum. Vnde veteres pingebant Vennerem testudini infiscentem, quòd id animal nunquam à domo discedat, symbolum probæ matrissimæ. Sint denique benignæ & honestarum rerum amatrices, & ita se gerant, ut vtroneo affectu sint suis viris morigeræ: Siquidem Deus præcepit ut mulier sub viri ditione viueret, agnosceretque se ex viro emersisse. Quòd si viri imperium detractaret & aspernaretur, infamaret nomen Dei. Si enim Ethnicorum mulieres iussis suorum maritorum obsequantur, multo magis quæ Christianam fidem & religionem professæ sunt, obsequi debent. Commoneat & Titus iuuenes (quos plerumque libido & obsecna voluptas occæcat, & ad turpia & nephanda scelera pertrahit) ut sint sobrij, casti, benigni, parentibus morigeri & obsequiosi, nec quid agant aut moliantur quod parentum oculos offendere possit. Et quia integritas vitæ optimo etiam concionatori pernecessaria est, quam inuidi plerumque calumniantur, cohortatur & Paulus suum Titum, ut omni in re sit aliis exemplar bonarum actionum: quòd scilicet ad eius vitam, velut ad directricem bene viuendi normam inflectantur subditi omnes, nec habeant vnde possint illibata boni pastoris famam detractare. Quòd si concionator sit impudicus, licet facundus & apprimè doctus, & ad castitatem audientes adhortetur, eius sermo videbitur esse frigidus & infirmus, nec habebit autoritatem cohortandi. Econtrario quanuis sit barbarus & mediocriter doctus, si castus sit, ad sectandam pudicitiam mouebit auditores. Sit itaque in Episcopo & præfecto ecclesiæ sana doctrina, quam illustrant & ornatiorem reddunt integritas vitæ, affectuum puritas, morum grauitas, honestas & sermo irreprehensibilis, vt qui Theonino dente & canina rabie personam tanta dignitate præfulgentem rodere volunt, subticeant: nec habeant vnde linguæ maledicentiam, imò detractionem & conuiciatricem linguam exerere possint, quam qui refrænat, totum hominem superat. Vnde dicit Jacobus, Lingua, ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natuitatis nostræ, inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium & marinorum domatur, & dominata est à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. Loco huius versionis, *In integritate*, quidam legunt, in incorruptione, quod vocabulum propriè sonat virginitatem. Hinc volunt Paulum admonere Titum ut in virginitate perseueret. Quod autem adiicit, *Vt qui ex aduerso est, &c.*) potest de Diabolo exponi. Nam vox hæc Diabolus, criminatorem sonat, nihil enim Diabolus non criminatur. Est & accusator fractum nostrorum, & cum nihil habet mali quod nobis obiicere possit, erubescit & confunditur. Præscribitur & lex seruorum erga suos heros, ut non detractent iusa dominorum. Studeant & suis heris per omnia placere in his quæ diuinam maiestatem & sacram scripturam non offendunt, sed rei domesticæ commodum adferunt non modicum. Nec reclament more proteruorum suis dominis, nec bona minorum explicant. Quòd si expilauerint, quia serui sunt, graue furti crimen incurrent, & acriori supplicio torquebuntur, quæ fures non addicti seruituti. Quòd si suis

suis heris fidi sint per omnia, suaque officia diligenter obierint, doctrinam Saluatoris nostri Dei ornabunt. Doctrinam autem Saluatoris ornant, quando ea quæ suæ conditioni apta sunt, faciunt. Nec vlli dubium esse debet, quin Deus glorificetur in illis famulis, qui suis heris præstant quod Dominus præstari iubet. Quidam interpres hoc loco promiscue sumunt Saluatorem Deum pro patre & filio: Nam ab vtroque salus nostra profecta est. Verumtamen existimo Paulum hoc loco loqui duntaxat de Christo (vt subsequens lectio declarabit) qui à precio sui sanguinis quo redempti sumus, insigniter dictus est Saluator, aut ut volunt Græci Seruator. Vnde Angelus dixit Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Suppetunt & longè plura Euangelistarum ad eandem rem confirmandam testimonia, quæ breuitati studendo omittere volui.

„ Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, „ erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie „ & iuste & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & ad- „ uentum gloriae magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui de- „ dit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & „ mūdaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operū. Hæc „ loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te conténat.)

Nec illuxit nobis gratia siue misericordia Dei Saluatoris nostri, ut huius seculi *Curilluxit* lucra sectaremur, aut summos honores & dignitatum celitudinem ambiremus, *gratia Sal-* aut nostros fratres conuiciis incesseremus, aut corpora nostra sordidis voluptatibus *natoris*. inquinaremus. sed ut hac gratia illustrati abnegemus omnem impietatem siue idololatriam, maledicentiam, inuidiam, contentiones, scurrilitatem, iniustitiam & mundana desideria, quibus abnegatis & alacritate fidei calcatis & profligatis, sobrie, siue pudicè (vt vertit Hieronymus) iuste & piè viuemus in hoc seculo. Hæc autem præclaræ virtutes, Sobrietas scilicet iustitia & pietas, nos incitant ad expectandum, *beatam spem & aduentum gloriae magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.*) Hoc loco mendacissima & pestilentissima Arrij & Eunomij ora obstruunt, qui temerè & impudenter negarunt Christum Saluatorem nostrum esse Deum. Paulus autem planè affirmat Iesum Christum esse Saluatorem nostrum & magnum Deum. Saluatorem quidem, quia non est aliud nomen sub cœlo nobis datum in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Iesu: Et magnum Deum qui fuit ab æterno, & cuius magnitudini & virtuti nemo resistere potest. Ambrosius tamen non accipit hæc verba, Magni Dei & Saluatoris copulatim, sed diuisim: ut magni Dei referatur ad patrem, & Saluatoris ad Christum. Huius autem summi Theologi verba subscribam, Hanc esse dicit beatam spem credentium, quia expectant aduentum gloriae magni Dei, quod reuelari habet iudice Christo, in quo Dei patris videbitur potestas & gloria, ut fidei suæ præmium consequantur: Ad hoc enim redemit nos Christus, ut puram vitam sectantes, repleti operibus bonis, regni Dei hæredes esse possimus. Hæc ille Malo tamen cum Hieronymo ad confirmandum fidem nostram, quòd Christus est Deus & homo, hæc verba magni Dei & Saluatoris legere copulatim. In hoc autem secundo aduentu resurgent corpora nostra, alia in resurrectionem vitæ, alia in resurrectionem iudicij. Et hic aduentus erit gloriae: Nam filius Dei è nubibus descendet cum potestate magna & maiestate. Sedebit & filius hominis super sedem maiestatis suæ, cum in omnes fetret sententiam. Et recte ac verè dicitur, Magnus Deus: Nam de eodem scribit Paulus ad Romanos, Qui est super omnia Deus benedictus in secula. Hic autem magnus Deus & Saluator noster, Iudæorum & Gentilium salutem sitiens, obtulit se

COMMENTARIIO. ARBOREI

Cap.2. metipsum Deo immaculatum per spiritum sanctum, vt nos à tyrannide Diaboli eriperet, & ab omni iniuitate redimeret, siue spectemus iniuitatem originalem, siue mortalem, suoque sanguine mundaret sibi populum egregium aut peculiarem, si modò existeret bonorum operum sectator. Siquidem Christus seipsum sanctificauit siue obtulit, vt sibi populum Christianum peculiarem faceret. Vnde in Deuteronomio de Iudæis scriptum est, Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris. Et de vocatione Gentium dicit Propheta, Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei viui. Hinc clare constat ex hac Pauli doctrina ne-

Deute.7. minem sanguinis Christi effusi participem fore, nisi suum ducem suumque Salvatorem probitate vitæ & bonis operibus vna cum integritate fidei sectetur. Quod & ex epistola ad Romanos compertum habemus, Lex spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impletetur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Ergo ex Paulina sententia colligere nos oportet carne Christi non fuisse abolitum peccatum pro his qui carnalibus voluptatibus immerguntur, & plus carni quam spiritui inferuiunt. Loquitur autem hoc loco Paulus de illis qui quadam inueterata consuetudine opera carnis sectantur. Adiicit & hæc Apostolus, *Hec loquere & exhortare, & increpa cum omni imperio.* Commonet suum Titum vt sanam doctrinam loquatur, quæ facit plurimum ad robur fidei, & ad pertrahendum infideles ad Christianam religionem. Insuper exhortetur suos Cretenses vt agnoscendo summa Christi beneficia humano generi collata, piè & sanctè viuant. Increpet & acriter obstinatos etiam cum imperio & autoritate sibi delegata. Prius enim Paulus

2.Tim.3. dixerat suo Timotheo, Peccantes coram omnibus argue. Item, Insta opportunè, **2.Tim.4.** importunè argue, increpa. Subnectit & hoc vnum Paulus graui & accurata interpretatione dignum, *Nemo te contemnat.*) Thomas Aquinas scholasticum cum suis

i.Tim.4. agens negocium, putat hoc ipsum nunc scribi ad Titum, quod ad Timotheum dictum est, Nemo adolescentiam tuam contemnat: & ante illum doctorem multi in eadem sententia persistenterunt, quos tamen reiicit Hieronymus hunc locum doctè & exquisitè explanando. Nos, inquit, iuxta Græci sermonis differentiam, aliud putamus significare, περιφρόντω, quod hic scribitur, & aliud παταφρόντω, quod ad Timotheum dictum est. Et paulo post dicit, Existimamus itaque παταφρόντοι, ad contemptum propriè pertinere, vel cùm quis inter eculeum laminásque distentus, contemnit dolorem, & nec iudicis comminationem, nec circumstantis populi fremitum pertimescit: sed pro confessione martyrii vniuersa supplicia contemnit & despicit. Vult autem Paulus his verbis dicere, Nemo adolescentiam tuam contemnat, Nolo te talem exhibeas vt possis ab aliquo merito contemni. περιφρόντος autem illud sonat. Sicut Stoici tamen afferunt qui distingunt inter verba subtiliter, cùm quis confidens sibi se alio esse meliorem despicit eum quem inferiorem putat, & super.) Idest plus sapiens humiliorem existimat dignum esse contemptu, περιφρόντος ergo quæ nunc ad Titum ponitur, illum sensum habet, Nemo eorum qui in ecclesiis sunt, te segniter agente sic viuat, vt se putet esse meliorem. Qualis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorē? Hęc ille. Oportet itaque ex sententia Pauli Episcopos & Presbyteros & omnes qui domui Dei seruiunt, conuersatione & sermone præcedere populum cui præsident.

Argumētum

Argumentum tertij capitatis.

Q Vi Christianam religionem profesi sunt, non debent eo fastu intumescere, vt contemptim despiciant illos qui principatum gerūt, aut magistratibus funguntur, licet à Christiana professione sint alieni: Imò se debet mites & faciles erga illos gerere, vt aliquādo sacramento fidei donentur. Denique qui Christo militant, meminerint se nō esse omnino liberos à publicis legibus & autoritate principū & magistratū: imò debet propensius & obsequiosius illis obtemperare, modò non imperent quæ diuinis sanctis contraria sunt. Qui pro nobis immolatus est, suo sanguine animorum nostrorum sordes & noxias cupiditates abluit, nōque sua misericordia, & non nostris prioribus meritis, per lauacrum spiritualis regenerationis saluauit: vt eius gratia iustificati, essemus posthac æterna hereditatis participes. Qui cæteris dominantur curent non arrogantia, non fastu, non ambitione, sed bonis operibus & pietatis officiis præesse. Admonet & Paulus suum Titum vt stultas aniles & garrulas quæstunculas, ac perplexas genealogias reiiciat, vitæque hæreticos destinata malitia peccantes, velut pestem insanabilem.

Caput tertium.

” **A** Dmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto
” obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminē blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes
” mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicē. Cū autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Salvatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.) Non solū Paulus commonefacit suum Titum, vt Cretensibus præcipiat ecclesiasticis principibus dicto & syncero affectu obedire, verum etiam & secularibus. Quod si detractent illorum iussis obsequi, vbi non imperant quæ pietatem & religionem adimunt, sed quæ legibus consentanea sunt, & proteruiæ & rebellionis accusabuntur. Nec eo dementiæ veniant subditi, vt putent sublimiores potestates ab hominibus & non à Deo institutas esse. Nam ex diametro hic insanus error pugnat cum illa Pauli doctrina dicentis ad Romanos, Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. quæ autem sunt, à Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirūt. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Deinde manifestans principibus etiam Ethnicis pendenda esse tributa, dicit, Ideo enim & tributa præstat. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Denique Christus confutans calumniam Pharisæorum qui sciscitati sunt

ab eo sinam deberent Iudæi à religione Mosaïcæ legis Deo addicti, Cæsari, prophæno quidem imperatori censem pendere, dixit, Quid me tentatis hypocritæ, ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei, Cæsar. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Legimus in Actis Apostolorum, Theudam & Iudam Galilæum interemptos fuisse, quod studiis omnibus voluerint persuadere Iudæis, se non debere principibus prophanis pendere tributum. Conabatur & Iudas Galilæus suadere Iudæis neminem debere vocari Dominum, præter Deum. & propterea Paulus adhortatur Titum, vt præcipiat credentibus obedire etiam principibus secularibus, illisque subiici, ne in consimilem errorem incident. Vulgatus interpres hoc loco vertit principibus, sed potius vertendum est principatibus. Nam postea dicit, Et potestatibus. Hanc autem in sententiam accedunt Hieronymus & Chrysostomus. Nam ἀρχαῖς, magis principatus quam principes sonat. Et licet qui suis subditis imperant essent crudeles, inhumani & feris ipfis immaniores, eosque multis suppliciis more sanguinorum tyrannorum torquerent, tamen oportet facere quod iubent, modò diuinæ volūtati non aduersetur. Et propterea subiecit Apostolus, *Obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Si enim bonum est quod imperator aut princeps imperati, iubentis voluntati obsequendum est. Sin verò malum, & diuinam maiestatem offendit, responde quod Petrus & cæteri Apostoli responderunt principi sacerdotum male sentienti de Christo, Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Sint & parati ad omne opus bonum, vt omnia quæcumque euenire possunt sibi in animo præfigurent, & cum acciderint nihil quasi nouum sustineat, sed eis præparata sint omnia. Sibi quoque à blasphemis, conuiciis & maledictis præcaueat qui sub alterius ditione viuunt. In antiqua lege blasphematores obruebantur lapidibus. & qui sub principe

Leuit. 24. Christo militant, si sanctum Dei nomen blasphemauerint & procaci lingua pollucrint, grauiori supplicio cruciabuntur. Quod si Michael archægælus disputans cū diabolo de Moysi corpore non ausus fuerit iudicium inferre blasphemæ, principi tenebrarum omni maledictione & execratione dignissimo, multo magis debemus os nostrum seruare mundū à maledictis & cōuiciis. Quia tamen hīc dicit Paulus, *Neminem Blasphemare* siue Deū siue angelum siue hominem. Adnotemus blasphemiam bifaria sumi, propriè & impropriè. Propriè pro conuicio Deo obiecto, cùm quis adimere vult Deo quod sibi proprium est, aut creature tribuere, quod soli creatori tribuendum est. Blasphemabant Pharisæi dicentes quod Christus in Beelzebut principe dæmoniorum eiiciebat dæmonia. Et de hac blasphemia dicit Christus, Blasphemia spiritus non remittetur. Impropiè aut largè sumitur blasphemia pro omni maledictione occulta vel manifesta, & ita hoc loco sumitur, sicut enim honor proximi in honorem Dei refertur, ita improperium proximi in improperium Dei refertur & retorquetur. Non litigiosus esse, siue non iurgiosos neque contentiosos. Seruum enim Domini non oportet pugnacem esse, neque iurgiis rixari, sed benignum, & ad omnes homines genuinā & solidam mansuetudinem ostendere. Vnde dicit Psalmographus, Mansueti hæreditabunt terram, cui arridet illud Euangelistæ, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Quod autem humanum genus antequam gratia Christi sibi illuxisset, fuerit in omnia flagitorum genera projectum, & omni vitiorum scabie sordidatum, patefacit hic subsequens locus, *Fuimus enim aliquando & nos insipientes siue insensati, stulti & amentes ac sine intelligentia, Increduli aut (vt alij vertunt) inobedientes, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & in inuidia agentes, odioſi, odientes alterutrum.*) Consentanea est admodum huic loco illa Pauli doctrina ad Romanos, Causati sumus Iudeos & Græcos omnes sub peccato esse. sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, si Psal. 5. & mul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum. Linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub Psal. 139. labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum

corum ad effundendum sanguinē. Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis Psal. 9. non cognouerunt, nō est timor Dei ante oculos eorum. Et paulopost adiicit, Omnes Esa. 59. peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemtionē Psal. 13. quæ est in Christo Iesu. Qui igitur cupit alteri sua vitia exprobrare, suā priorem vitā inspiciat, si nō sit foedior illa quam criminatur. *Cum autem benignitas & humanitas illuminxit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suā saluauit nos, per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit super nos opulenter per Iesum Christum salvatorem nostrum, vt iustificati illius gratia hæredes efficiamur secundū spem vitæ æternæ.*) Hoc loco Paulus distinctim exprimit tres personas, simul operantes negotium salutis humanæ. Cùm enim dicitur, Benignitas saluatoris nostri Dei, manifestatur bonitas & clementia patris coelestis, qui dictus est saluator noster: nō quod humanam naturā assumpsit ut nos saluaret, sed quod miserit & dederit suum filiuvnigenitū ut nos saluaret, quod manifestat Ioannes dicens, Sic enim Deus dilexit mun- Ioan. 3: dum ut filium suum vnigenitū daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Nec misit filium suum in hunc mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Deinde manifestatur persona Spiritus sancti, cùm dicitur, Per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti quem effudit abūde super nos. Declaratur & persona Iesu Christi, cùm dicitur, Per Iesum Christum salvatorem nostrum. Huic autem sententiæ astipulatur Hieronymus dicens, Diligentius attendamus, & inueniemus in praesenti capitulo manifestissimā Trinitatem. Benignitas quippe atque clementia saluatoris nostri Dei, non alterius quam Dei patris, per lauacrum regenerationis & renouationem spiritus sancti quem effudit super nos abunde per Iesum Christum salvatorem nostrum, viuificauit nos in vitam æternam. Hec ille. Nec humanitas hoc loco, sequendo opinionem Hieronymi sumitur pro incarnatione Christi; sed pro clemētia & amore patris coelestis erga homines. Nec deest ratio ad suadendum, quod hic genitius saluatoris nostri Dei, sumi debeat pro patre. si enim sumeretur pro Christo videretur esse nugatio: Nam hic esset sensus, Cùm enim apparuit humanitas saluatoris nostri Iesu Christi, secundum suam misericordiam saluauit nos per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti per Iesum Christum. Non enim Iesus Christus per Iesum Christum nos saluauit. Theophylactus tamen sumit hoc loco humanitatem pro incarnatione, exponens hunc locum, Cùm humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, Cùm incarnatus scilicet est vnigenitus & similis nobis effectus. Quomodo autē Deus nos saluauit, An nostris meritis, bonisq; operibus, An sola sua misericordia inspiciamus oportet. Nō simpliciter propter merita nostra aut opera iustitiae quæ fecimus nos, saluati sumus: alioquin esset presumptio id dicere, quam etiam euertit hic locus, Nō ex operibus iustitiae quæ fecimus nos. Nec solū id intelligi putas de operibus legis Mosaïcæ, sed de omnibus hominum operibus. Ita enim Paulus extenuat nostra merita ut magnopere extollat gratiam Dei, sed magna Dei misericordia à captiuitate diaboli, & à lege peccati & mortis crepti sumus. hoc enim sonat prima saluandi ratio. Aut dic, Quod nullis nostris prioribus Prima saluandi ratio meritis, sed sola Dei gratia saluati sumus. Sola enim Christi passio veterem hominum destruxit ut nouum indueremus. Loquendo autem de secunda saluandi ratio- nō innititur ne quæ beatitudinem æternam includit, ad hanc assequendam plurimum merita nostra conferunt. Nam iusti ibunt in vitam æternam. Item, Reddidit iustis mercedē labororum suorum. Modus autē salutis adipiscendæ est per baptismū. Et propterea adiecit tis: bene au- Apostolus per lauacrum regenerationis: Etenim per ablutionem spiritualē saluati su- tem secunda. mus. Vnde ad Ephesios scriptū est, de sanctificatione ecclesiæ quæ prius fuerat polluta, Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitae. Deinde ostēdit nos exuta peccati vetu- Sap. 10. state renouatos esse ad integritatē naturæ. Et renouationis, inquit, spiritus sancti. Tatis Ephe. 5. enim malis eramus immersi, ut nō solū purgatione, verum etiam renouatione nobis opus esset. Id quippe regeneratio significat. Quæadmodum in domo vetere, putredine cariéque cōsumpta, nemo pulchra supponit, neq; antiquis structuris cōnectit, verū S. ij.

à fundamentis euersam: Demum illam de nouo erigere atque renouare contendit, ita & Christus fecit in nobis: Nam ille superaedificauit nos, sed prius euerit quod pessimum steterat: hoc enim est quod ait, Per renouationem spiritus sancti, nouos iterū fecit, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum. Siquidē baptismus qui fit in aqua & spiritus sancto, vberem gratiam confert. Nam virtute baptismi fit plena peccatorum remissio. Quod si loquamur de donis spiritus sancti quibus Apostoli in die Pentecostes fuerunt cumulati, & cumulatè confirmati, proferemus illud Iohelis testimoniū,

Ioh.2.
Act.2.
Ioan.14.
Ioan.15.
Ioan.16.
Quid includit iustificatio.
Rom.5.
1.Petr.1.

Effundā de spiritu meo super omnē carnē & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbūt, & seniores vestri somnia somniabūt. Nec hæsitādū est quin Paulus ditatus fuerit abunde donis spiritus sancti quibus numerosissimā Gētium multitudinem ad fidem pertraxit, verbo Dei profligauit hæreticos, Ethnicorum errores dissipauit, suisque concionibus & miraculis ecclesiam firmorem & solidorem reddidit. Datus est & spiritus sanctus per Iesum Christum: Siquidē dicit Ioannes in suo Euangelio, Paracletus spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Item, Cūm autem venerit paracletus, quem ego mittā vobis à patre &c. Adhac, Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eū ad vos. Sumus & gratia Christi iustificati,) hoc est, per gratiā renouati. quia iustificatio non fit sine gratia: Nā includit remissionem culpæ, & infusionē gratiæ. Eā autē ob causā nos Christus gratis iustificauit vt essemus hæredes Dei, secūdū spē vitæ æternæ. Siquidē speramus euangelica & perfecta fide instruēti, nos assequuturos vitā æternā. vnde ad Romanos dicit Paulus, Gloriamur in spe gloriæ filiorū Dei. Hæc autē spes viua innititur resurrectioni Christi, quod affirmare possumus testimonio Petri dicētis, Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secūdū misericordiā suā magnā regenerauit nos in spē viuā, per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatē incorruptibile, & incotaminata, & immarcessibile, cōseruatā in coelis in vobis.

„ Fidelis sermo est. Et de his volo te confirmare vt curent bonis operibus præesse qui credūt Deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est & delinquit, cūm sit proprio iudicio condemnatus. Cūm misero ad te Artemam aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim, ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum, & Apollo sollicitè præmit te, vt nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vñs necessarios, vt nō sint infructuosi. Salutat te qui mecum sunt omnes. „ Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cū omnibus vobis, Amen.)

Fidelis sermo est.) Scias sermonem qui per totum terrarum orbem de gratia Christi hominibus collata spargitur, constanti & solida fide dignum esse, nec quempiam debere latere aditum ad hæreditatem æternam immolatione filij Dei factum esse. Et licet mihi Tite non ignores gratia Christi partam esse hominibus salutē (si modò conuulsis & repudiatis noxiis affectibus secundum spiritum ambulauerint) tamen cupio hunc syncerum Christi erga homines amorem iterū atque iterum tuæ memoriarum inculcare. Et de hisce præfidiis, imo monumentis te firmorem redi, vt tua diligentia tuaque exhortatione qui credunt Deo, sint solliciti ad effectum bonorum operum.

Commendatio bonorum operum. Nihil enim Deo gratius esse potest quam bonis operibus & præclaris virtutibus suā imaginem illustrare. his quoque adiumentis sternitur iter ad assequendam æternæ vitæ hæreditatem. Et quod in gloriam Dei cedit, magnam hominibus commoditatem ad fert. Curant & bonis operibus præesse qui credunt Deo, cūm inopiam pauperum subleuant, & oppressis iniuria, opem ferunt, cūm etiam suos parentes famelicos non ditant

ditant sed pascunt. Et summatim, cūm imbecilla Christi membra suis bonis fouent & refocillant. Adhortatur & Paulus suum Titum vt modis omnibus friuolas, garris, Aduersarijas, ridiculas, ineptas & cauillatrices quæstiunculas evitet, quas tamen sophistæ, vt suas garrulos fognugas popello venditent, omnibus inculcant, nō alio fine quam vt doctissimi appaphistas. reat cum suarum argumentationū retibus, & syllogismorum spinetis indoctos inuoluunt. Nec ex hac Paulina doctrina, Stultas autē quæstiones &c. debent osores & persecutores scolaisticæ disciplinæ captare ansam ad deridendum doctores illos scholasticos qui commentando Magistrum Sentistarum multas quæstiones argutas & subtiles tractarunt. Nam huiusmodi quæstiones & disputationes nō sunt stultæ, sed doctæ & vtiles (si modò sanè intelligantur) & ad bonum finem ordinantur, illis etenim sua exercent ingenia qui assidue in Scholis theologicis disputant, & disputando ad lauream aspirant, harū etiam quæstionū præsidio adiuti redduntur promptiores ad intelligentiū sacrā scripturā. Paulus præsertim hoc loco loquitur de stultis quæstionibus legis, quæ scilicet aduersus legē pugnabant aut nihil conferebāt. Sunt & stultæ quæstiones quæ pugnant aduersus doctrinā Christi & Apostolorū, quales sunt hæreticoru. Tractemus potissimum quæ scripturarū autoritate fulciuntur. Deuitadæ sunt *Huius est* & genealogiæ siue originum enumerationes, quas Iudei in ambitionē & ambitionis sententiæ fastum elati, sine vlla cōmoditate à suis maioribus longo discursu repetunt. Reiciendæ Hieronymi sunt & cōtentiosæ dissertationes, & pugnæ illæ superuacaneæ, quæ sunt de lege Moses, faïca, quas Iudaizantes ad gloriam & suū quæstum excitarunt. Deinde docet Paulus *Quid loquendo deitando est?* quando deuitandus est hæreticus, ne sua contagiosa & perniciosa doctrina simplices uitandus est inficiat: *Hæreticum, inquit, post vñā & alterā correptionem deuita.*) Hæresis Græcæ ab elehæreticis. ctione dicitur, quod scilicet vñusquisq; id sibi eligat, quod ei melius esse videatur. Vnde Philosophi, Stoici, Academicī, & Peripatetici ac Epicurei, illius vel illius hærefoes appellantur. Tritū quoque est illud Ciceronis dictū, Sum in hac hæresi, opinione scilicet, à qua diuelli non possum. Verū nomen hæreticos, quod olim nullius aures offendebat, nunc pessimè sonat, propter illos hæresiarchas aut hæreticorū asseclas, qui peruerso dogmate Christianos inficiunt, & ita suæ perniciosæ ac virulentæ doctrinæ hæreti, vt ab ea diuelli nolint. Is quoq; censetur hæreticus, qui aduersandi affectu sacré scripturæ, sacrificisque conciliis & determinationi ecclesiæ reluctatur. Explorata hac adnotaciunctula, hunc Pauli locū Hæreticum post vñā & alteram correptionem deuita explicemus. In prima admonitione & leni correctione nō est vitandus: Nam forsitan simpliciter erravit, & propterea admonitus, resipiscat oportet. Adhibetur & secunda correctio ac admonitio, vt in ore duorū vel trium testium, stet omne verbum. Quod si in suā hæresim pertinaci malitia relapsus fuerit, nec sit paratus ecclesiasticis censuris parere, ab omnibus, velut cōtagiosissima pestilentia, vitadus est, nec solūm vitadus, sed dignus est qui incendio ad aliorū terrorem pereat: Frustra enim morbo immedicabili antidotus aut pharmacū adhibetur. Hoc autē exprimit hic cōtextus, *Sciens, quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cūm sit proprio iudicio condēnatus.*) potius à semetipso dānatus: Nā sua pertinacia & pertinacissima obstinatio facit, vt à seipso cōdemnetur, etiā si iudex de illo non pronunciet. Et cūm suo arbitrio de ecclesia recedit, à propria conscientia dānatur. Deinde Paulus hæc adiicit de laudatissimis Titi coadiutoribus, *Cum misero ad te Artemā aut Tychicū festina venire ad me Nicopolim, ibi enim statui hyemare.*) Nā alter istorum pro te meis vicibus fungetur, ne tuus discessus Cretā reddit destitutam. Spero & te meis colloquiis instructiorem & doctiore euasurum. Est autem Nicopolis ciuitas Thraciæ, Histro flumini imminens, quæ ob victoriā Augusti, quod ibi Antonium, Cleopatrāmque superarit, nomen accepit. Zenam legis peritum, aut si mauis, legis doctore, & Apollo sollicitè præmitte aut deducito, vt nihil illis desit.) Nobis exploratum est hūc Apollo fuisse à Paulo ob eximiam Mosaicæ legis peritiam magnoperè commendatum, qui cūm esset Corinthiorum Episcopus, ob insignia eorum flagitia eos deseruit, & ad Titum profectus est Cretam. Emendatis autem Corinthiorum vitiis, Paulus eū reuocauit. His autē Christi ministris vult à Cretensibus, qui Tito erat

subditi, parari vitę cōmeatum. & quia Cretenses ad fidē accersiti erant, debent eleemosynis, bonorū largitione & pietatis officiis præcellere Iudæos: Hoc autē exprimit hic locus, *Dicant & nostri bonis operibus præesse ad v̄sus necessarios, vt non sint in fructuosi.*) Noſtros suos vocat, qui in Christum crediderant, qui, quia Christi erant, recte & Pauli & Titi appellari merebantur. Huius autem loci intelligentia hæc est, Qui tuo imperio subduntur, tibique militant, dicant ex præsidiis vita, Zenæ & Apollo suppeditatis, bonis præesse operibus, vt non priuentur fructu illo, quem ob beneficentiam egenis impartitam, sunt à Domino recepturi. Sunt & v̄sus necessarij v̄ctus & vestitus: Habētes enim alimenta & quibus tegamur, iis cōtentī simus. Essent & Cretenses in fructuosi, si Apostolis & Euangelistis non ministrarent. Impartiūtur & tibi salutem qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nobis syncera fide & ardenti charitate adglutinantur. Gratia & fauor Dei nostri semper adsit vobis omnibus, Amen.

Commentariorum Ioannis Arborei Laudunensis, doctoris Theologi, in epistolam Pauli ad Titum, finis.

PRÆFATIVNCVLA IOANNIS ARBOREI Laudunensis, vñā cum argomento in breuem admodum & succinctam Pauli ad Philemonem, epistolam.

PAULUS totus ardens in Christū, neminémque non cupiens ad eius fidē & doctrinam accersiri, cùm esset Roma pro tuenda fide carceribus inclusus, studiis omnibus contendit, vt Oneſimū Philemonis famulum fugitium & compilatorem (qui olim prophanae religioni inſeruierat) Christo inſereret, quod tādē explorata eius volūtate, quæ ad caeleſtia ſpirabat, præſtit. Et in primis gratulatur Philemoni pro sua syncera fide quā pietate, charitate & beneficētia ſolidiore effecerat, nihilq; omiferat quod magnoperè cōducere posset ad ſubleuandam ſanctorum fratrum indigentiam. Fretus autem tanti viri gratia, amore & fiducia, eū pro Oneſimo ſibi à cōmunis fidei profēſione filio charifimo obſecrat & vnicē interpellat, vt eū, non vt ſeruum, aut idolorū cultorem, aut furem nequissimū, ſed vt ſpiritale Christi fratrē obuiis oculis excipiat, à quo reſcire poterit ſe, autore Paulo, fidei autoramento donatum fuisse, ſuceptōque tam ſacræ rei ſacramento, ſuam opem Paulo catena vincēto contuliffe. Hunc autē famulum (licet ſuppilatore) Deus afflauerat, vt abieciſt terrenis officiis Paulū in vinculis pro fide certantē inuiueret, ab eoque diſceret, quæ ſaluti aſsequendæ ſummoperè conſerunt.

VINCENTUS Christi Iesu, & Timotheus frater, Philomeni dilecto, & adiutori noſtro, & Apphiæ ſorori charifimæ & Archippo cōmilitoni noſtro, & ecclesiæ quæ in domo tua eſt, Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo, ſemper memoriā tui faciēs in orationibus meis, audiēs, charitatē tuā, & fidem quā habes in Domino Iesu, & in omnes ſanctos vt cōmunicatio fidei tuā euidens fiat in agnitione omnis operis boni in vobis in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui, & conſolatiō nem in charitate tua, quod viscerā ſanctorū requieuerunt per te frater.

Propter

, Propter quod multam fiduciā habemus in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatē magis obſecro, cùm ſis talis vt Paulus ſenex, nunc autē & vincetus Iesu Christi. Obſecro te pro meo filio, quē genui in vinculis, Oneſimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autē & mihi & tibi vtilis, quem remiſi tibi. Tu autem illū, id eſt, mea viſcera ſuſcipe, quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangeliij. ſine autem conſilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet ſed voluntarium.)

Quām feruens fuerit Apoſtolo ſolicitudo vt vnum homuncionem fugitium & domesticum expilatorem ſuo hero reconciliaret, præſens hæc epiftola dilucidè moſtrat. Et in primis optat Paulus Philemoni (quem arbitratur fore exorabilem) gratiā li pectus, vt & pacē à Deo patre & Domino noſtro Iesu Christi, dicens, *Paulus vincetus Christi Iesu*, *Oneſimum Pro Christo ſcilicet vincetus, atque pro illuſtrāda Euangeliij gloria multis ſuppliis ſuo hero re-afflictatus, Et Timotheus frater.*) Licet Paulus frequenter vocet Timotheum ſuum filiū, conciliat. tamen hoc loco agnoſcens quanam authoritate valebat, eum appellaſt fratem, ab eadem legatione & euangelici muneriſ functione. Aſſumit & ſecum hunc ſpectatiffimum Christi miniftrum (cuius nomen in ſuis epiftolis frequenter inculcat) vt Philemon à pluribus interpellatus, cedat iræ, & culpam ſuo feruo facilius condonet. *Philemoni dilecto & adiutori noſtro*, ſiue cooperario & laborum noſtrorū partiſi, & *Apphiæ ſorori charifimæ*, vxori quidem Philemonis, vt Chrysostomus existimat, *Et Archippo commilitoni noſtro.*) De quo ſcribit Coloffenſibus, dicens, Dicite Archippo, Vide Coloff. 4 ministerū quod accepisti in Domino, vt illud impleas, *Et Ecclesiæ quæ in domo tua eſt.*) Hoc eſt, tuę fideli familię, ſiue tuę Christianę cōgregationi. Nō enim nouit Ecclesia, in re fidei domini & ſerui differentiā. Nam in Christo Iesu nō eſt ſeruus neque liber, *Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Iesu Christo.*) Quod ſi gratia Christi cōdonata ſint tibi tua admissa, condona & tuo feruo ſua admissa. Quod ſi nō dimiferis tuis debitoribus debita ſua, nec Deus tibi tua debita dimittet. Tritum eſt & illud ſacrum dictum, Qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis. Denique ſi Christus autor pacis, non imputet tibi tua priora ſcelera, nectuo feruo Oneſimo ſuum ſcelus imputa. Dona igitur tota animi alacritate illi qui te laſit ſuum peccatum. Pelle & ex animo rancorem omnem. Dele & perpetua obliuione malorum omnium memoriā. Contraſtauit te tuus Oneſimus, multisque probris & iurgiis te affecit, cogita quām multa ſimilia tu in alios atque in ipsum Dominum admiferis, ſicque eris ad veniam pronior. Ago & ſemper gratias Deo meo ob tuas raras virtutes, quas haud dubiē nullis ſatis poſſum encorniis extollere. Sum & ſemper memor tui in meis deprecaſtionibns ad Deum, *Audiens charitatem tuam arque fidem quam habes ad Dominum Iesum & in omnes ſanctos.*) Tuę excellentiſſimæ charitatis & fidei fama, è Phrygia vnde ortum duxisti vſque ad hanc florentiſſimam vrbem perlata eſt, & ad meas aures vſque inſonuit. Cūm itaque ſis in omnes Christi ſanctos syncera charitate affectus, debes eodē amore eodēmque charitatis affectu hunc Oneſimum in ſanctorum & Christianorū numero aſcriptum profequi. *Vt communicatio ſiue ſocietas fidei tuæ efficax ſit in agnitione omnis operis boni*, quod in vobis eſt in Christo Iesu.) Hoc loco nobis exploratum eſt fidem non eſſe efficacem & verè euangelicam ac viuidam, niſi factis ipſis cōprobetur. *da & euangelica factis cōprobatur.* Quod ſi bonis operibus deſtituatur, manca erit & mutila, imò mortua. Adhortatur & Paulus Philemonem vt omnem virtutis ſpeciem implete, nec quicquam ſibi deſſe patiatur. Nec dixit, Fides tua, ſed ſocietas tuę fidei, quam ſciliſt nobiscū ſimul adeptus es. Et hæc communis fides qua tibi connector & tu mihi, ex pluribus mēbris vnum corpus efficit. Quod ſi ſocius es in fide, debes eſſe & in cæteris ſociis. Parce igitur illi cui Dominus pepercit, & quem aliquando vt ſeruum fouisti, nunc vt Christo renatum & inſitum foue & amplectere. Denique ingenti gaudio affior, mēque tua in omnes effusa charitas mirum in modum conſolatur, quod viscerā ſanctorum S. iiiij.

alioqui multa indigentia extenuata, fuerint tua beneficentia refocillata. Et cum tuis beneficiis & eleemosynis requieuerunt, tu quoque nobis quietem tribuisti. Et quia ad fidem conuersi (quos sanctos appellare solemus) tuorum bonorum largitate fuerunt abunde aliti, tuque hospitio excepti, confidimus planè in Christo Iesu quod facilius tibi quæ conueniunt, imperabimus: magis tamem (ne multa nobis arrogare videamur) obsecratione quam imperio erga te vtemur. Et à personæ qualitate ac ætatis cōditio- ne nitimur te exorare, *Cum talis sim vt Paulus senex, & vincetus Iesu Christi.* Hæc tria quod scilicet sim Paulus Christi legatus, & senio confectus, & pro Christo catenis obuin-ctus, mihi argumentum efficacissimum suppeditant, vt tibi quæ iusta sunt, imperem. malum tamē meæ antiquæ humilitatis & summissionis non immemor, te importunis precibus pro Onesimo, quæ in vinculis & fide & lauacro aquæ in verbo vitæ inserui Christo, interpellare, quam imperiose quicquam tibi præcipere. Quidā legunt hoc loco sequendo vulgatam editionē, Cùm sis talis, vt Paulus senex.) hoc est, Si esse iuuenis, ego tibi præcipere. sed quia tu mihi es coætaneus, nolo hoc tibi præcipere, sed te ad hoc faciendū adhortari. Verum docti interpretes, puriora & emendatoria Græcorū exemplaria sequuti, legūt, Cùm talis sim vt Paulus senex &c. Et hic contextus ad Paulinā mentem magis accedit. Nec me latet, vt tuā irā frangere aut extinguere possum, Onesimū aliquando tibi fuisse inutile, quod rē familiari expilata Romā profugerit. nunc autē & mihi & tibi vtilis erit: Nō enim ad te redit grauissima peccatorum sarcina onustus, sed totus à pristinis maculis gratia Christi & virtute baptismi repurgatus: mihi quidē vtilis, quia gratiā Dei, meo ministerio meaque sedulitate sibi collata, apud omnes euulgabit. Tibi quoque futurus est vtilis: nam defleta sua expilatione tibi referet quanta illi in re fidei beneficia cōtulimus. Quod si in tua domo quidā famuli hēsitant in fide, aut non satis firmi sint, sic in fide discedit instructus & vegetus, vt nemine non confirmare possit. Et propterea hunc filiu in meis prelūris & tentationibus Christo regeneratum, vt mea viscera suscipe: Hunc enim filiolū, vt meū corculū & pectusculū amo. Quod si feruenti amore me prosequaris, & hunc famulum (quem ad te remitto) eodem amore prosequere. Detersis autē prioris vitæ sordibus sic in euangelica doctrina me docente profecit, vt decreueram eum pro te retinere, vt mihi ministraret in vinculis Euangeli: sine tamen tua sententia tuque consensu nihil facere volui: non enim serui in uitis dominis subtrahendi sunt. *Vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.*) Siquidem eius officia vltro mihi oblata, debent à tua voluntate, & non à coactione siue necessitate proficiisci.

„ Forsitan enim ideo discelsit ad horā à te, vt æternū illū reciperes. Iam „ non vt seruum, sed pro seruo charissimū fratre, maximè mihi: quanto au „ té magis tibi & in carne & in Domino. Si ergo habes me sociū, suscipe „ illū sicut me. Si autē aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego „ Paulus scripsi mea manu. Ego reddā, vt non dicā tibi, quod & teipſū „ mihi debes. Ita frater, ego te fruar in Domino, refice viscera mea in Chri „ sto. Confidēs in obediētia tua scripsi tibi, sciens quoniā & super id quod „ dico, facies. Simul & para mihi hospitiū: nā spero per orationes vestras „ donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiūs meus in Christo Iesu „ su, Marcus, Aristarchus. Demas & Lucas, adiutores mei. Gratia Domini „ nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen. Forsitan ad horā siue breuiculū tēpus à te discessit, vt æternū illū reciperes, non quod sit æternus, nec hac vita defungetur, sed quod sit perpetuò tecū victurus. Nā fides Christi fecit cum æternū, &

Domin⁹ ex malo elicit bonum. tibi coæternū. Hinc adnotemus malū nonnunquā fieri occasionē bonoru, & Domi- nū sua prouidētia ex malo elicere bonū. Si enim Onesimus suū herū non fugisset, nū- bonum. quam venisset Romā, vbi erat Paulus vincitus in carcere: Si Paulum in vinculis non vidisset, nō receperisset fidē in Christū: Si Christi non habuisset fidē, nunquā Pauli ef- fectus

fectus filius in opus Euāgelij mitteretur. Hunc in modū doctē ratiocinatur Hieronym⁹. Et quod Joseph fuerit per inuidiā à suis fratribus. 20. aureis vēditus Ismaelitis, hoc fuit initiū bonoru omniū, & patri & fratribus & toti Aegypto. Sed ab hac digres fiuncula ad explanādum subsequentē Pauli contextū reuertamur. Iam nō vt seruum téporariū recipies, sed supra serū, aut seruo potiore: Nā in filiū Dei adoptatus est. Idcirco abiecta seruili cōditione eū recipias velim, vt à synceritate fidei tibi & mihi fratre charissimū, maximè mihi, quandoquidē ita mihi auscultauit, ita verbis meis fidē adhibuit, vt in Christū crediderit. *Quādo magis autē tibi & in carne & in Domino.*) Nam quādo erat Philemoni subiectus in carne, nō erat ei iūctus in Domino, nunc autem ei & in carne iūctus est & in Domino. Ex quo manifestū erit seruum qui crediderit in Christū, duplii lege suo Domino cōstringi, vt ei & carnis necessitate iungatur ad tēpus, & in æternū spiritu copuletur. Si igitur in re fidei me habes sociū, mihi in vinculis & afflictionibus cōmunes, habeto & Onesimū tibi consortē. quod si dedi gneris eū recipere, nec me tibi consortē habebis. Ita enim Onesimus me docēte in euāgelica doctrina profecit, vt dignus sit qui tuo sodalitio fruatur. *Si autē aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, Ego reddā, aut potius depēdā, vt non dicā tibi, quia & ipsū me mihi debes.* Eo enim amore in Onesimū exardesco, vt pro eo me spōforem offerā, depēsurus siquid in fuga suppilauerit. Nō est igitur quod ad- *Hæc obser-* eō crucieris animo ob pecuniā tibi furtō sublatā. Testis erit & meæ spōsionis hæc epi- stola, quam mea manu cōscripti. Tibi persuadeas velim te longè plura mihi debere quam Onesimus tibi debeat. Nā meo præconio meisque cōcionibus Christianus effектus es. Et propterea si de iure cōtēdere velim, te totū mihi debes. Quod si tu meus es, & Onesimus qui meus est, tuus sit. *Ita frater, ego te fruar in Domino.*) Nec dicit Paulus absolutē, Ego te fruar: nā fruimur Deo, vtimur autē creaturis. Adhæc, frui, est adhære- re alicui rei propter se. sed adiicit, In Domino, scilicet propter Dominum, qui enim Christiano fruitur propter Deū, magis Deo quam Christiano fruitur. Et ita te fruar in Domino, vt ob tuas eximias virtutes nunquā à tuo amore diuellar. Ita, hīc affirmātis aduerbiū est, *ya.* Est autē vox obtestatis fratre aut filiū, quē optamus nobis esse vo luptati, quasi nihil sit nobis illius fruitione dulcius. Subnequit Paulus, *Refice viscera mea in Christo.*) Sicut ego te fruar in Domino, ita in Christo debes mea viscera hoc e st, meū Onesimū reficer. Te enim cōmonueram vt illū, id est, mea viscera, susciperes. & quicquid illi cōferes, existimabo mihi collatū fuisse. Et quia mirū in modum de tua singulari & prōpta obedientia mihi cōfidebam, lubētius hanc ad te trāsmisi epistolā. & tātū abest, vt meā postulationē reiicias, quin plura sis facturus, quam ego ipse po stulauerim. Simul autē & præpara mihi hospitium. Spero enim per orationes vestras donari me vobis. Nec putes Paulū hoc dixisse quod multis diuitiis & sarcinis onu- stus deposceret amplissimas ædes sibi præparari, sed vt Philemon expectas Paulum ad se venturum, magis faceret quod rogatus est, vt scilicet propēsiori animo Onesimū susciperet, alioqui suo aduentu eū inclemētiae & inhumanitatis argueret. aut vt latius euulget doctrinā Christi, desiderat domū in celebriori vrbis loco, ad quā con fluerēt auditores. Et licet Paulus esset omni virtute præditus & consummatus, tamen fatetur se discipulorum precibus egere. *Salutat te Epaphras cōcaptiūs meus, in Christo Iesu.* Manifestū est Epaphrā Paulo in malis tolerandis comitē fuisse. Et hic Epaphras qui fuerat à Colossensibus ad Paulū transmissus, pro Euāglio innumera mala pertulit. Vide quæ scripsimus in. 4. caput ad Colossenses. *Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei.*) Licet hic Demas in exordio euangelicū negociū iuuerit Paulōque col- lega fuerit, tamen in somnolentiam & pigritiam versus, à Paulo defecit, quod ostendit scriptura illa, Demas me reliquit, diligens hoc seculum. Gratia Domini nostri Iesu Christi, semper adsit spiritui vestro, Amen.

Commentariorum Io. Arborei Laudunensis, doctoris Theologi in epistolam Pauli ad Philemonem, Finis.

IOANNIS ARBOREI LAVDVNENSIS,
Doctoris Theologi, in Pauli ad Hebræos
Epistolam, Præfatio.

Dicit Paulus in hac epistola admodum docta, graui, luculenta, sententiosa, verum intellectu difficulti, Deum nunquam non humano generi consulentem, olim multis modis suam mentem, suum consilium, suam voluntatem per Prophetas & Angelos expressisse: tandem hinc reporibus extremis ut declararet suam erga nos charitatem, nobisque pleniorē & certiorem sanctissimā Trinitatis fidē ficeret, loqui dignatus est per unicum filium suum Iesum Christū, habentem secum totius orbis dominium, cui ut aeternae salutis auctori unicō, cœlique & terræ dominatori maximo, Angeli omnes subiiciuntur: & propterea iram Dei etiam ultricē non effugient, qui neglexerint hūc Salvatorem & redēptorem inculpatissima vita sanctimonia, summoque religionis cultu colere, suspicere & reuereri. Hic enim Pontifex summus vtrō in sacrificiū pro nobis oblatus, sua victrixi morte furiosum necis Imperatorem, diabolum scilicet, profigauit, dissipauit & aboleuit, nosque seruituti sarana obnoxios, à lege peccati & mortis liberauit. Et licet Moses fuerit Iudaicæ nationis legislator peritissimus, Deoque admodum dilectus & familiaris, indignus tamen erat qui cū hoc sacrificio Christo cōferretur, ne Iudei in superbiā tantopere elati, imò in cœcutientia foueam collapsi, suum Mosem iactarent & loco Messiae colerent: à quibus Dominus vehementer offensus & exacerbatus, deierauit se reiecturum illos ob suam pertinacē ingratitudinem & obstinatam incredulitatem, licet illis aeternæ hereditatis pollicitationes primo facte fuerint. Ex aduerso Gentiles (quos illi ut prophanos & impios abominabātur) sincera fide credentes in Christum, diuinisque iussis ex animo obsequentes, in requiem aeternā ingredientur, ciuiumque cœlestium & sanctorum omnium contubernio fruentur. Defigamus igitur oportet nostræ spei & salutis anchorā in hoc inculpatissimo Pontifice, nam delicta nostra suo sanguine repropiciauit, & semper paratus est cōpaci nostris infirmitatibus, & opitulari illis, qui multis calamitatibus & variis tentationibus afflitantur. Desinat Iudei suum magnum Pontificem, Aaron, scilicet, tantopere extollere, quod offerret Deo victimas & sacrificia pro populo, sacrificisque officiis Deo iugiter ministraret, nec ullum antistitem cum eo conferendum esse. Nam Christus longo interuallo, & virutū ac prodigiorum magnitudine illum veterē Pontificem præcellit. Siquidem ille & pro suo peccato, & totius populi delictis, Deo sacrificia offerebat. Hic vero Pōtifex sanctus, innocēs & impollutus, & secundū ordinē Melchisedech institutus sacerdos maximus & illustrissimus, nō pro suo peccato (quia peccatum nō fecit) sed pro flagitiis sui populi seipsum obtulit in sacrificiū. Verum ut præmij cœlestis promissio (qua sumus fide et malorum omnium tolerātiā assequunturi) certior fieret, interpolauit iusserandū, ut per duas res immobiles firmā haberemus cōsolationē in huius mundi procellis. Intelligamus Christum non desumpsiſe suum sacerdotiū à tribu Leuitica, de qua erat Aaron: nam illud aliquando ob suam infirmitatem periit, sed diuinitus secundum ordinē Melchisedech in aeternum, creatum fuisse summum sacerdotem

sacerdotem, hinc eius sacerdotium futurum est sempiternum. Et cū hic noui testamenti mediator illuxit mūdo, suam legem nostris cordibus ita insculpsit & inscripsit, vt non magnoperè quis indigeat ut à suo proximo erudiatur. Adhac, hic selectissimus Pontifex non ingrediebatur semel duntaxat singulis annis in sancta sanctorum, vt sanguinem pecudum pro suis & populi delictis offerret, sed propriū suum sanguinem obtulit Deo, vt vniuersum hominum genus ab omnibus peccatis liberaret, nostrāque conscientiā ab operibus mortuis purificaret. Persuadeamus & nobis umbras Mosaycæ legis cessasse cū Euangeliū Christi effulgit, nec ab obseruatione legis imperfectæ sperandam esse salutem, sed à sincera & euangelica fide, per quā veteres sancti ab inculpatissima vita & pietatis officiis magnoperè commendati, Deo placuerūt, cui etiam mirū in modum placebunt Christiani milites, qui exēplo Christi calamitates & afflictiones huīus seculi inuicta animi magnitudine sufferent. Insuper sciamus ex Pauli doctrina neminē ad cœlestem illā Hierusalem, & ecclesiam primitiū accessurū nisi posita vitiorum sarcina Deo cū metu & reuerentia inferuiat, suūque proximū sincero charitatis affectu complectatur. Scribit autē Paulus hanc epistolam ad Iudeos fideles, qui Palestina & Hierosolymiserant, eosque adhortatur ne ob innumera mala sibi à contribubus suis ingesta, concidant animo, aut meroe conficiantur, sed constanti animo pro gloria Christi aduersa quaque sufferant. Nec in dubium & controvērsiā vertendū est, finam hæc epistola ad Hebreos scripta, sit Pauli. Nam in sacro sancta Synodo Nicæna, Ecclesia vniuersalis eam recepit tanquam ab Apostolo Paulo scriptam, ipsamque talem haberi debere sanxit. Tum quoque diuus Dionysius à Paulo diuinis mysteriis sacræ fidei institutus, in operibus suis citat testimoniū ex illa epistola tanquam à suo præceptore composita. Beatus etiā Chrysostomus in suis Homeliis in hanc epistolā editis, affirmat eandē esse Romæ à beato Paulo scriptam. Adhac, Damascenus libro. 4. orthodoxæ fidei. cap. 18. afferit Pauli Apostoli epistolas esse quatuordecim, quod verū non esset si illa quæ est ad Hebreos, non esset Pauli. Insuper Hieronymus in epistola ad Dardanū dicit, Illud nostris dicendum est hanc epistolā quæ inscribitur ad Hebreos, non solum ab ecclesiis Orientis, sed ab omnibus retrō ecclesiis Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi. Licet plerique eam vel Barnabæ vel Clementis arbitrētur, & nihil interesse, cuius sit, cūm ecclesiastici viri sit, & quotidie ecclesiariū lectiōne celebretur. Quod si eam Latinorū consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec Græcorū quidem ecclesiæ Apocalypsim Ioannis eadem libertate suscipiunt, & tamen nos utraque suscipimus, nequaquam huius temporis consuetudinē, sed veterum scriptorū autoritatē sequētes. Hæc ille. Et licet hæc epistola præuiam salutationē nō habeat, finale tamen habet: Siquidem in ultimo capite dicit Paulus, Rogo autē vos fratres, ut sufferatis verbum solatiū: etenim per paucis scripsi vobis, Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo (si celarius venerit) videbo vos. Salutare omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. His verbis mouetur Iacobus Faber ad recipiendū hanc epistolam ut à Paulo scriptam. Quod autem primam salutationem nō habeamus,

arbitratur factum, quod archetypum neque Græci neque Latini habeant: nā patrio Hebræoque sermone, eam conscripsit Apostolus. Quare mihi videtur Caetanus delirare, & contra veteres scriptores sentire, affirmando hanc epistolā non esse Hebraico sermonem scriptam. Et fruola admodū coniectura ducitur ad id suadendum, Dicit Paulus Melchisedech, interpretatur Rex iustitiae. Si hebraicè, inquit, scripta est epistola, in quo quæso idiomate interpretatur Melchisedech, Rex iustitiae? Melchisedech enim apud Hebræos dictio composita est ex rex & iustitiae: Vnde in Hebræo debuisset dicere Melchisedech, interpretatur Melchisedech. Sed in anis est hæc ratio: licet enim Melchisedech apud Hebræos sonet Regē iustitiae: tamen interpres nobis verbis latinis expressit quid Melchisedech significaret. Nec Melchisedech apud Hebræos componitur ex Rex & iustitiae: non enim dictio Hebræa composita, ex latinis dictionibus componitur, sed suis nativis & germanis. Quis enim diceret morosophos apud Græcos componi ex stulto & sapiente? sed ex moro & sopho: Ita Melchisedech apud Hebræos componitur ex melchi, siue malci, quod Rex meus dicitur, & zedec iustitia. hæsitauit & ille docto etiam post definitionē ecclesiæ de autore huiusc epistola. Nec ex eo dicendū est hanc epistolam non esse Pauli, quia non meminit sui nominis siue apostolatus. Nam suppressit suum nomen Iudæis inuisum & odiosum. Siquidem quamprimum fuit conuersus, acerrimè tutatus est partes Christi, quæ prius persequebatur. Et ob id non meminit sui apostolatus, quia non erat Apostolus Iudæorum, sed Gentium. Scripsit & eleganter in hac epistola, & cum diligentiori & accuratiori verborum & rerum serie, quod sua lingua nativa scripsit: magis enim, & multo vberius callebat linguam Hebræam, quam Græcam.

Argumentum primi capit. 2. Cor. 10.

CVM cœpit instare tempus nostræ reconciliationis diuina sapientia præscriptū, volens Deus suum erga humanū genus, amorem exerere, neminemque non cupiens ad immortalitatem vitæ æternæ accersere, per suū filium vnigenitum, suæque voluntatis interpretem vnicum, nobis sui arcani consiliū mentem aperuit, & quæ inuolucris Mosaycæ legis obiecta erant, detexit: eo quidem fine, vt planè intelligeremus solo autore Iesu Christo nostra peccata fuisse purgata. de cuius gloria, diuinitate, sublimitate & autoritate (quam Angelorum omnium cætus admirari debent & suspicere) Psalmographus locupletissimum dedit testimonium.

Caput primum. 2. Cor. 3.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula: qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substatiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.)

Deus rerum omnium prouidentissimus, quando vult & quibus vult se manifestat, abditiora quesui consilii arcana detegit. Et quoniam olim Iudaicum populum ad sua officia delegerat, eumque vt suum primogenitum vocabat, ne quid cum lateret quid prosequendum aut fugiendum esset, suos Prophetas, suorumque Prophetarum angelos misit vt planè intelligeret quo cultu quæve religiosis specie suum creatorem suspiceret & veneraretur, vt quod sibi præscriptum erat faciendo, ad terram promissionis lacte & melle fluentem (qua paradisus terrestris adumbrabatur) perueniret. Astrinxit ac presit hunc populum innumeris & cæremoniarum & iudiciorum legibus, ita vt onus videretur pene intolerabile, non ignorans Iudæos esse admodum rebelles, & duræ ceruicis. Et quia eloquia Dei illis primùm concredita fuerant, ita suas arrogantiæ cristas extulerunt, eoque fastus & tumoris deuenerūt, vt cæteras nationes despixerint, & Gentibus tanquam abominandis suam salutem inuiderint. Verū Dei voluntas non fuit illis omnino detecta, nec eis sacramenta manifestata nec veritatem (nisi in typis & figuris, in his quæ mysterium incarnationis filii Dei concernunt) intelligere potuerunt. Etenim patres illi antiqui, fuerunt omnes sub nube, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysæ baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. bibeant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Adhæc, velamen quo facies Moyſi obtegebatur vsque in hodiernum diem in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo euacuatur, sed vsque in hodiernum diem cùm legitur Moyſes velamen positum est super cor eorum. Cùm autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Et quia Iudæi & omnis natio, peccato Adam & suis propriis flagitiis etiam execrandis, totum terrarum orbem foedarunt & conspurcarunt, vnde digni erant qui rugientis leonis fauibus deuorarentur, diuina clementia factum est vt vbi superabundauerat delictum, superabundaret & gratia, quæ veritati copulata per incarnationem Iesu Christi innotuit. Laudemus itaque Deum nostrum clementissimum, quod cùm appetiit tempus nostræ reparationis & reconciliationis, sit nobis locutus per suum filium vnigenitum, qui olim locutus fuerat antiquis patribus per suos Prophetas. vnde Paulus ad Philippenses consolans illos quos desperatio depresso est, Nihil solliciti sitis, &c. cui subscribit locus ille, Nunc enim propior est nostra salus quācum cùm credidimus. Nox precessit, dies autem appropinquauit. Hæc autem testimonia pulchrè cohærent huic doctrinæ, Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio,) hoc est, per filium suum locutus est nobis Apostolis & Apostolicis viris. Nec hinc euariat scriptura illa, Non enim nosmetipso prædicamus, sed Iesum Christum Dominū nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum, quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ille illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu, Quæ constituit hæredem vniuersorum.) Hunc locum intellectu de Christo secundum naturam humanam, nam secundum diuinam, est hæres naturalis sui patris, secundum autem humanam constitutus est à Deo hæres totius orbis. vnde Regius Propheta introducens patrem ad filium loquentem dicit, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, cui suffragatur illud Euangelij, DATA est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, Meruit & Christus sua passione vt in numeros ad æternam hæreditatem possidendam pertraheret. Dei iiant igitur Iudæi in tumorem elati sua supercilia, putantes æternam illam hæreditatem duntaxat ipsis promissam esse, & agnoscat Dominum dixisse, Filii regni eiicientur in tenebras exteriores. Item, Auferetur à vobis regnum, & dabitur Gentil facienti fructum eius. Et quia Christus æquum habet cū suo patre dominiū, nec vlliū personā accipit, & Iudæos & Gentiles suo fidei sacramento donatos, cupit ad cœlestia perduci. Per quæ fecit & secula.) Attende quoniam pacto paulatim ad altiora mentem tuam subuenit. T. j.

Philip. 4.
Rom. 13.

2. Cor. 4.

Quomodo
Christus cō
stitutus est
hæres vni
uersorum.

Psal. 2.

Matth. 28

Matth. 8.

Matth. 21.

Cap. i. COMMENTARIIO ARBOREI

hit. Non enim satis est te cognoscere Deum constituisse Christum ut hominem, hæredem vniuersorum, quod natura humana fuerit assumpta à filio Dei in vnitate suppositi. iuxta testimonium illud Pauli ad Romanos, Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, sed tibi suadeas oportet, filium Dei esse per omnia patri coæqualem & rerum omnium opificem supremum. Etenim sine ipso nihil factum est, & Deus pater omnia per suum filium ut ideam aut rationem sui officii condidit. Accedit & huic loco quod Christus dicebat Iudeis male de sua diuina potestate sentientibus, Pater meus usque modo operatur, & ego operor. *Qui cum sit splendor glorie.*) Alij legunt refulgentia, quod ex alio refulgeat. Nam filius Dei est lumen de lumine, & paterno lumini coæternum. Hic autem locus planè declarat coæternitatem filii cum patre. Ita enim suum patrem representat ut nullo modo ab eius sempiterna gloria aut clarissima visione diuelli possit. *Et figura, siue character aut forma, substantia eius.*) Nec dicitur factus ad imaginem & characterem substantiae Dei, sed ut eadem & coæterna substantia exprimeretur, scripsit Paulus figura siue imago substantiae eius, nos autem facti sumus ad Dei imaginem. Hæc alibi fusius tractauimus. Character in aliis rebus alter est ab eo cuius enunciat formam. hic autem character similitudinis omnimode præbet indicium ad illud cuius character ostenditur, & suspicionem vel prauæ dissimilitudinis omnino non recipit, ut sentit Chrysostomus. Portansque omnia verbo virtutie suæ.) Fert quidem siue gubernat & moderatur omnia verbo virtutis suæ. & hoc declarat eius altissimam & inscrutabilem potestatem cum paterna omnino coæqualem. Sciamus & eius verbum suæ voluntati suæque virtuti, arctissimo nexu copulari. quod affirmat scriptura illa, Dixit, & facta sunt. Et cùm leprosus à Christo deprecaretur suam lepram curari, dicendo, Domine, si vis, potes me mundare, respondit saluator, Volo, Mundare. Et quia firmissima fide credis tuam lepram, tuumque morbum immedicablem mea duntaxat voluntate posse sanari, volo quod credis, & meam voluntatem tuæ postulationi connecti cupio. Solemus & dicere, quod principi verbum est, quo iubet aliquid fieri, hoc illi esse velle. & propterea summi principis verbum pro voluntate sumitur. *Purgationem peccatorum faciens.*) Nam suo sanguine lauit nos à peccatis nostris, nec sine effusione sui sanguinis futura erat peccatorum remissio. Vnde dicit Petrus, Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiae viuamus, cuius liuore sanati estis. Et qui constanti & inuicto animo probosum & ignominiosum crucis supplicium pro nostris peccatis pertulit, meruit à tanta humilitate & obedientia Christus se- ut etiam quatenus homo, federet ad dexteram sui patris. Quantum ad naturam di- cundum υ- uinam sedet ad dexteram patris, hoc est, ad æqualitatem patris: quantum verò ad tranque na- humanam, dicitur sedere ad dexteram sui patris, quia potioribus sui patris boturam sedet nisi fruitur. *Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditat ad dexteram uit.*) In quibusdam exemplaribus Græcis non legitur μετωπη, sed κερτωπη, quod sui patris. sonat potiorem siue potentiores. legendo melior, sensus est, sanctior, & Deo propinquior. Nec quantum ad naturam diuinam factus est Angelis melior aut præstantior, sed quantum ad naturam humanam, nam dicitur effectus. Hæc itaque Pauli verba de Christo ut homine intelligenda sunt. In eo enim quod dixit, Melior factus est, non essentia paternæ declarauit indicium: illa enim quæ patris essentia coæstantialis agnoscitur, non est facta cùm sit æterna. loquitur autem de Christus e- carnali substantia, ipsa enim facta est. Factus est autem angelis melior quia præ- tiam quæclarior. nec mirum, quia natura humana fuit diuinæ coniuncta in vnitate sup- nus homo positi. Omitto quod Christus quatenus homo fuerit maior angelis quantum est maior ad plenitudinem gratiæ & gloriæ. Verò dicet quispiam, Scripsit Psal- angelis. graphus, Minuisti eum paulominus ab angelis, non igitur Christus quatenus Psal. 8. homo præstantior est & maior angelis. Respondebo Christum quatenus homi- nem

IN EPISTOLAM PAVLII AD HEBRAEOS.

248

nem esse simpliciter potiorem & maiorem angelis, licet considerando infirmitatem carnis & formam seruilem quam assumpsit, Deus eum reddiderit paululum angelis minorem. Quod autem iure Christo adscriptū fuerit nomen excellentissimum & omni laude & cōmendatione dignissimum, quod nullis vñquā angelorum ordinibus ascriptum fuit, testatur scriptura illa loquens de obedientia Christi ad mortem vsq; Philipp. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium terrestrium & infernorū. Act. 4. Tum quoque in Actis Apostolorum scriptum est, Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nomen etiam quod habet Christus omnium angelorum nominibus excellentius, Filius Dei est.

„ Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et rursum, Ego ero illi in patre, & ipse erit mihi in filio. Et cùm iterū introduxit primogenitum in orbem terræ, dixit, Et adorent eum omnes angeli eius. Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammarum ignis. Ad filium autem, Thronus tuus Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vñxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem ipse es, & anni tui non deficiet. Ad quæ autem angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quoadusque ponā in meos tuos scabellū pedum tuorum? Nónne omnes sunt administratori spiritus in ministeriū missi, propter eos qui hæreditatē capient salutis?)

Quod Christus præcellat angelos & maiestate, gloria & potestate, ex Psalmis deducit Apostolus. Et in primis quod sit in æternitate genitus, manifestat Psalmus ille, Ego hodie genui te, hoc est ab æterno. Nam Hodie, atomum æternitatis semper præsentem designat: Siquidem in æternitate nec præteritum est, nec futurum. Verum scriptura illa duplum sensum iuxta duas Christi naturas recipere potest. Quantum ad naturam diuinam, Deus pater ab æterno genuit suum filium, sibi per omnia consubstantiale. Et de hac æterna generatione dicit Esaias, Generationem eius quis enarrabit? Loquendo vero de natura humana diuinæ copulata, Deus in triduo excitavit à morte Christum. Quare huius enunciationis, Ego hodie genui te, sensus est, Ego hodie te à morte excitaui. Vnde in Actis Apostolorum legimus Paulū (cùm ad cœtum Iudeorum concionem haberet) hæc dixisse, Et nos vobis annunciamus eam quæ ad patres nostros re promissio facta est, quoniam Deus adimpluit filiis vestris resuscitans Iesum. sicut & in Psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hinc nobis exploratum est diuum Paulū hæc psalmographi doctrinam, Filius meus es tu, ego hodie genui te, bifariā explanasse in variis locis, & quantum ad generationem æternam, & temporaneam filij Dei suscitacionem, nam qui pro nobis morte oppetiit, cùm reuixit, visus est nobis renatus, quia ad vitam rediit. Cùm autem voluit Paulus suadere Iudeis Christum esse maiorem & excellentiorem angelis, protulit testimonium illud, Ego hodie genui te, loquendo de æterna Christi generatione. *Cui (inquit) dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Et rursum, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.) Hæc sunt verba Domini dicentis ad David, de Salomone. Et licet non ignorem hæc de Salomone dicta fuisse, quia tamen Christus Salomone præfiguratur, eò quod est Rex pacis, Paulus scripturam illam de Christo exponit. Adnotemus hoc vnum.

T. ij.

COMMENTARII IO. ARBOREI

- Cap. i.** Quando in veteri testamento quædā dicuntur de eo quod est figura, non inquantū quædam res, sed inquantum est figura, tunc non exponitur de illo nisi inquantum refertur ad figuratum. Vt illud, Et dominabitur à mari usque ad mare, &c. nullo modo potest intelligi de Salomone. Quando verò dicuntur de ipsis hominibus, quibus Christus adumbratur, huiusmodi dicta possunt de illis & de Christo explicari. Vt est illud, Deus iudicium tuum regi da. quod potest exponi de Salomone & de Christo. Etiam scriptura illa, Ego ero illi in patrem, &c. potest primò quantum ad literam intelligi de Salomone. Deinde ad Tropologiam de Christo. Hoc autem testimonium, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, quod Paulus tribuit Christo, intelligendum est quantum ad naturam humanam: Si enim intelligeretur de Christo ut Deo, non diceret pater cœlestis, Ego ero illi in patrem, sed sum. sicut in illo Psalmo dicitur, Hodie genui te. Et quia incarnationis filij Dei futura erat in tempore, dixit scriptura, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Sensus huius propositionis, Ipse mihi erit in filio, est iste, assumetur in unitate personalis filij, ita sentit Thomas, modo sanè verba intelligatur. Et sensus huius propositionis, Ego ero illi in patre, hic est, assumā eū ad unionē personæ filij. *Et cū iterū introduxit primogenitū in orbē terræ, dixit, Et adorēt eū omnes angeli eius.*) Cū enim misit Deus suum filium primogenitum in hunc mundum, præcepit angelis ut eum (licet hac mortali & fragili carne obtegeretur) adorarent, ea adoratione qua & Deum patrem adorant. Legimus in Psalmis, Adorate eum omnes angeli eius. Nec ista fieri præciperentur nisi Christus esset angelis sublimior. Quænam autem sit angelorum functio, & quænam officia nomine Christi obire debeant, patefacit hic locus, Et ad angelos quidem dicit, *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.*)
- Ibidem.** Intelligamus angelos à natura dici spiritus, ab officio vero angelos. cū enim mittuntur fiunt angeli: Angelus enim officij nomine est, non naturæ, vt dicit Augustinus in explanatione huius Psalmi, Ex eo enim quod est, spiritus est, ex eo quod agit, angelus est. Itaque Deus humano generi propiciens, facit spiritus suos, angelos, qui ad nos mittuntur, vt diuinam voluntatem nobis exprimant, & pro nobis aduersus hostes cū temporales tum spirituales dimicent: vnde olim dicebat Deus Israelite populo, Ecce ego mittam angelum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui tibi. Et paulopost, Præcedet te angelus meus, & introducit te ad Ammorreum & Etheum, &c. Vigilantissimi autem & fidissimi Christi ministri, cum igne flagrante conferuntur, quod spiritu ferueant, & ardenter simo in Deum & proximum incendio accendantur. Stephanus cū m. lapidibus obruebatur, erat ignis ardens: nam rogabat Deum pro illis à quibus lapidabatur. Tum quoque Paulus Gétium Apostolus, totus ardens charitate in Deum, erat illis ignis flagrans, pro quibus legationem euangelicam obibat, nec ullum mortis supplicium reformidabat, vt sui ignis feruorem, feruorisque amorem in eum exereret. Subnecet Paulus loquens de inenarrabili filij Dei maiestate & diuinitate, Ad filium autem thronus tuus Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiae sine exultationis pra-participibus tuis,) vide Christū Deū à Deo vngi, & ex eo quia amauit iustitiā & odio infectatus est iniustitiā & iniquitatē. Quod si vñcti sint reges & prophetæ & sacerdotes, vñcti sunt in illo regno ubi Christus prophetabatur & vngebatur, & vnde vñcti erat Christi nomine, quod ab vñctione appellatur. Vñctus est autem oleo spirituali præ omnibus Apostolis & Episcopis, nimirū quod toti ecclesiæ ciusq; mēbris prefigiatur. Vñctus est autem Deus, quia factus est homo, & factus est Christus, vt innuit Augustinus. Licet enim Christus fuerit ab æterno, tamē Christi nomine absolute sumitur pro filio Dei incarnato. & propterea non veretur Augustinus dicere q; factus est Christus, sustentat scilicet naturam humanam diuinę copulatam, quā aliquādonō sustentabat, vt cum nostris doctoribus scholasticis sic loquar. Declarat & Paulus Christum ut rerum omnium principium, esse præferendum angelis, dicens cum Propheta, *Et tu in principio*
- Psal. 17.**
- Thomas.**
- Psal. 96.**
- Angelus est nomine officij**
- Exo. 23.**

IN EPISTOLAM PAVLI AD HEBRÆOS. 249

principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent. Et velut amictū mutabis eos & mutabuntur, tu autem ipse es, & anni tui non deficiunt.) Hoc autem principium quo Deus pater omnia condidit, est Christus. Nam cùm perfidi & infani Iudei sciscitarentur à Christo, *Ioan. 8.* Tu qui es respondit. Principium, qui & loquor vobis. Verum vt Paulus magis ac apertius declarat æqualitatem & coæternitatem filij Dei, quam angeli omnes suscipere debent, subiungit, Ad quem autem angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Hoc autem Davidis testimonio Christus reuicit Pharisæos nihil sibi præter hominem tribuentes. Cū enim eos interrogasset, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicūt Matth. 22 ei, David. Ait illis. Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum dicens, Dixit Dominus Dominus meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Ac si innueret, Pater non solet vocare suum filium, suum Dominum. Et nemo poterat ei respondere verbum. Quænam autem sint angelorum officia. exprimit hic contextus, Nónne omnes sunt administratorij spiritus in ministeriū missi, propter eos qui hæreditatē capient salutis? Intelligamus tamen angelos supremæ hierarchiæ raro mitti: nam illuminant, purgant & perficiunt eos qui suo in ordine suæ ditio-ni subiiciuntur. Frequenter tamen ij qui sunt infimæ hierarchiæ mittuntur, omnes tamen ab officio dicuntur angeli. Quidam interpres dicunt quod omnes angeli immediate vel mediate mittuntur. Ministrant & Christo pro nobis, neminemque non cupiunt ad hæreditatem salutis æternæ perducere.

Argumentum secundi capituli.

Quoniam ex sacris scripturis nobis affatim compertum est Christum esse Deum & hominem, & quouis angelo etiam sublimi sublimorem, eiusque sanguine sordes animorum nostrorum detergas fuisse, iram Dei & indignationem non effugiemus si fidei sinceritate purisque affectibus autorem nostræ salutis vñtrō oblatæ non coluerimus. quo enim ampliorem mercedem meretur qui gratiam sibi collatam agnoscit, eo acriori supplicio dignus est, qui ingratitudine contabescit ac ingratitudinis macula fædatur. Intelligamus & Christum omni honore & gloria coronatum fuisse ob tormentum crucis, quod pro nobis sponte pertulit. quod si eius doloribus, suppliciis, vulneribus & opprobriis non compatiemur, nec eius glorie & felicitatis participes erimus. Defigant & qui carnis & Diaboli temptationibus cruciantur in hoc summo pontifice suam fiduciam, suæque salutis spem vnicam: nam qui temptationum omnium capita fregit & domuit, paratus est iis qui tentantur & affliguntur suam opem præstare.

Caput secundum.

Dopterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustum mercedis retributionem, quo modo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem, quæ cùm initium accepisset narrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos cō-

„ firmata est, contestante Deo signis & portentis & variis virtutibus , &
 „ spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim
 „ angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testa-
 „ tus est autem in quodam loco quis, dicens, *Quid est homo quod me-*
 „ *mores eius*, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum
 „ paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constitueristi
 „ eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.
 „ In eo enim quod omnia subiecit, nihil dimisi non subiectum ei. Nunc
 „ autem necdum videmus omnia subiecta ei.) Quoniam Christus secundum
 vtramque naturam sublimior est angelis, ut plus fatis testimonio regij Prophetæ
 commonstratum est, nos oportet plenius & diligentius quæ Euangelio prescribū-
 tur obseruare, quam quæ Mosaïca lege prescribantur. Quod si non abundantius
 obseruauerimus quæ audiuimus à Christo aut ab eius Apostolis & præconibus, for-
 sitan peribimus, & à spe futurorum bonorum excidemus: hoc enim significat ver-
 bum perefluerere sive præterfluere. Etenim prorsus & irreparabiliter perit quod di-
 labitur. Existimat autem Chrysostomus hoc desumptum ex proverbiis Salomonis,
 Fili mi, ne effluas. *Quod si qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus,* multo magis
 qui per Christum: Nam plus fidei verbis Christi quam angeli tribuendū est. Quod
 autem sermo Dei per angelos dictus sit, testatur scriptura illa, Lex ordinata est per
 angelos in manu mediatoris. Iterum, Accepistis legem in dispositione angelorum, &
 non custodistis. Tum quoque nouimus ex Euangelio Matthæi angelum reuelasse
 ipsi Ioseph modum quo eius vxor Maria conceperat filium Dei. Ioseph, inquit, Fi-
 li Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est,
 de spiritu sancto est, pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim sal-
 uum faciet populum suum à peccatis eorum. Narrat & Lucas angelum manifesta-
 se pastoribus super gregem suum inuigilantibus mysterium nativitatis Domini. Ec-
 ce inquit euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus
 est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Deinde Paulus
 nobis quodam ratiocinio subindicit quanta illos manebunt supplicia qui ne-
 glexerunt salutem sibi Christi gratia partam bonis operibus illustrare: *Si, inquit, o-*
mnis præuaricatio & inobedientia accepit iustum mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus
si tantam neglexerimus salutem? Et licet merces propriè sumatur in bono, iuxta scriptu-
 ram illam, Reddidit iustis mercedem laborum suorum. Iterum, Gaudete & exulta-
 te, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis: tamen Paulus non magnam habens
 verborum rationem, indifferenter sumpsit & in bono & in malo: Nominat itaque
 Merces su- hoc loco mercedem, supplicium. Iuxta id quod alibi dixit, Siquidē iustum est apud
 mitur & in Deum retribuere tribulantibus vos tribulationem, & vobis qui tribulamini re-
 bono & in quiem. Et cum dicit, Si tantam neglexerimus salutem, planè monstrat non tantam
 nec tam efficacem fuisse salutem in veteri testamento. Comperimus Deum in anti-
 qua lege frequenter liberasse suum populum de præliis infidelium, multaque bo-
 na terrena filii Israël contulisse. In novo autem testamento legimus Christum Deum
 profligasse Diabolum, nosque de lege peccati & mortis liberasse, & suis egregiis
 militibus promisisse regnum cœlorum & beatitudinem eternam. Adde quod lex ne-
 minem viuificauit & iustificauit, nec quempiam ad perfectum adduxit. Nec tantam
 salutem angelus aut purus homo nobis impertiit, sed filius Dei vnigenitus, qui di-
 Matthe. 4. xit, cum coepit prædicare, Pœnitentiam agite, appropriaque auit enim regnum cœlo-
 rum. Hæc autem exprimit hic locus, Quæ cum initium accepisset enarrari, per Do-
 minum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, hoc est, credita & perfecta. Nam
 cum Christus nostræ fidei dispensationem sui Euangelij concredidit, totis studiis,
 viisque omnibus contendimus verbum Dei locupletare, & super fundamentum ec-
 clesiæ

clesiæ superstruere aurum, argento & lapides preciosos. Fuit & nobis Euange-
 lium per signa & prodigia Domino ubique cooperante creditum, ut pleniorem ac
 certiorem audientibus fidem faceremus: Sicut Christus suam doctrinam innumeris
 signis & virtutibus confirmauit. Testificatus est & Deus secundum suā voluntatem
 de affluentia & opulentia tantæ salutis per signa & prodigia quæ sua propria virtu-
 te edidit. Et licet Magi & Sapientes Aegyptiorum ediderint signa, nō tamen per vir-
 tutes & distributiones donorū spiritus sancti, qui singulis sua munera diuidit prout^{1. Cor. 12.}
 vult. Deinde Paulus volens nobis persuadere Christum esse superiorem omnibus &
 angelis & creaturis, dicit, *Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum de quo loqui-*
mur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens, Quid est homo quod memor es eius, aut filius Psal. 8.
hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum,
& constitueristi eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.) Certissi-
 mum est hoc Prophetæ testimonium de Christo secundum humanitatem intelli-
 gendum esse, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. Paulus sequutus est hoc
 loco septuaginta interpretes. Siquidem iuxta illorum versionem legimus, Minuisti
 eum paulominus ab angelis. Hieronymus verò iuxta Hebraicam veritatem, Mi-
 nues eum paulominus à Deo. & secundum hanc tralationem nulla est difficultas.
 Nam Christus secundum humanitatem minor est Deo patre, cui tamen secun-
 dum diuinitatem est consubstantialis. Nec vlla est repugnantia in istis duo-
 bus locis, Tanto melior angelis effectus est, quanto differentius præ illis nomē hæ-
 reditauit. & Minues eum paulominus à Deo: Nam Christus seipsum exinanuit for-
 manum serui accipiens. Sequendo tamen septuaginta interpretes videtur esse repugnā-
 tia in istis duobus locis, Tanto melior aut maior angelis effectus &c. & Minuisti
 eum paulominus ab angelis. Verùm nulla est vt in præcedenti capite diximus. Nec
 dixit Dauid, Minuisti eum simpliciter ab angelis, sed addidit paulominus, attendes
 ad infirmitatem carnis qua Christus fuit cooperatus, & ad naturam fragilem, mor-
 talem & passibilem quam assumpsit. Nec mihi omnino placet illorum opinio
 qui dicunt Christum factum esse minorem angelis, non iuxta animam, sed iuxta
 corpus assumptum, per quod erat mortalis & doloribus obnoxius, quibus angeli
 non sunt obnoxij. Si enim minor est angelis iuxta corpus, quia est doloribus
 obnoxius, erit & angelis iuxta animam minor, quia est tristitia & tædio obno-
 xijs. Etenim dixit Petro, Iacobo & Ioanni, Tristis est anima mea usque ad mor-
 tem. Licer ergo considerata infirmitate carnis Christus paululum sit minor ange-
 lis, tamen propter unionem naturæ humanæ cum diuina, simpliciter est angelis
 maior. Iacobus Faber pertinaci iudicio dicit legendum esse, Minuisti eum paulomi-
 nus à Deo, & non ab angelis, cum tamen vtrumque legi possit. Quidam Hebraicæ sa-
 pientes, legunt Malachim, pro angelis: alij verò legunt Elohim, pro Deo. Vide iur-
 giosam conflictationem super hac re inter Erasmus & Fabrum. Legamus cum co-
 muni ecclesiæ iudicio, Minuisti eum paulominus ab angelis. Quod autem adiecit
 Paulus ex testimonio Prophetæ, Omnia subiecisti sub pedibus eius, planè demon-
 strat Christum etiam quatenus hominem, esse superiorem omnibus creaturis: Nulli
 enim puræ creaturæ dictum est, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et cum dixit, O-
 mnia subiecisti &c. nihil reliquit non ei subiectum præter Deum, qui ei subiecit
 omnia. Necdum tamen videmus omnia ei subiecta, quia nondum posuit omnes ini-
 micos suos, scabellum pedum suorum. In fine autem seculi omnia ei subiicientur,
 cum veniet in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes qui impiè egerūt.
 „ Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum
 „ propter passionem mortis gloria & honore coronatum, ut gratia Dei
 „ pro omnibus gustaret mortem: Decebat enim eum propter quem om-
 „ nia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autore
 „ salutis eorum per passionem consummari. Qui enim sanctificat & qui

COMMENTARII IO. ARBOREI

Cap.2.

„sanctificantur ex vno omnes . Propter quam causam non confunditur
 „fratres eos vocare,dicens,Nunciabo nomē tuum fratribus meis,in me-
 „dio ecclesiæ laudabo te . Et iterum , Ego ero fidens in eum . Et iterum,
 „Ecce ego & pueri mei,quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri commu-
 „nicauerunt carni & sanguini,& ipse similiter participauit eisdem,vt per
 „mortem destrueret eum,qui habebat mortis imperium, id est, Diabolū,
 „& liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ser-
 „uituti,Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ appre-
 „hendit.vnde debuit per omnia fratribus similari,vt misericors fieret,&
 „fidelis pontifex ad Deū,vt repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo
 „passus est ipse & tentatus,potens est & eis qui tentantur auxiliari.)

Amplifi- ma Christi remunera- Apoc.5. Quomodo Christus à primo homine ortum duxit.

Paulus nobis subindicat magnitudinem meritorum Christi,cui haud dubie decuit vt amplitudo præmij responderet . Quia Christus pro nostra salute ignominiosum & probrosum crucis supplicium constanti animo pertulit , super cœlum cœli ad o- vt hominis rientem,supérque astra omnia & angelorum sedes eius est. Nam Deus filium suū ob incomparabilem humilitatem ineffabili obedientiæ copulatam,omni honore & gloria coronauit,fecitq; vt eius humanitas à suis dextris federet. Intelligamus quo- que in ministerio & spectaculo dominicæ crucis , ignominiam & mortem cœsisse in gloriam & immortalitatem : Siquidem dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & be nedictionem,& omnis creatura ei assurgit dicens, Sedenti in throno & agno , benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum. Quod autem gratia Dei & misericordia voluit vt Christus pro omnibus gustaret mortem, & Iudæis & Gentibus spem assequendæ fœlicitatis æternæ adiicit non modicam: Nam Christus quātum ad sufficientiam redemit omnes,omniūque misertus est , sed quantum ad ef- ficientiam duntaxat illos redemit, qui fidem suscepit bonis operibus exornant,& tantis cruciatibus cōpatiuntur. Accurate dixit Paulus, vt pro omnibus gustaret mor tem,quia tertia die à sua passione reuixit,nec à morte fuit confosus,absorptus & su- peratus,imò de morte triumphavit. Itaque decuit vt is , propter quem condita sunt omnia,& cuius virtute creata sunt vniuersa,& qui multos filios adoptionis in gloriā adduxit,per spontaneum suā crucis tormentum cōsummaretur,reddereturque mul- tis afflictionibus absolutus & perfectus. Siquidem humano more per passionē mor- tis,perfectionem immortalitatis adeptus est . Qui ad puriora græcorum exemplaria propius accedunt,non legunt hoc loco consummari,sed consummare. Et huic Pau linæ assertioni, *Decebat enim eum,propter quem omnia &c.*) intelligentiam hanc reddūt, Decebat enim eum,nempe patrem,qui non vnum filium Iesum, sed cum illo mul- tos adducere vellet in gloriam, vt eum qui esset princeps, ac dux salutis cæterorum, legitimum & perfectum redderet variis afflictionibus. Verūm hæc in idem pene re- cidunt. Et qui seipsum sanctificauit Deo, siue obtulit vt eius sanguine sanctificare- mur & ablueremur, à primo homine,quantum ad carnis substantiam,habita ad suos parentes ratione,non autem quantum ad traductionem peccati,ortum duxit. Et propter carnis nexum & similitudinem,dixit Paulus, *Qui enim sanctificat , & qui sancti- ficatur ex vno omnes.*) Christus sanctificat siue salutem operatur,& nos eius gratia san- tificamur siue salutem assequimur. Et quia Christus homo est,& ex vno homine,vt & cæteri homines,excepta ad peccandum procliuitate,non erubescit alios homines, fratres appellare,dicens iuxta testimonium Psalmographi, *Nunciabo nomen tuum fra- tribus meis,In medio ecclesiæ laudabo te.*) Hoc sacro vaticinio Christus alloquitur suos A- postolos,quos propter identitatem aut similitudinem carnis,fratres vocat. Erant & illi præter illam rationem fraterno amore coniunctissimi , nam credebant q- à Deo

IN EPISTOLAM PAVLI AD HEBRAEOS.

251

à Deo exierat,eūmque syncera charitate prosequabantur. vnde Christus in die suæ resurrectionis dixit sanctis mulieribus(quibus viuus apparuit)Nolite timere,Ite,nū- Matth.28. ciate fratribus meis vt eant in Galilæam,ibi me videbunt. Tum quoque dixit Mariae Magdalenæ,Noli me tangere,nondum enim ascendi ad patrem meum,vade autem ad frates meos,& dic eis,Ascendo ad patrem meum,& patrem vestrum,Deū meū, & Deum vestrum. Et qui factus est opprobrium hominum & abiectione plebis,confusionem & ignominiam mortis preferendo,ita confidit in Deo vt ab eo immorta litate , & summa immortalitatis corona donatus fit . quod exprimit Prophetæ lo quens in persona Christi,Ego ero fidens in eum. Aliter tamen legimus quod in idē recidit,Deus meus adiutor meus,& sperabo in eum. Et qui scriptura Dauidis voca- ti sunt frates Christi,testimonio Esaiae vocantur pueri,non quidem ab ætate,sed à sanctimonia vitæ,iuxta mentem Pauli dicentis,Estote paruuli malitia,sensibus au- tem perfecti,Legimus in Esaia,Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus in signa atque portenta Israelis . Et licet hoc testimonium quantum ad literam sit in- Esa.8. telligendum de prophetis , qui dati sunt in signa & portenta Israeli , tamen beatus Apostolus existimat debere intelligi ex persona Domini Saluatoris:Nam Deus pa- Ioan.17. ter selectos Apostolos dedit Christo , qui facti sunt in signum & portentum sapiē- tiæ seculi,& superbiæ Iudæorum.quod affirmat scriptura illa,Quæ stulta sunt mū- I. Cor.14. di elegit Deus vt confundat sapientes , & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia.Adiicit Paulus, *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini , & ipse simili- ter participauit eisdem,siue particeps factus est earundem passionum, vt per mortem destrueret eū qui habebat mortis imperium,id est diabolum.*)Quia Apostoli confortes fuerunt Christo in substantia carnis & sanguinis mortali , demonstrat Paulus Christum assumptum naturam humanam fragilem & mortalem vt sua morte inuicta profigaret & con- tereret Diabolum , qui secundæ mortis siue æternæ tenebat imperium , & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruiti peccati. Vbi primùm Gene.3. Adam præuaricatus est præceptum Domini comedendo fructum ligni quod erat in medio paradisi, incurrit mortem siue mortis obligationem,& tunc Diabolus co- pit permisso Dei in humanum genus sequire,& vim sui imperij (vt vnumquemque enecaret)longè latéque propagare.quod nisi clementia Dei per oblationem sui filij obstatisset,omnium hominum animas ad barathrum sui inferni intrusisset. Factum est itaque morte Christi vt dæmonū potestates expoliarentur, eorumque vires frä- gerentur,ac de illis Christus in semetipso triumpharet. Agnoscimus planè Diabolū Coloff.3. suis armis(quibus aduersus hominem summa cum arrogantia insurrexerat) Chri- sto victore,percussū fuisse. Et quia Christus in carne humana fragili,mortali & pas- sibili hominem redemit,congruum erat & decens admodum, vt naturam humana morti obnoxiam assumeret, & propterea naturam angelicam à lege mortis immu- nem non assumpit.Hoc autem exprimit Paulus dicens, *Nusquam enim angelos appre- hendit, aut vt alij vertunt,Non enim quemquam angelorum apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.*)vnde debuit per omnia fratribus similari,vt misericors fieret & fidelis pontifex,siue summus sacerdos ad Deū,vt repropiciaret delicta populi.Huic sententia arridet illud Ioannis, Si quis peccauerit,aduocatum habemus apud patrem, i. Ioani.2. Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris,non pro nostris autem tantum,sed etiam pro totius mundi. Et Christus apprehendendo semen A- brahæ,in quo benedicēdæ erant omnes gentes, factus est nobis per omnia similis,ex- cepto peccato:Nā esuriuit, sitiuit, passus est frigora & calores,doluit & tristatus est: Passiones tamen naturales non fuerunt omnino eadem in Christo & in nobis : Nā Hæc de pas- semper huiusmodi affectus præuenit,quos præuenire non possumus. Adhæc, affe- sionibus cibis naturalibus nunquam succubuit,quibus tamē plerunque succumbimus, nec Christi ob- dolemus tantum quantum dolere,volumus,sed plerunque plusquam volumus:Chri- serua. stus autem tantum doluit & tristatus est,quantum voluit.Expertus est & nostras té- tationes vt nobis aut à carne aut impuro spiritu impetreretur, suamque

opem præstaret ne temptationibus vinceretur. Taceant igitur mundani suis obscoenis voluptatibus indulgentes, qui dicunt, Non possumus vincere temptationes carnis aut dæmonis. Quod si non possent vincere, nec (cùm illis succumbunt) peccati culam incurrerent. Certent viriliter aduersus carnis & dæmonis insultus, & Christi auxilio suffulti, viatores euident.

Argumentum tertii capit. 1

PAULUS validissimis rationibus demonstrat summum Pontificem, cuius sanguine abluti sumus, & in quo defigenda est nostræ salutis spes primaria, Moysi veteris Testamenti legislatori consultissimo præficiendum esse, licet aliqua in re cōspirent. Nec satis est ad immortalitatem assequendam huius Pontificis vocem audire, sed opus est eius iussis parere. Laudatur Moses quod in domo Dei bona fide sit versatus, qui frequenter Hebreos monuit ut voci Dei auscultarent nec eum ad iracundiam murmurare aut rebellione prouocarent. Sed quia ingratitudine contabuerunt, & sui Dei oblii pertinacibus animis in sua incredulitate persistierunt, nec summum Messiam recipere voluerunt, cælestem hæreditatem sibi promissam perdiderunt. Ediuero, qui synceritate fidei & puritate mentis eum receperunt, & in eius sermone permanerunt, æterna requie cælestisque paradisi delitiis perfruentur.

Caput tertium.

Nde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui præfecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius: Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domo qui fabricauit illam: Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. qui autem omnia creavit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus vero tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis.) Intelligent Apostoli gratuita Dei beneficentia ab obeundum munus euangelicum vocati, quanta dignitate & virtute præemineat summus Apostolus, summusque pontifex euangelicæ professionis, qui ita præclarè se gessit, dum in hoc mundo legationem pro suo patre obiret, ut ab eo constitutus sit dux & princeps primarius totius ecclesiæ, quemadmodum Moses pro suis virtutibus præfectus est synagogæ quæ est domus Dei. Hoc autem exprimit Paulus dicens in exordio huiusc capitis, Vnde, siue ut vertunt alii, Quare, fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui præfecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius.) Vocat Apostolos, sanctos, quia sanguine Christi purificati sunt, & sanctificati ab illo qui nihil non sanctificat, suam quoque

quoque sanctitatem synceritate fidei & virtutum officiis cumulatissimè locupletarunt fuerunt & vocationis cœlestis participes, non quidem prioribus meritis: Siquidem alibi dicit Paulus, Elegit nos Deus ante mundi constitutionem ut essemus Ephe.11. sancti, sed Dei beneplacito & voluntate, suam vocationem ita strenue obierunt ut hæreditatem æternam promeruerint. Dictus est Christus Apostolus, quia missus. Ioan.20. vnde scriptum est, Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Est & Pontifex nostræ Christus cur confessionis, siue professionis, hoc est nostræ fidei. Pontificis autem officium est, dicitur Aofferre Deo preces & sacrificium pro populo: Christus semetipsum obtulit in sa- postolus. sacrificium non pro suis, sed populi peccatis. Adhæc, quotidie quatenus homo inter- Christus est pellat pro nobis apud Deum, ne moriamur in finali impoenitentia, vt etiam infide- Pontifex noles ad fidem conuertantur. Conferuntur hac in re Christus & Moses, quod sicut stræ confes Moses fidelē ministrū gessit in Synagoga, ita Christus fidelem ministrū gessit in ec- sionis. clesia. Quod autem Christus Mosi præficiatur, licet Iudæi eum tantopere iactarent, Pontificis in eoque considerent, ostendit hic contextus, Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse officium. gnus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domo qui fabricauit illam.) Siquidem Chri- In quo Chri- stus tanto plus honoris promeruit, quanto plus honoris debetur ei qui condidit stus & Mo domum, quam domui ipsi. Etenim omnis domus extruitur ab aliquo, qui autem o- ses conferu- mnia condidit, Deus est. Hinc nobis exploratum sit, Paulū hoc loco loqui de Chri- tur, licet sto secundum diuinitatem. Adhæc, Moses versatus est in domo Dei, ut pars domus, Christus non ut author. Magnam tamen apud omnes autoritatem meretur, quod bona fi- Moysi prefe- de versatus sit in domo Dei, tanquam minister & dispensator. Tum quoque, Mo- ratur. ses versatus est in domo Dei tanquam seruus, Christus vero tanquam filius. Ille ver- fabatur in domo aliena, hic vero in sua: Moses tamen gessit umbram earum rerum, quas Christus postea nobis erat explicaturus. Prælusit ad Christum, quem Iudæi ut filium Dei recipere debebant, cum dixit, Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus, ipsum tanquam me auditus. Extollens & Christus Mosem, suum quidem Deut.18. nuncium & præconem, cuius de se testimonium Iudæi recipere debebat, dicebat, Nolite putare quia ego accusatus sum vos apud patrem, est qui accusat vos, Moy- In quo speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis creditis? Hoc vnum nostris versemus ingenii, Christum omnium conditorem, ac filium Dei na- turalem, suam domum pro nobis administrasse: Nam sumus eius domus, sicut su- mus templum Dei. Siquidem per professionem euangelicam illius ecclesiæ aggrediamur, si modò in hac domo concordes permaneamus, simusq; syncero amore ad- inuicem deuincti & agglutinati, & fiduciam ac gloriosam spem (quam nobis spiritus Christi tribuit) ad finem usque firmam & illabefactata tenuerimus: Non enim sat est euangelicam doctrinam audire, sed opus est secundum eam vivere. vnde dicebat Christus, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et alibi, Qui habet manda- Luc.11. ta mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Nec sumus nescii Iudeos ad indignationem Ioan.14. & iram, Deum prouocasse, quod licet Dei vocem audierint, non tamen eius iussis paruerunt. Frequenter dixerunt, Quæcumque præcepit nobis Dominus, faciemus, Exo.24. sed mentiebantur. Adhæc, Cùm dixit Moses, Maledictus qui non permanerit in ser- Deut. 27. monibus legis huius, nec eos sermone compleuerit, responderunt, Amé. Et propter- ea in semetipso ferentes sententiam, execrationem & maledictionem incurserunt, non præstantes quod erant polliciti. Quamobrem dicebat Christus de Iudeis in sua pertinaci malitia obstinati, Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo vestrum facit legem? Idcirco dixit David spiritus sancto afflatus, Hodie si vocem eius audieritis, nolite Psal.94. obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis.) Hebrei, patres vestri, diuinorum beneficiorum ingratissimi, & murmure & rebellione exacerbauerunt Deum eo die quo illorum patientiam explorabat in deserto, Vbi, inquit tentauerunt me patres vestri, velut explorantes num is essem, qui possem punire nocentes, &

Cap.3.

COMMENTARII IO. ARBOREI

- acriter animaduertere in proteruos & rebelles, & experti sunt iram meam siue vindictam, & qui dictis meis credere nolebant, viderunt opera mea, idque quadraginta annis. Vnde in Numeris legimus, Quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam. Et propterea vos adhortor ne similia patiamini, qualia progenitores vestri, ne priuemini requie æterna. Intelligamus ad explanandum mysticum illum Psalmum, Hodie si vocem eius audieritis, &c. Duos esse dies, vnum veteris legis, & alterum nouæ legis. In primo die auditus est Deus per Moysen: in secundo auditus est Deus in filio. Primus dies erat exacerbationis & prouocationis Dei ad iram: Secundus verò placationis & repropiciacionis. Moses seruus Dei, non placauit absolutè neque repropiciauit dominum, licet quantum ad aliqua eius iram sedauerit, quando filij Israel conflatum vitulum adorauerunt. sed filius Iesu Christus, simpliciter placauit & repropiciauit Deum. De secundo die dicitur omnibus Christo fide & baptismo insitis, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Obdurantur illorū corda qui pertinacia aut malitia aut incredulitate obfirmati, Deum deserunt, Deumque contemnunt. sicut de Pharaone legimus, qui licet frequenter explorasset in multis signis Dei virtutem, tamen cor suum obdurauit. Quod autem filij Israel tentauerint dominum in deserto, ostendit scriptura illa, Cur eduxisti nos de Aegypto ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauusat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes. Vnde Paulus profens ad Corinthios hoc scripturæ testimonium, dicit, Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Et quia improprium murmurationis suæ contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore. Hanc autem Dei vindictam in memoriam reduxit Paulus dicens, Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Obstat & Iudeorum murmur quominus ingredierentur: duo tamen fideles famuli Dei Iosue & Caleph, ingressi sunt.
- Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde. Ipsi autē non cognoverunt vias meas, quibus iuraui in ira mea. Si introibunt in requié meā. Videte fratres ne fortè sit in aliquo vestrū cor malū incredulitatis discedēdi à Deo viuo: sed adhortamini vosmet ipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus, si tandem initium substantiæ eius usque ad finem firmam retineamus, dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodū in illa exacerbatione.) Iustè dominus iniecit fulmē suæ iræ suis furoris in Iudaicam nationē admodum ingratam, superbam & proteruā, q[uod] aduersum se frequenter murmurauerit & rebellauerit: quod pulchrè cōmonstrat hæc conclusio, Propter quod infensus fui siue iratus generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde,) sequentes suas cupiditates, deflectūt & à recto tramite, cùm ad priora flagitia relabuntur, nec suis passionibus adacti, ventríque & gulae dediti, immo immersi, cognoverunt vias meas. Siquidem viæ meæ non declinant ad sinistram, nec ad crapulā & ebrietatem & foedas voluptates respiciunt, sed iustitiā & sanctitatem obseruant. Et ob hanc inobedientiā & legum mearū præuaricationē, infensus Iudeis, iuraui, vt certior sit delictorum animaduersio, & nunquam introibunt in requiem meam. Adnotemus triplicē esse requié, Vnā sabbati, qua Deus requieuit ab operibus suis. Secundā in Palestina, in quā ingressi Iudei, erāt quieturi ab laboribus itinerum. Et tertiā, Regnū scilicet cœlorū, cùm in nobis sedata sunt omnia & tranquillata, nec amplius caro cōcupiscit aduersus spiritū. Et hæc verè requies est. De secunda autem & tertia, & præfertim de tertia loquitur Apostolus. Agnoscamus igitur Iudeorum inobedientiam &
- Ira Dei aduersus Iudeos.
- Triplex reuerties.

& incredulitatem obstitisse quominus ad terram promissam peruerent, ad quam tamen peruerent qui Dei iussis obsequuti sunt. Nec Christiani baptismo Christi purificati, & ab Aegypto, hoc est, intolerabili seruitute peccati liberati, ad terram viuentium peruerent, nisi cum integritate fidei præcepta Dei diligenter obseruent. Et propterea nos admonet Paulus, vt vitia omnia fugiamus, si velimus beatorum numero ascribi, *Videte inquit fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malū incredulitatis discedēdi à Deo vino.*) Nā cor omni iniquitate repletum, & rebellè iussis euangelicis ac incredulitati obnoxium, dum se reflectit ad priora vitia & mortis principem, diabolum, facile à Deo viuente desciscit. Sed adhortamini vosmetipso ad virtutum persecrantiam, & malorum omnium tolerantiam, quandiu hodie siue hodiernus dies dicitur, hoc est, quandiu gerimus hoc mortale corpus. Totum enim hoc tempus usque ad vitæ finem vocatur hodie. Igitur hodie & toto nostræ vitæ curriculo vocem Christi per suos legatos audiamus, & auditæ voci pareamus, ne pressuris & afflictionibus huius seculi fracti, fallacia siue illecebra peccati (quæ neminem nō irret) seducamur. Et quia nemo nescit Christum esse caput ecclesiæ, & nos esse vnum corpus ex carne eius & ossibus, dicit Apostolus, *Participes enim Christi effecti sumus.*) cohæredes quidem & cōcorporales, *si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus.*) Initium substantiæ fidē vocat per quam subsistimus, & renati sumus. Vnde scribit in hac eadē epistola, Fides est substantia rerum sperandarum. Nec fides Christi ad finem usque manebit in nobis inconclusa, nisi in obseruatione diuinorum præceptorum persecuerimus. Idcirco oportet semper proficere in eo quod fœliciter coepit est. Ad hoc enim nos semper admonet vox illa cœlestis, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra quemadmodū in illa exacerbatione.) Existimat Chrysostomus hoc dictum esse per hyperbaton. Totus enim sermo qui in medio est, pendet usque ad initium proximi capituli: Timeamus ergo &c.

Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed nō vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerūt? Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius, propter incredulitatem.)

Quod autem non perierit nec peritura sit vniuersa Iudeorum natio, nec omnes per incredulitatē & inobedientiā Deum deseruerint, ostendit hic contextus, *Quidam autē audiētes exacerbauerūt, sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen.*) De illis qui ob crapulam exacerbauerunt Dominum & ad indignationem prouocauerunt, ac aduersus Moysem & Aaron mussitarunt, dicit scriptura, Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysem & Aaron in solitudine. Dixeruntque filii Israel ad eos, Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quādo sedebamus super ollas carnium & comedebamus panem in saturitate. Cur induxit nos in desertum istud vt occideretis omnem multitudinem fame? Qui autē duce Mose ab Aegypto profecti diuinæ volūtati obedierūt, ad terrā lacte & melle fluētem peruerent. Ad cuius typū nobilissimi & strenuissimi Christi milites, aduersa quæque pro tuēda fide perferēdo ad cœlestē hereditatē, & ternāque beatitudinē peruenierūt. Huic autē loco, Sed nō vniuersi, apprimè cohæret illa scriptura, Nō repulit Deus plebeianos quā præscivit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quēadmodū interpellat Deū aduersum Israel? Domine, Prophetas tuos occiderūt, & altaria tua suffoderūt, & ego reliq̄ sum solus, & quærūt animā meā. Sed quid dicit illi diuinū respōsum? Reliqui mihi septē millia virorū qui non curuauerūt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secūdū electionē gratiæ factæ sunt. Nec Deus fuit suo populo admodū rebelli & cōtumaci offensus XL annis nisi ob eius peccata admodū enormia. Frustra

Hebr. ii.

Exo. 16.

3. Reg. 19.

V.j.

Pœna sequi- enim Deus irasceretur siue puniret quempiam intolerabili pœna, nisi commeruisset: *tur culpam.* nam pena sequitur culpam. Hoc autem exprimit Apostolus dicens, *Quibus autem in- Quid obsti- fensus est quadraginta annis nonne illis qui peccauerunt, quorum cadavera siue membra prostra- tur quo min⁹ ta sunt in deserto?*) Nec Deus iurauit quod non essent introituri in requiem æternam, *quidā Iudæi* nisi illis qui in incredulitate perstiterunt. Pertinax igitur diffidentia & incredulitas non peruenie obstitit, quo minus ingratii Iudæi ingressi sunt requiem æternam. de qua dicit Christus: *Discite à me, quia misericordia sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus nam requie. vestris, ad quam morigeri Iudæi sua patientia ingressi sunt.*

Matth. ii.

Argumentum quarti capituli.

Satis nobis exploratum est Iudeos non potuisse ob suam obstinatam incredulitatem & pertinacem diffidentiam ingredi in requiem Domini. Et propterea debemus nobis præcauere ne consimilibus vitiis, bonorum cœlestium pollicitatione frustremur. Ad asequendam autem æternæ vitæ felicitatem nobis erunt adiumento fidei sinceras & morum integratas. Suppeditabit & nobis momentum non modicum, eloquium Dei viuum & efficax, quod noxias animi cupiditates amputat, reuelat & dissecat. Inflammatur & milites Christi, ut ad mortem usque pro gloria Euangeliū decertent, nosque contemptis rebus humanis summo Pontifici copulat & deuincit, qui semper nostris infirmitatibus & tentationibus paratus est opitulari, & ad quem tanquam ad certissimam nostræ fiducię & salutis anchoram configere debemus.

Caput quartum.

Imeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex iis quæ audiuntur. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam, & quidem operibus ab institutione mundi perfectis: dixit enim in quodā loco de die septima sic, Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ii quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendam. Hodie, in David dicendo post tantum temporis sicut supradictum est. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.) Patefacit Apostolus illustratos fide in requiem illam ingressuros, à qua exclusi sunt Iudæi in sua incredulitate inueterati. Recurrit & ad eundem ratiocinandi modum. Si priuati sunt Iudæi requie æterna ob suam diffidētiam & inobedientiam, iuxta scripturam, Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Licet prius de requie Domini illis sermo fuisset annunciatus, futurū est ut qui crediderint, in illā requie ingrediātur, & propterea David spiritu Dei afflatus designat diē quendā, non quidē temptationis, sed salutis asequēdā, dico, Hodie, dum scilicet hanc vitā transfigit. Si vocē Domini audieritis, ne obduretis corda vestra, sed ea ad cultum Dei, rerūq; cœlestiū contéplationem suberigite, vestrosque mores ita cōponite, ut cū Deo in ævū conuiescere possitis. Deinde manifestat Paulus aliū quendā esse Sabbati diē qui illū primū sequeretur, dicens, *Nā si eis Iesū, Iesū scilicet Naue, aut potius Iosue, requiem præstisſet, nunquam de alia loqueretur post hanc diē.*) Attendantus diligenter ad hanc Pauli ratiocinationem. Si Iosue fidissimus Dei famulus, & successor Moysi spectatissimus, præstisſet Iudeis summum Sabbathum, siue æternam requie, nunquam David de alia requie post hanc diem loquutus fuisset. Veruntamen nos cohortans ad suscipiendum euangelicam Christi doctrinā, dixit, Hodie &c. Itaque relinquuntur Sabbathismus populo Dei.) Requies scilicet Domini æterna, promissa populo Dei, de quo dicit oraculū illud propheticū. Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciarunt cœli iustitiā eius, populo qui nascetur, quē fecit Dominus. Ad hanc itaque requie populus Domini trāferetur, si modō incontaminatā & inculpatā vitā duxerit. In subsequēti cōtextu Paulus cōfert requiem æternā quadā proportionē in nobis ad Dei requie, Qui, inquit, ingressus est in requie eius, & ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus.) Quemadmodū enim Deus septimo die requieuit ab omnibus operibus suis, cū totā mūdi machinā cōdidit, ita ab omnibus operib⁹ terrenis feriabimur, cū palatiū quietis æternæ ingrediemur.

& præ-

& prætermittetur postremus ad adeundam promissam nobis hanc requie, ita quod putabit se esse alienatū ab huiusmodi requie. nec hæsitamus quin futura bona sint nobis denūciata, haud secus ac Iudeis sub typo terræ promissionis. Et quemadmodū sermo auditus non profuit illis non admixtus siue nō contéperatus fidei ex his quæ audierunt: ita sermo euāgelicus, qui quotidie ad aures nostras insonat, non poterit nobis prodesse nisi & fidem promissis adhibeamus & fidei bona opera connectamus. Et licet Deus promisisset Iudeis terram melle & lacte fluentem, non tamen ad eam ingressi sunt, quia nō crediderūt se esse asequuturos quod Deus promiserat. & quia diuinis pollicitationibus diffiderunt, non sunt ingressi Palestina. Nec fiet nobis ad cœlestem hæreditatē aditus, nisi firmissimè crediderimus nos adepturos quod Deus nobis pollicitus est. Sine enim fide impossibile est Deo placere. Adhac iustus ex fide viuit. Caleph autem & Iosue Dei promissis fidem adhibentes, & à Iudeorum seditionibus diuulsi, ad terram promissam ingressi sunt. En cōdilector cognoscis ex Paulo non satis esse ad asequendum regnum cœlorum audire verbum Dei, sed opus est auditui fidem adiungere: fidem dico euangelicam, puram, sinceram & perfectam. Quemadmodum enim vinum non prodest homini nisi misceatur corpori, ita non prodest sermo auditus, nisi fides eum transferat in animi viscera. Nos autem qui stabili fide credidimus, fidemque bonis operibus illustriorem reddidimus, ingrediemur in requiem. quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Si enim Iudeorum incredulitas & inobedientia obstititerit quominus introierint in requiem Domini, ergo nostra credulitas & obedientia faciet nobis auditum ad æternam Dei quietudinem. Et licet iam esset parata requies, nempe perfectis mundi operibus, quibus absolutis requieuit Deus die septimo, tamen iurauit Deus quod non essent illi introituri in requiem, & hoc propter illorum incredulitatem. Deinde adiicit Paulus, *Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & hi quibus prioribus, potius prius, annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem. Iterum terminat siue definit diem quendam, hodie. In David dicendo post tantum temporis sicut supradictum est. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.*) Patefacit Apostolus illustratos fide in requiem illam ingressuros, à qua exclusi sunt Iudei in sua incredulitate inueterati. Recurrit & ad eundem ratiocinandi modum. Si priuati sunt Iudei requie æterna ob suam diffidētiam & inobedientiam, iuxta scripturam, Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Licet prius de requie Domini illis sermo fuisset annunciatus, futurū est ut qui crediderint, in illā requie ingrediātur, & propterea David spiritu Dei afflatus designat diē quendā, non quidē temptationis, sed salutis asequēdā, dico, Hodie, dum scilicet hanc vitā transfigit. Si vocē Domini audieritis, ne obduretis corda vestra, sed ea ad cultum Dei, rerūq; cœlestiū contéplationem suberigite, vestrosque mores ita cōponite, ut cū Deo in ævū conuiescere possitis. Deinde manifestat Paulus aliū quendā esse Sabbati diē qui illū primū sequeretur, dicens, *Nā si eis Iesū, Iesū scilicet Naue, aut potius Iosue, requiem præstisſet, nunquam de alia loqueretur post hanc diē.*) Attendantus diligenter ad hanc Pauli ratiocinationem. Si Iosue fidissimus Dei famulus, & successor Moysi spectatissimus, præstisſet Iudeis summum Sabbathum, siue æternam requie, nunquam David de alia requie post hanc diem loquutus fuisset. Veruntamen nos cohortans ad suscipiendum euangelicam Christi doctrinā, dixit, Hodie &c. Itaque relinquuntur Sabbathismus populo Dei.) Requies scilicet Domini æterna, promissa populo Dei, de quo dicit oraculū illud propheticū. Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciarunt cœli iustitiā eius, populo qui nascetur, quē fecit Dominus. Ad hanc itaque requie populus Domini trāferetur, si modō incontaminatā & inculpatā vitā duxerit. In subsequēti cōtextu Paulus cōfert requiem æternā quadā proportionē in nobis ad Dei requie, Qui, inquit, ingressus est in requie eius, & ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus.) Quemadmodū enim Deus septimo die requieuit ab omnibus operibus suis, cū totā mūdi machinā cōdidit, ita ab omnibus operib⁹ terrenis feriabimur, cū palatiū quietis æternæ ingrediemur.

V.ij.

Non enim illic nos inuadent dæmones, nec tyranni & inimici fidei nobis insultabunt, nec caro ad brutorum conditionem nos transformabit, nec capitali odio proximum nostrum insectabimur, nec aurum popularem mercabimur: sed desideria nostra adimplebuntur. iuxta illa Prophetæ scripturam, Satiabor cum apparuerit gloria tua.

„ Festinemus ergo ingredi in illam requiem, vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Habentes ergo Pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tantum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.)

Nos adhortatur Paulus, vt festinemus ardentibus votis ingredi in requiem sempiternam, ne vtricem Dei manum sentiamus, quam Iudei ob suam obstinatam incredulitatem senserunt. Demus operam, vt per integritatem fidei & vitæ sanctimoniam rapiamur ad coelestia. Enitamur contemptis rebus humanis, spretisque honoribus, diuinitiis, & voluptatibus ad beatorum insulas demigrare. Quod si velimus ad æternam hæreditatem properare, non tardemus ad Dominum conuerti, nec differamus de die in diem, sed subito post lapsum magnam cum contritione, nostra peccata defleamus. Toto quoque versemus animo nos non habere hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirere. Coerceamus infrænes affectus, & assiduis ieiuniis & vigiliis repullulantem carnis lasciuiam refrænemus, vt in electorum numerum adiscamur. Reddit autem Paulus rationem cur festinare debemus, vt in requiem Domini ingrediamur, *Vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.*) Et sensus est, ne quis cadat vt illi ceciderunt in deserto, eodem exemplo incredulitatis & inobedientiæ. & sicut illi ceciderunt ob incredulitatem, ita isti perirent similiter peccantes. *Viuus enim est sermo Dei & efficax, & penetrabilior siue acutior omni gladio ancipi, potius bicipiti aut vtrinque incidente, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor, græcè ορθίνεις, id est index cogitationum & intentionum cordis.*) Pulchre cohæret hæc sententia cum priori. Quemadmodum enim Iudei non tam gladio, bello, peste & fame, quam Dei verbo interierunt, sic & vos si in incredulitate perfriteritis, interibitis & cruciabimini. Sic enim viuit sermo Dei quod nunquam extinguetur. Vel dic, ita viuus & efficacē esse Dei sermonē, quod licet in Deū non credamus, non propterea eius sermo est vanus & inconstans, sed subsistens: ita vt in quaunque irruerit anima, graue illi vulnus infligat. nec solūm cruciat anima, verū etiam & corpus, & propterea adiectū est, Cōpagū quoque & medullarū) Siquidē in corporibꝫ humanis sunt neruorū & arteriarū cōpagines: includūtur & in ossibus medullæ. Vides nihil esse diuino sermone fortius, & ad defendendū & euertendū. Meminit & Paulus gladij acuti & penetrabilis, vt ex rebus nobis cognitis, diuinæ potentiæ magnitudine indicet. Est & tamē energiæ sermo Dei, vt possit diuidere & diuellere spiritū ab anima. sicut enim gladius penetrat corpora, ita sermo Dei incorporeā penetrat. Ethic cōsidera anima hominis, quādū ad eius partes inferiores, quæ sensualitatē includuntur secundū hæc cōsiderationē anima cupit terrena, sapit mundana, & humana cogitat. Ioann.12. iuxta verbū Christi dicētis, Qui amat anima suā in hoc mundo, perdet eam. Spiritus vero à terrenis diuulsus & dimotus, coelestia meditatur, cuius nomine sanam mentem & ra-

& rationem intelligimus. Theophylactus edifferens hunc locum, Pertingens usque *Theophylactus ad diuisionem animæ & spiritus, hac similitudine viritur, Vt enim Imperator aliquis estus.* primatē ex suis quempiam (quia tērum aliquod commiserit facinus) exauctiorat, & dignitate & magistratus munere priuat, mox etiam capite plectit. Sic & hoc loco cum spiritus fuerit aliquis dignitate priuatus, deinde & pœna afficitur. Verū hæc expositio contextu difficilior est. Quidam dicunt Dei sermonem vel spiritum, vbi animam ipsam inuaserit, diuidere statim & interscindere huius animæ partes, & eam de cætero hunc in modum reddere capacem mysterij. Vtque & telum carne prius discessa, mox in eam immerge & ad intima tendere confuevit, sic & sermo nisi munitiores animæ partes interclusas sciunxerit, nullum asserūt sibi in eum patere ingressum. Est & diuinus sermo index cogitationum & intentionum cordis. Siquidem Deo proprium est disquirere & noscere hominum cogitatus, scrutari & corda & renes. Nec solū examinat hominum corda, sed nihil est quod possit eius oculos latere. Hoc autem exprimit Paulus dicens, *Et non est vlla creatura inuisibilis siue occulta in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius.*) Quod dicit Aperta, putat Chrysostomus à metaphora pellium desumptum, quæ de pecudibus detrahūtur. Sicut enim cum pecudes occiderit quis, & ex carnibus detraxerit pellem, omnia interiora reuelantur, & aperta sunt oculis nostris, sic & Deo aperta subiacent omnia. Attendantur & ad Paulinam mentem quod propter infirmitatem & imbecillitatem audientium, soleat vti exemplis corporeis. *Ad quem nobis sermo.*) Hoc autem illi loco respondet, *Vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.* Est & nobis ad Deum sermo, quia coram eo sumus reddituri rationem actuum nostrorum. Si enim probem viixerimus, æterna mercede donabimur. Si vero improbe, dabimus pœnas non modicas. Stabimus enim aliquando ante tribunal Dei, vt referat unusquisque nostrum propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. Nec tamen quia diuinam maiestatem nostris vitiis plerunque offendimus, ideo debemus de æterna salute diffidere. Siquidem habemus Pontificem magnum, Iesum Christum, nostrum consolatorem, & interpellatorem, qui suis innumeris meritis super omnes cœlos euectus est. Is etenim suis assiduis precationibus nos ad suum patrem reuocat. Sedat & eius furorem, admit & vindictam, & lachrymas nostras ac animos dolore & tristitia afflictos, vt recōciliemur, Deo iugiter offert. Et quia summus sacerdos pro nobis apud Deum patrocinatur, nec sinit nos humiliatos in foueam infernalem cadere, teneamus spei nostræ confessionem, aut vt legunt Græci, teneamus confessionē eius. Quod scilicet est Deus & homo, resurrectio, vita & spes nostra. Vnde ad Romanos scribit idem Apostolus, *Roma.10 Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Et quod subnectit, spem salutis assequendæ nobis adiicit non modicam, *Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine, potius iuxta similitudinem absque peccato.*) Hæc autem scriptura illi cohæret, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Qui enim omnes afflictiones sustinuit, & omne tormentorum genus pertulit, facile afficitur & mouetur sensu alieni mali. Et quia summus Pontifex omnia ludibria, sputa, opprobria & tormenta pro nobis sustinuit, facilius & promptius nostris afflictionibus & infirmitatibus compatitur. Nec molestè feremus adnotare quomodo Christus sit tentatus, & quidē per omnia. Non fuit tentatus à carne quæ concupiscit aduersus spiritum: Nam in eius carne nulla unquam fuit rebellio aduersus spiritum. Adde quod concupiscentia carnis non est sine peccato veniali aut mortali. Sed fuit tentatus à diabolo, & alliciendo per prospera, & terrendo per aduersa. Prosperitas autem huius vitæ, vel pertinet ad concupiscentiam carnis, vel concupiscentiam oculorū vel superbiam vitæ. Tentauit autem diabolus Christū de concupiscentia carnis, quando ei à gula insultauit, dicendo, *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Tentauit & eum de inani gloria, cum dixit, *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Denique à concupiscentia oculorū, nepe ab auaritia aggressus est eū, cum dixit, *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Quātū vero

ad aduersa fuit tentatus à Iudæorum generatione peruersa & adultera. Siquidem Scribæ & Pharisæi à calumniis insidiati sunt ei, quando adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei, Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio: in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare, Tu ergo quid dicas? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Adhæc, Pharisæi concilium inierunt, vt caperent eum in sermone, cùm dixerunt, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, Dic nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non? Adde quodd per contumeliam dixerunt, Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, salua temetipsum. Si filius Dei es, descendere de cruce. Nec addubito quin frequenter fuerit à conuiciis & flagellis tentatus. Ex eo autem Paulus adiecit, Iuxta similitudinem absque peccato. quia de peccatrice carne loquebatur. Similis enim fuit carni nostra. Natura quippe eadem nobis, peccato verò nequaquam eadem. Licet enim Christus fuerit immunis à peccato, assumpsit tamen mala carnis peccatricis, & perinde pœnas dedit quasi ipse peccasset. Potest & hic locus, Iuxta similitudinem, exponi quantum ad similitudinem pœnarum & afflictionum. Non igitur pertimescamus accedere cum fiducia ad thronum gratiæ eius, quam nobis in hoc seculo aduersus mala omnia confert, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Cùm hic summus Pontifex admodum benignus & clemens sit semper paratus afflictis & tentatis opitulari, cur de misericordia Dei diffidimus, cur hæsitamus, si Deus nostræ imbecillæ conditionis miserebitur, & ad electorum dominum nos introducat? Est & Christi auxilium nobis opportunum, cùm mature resipiscimus, nec differimus de die in diem ad Dominum conuerti. Dicit enim Esaïas, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te, cuius testimonio hæc Paulus adiecit, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hæc quoque Pauli doctrina. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius & cæt. me compellit dicere, quod possum immediatè preces meas offerre Deo. Nam tanta potest esse in me pœnitentia & charitas, vt non indigeam sanctorum subsidiis qui pro me Deum deprecetur. Considerata tamen humanæ naturæ fragilitate & imperfectione, & quod nostræ precationes non semper igne charitatis inflammantur, sed plerunque frigent, oramus sanctos vt pro nobis Deum exorent: nam facilius postulunt impetrare à Deo quæ postulamus, quam nos ipsi. Siquidem sunt in statu perfectiori & magis securo, & pro suis meritis coronantur. Nos autem hinc certamus, vt posthac immarcesibilis coronam assequamur: nec tamen aduersus internos hostes pugnando certi sumus sinam victores euademos. Siquidem in hacturbulenta vita continua est pugna, sed rara victoria iuxta doctrinam illam, Omnes quidem currunt, sed unus accipit brauim.

Argumentum quinti capit. 1.

Pontifex Mosaycæ legis à Deo vocatus ad obeundam sui muneris functionem, pro suis & populi delictis offerebat Deo donaria & sacrificia. Summus autem euangelica legis Pontifex, appellatus à Deo sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, summetipsum obtulit Deo in sacrificium, non pro suis sed populi peccatis: qui instantे suæ crucis tempore exauditus fuit pro charitate, simul & dignitate, qua apud suum patrem valebat, cùm pro abhendis nostris vitiis Deo preces & supplicationes obtulit. Et licet esset filius Dei, tamen ex his quæ iniuncta animi magnitudine pertulit, obedientiam didicit, & omnibus vtrò sibi obsequientibus salutem eternam paravit.

Caput

Caput quintum.

Mnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. qui condolere possit iis qui ignorant & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate. & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro se metipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non summetipsum clarificauit vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es Psal.2. tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.) Ostendit Paulus quo munere fungebatur Iudæorum pontifex ex hominum numero delectus. Is, inquit, velut mediator inter Deum & homines, offerebat Deo pro peccatis mortalium dona & victimas. Et licet Deus sacrificiis pecudum non indigeret, tamen præcipiebat sibi ad tēpus offerri, ne Iudaicus populus ad idolatria proclivis, prophaniis diis siue idolis offerret. Et huiusmodi donariis feruenti fide & ardenti deuotione oblati, ira Dei placabatur. Nec ita pontifex autoritate valebat apud Deum, vt labi non posset, nec errare nec quicquam ignorare: sed erat obiectus carne peccati, & obnoxius humanæ imbecillitatì & infirmitati, vt esset placabilior iis qui per ignorantiam aut errorrem deliquerant. Facile enim condonatur venia iis qui hoc genere peccati Deum offendunt, facilius etiam alienis malis indolescimus, cùm nonnunquam labimur. Et ob hanc causam Mosaicus sacerdos immolabat Deo hostiam & pro suis & totius populi delictis. Ex Leuitico nobis exploratum est sacerdotem qui fecerat populum de linquere, solitum offerre Domino pro suo peccato vitulum immaculatum. Rogabat & pro principe, & pro peccato eius post hostiam Deo immolatam, & dimittebatur ei. Dicebat & Moyses ad Aaron, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo, Offer Leuit.9. holocaustum, & deprecare pro te, & pro populo. Cùmque mactaueris hostiam populi, ora pro eis, sicut præcepit Dominus: Statimque Aaron accedens ad altare immolauit vitulum pro peccato suo: Offerens autem pro peccato populi mactabat hyrcum. Nec iuxta antiquæ legis ritus quis honorem & autoritatem pontificiæ functionis si- Qui pontifici vendicabat, sed hunc tantum honorem sumebat, cùm à Deo ad obeundam suam fidicæ dignificationem asciscetur, quemadmodum ascitus est Aaron. Siquidem indignus est rate digni ille pontificia dignitate qui per arrogantiā & fastū animi, pótificatū ambit, aut more sunt. quorūdā aulicoru se se ingerit ad aucupanda sacerdotia. In Exodo legimus Dominū Exod.28. dixisse Moysi, Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungātur mihi Aarō, Nadab & Abiu, Eleazar & Ythamar. Quod autem Dominus Aaron in magnū sacerdotem veteris legis elegerit, testatur scriptura illa, Quem ex his elegero, germinabit virga eius. Et magnum sanè in virga Aaron Num. 17. extitit mysterium. Nam cùm omnes principes filiorū Israel, dedissent Moysi virgas per singulas tribus, fuissentque virgæ duodecim absque virga Aaron, & eas posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij, sequenti die regressus iuuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores qui foliis dilatatis in Amigdalas deformati sunt. Hinc cōperimus Deum confirmasse sacerdotium Aaron per virgam quæ floruit. Nec Christus rarissimum pontificum omnium exemplar, pontificiam autoritatem & dignitatem usurpauit, Sed qui loquuntur est ad eum ab æterno dicens, Filius meus es tu, ego hodie genui te.) mihi quidem & substâlia & gloria coæqualem, constituit eum summum pontificem & quidem vt hominem: cùm ait, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: Hinc cognoscimus sacerdotiū V. iiij.

Sacerdotiū Christi Mosaīco sacerdotio longē præstantius esse,nam æternum est: Illud verò tem-
Christi Mo poraneum & figuratum. Verùm dicet quispiā,Si Christus fuerit mortalis,& sum-
saīco longē mum sacerdotium datum est ei vt homini, quomodo eius sacerdotium manet in æ-
fuit præsta- ternum? Respondeo, Licet Christus fuerit mortalis, & mortem pro omnium salute
tius. obierit, sempiternum tamen habet sacerdotium,quia manet in æternum. Et hæc est
Pauli ratio, vt videbimus in septimo capite huius epistolæ. Alij dicunt sacerdotium
Christi esse æternū, quia est de veritate quæ est æterna, aut quia eius hostia habet vir-
tutem introducendi in vitam æternam.adhæc,durat in æternum. Differt etiam sacer-
dotium Christi à sacerdotio veteris legis quantūm ad ritum,quia in illo offerebantur
animalia: In hoc verò panis & vinum. Panis autem Dei verbo transsubstantiatus,est
caro Christi,& vinum transsubstantiatum,sanguis Christi. Et ob id summum & au-
gustissimum hoc sacerdotium, sacerdotio Melchisedech præfiguratum est & adum-
bratum,quod Melchisedech rex Salem,& sacerdos Dei altissimi,obtulerit Deo in fa-
cifício,panem & vinum,cùm benedixit Abrahæ de suis inimicis triumphanti.

„ Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui pos-
sit illum saluum facere à morte , cum clamore valido & lachrymis of-
ferens,exauditus est pro sua reuerentia.Et quidem cùm esset filius Dei,
didicit ex iis quæ passus est, obedientiam, & consummatus, factus est
omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ,appellatus à Deo
Pontifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo,
& interpretabilis ad dicendum , quoniam imbecilles facti estis ad au-
diendum. Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus, rursum
indigetis,vt vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum Dei,
& facti estis quibus lacte opus sit,non solidi cibo:Omnis enim qui la-
ctis est particeps, expers est sermonis iustitiae,parvulus enim est: Perfe-
ctorum autem est solidus cibus,eorum qui pro ipsa consuetudine exci-
tatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.) Manifestat Paulus
quanta autoritate valebat Christus apud Deum patrem,cùm in terris pontificiæ fun-
ctionem obibat, Qui in diebus, inquit, carnis suæ, preces supplicationesque ad eum qui posse
illum saluum facere à morte cum clamore valido & lachrymis offerens , exauditus est pro sua re-
uerentia.) Dies suæ carnis vocat dies illos in quibus gerebat carnem peccatri ci simi-
lem, non tamen in se peccatricem. Aut dic melius, Dies suæ carnis appellat, dies suæ
passionis. quando enim venit hora vt moreretur, suam carnem pro nobis Deo im-
molauit. Et in illis sanctis diebus totus cum feruenti affectu precationibus insistebat,
ita vt interpellando suum patrem & pro se & pro nobis diem cum nocte copularet.
Offerebat autem ei qui poterat illum à morte eripere,preces,postulationes scilicet,&
supplications,genuflexiones:Nam positis genibus orabat dicens, Pater, si vis trans-
fer calicem istum à me. Et licet suis precationibus poterat absolute impetrare à suo
patre vt non moreretur, voluit tamen sua morte saluti mortali omnium consu-
lere. Adhæc , Deus pater poterat facere ne Christus moreretur : Siquidem illi possi-
bilia sunt omnia, sed suam voluntatem sacris scripturis confirmando, voluit pro no-
stra redēptione vt moreretur: Proprio enim filio suo non pepercit, sed pro nobis
omnibus tradidit illum.Cessit & eius mors in exaltationem sui nominis. Magis etiam
inclaruit potestas Dei patris, quando filium suum à morte excitauit. Iuxta illud vati-
cinium, Non derelinques animam meam in inferno.Nec hæsitandum est quin longè
maiis sit excitare hominem à morte,quam eum à morte præseruare. Obtulit & Chri-
stus suas preces cum clamore valido & profusis lachrimis , vt nobis ostenderet quæ
necessaria sunt oranti.Intentio efficacissima,quæ valido clamore exprimitur.vnde de
Christo

Christo narrat Lucas, Et factus in agonia prolixius orabat. Et dolor ac gemitus,qui-
bus facilius extorquemus à Deo quod postulamus: Siquidem dicit Dauid,Et gemi-
tus meus à te non est absconditus. Item , Posuisti in conspectu tuo lachrymas meas. Psal.37.
Adhæc,dicit Matthæus,Beati qui lugent,quoniā ipsi cōsolabuntur.Nec Christus pro
se fleuit,sed pro peccatoribus quos sua cruce redemit,& à tyrannide diaboli eripuit. Et
licet non meminerint Euangelistæ quod Christus in sua passione lachrymas effude-
rit,non propterea sequitur quod non effuderit. Multa enim fecit quæ non sunt scri-
pta,forsitan fleuit dum ignominiosum crucis tormentum subibat,attendens ad scan-
dalum suorum discipulorum & ruinam Iudæ proditoris,etiam præuidens excidium
Hierosolymitanum . fuit autem exauditus pro sua reuerentia . Nam tantæ autoritatis
est humanitas Christi, vt illi vel diuinitas ipsa reuerentiam deferat. Græci legunt hoc
loco ἀπὸ θεοῦ λαζαρίας, id est à reuerentia, aut à pietate , quæ nequit patrem cum filio,&
filium cum patre. Verùm dicet quispiam,Christus nō fuit exauditus,nec pro se,cùm
ter efflagitauit suum patrem vt non gustaret mortem , dicens , Pater , si possibile est Matt.27.
transeat à me calix iste:Nec pro Iudæis,cùm orauit dicens, Pater dimitte illis,nō enim Luc.13.
sciūt quid faciunt,siquidē non fuit condonata Iudæis venia,quibus tamē petebat cō-
donari:Nam innumeri miserè perierunt.Dilutio argumēti,Christus in omnibus quæ
voluit fieri,fuit exauditus . Et licet fugerit mortem secundum appetitum naturalem
& sensituum, tamen voluntate consequente rationem deliberatam volebat mori. Et
cùm hunc in modum orabat, Pater, si possibile est transeat à me calix iste,declarabat ei us Chri-
se esse verum hominem . Nec arguit in eo quandam imperfectionem quod non fue-
rit exauditus cùm hac formula orandi precatus est suum patrem, Pater , si possibile
est &c. Nam pro nostra instructione adiecit conditionem ita orando, vt nos doceret
adiiciendam esse nostris precationibus conditionem,cùm postulamus à Deo bona
fortunæ aut corporis.Diximus in nostris commentariis in quatuor Euangelistas edi-
tis, Quod licet Christus non semper fuerit exauditus quando orando adiecit condi-
tionem,tamen cùm absolutè orauit,semper fuit exauditus. vnde dicebat volēdo fusi-
tare à morte Lazarum,Pater gratias ago tibi,quoniam audisti me,ego autem sciebam
quia semper me audis,sed propter populum qui circumstat dixi vt credant,quia tu me
misisti.Fuit & exauditus pro Iudæis qui crediderant aut erant credituri.vnde dicebat
orando suum patrem, Non pro eis autem rogo tantum,sed pro eis qui credituri sunt
per verbum eorum in me,vt omnes vnū sint. Adde quod Petrus post passionē Chri-
sti vna die conuertit ad Christum circiter tria millia Iudæorum. Nō tamen Christus
orauit pro Iudæis in pertinaci incredulitate obstinatis. Adiicit Paulus, Et quidem cùm
esset filius Dei,didicit ex iis quæ passus est obedientiam.) Theophylactus iunctim legit cum
priori illa sententia,Exauditus est pro sua reuerentia,hunc locum,Et quidem cùm es-
set filius Dei: Nam diuinitas(vt coniicere possum)humanitati copulata, fecit vt nihil
Christus etiam quatenus homo postularet absolutè orando, quod non facile extor-
queret. Etenim in Euangelio Ioannis legimus Christum dixisse suis discipulis, Amē Ioan.16.,
amen dico vobis,si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Alij separatim
legunt, Et quidem cùm esset filius Dei,non attendentes ad priorem sententiam , sed
posteriorem,didicit ex his quæ passus est obedientiam.Hunc autem sensum existimo
Paulum prætendere,Quoniam Christus esset filius Dei ab æterno, & secundum suam Quonodo
diuinitatem impassibilis,tamen assūmedo carnem humanam,fragilem & passibilem, Christus di-
ex his quæ ex tempore passus est , didicit obedientiam. Verùm decertabit quispiam, dicit obediē
Qui scientiam quamplam dicit, prius illam ignorabat . Christus autem ab æterno, tiam.
& ab instanti suæ conceptionis habuit plenitudinem scientiæ , igitur nihil ignorauit.
Respondeo Christum quantum ad simplicem noticiam qua omnia intuetur & co-
gnoscit,nihil ignorasse,sed quantum ad scientiam experimentalē non nihil didicit,
hoc est,expertus est quod non prius experimento didicerat,licet ab æterno præuidis-
set se passurum mortem pro redēptione totius mundi. Sensus itaque huius assertio-
nis, Didicit ex his quæ passus est obedientiam, hic est,Expertus est quæ graue onus

sibi à suo patre iniunctum fuerit, cui volens vltro obsequi, nullum supplicium refugit: nobis significas nullam esse adeò atrocem afflictionem quæ nos ab obsequio Dei diuellere debeat. Quo enim grauiori tormento pro gloria Dei cruciamur, eo magis Deo obsequimur. Nec quis censetur Deo obedire, cùm ob quandam animi pusilla-nimitatem persecutionibus cedit, & dum tempus postulat vt sinistra quæque toleret, facile succumbit. Euafit & Christus quatenus homo, malorū omnium tolerantia con-summatus. Nec quis consummatam & absolutam victoriam assequetur nisi legitimè aduersus hostes pugnauerit. Imbecillis & fragilibus aduersa quæque videntur esse dura & intolerabilia, sed magnanimis periucunda sunt & tolerabilia. Nam aduersitatum & calamitatum exercitio, alacriores & fortiores redduntur, tandemque velut inquieti athletæ ad perfectionis coronam assurgunt. Et quia Christus humiliauit se metipsum, factus obediens vsque ad mortem, meruit vt omnibus sibi prompta volūtate obtemperantibus, salutem æternam adferret. Nec ista salus est temporaria & admodum breuis, qualis solet in bello periclitantibus adferri, sed est æterna & in æuum duratura, quam nec dæmones, nec hostiles hominum incursions subruere possunt.

Hac quoque Paulina doctrina reuincuntur & oppugnantur, qui dicunt neminem non assequutur vitam æternam, si modò in Christum crediderit. Non enim satis est in filium Dei credere, sed opus est eius iussis obsequi. Vnde in Euangelio Ioannis scriptum est, Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognosce-tis veritatem, & veritas liberabit vos. Item, Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Adhæc, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pa-ter meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. qui nō diligit me, sermones meos non seruat. Et quia Christus pro saluandis & Iudæis & Gentilibus preces supplicationésque suo patri obtulit, & semetipsum in mortem dedidit, appellatus est à Deo pontifex, non secundum Iudaicum ritum, sed secundum ordinem Melchisedech. Nam Pontifex antiquæ legis fuit olei liquore ab homine delibutus, non autē Christus: sed fuit à Spiritu sancto ad obeundam suā legationem perunctus. quod testatur scriptura illa, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me. Ad euangelizandum pauperibus misit me, &c. Subiungit & hæc Paulus, lo-quens de excellentia, dignitate & autoritate huiuscemodi summi pontificis, *De quo grandis, siue multus & copiosus nobis sermo, & interpretabilis* potius ininterpretabilis *ad audiendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum, segnes scilicet auribus.*) Hanc sumito intelligentiā, Vesta somnolentia, torpedo & inscitia vetat quominus copiose edifferamus & explicemus quomodo Christus factus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quòd si persistaretis in ea fide constanti & mente integra, in qua aliquando fuistis, iampridem de altioribus rebus differuisse, & fusius multo explanasse quomodo Christus factus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Deridet Erasmus quæ Thomas Aquinas edifferendo hanc Paulinam sententiam commentatur, dicens hanc vocem interpretabilis bifariam sumi, Vt, In, habeat negationem, ita quòd hunc sermonem nemo possit interpretari, & affirmatiuè, vt indigeat interpretatione. Non enim interpretor componitur ab in, & terpretor, sed ab inter, & verbo inusitato, aut nomine potius. Nec affirmatiuè sumendo interpretabilis accuratè & scitè expones quod indigeat interpretatione: nisi dicas, quòd sanabilis is dicitur qui indiget sanatione, quod est absurdum: sonat autem interpretabilis, atque explicabilis: lege igitur ininterpretabilis, siue difficilis interpretatu, vt græcum explicetur, siue haud facilem habens explicationem: præsertim cùm auditores non essent eius intelligentiæ capaces, vt qui ad mysteria spiritus non penetrarent. Et hæc difficultas interpretandi explicandique sermonem, non ex parte Pauli pendebat (erat enim sermo ille facilè ei explicabilis) sed ex parte Iudæorum ad quos habebatur sermo, qui nondum spiritualem intelligentiam ferre poterant, vt diligenter Jacobus Faber adnotauit. Rursum arguit Paulus ignauiam Iudæorum, & præsertim Scribarum & Phari-

sæorum, qui sacrarum literarum veritatem sibi vendicabant, séque iactabant vt peri-tissimos Mosaïcæ legis doctores. *Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei,*) Non me latet eloquia Dei vobis primùm credita fuisse, vòisque multa mysteria intellexisse. & cùm deberetis vt magistri aliis præfici, ob vestram socordiam indigetis vt rursum docea-mini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Elementa vocat, humanitatē Chri-sti. Itaque primordia sermonis euangelici ab humanitate Christi petenda sunt. Nam primùm oportet fidei candidatos fateri filium Dei naturam humanam assumpsisse: Deinde gradibus quibusdam paullatim ad cognoscendam eius diuinitatem progre-dientur. Nam quemadmodum in percipiendis bonis disciplinis primùm elementa ipsa perdiscenda sunt, deinde quadam manuductione fit ad sublimiora progressus: ita qui volet euangelicæ philosophiæ arcana capere, primum quòd filius Dei factus fuerit homo, fateatur oportet. Et quia rudes erant Iudæi & segnes auribus, propter il-lorum imbecillitatem & pigritiam, summatis pertractat Apostolus, quæ fusius, si fuissent attenti & seduli ad audiendum, pertractasset. Et propterea adiecit, *Et facti estis, quibus opus sit lacte, non solido cibo.*) Lac vocat sermonem humilem, & minora differen-tia: Solidum verò cibum, altiorem sermonem, & abstrusiora explicantem. Huic lo-co cohæret illa scriptura, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi car-nalibus, tanquam paruulis in Christo. Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Deinde ma-nifestat Paulus qui sunt sublimioris philosophiæ incapaces, *Omnis enim qui lactis par-ticeps est, expers est siue inexpertus sermonis iustitiae, paruulus enim est.*) Infans scilicet, ne-sciens discernere inter bonum & malum. Sermonem iustitiae vocat virtutum cōsum-mationem, & integerimam vitæ sanctimoniam, quam Christus à nobis depositit, di-cens, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisaëorum, non in-trabitis in regnum cœlorum. Etenim indignus est qui abstrusioribus diuinorum studiorum arcani edoceatur, qui vel minima euangelicæ philosophiæ rudimenta capit. Cùm enim discipuli Christi à suo præceptore sciscitarentur cur in parabolis promiscuae turbæ loqueretur, respondit, Vobis datum est nosse mysteria regni cœ-lorum, illis autem non est datum. Quinam autem sublimia dogmata Christi diuini-tatem complectentia capere possunt, subsequens hic contextus declarat, *Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine aut affuetatione exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.*) Tāles sunt qui calcatis rebus terrenis, & spretis omnino di-uitiis, honoribus & voluptatibus huius seculi, cum magna vitæ austeritate se totos fa-crarum literarum, studiis & contemplationi addixerunt. Est & opus habitu ac exer-citio sacrarum literarum vt, promptius & facilius possimus discernere inter virtutes & vitia, virtutum quoque & vitiorum discrimina. Huic doctrinæ suffragatur illa scriptura, Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius seculi, ne-que principum huius seculi qui destituuntur, sed loquimur Dei sapientiam in my-sterio quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante secula.

Argumentum sexti capituli.

Declarat Paulus euangelicæ philosophiæ capaces, debere paullatim ad subli-miora suam mentem euehere, si modò se præstent faciles & attentes sacra-rum literarum professori peritissimo, qui studet pro viribus nodosa enodare, im-plicata explicare, & obscura illustrare, & abditiora scripturarū mysteria deterge-re, & admonere Christianos ne frequenter ac subinde iacent fundamental pænitentia ab operibus mortuis, adeò diuina misericordiæ fidendo, vt parum ad iu-stitiam Dei attendant. & ad illud supremum iudicium quod alios æternæ beatit-

tudini addicet, alios verò perpetuis suppliciis. Siquidem sacro baptismo à pristinis virtiis repurgati, debent studiis omnibus eniti ut euadant perfecti, ac ad supremum virtutum omnium fastigium assurgant, & ad Deum, velut ad tutissimam & firmissimam suæ salutis anchoram configiant, qui pollicitationes æternæ hereditatis Abrahæ factas, iure iurando confirmauit & stabiuit.

Caput sextum.

„  Vapropter internittentes inchoationis Christi sermonem, „ ad perfectionem feramur: non rursus iacentes fundamen- „ tum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, ba- „ ptismatum, doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac re- „ surrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siquidem „ permiserit Deus. Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, „ gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritusfan- „ citi, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutésque secu- „ li venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rur- „ sum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.)

Qui didicerunt elementa cœlestis philosophiæ, si modò se reddiderint attentos & dociles illi, qui diuino numine afflatus mysteria Dei interpretatur, poterunt ad sublimiora prouehi, non auscultantes pseudapostolis, qui dicebant hominem post baptismum in peccatum mortale lapsum, debere iterum baptizari. quod omnino reprehominè in peccatum fallit Apostolus, reiiciens doctrinas variorum baptismatum, & planè docens hominem non posse hac via consequi remissionem subsequentium delictorum. Et ridiculum est, imò plusquam prophanum iterare baptismum: quasi non solùm semel, sed frequenter Christus pro nobis supplicium mortis pertulerit. Quòd si ita esset, haberemus ludibrio & ostentui sacram dominicæ passionis mysteriū. Et quia Christus semel pro nobis mortuus est & resurrexit, nos semel in sacro baptisme illi commorimur, illi consepelimur & conresurgimus: quare nemo consequetur remissionem suorum subsequentium peccatorum, si crediderit iterandum esse baptismum. & propterea Paulus nos adhortatur, vt omisis his quæ pertinent ad principium nouæ legis feramur ad perfectiora & sublimiora. Sunt autem hæc euangelicæ legis elementa e- uagelicæ legi rudibus perdiscenda, Vnus est Deus, Vna fides, Vnum baptisma, Est & remissio peccatorum per pœnitentiam. Datur Spiritussanctus per impositionem manuum Apostolorum & Episcoporum. Est resurrectio mortuorum, & nouissimum iudicium. Hæc autem omnia & longè plura in Symbolo Apostolorum continentur. Qui autem hæc nouæ legis primordia & elementa capiunt, debent ferri ad altiora. quod manifestat hic locus, *Quapropter intermittentes inchoationis, potius principij Christi sermonem, ad perfectionem feramur.*) His etenim exordiis rudes adhuc in Christo initiantur & instituuntur, nempe catechumini. Non rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deum, doctrinæ, baptismatum, impositionis quoque manuum & resurrectionis mortuorum ac iudicij æterni, & id quidem (si Deus annuerit) faciemus.) Reuelavit Paulus errorem Hebræorum, qui post perpetrata delicta iacebant iterum fundamentum fidei, pœnitentiæ, baptismatis, impositionis manuum, resurrectionis mortuorum ac iudicij æterni, ac si nunquam prius baptizati fuissent, & de novo venissent ad cognitionem fidei. Putabant & illi ad delenda peccata satis esse cæremoniæ sacramentorum, atque hac fiducia licentius peccabant, quòd arbitrarentur subinde

inde licere ad ea remedia recurrere. Hoc autem non erat intentandum, sed debebant iactis sibi Christianæ doctrinæ fundamentis à virtute in virtutem progredi, & à tempore regenerationis secundum spiritum viuere. Hoc autem faciunt quibus Deus annuit & patrocinatur. Siquidem secundum spiritum viuere Dei donum est. Illi rursus iaciunt fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, qui frequenter & subinde peccant, & post assuefactionem à peccato resipiscunt, dolent & vehementer quòd Deum variis actibus offenderint, tristantur quòd non possint ex se tanquam ex se à fouea vitiorum in quam lapsi sunt, explicari: Aut quod peius est, diuinæ misericordiæ & sacramentis à Christo institutis nimium confidentes, licentius peccant, eos tamen quouismodo pœnitent quòd toties ac toties diuinam maiestatem offendant, verumtamen eorum pœnitentiæ videtur esse imperfecta, quia pœnitentia est recessus à malo, & firmum in pœnitente propositum continet non relabendi. Infirmitas tamen humanæ naturæ nisi diuino auxilio nitatur, ad perpetrandum rursus peccatum nos prouocat, & præsertim assuefactio in nobis iam parta, quæ non minus quā contagiosa quædam pestis fugienda est. Dicitur autem pœnitentia fundamentum in hac vita, quia nemo suæ voluntatis arbiter potest nouam vitam inchoare, nisi pœniteat eum præteritæ. Intelligamus opera mortuæ peccata mortalia, quia ad mortem æternam nos pertrahunt: Siquidem stipendia peccati mors. Nec satis est infideli ad vitam æternam assequendam, vt eum prioris vitæ pœniteat, sed opus est vt ad fidem accedat: Idcirco adiecit Apostolus, Fidei in Deum, vt scilicet assentiat his quæ Deus dicit. Vnde dicebat Christus suis discipulis, Creditis in Deum, & in me credite. Adhæc, Præter fidem, opus est sacro Christi baptismo intingi: Nam scriptum est. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Item, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritus sancto non potest intrare in regnum Dei, siquidem per baptismum inferimur Christo. Et propterea addidit Paulus, Baptismatum doctrinæ. Docti interpres hunc locum coniunctim legunt, vt sit fundamentum doctrinæ baptismatum, hoc est, de doctrina illa quæ est de baptizandis: Nam doctrina prima post fidem Christi tradi solet baptizandis hoc est, cathecuminis. Nec cogimur ex hac Pauli doctrina more quorundam interpretum comminisci tria baptismata, fluminis scilicet, flaminis & sanguinis. Primum est necessarium ad salutem assequendam, saltem in proposito, vt quis destinato animo velit sacro aquæ baptismo ablui. Et ad hoc recurrent & referuntur baptismata fluminis & sanguinis. Baptisma fluminis in contritione cordis & displicantia peccatorum, situm est: Sanguinis verò baptisma in illis agnoscitur qui pro nomine Christi suum sanguinem effuderunt. hoc autem baptismata probati sunt innocentes à bimatu & infrâ. Hæc autem tria baptismata in vnum coëunt, quia duo vltima non habent vim nisi ad primum referantur: Quare non sunt afferenda tria sacramenta quibus regeneramur, sed duntaxat vnum, nempe baptismus fluminis. Præterea debemus credere quòd per sacramentalem manuum impositionem vt in sacramento ordinis datur Spiritus sanctus: Et quòd in sacramento confirmationis datur Spiritus sanctus ad robur fidei. Insuper nos oportet firmissime credere resurrectionem mortuorum, sine qua inanis est fides nostra. Et qui negat resurrectionem mortuorum, negat Christum à mortuis resurrexisse. Persuadeamus & nobis constanti fide iudicium æternū. quod ex eo censetur esse æternum quòd qui eo iudicabuntur siue ad vitam siue ad mortem, sic in æternum sunt mansuri. Vnde dicit Christus in Euangeliō Matthæi, Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Deinde Paulus ostendit non esse iterandum baptismum, nec illos qui cupiunt rebaptizari posse consequi fructum crucis Christi, imo tantæ rei mysterium subsannare, & conténere. *Impossibile est inquit eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt rursus renouari ad pœnitentiam,*) Hoc est, denuo baptizari.

Vera pœnitentia.

Opera mor-
tua.

Ioan.14.
Mar.16.

i. Cor.15.

Matth.25.

Tit.3. Et appositi Paulus vocat Baptismum renouationem , quia solus baptismus renouuat. Vnde in epistola ad Titum dicit idem Apostolus , Christum secundum suam misericordiam saluos nos fecisse per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Quod autem hæc sit mens ipsius Pauli, subsequens hæc lectio planè declarat, Rursum crucifigentes, aut si maus, recrucifigentes sibi metipis filium Dei & ostentui habentes, aut ut alij legunt, ostentatione triphantibus. Alij legunt, ludibrio expONENTES. Qui enim baptismum iterant, faciunt iniuriam dominicæ cruci; nam postu-
Qui baptis- lant iterum Christum crucifigi. Paulus autem baptismum appellat vñacum Chri-
mū iterant, sto crucifigi, commori & consepteliri. Proinde ut ille non nisi semel mortuus est, ita faciunt iniu non conuenit iterari baptismum. Huic quoque sententiæ propemodū accedit Am-
bro- niam domi- brosius libro 2. de Poenitentia capite 2. dicens aduersus illos qui perperam intelligé-
nica cruci. tes hanc Pauli doctrinam, in hæresim lapsi sunt, Etenim quia Paulus de remittenda
Ambrosius. prædicauit poenitentia, debuit & de iis qui iterandum putant baptismum, non silere:
& prius sollicitudinem nobis auferri oportuit, ut sciremus etiā post baptismū, si qui peccarent, donari eis posse peccatum: ne spe veniæ destitutos iterandi baptismatis opinio vana peruerteret . Deinde iterandum non esse baptisma rationabili disputatione suadendum fuit. De baptismate autē dictum, verba ipsa declarant, quibus significavit impossibile esse lapsos renouari in poenitentiam . Per lauacrum enim renouamur, per quod renascimur, sicut ipse Paulus dicit, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte , ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Deniq; scriptū est, Quia qui-
Ibidem. cunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et infra, Si enim cōplantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: sciētes quia vetus homo noster simul cōfixus est cruci. Et ad Colossenses ait, Consepul-
Coloss.2. ti ei in baptismo, in quo & consurrexisti. Quidam hæretici sequentes hæresim Nouati, dixerunt Paulum hoc loco, Impossibile est &c.) voluisse afferere hominem à baptismo relapsum in peccatum mortale, non posse Deo per poenitentiam restituiri. verū illi fœdè lapsi sunt, & à veritate exciderunt. Nam Paulus quendam incestu-
i. Cor.5. sum Corinthium tradidit Satanæ in interitum carnis, ut spiritus eius saluus fieret, in die Domini nostri Iesu Christi. Quod si à baptismo non esset locus poenitentiae, non eum excommunicasset . Finis enim excommunicationis est, ut is qui sententia excommunicationis feritur & vulneratur, per salubrem resipiscientiam ad gremium & consortium ecclesiæ redeat. Et alibi scribit Paulus, Tristitia quæ secundum Deum est, poenitentiam operatur in salutem stabilem. Tum quoque diuus Ioannes admonet in sua Apocalypsi septem angelos ecclesiarum qui erant illarum ecclesiarum Episcopi & pastores, ut poenitentiam ab operibus mortuis agant. Primo angelo dicitur, Memor esto vnde excideris, & age poenitentiam , & prima opera fac . Et tertio angelo dicitur similiter, Poenitentiam age, si quominus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei . Et quinto angelo dicitur, Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Et subditur, In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris & serua, & poenitentiam age . Et septimo dicitur, Aemulare ergo , & poenitentiam age . Hinc clare perspicimus confugientem cum bona fiducia ad thronum diuinæ misericordiæ post lapsum consequi remissionem suorum peccatorum. Scribit & idem Apostolus in sua prima epistola canonica, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Insuper ex Euangelistarum scripturis nobis compertum est à parabola pastoris requirentis ouem suam perditam , Christum dixisse; Deus magis gaudet super uno peccatore poenitentiam agentem, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indi-
Luc.15. gent poenitentia. Et cùm Petrus dixisset suo præceptor: Domine, quoties in me peccabit frater meus , & ego ei dimittam? Num vsque septies? Respondit præcep-
Matth.18. tor, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagiessepties . ac si planè innue-
ret,

ret, Sis semper paratus condonare veniam tuo fratri in te delinquenti. Et cùm diuina misericordia sit infinita, & longè maior iniquitatibus nostris , semper nobis est ad cœlestem medicum, post lapsum etiam assiduum, recursus & confugium. Adhæc in Ezechiele scriptum est, Cùm auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam , ipse animam suam vivificabit : Considerans enim & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita viuet, & nō morietur. Et paulò post, Conuertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum , & spiritum nouum. Non tamen ita diuinæ misericordiæ fidendum est, vt subinde in vitia priora relabamur : nam diuinæ misericordiæ citò iustitia appropinquat. Et qui per as-
su- tuitionē mandata Dei præuaricatur, in se iram Dei prouocat, & durius cruciabitur. Hæc fusius alibi tractauimus . Verū postulat tempus ut singula huiusc Paulinæ doctrinæ verba explicemus. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c.) Qui aliquando mentem habuerunt densissimis ignorantiae tenebris obductam , per fidem à Christo illuminantur. Hinc illud Pauli, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus: Siquidem ille est qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Gustauerunt illi donum coeleste, qui iustificationem à peccatis acceperunt, aut gratiam Dei à celo dimanantem receperunt. Omne enim da-
Iaco.1. tum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre lumen. Sunt & illi participes Spiritus sancti, qui dona Spiritus sancti ad mēsuram acce-
Ioan.3. perunt. Et quia Christus spiritum sanctum plenè habuit iuxta doctrinam illam, Nō
Ioan.6. enim ad mensuram dat Deus spiritum: non censetur particeps spiritus sancti. Gustat & illi bonum Dei verbum, qui euangelico cibo nutruntur, & ab illo discunt qui ha-
bet verba vitæ æternæ. Gustauerunt & virtutes futuri seculi , qui corpus & sanguinem Christi sub speciebus sacramentalibus dignè receperunt, aut in spe gustauerunt bona futura. Illi autem in sua vitia prolapsi sunt, qui coenosæ vitiorum sentina fœ-
dantur & inuoluuntur , ac prioris vitæ fôrdibus tanquam sues voluantur . Et pro-
pterera difficile à suis inueteratis vitiis resurgunt.

” Terra enim sæpe venientem super se bibens imbre, & germinans
” herbam opportunā illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo.
” proferens autem spinas ac tribulos reproba est, & maledicto proxima,
” cuius cōsummatio in combustionē. Confidimus autem de vobis dile-
” ctissimi, meliora & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Non enim in-
” iustus Deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quā ostendistis
” in nomine ipsius, qui ministratis sanctis & ministrastis . Cupimus autem
” vnumquaque vestrum eandem ostentare solitudinem ad expletionē
” spei usque in finē: ut non segnes efficiamini, verū imitatores eorū qui fi-
” de & patiētia hæreditabunt promissiones . Abrahæ nāque promittens
” Deus, quoniā neminem habuit per quem iuraret maiore, iurauit per se-
” metipsum, dicens, Nisi benedicēs benedicā te, & multiplicans multipli-
” cabō te. Et sic longanimiter ferens adeptus est repromotionē. Homines
” enim per maiore se iurant, & omnis controversiæ eorū finis ad confir-
” mationē est iuramentum. in quo abundantius volens Deus ostendere
” pollicitationis hæredibus immobilitatē consilii sui, interposuit iusurā-
” dum: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum,
” fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenēdam proposi-
X. ij.

„tam spem, quam sicut anchora habemus anima tutam ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis, ubi praecursor pro nobis intravit Iesus secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in eternum.)

Hoc loco Paulus attendens ad praecedentia, cōfert hominem cum terra. Quemadmodum enim terra bibens hymbrem ē cōlō cadentem, & proferens herbam eis propter quos colitur idoneā, à Deo benedicitur: proferēs verò spinas & tribulos reproba est & maledictione digna, ita homo natura p̄sidiis bene vtes, quibus bona opera molitur, à Deo benedictione accipit, cū verò natius p̄sidiis & diuinis donis per suam socordiā abutitur, Dei maledictione incurrit, & dignus est qui vtricibus flāmis cōburatur si sepius ac sepius in priora vitia reciderit. Et praesertim diuinā benedictione sentit cū pietatis officia sanctis impartitur, & pauperū necessitatē suis bonis subleuat, quod haud dubiē hic cōtextus manifestat, *Confidimus de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti, tame si ita loquimur: Non enim iniustus Deus ut obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministratis sanctis & ministratis.*) Qui enim vltro sua bona egenis erogant, & nudos operiunt, optimum Deo sacrificium offerūt.

Math.25. quod manifestat Christus dices in Euangelio Matthæi, Amen dico vobis, quandiu fecisti vni de his fratribus meis minimis, mihi fecisti. Et propterea pro tam propensa in famelicos beneficentia, amplissima mercede donabuntur. Hoc autem subaperit hic locus, Non enim iniustus est Deus ut obliuiscatur operis vestri. Obliuiscitur autē omnium iustitarum hominis, quando abutendo gratia Dei perseuerat in malo. Verū ut diuinæ benedictionis fructū vberius percipiāmus, opus est vt in bonis operibus cū omni alacritate & diligētia perseueremus, nec ob ingruentes malorū omniū procellas ab incēptis desistam⁹. quod indicat hæc exhortatio, Cupimus autē vnumquemque vestrum eandē ostentare solicitudinē ad plenariā certitudinē spei vlique in finem, vt non segnes efficiāmini, sed imitatores eorū qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Hoc autē Paulus sub omniū oculos ponit exemplo Abraham, quē Deus singulari benedictione benedixit, & coelesti hæreditate ditauit, *Abraham inquit promittens Deus quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicens, Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te: Et sic longanimititer ferens adeptus est repromissionem.*) Intelligamus longanimitatem esse malorum tolerantiam cū expectatione verorum bonorū. Et longanimes sinistra quæque inuita animi magnitudine perferre. Et ne fideles ob duras & assidas aduersitates suā lōganimitatē remitterent, minusq; diuinis pollicitationibus fiderēt, iurauit Deus per semetipsum vt de promissis certiores efficerētur. Sic enim legim⁹ Deus iurasse Abraham, **Gene.22.** Per memetipsum iurauit, dixit Dominus, quia fecisti hāc rē, & nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicā tibi, & multiplicabo semen tuū sicut stellas coeli & velut arenā quæ est in littore maris. Possidebit semē tuū portas inimicorū suorū, & **Iuramentū** benedicētur in semine tuo omnes gētes terræ, quia obedisti voci meæ. Et quod scripsit non est p̄tura cōmemoret Deū iurasse, nobis sanè debet esse exploratū, iuramentū de se non illicitum. esse illicitū: Assuefactio tamen iuramenti interdicitur, quod manifestat Ecclesiasticus **Eccle.23.** dicens, Iurationi nō assuescat os tuū. Porrò quia iuramentū est inuocatio Dei in testimoniū, & Deus neminē habet se maiore & præstantiorem, per semetipsum iurat vt dictum est. Et firmissimē is iurat & frequēter si velit, qui nec fallere nec falli possit. Homo autē per Deū longē se maiore & perfectiore iurat, & iurando suū Deū (quem in testimoniuū tutō profert) reueretur, colit & adorat. Adnotemus & in iuramento duo spectanda, id per quod iuratur, & effectū iuramenti. Illud autē per quod iuratur siue iuriū adū p̄statur, est maius & excellētius quāvis creatura. alioqui quod dubiū est, nō cōfirmaretur: Siquidē nihil aliud est iurare, quā dubiū cōfirmare. Cū enim hæfatas si famulus tuus pecuniā tua sit furatus, ad iuramentū eum astringis, quod si verū sit quod iurat, tua hæfatio soluitur prorsus & extinguitur. Et quēmadmodum in scientiis humanis cōclusio firmatur principiis notioribus & certioribus, ita hominum

num iuramenta firmantur & solidātur Deo, quo nihil est maius & certius. Verū dicet quispiam, Aliquando iuramus per creaturā, sicut Ioseph iurauit per salutē Pharaonis, non igitur semper per Deū iuramus. Huic argumento satisfaciunt doctores Scholastici, dicentes duplē esse modum iurandi per Deū. Vno modo, per simplicē *Duobus* attestatiōē, cūm absolutē dicitur, Per Deum ita est, Testor Deū, q̄ ita est sicut ego *dis iuram⁹*. dico. Vnde ad Romanos scribit Paulus, Testis est mihi Deus cui seruo in spiritu Rom.1. meo. Alio modo per execrationē, quando quis iurat per suam animā, aut per suum caput, & petit à Deo vindictā fieri de sua animā aut de suo capite, nisi ita res habeat. sicut dicebat Paulus, Ego autē testem Deū inuoco in animā meam, q̄ parcens vobis **2.Cor.1.** nō veni vltra Corinthū. quasi vellet innuere, Obligo animā meam pro testimonio, pro quo nomen Dei assumo. Nec iuramus per creaturā, quatenus talis est, sed quatenus in ea sublucet quoddā indicium diuinæ potestatis. Et qui iurat per creaturā, in Deū refert suum iuramentū. Hæc & fusius alibi discussimus. Effectus autē iuramenti est, vt omnis cōtrouersia dirimatur, & litigia omnia ac iurgia soluantur. **Exo.22.** Quod si quis coram iudice in detrimentū alterius, gratia aut fauoris, aut lucri aucupandi iurauerit, sciat se in perniciem suā animā iurasse, quia ita impudenter iurando, diuinam maiestatem offendit. Diuina autem lege introductum est iuramentum, vt sit status cūm ad primam veritatem peruenitur, quod fit cūm ipsa in testimonium inuocatur. Vnde in Exodo scriptum est de fure latente, Applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui. Deinde Paulus manifestat Deum ob id iurasse vt ostenderet quām firma sit sua pollicitatio, *In quo volens Deus hæredibus promissionis, abundantius ostendere consilij sui immutabilitatem. Interposuit iusiurandum ut per duas res immutabiles, in quibus impossibile est mendacem esse Deum firmissimum habeamus solatum: qui configimus ad propositam spem, quam veluti anchoram anima tutam habemus ac firmam, & ingredientem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis ingressus est Iesus, secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in eternum.*) Licet cōfiliū Dei natura sit immutabile, fixum & veracissimum, tamen Deus volens plenius hæredibus suā pollicitationis ostendere immutabilitatem sui consilij, interposuit iusiurandum. quod est immutabilis veritatis signaculum: Et id pro nobis factum est, vt cum firmissima certitudine æternæ hæreditatis recipienda, exultaremus vehementer in eo, qui suā promissionem irreuocabilis certitudinis sacramento confirmauit. Illaz autem duæ res immutabiles, quibus impossibile est Deum mentiri, sunt, Dei consilium & iuramentum, si proprius velis ad mentem Pauli accedere. Hæc autē duæ res immutabiles nos mirum in modum consolantur, nōsque faciunt cōfugere ad propositam spem: quā nobis per euangelicam fidem à Deo præoblatam & vltro porrectam intelligimus, & quā velut anchoram habemus anima tutam ac firmam, Confert autem Paulus anchoram cum ipsa spe. Scut enim anchora in mari nauē firmat & fixam reddit, ita spes animam firmat in Deo: firmitas autem spēi facit nos ingredi usque ad interiora velaminis, & cōlorum penetralia. Dicuntur autē interiora velaminis, quia ita sunt abdita, obtenta & obducta, vt hominum conspectum pro hoc statu arceant: Nemo enim vidit aut intellexit quā p̄parauit Deus diligentibus se. Intelligamus Paulū per sancta, quē erant in tabernaculo, significasse statum ecclesiæ militantis: Et per sancta sanctorum, quæ velo à sanctis distincta erant, statum ecclesiæ triumphantis. Adhac, Per velum templi materialis in figura designauit cōlūm: voluitque per Mo. saicūm pontificem qui erat pro Iudaico populo intercessor & mediator, adumbrare Christum venturum, qui verum velamen templi Dei, hoc est, cōlūm cōlorum ingressus est, factus pro nobis Pontifex in eternum secundum ordinem Melchisedech. Ex eo autem tanquam præcursor aut viæ monstrator, pro nobis ingressus est est interiora & abditiora velaminis, quia ad tabernaculum sui patris fecit nobis aditum: Siquidem ex Euangelio Ioannis cognoscimus Christum dixisse suis discipulis, Vado vobis parare locum. **Ioan.14.**

Argumentum septimi capit. 1

Melchisedech Dei summi sacerdos præstantissimus, multis modis adumbravit supremum euangelicæ legis pontificem. In primis ab interpretatione nominis, quod sonat regem iustitiae. Deinde quod rex Salem, siue rex pacis dictus sit. Quod etiam fuerit sine patre & matre & genealogia. Adhac, quod illi Abraham a-gens de domitis hostibus triumphum, decimas ex præcipuis suis bonis obtulerit. Et quia Leuiticum sacerdotium nō erat consummatum & perfectum, Christus à sacerdotio Aaron suam pontificiam autoritatem & dignitatem non accepit, sed secundum ordinem Melchisedech designatus est à Deo pontifex in æternum. Et sicut Mosaicum sacerdotium propter suam infirmitatem translatum est, ita & lex, quæ neminem vñquam ad perfectionem adducere potuit. Ad fælicitatem autem æternam, & absolutissimam bonorum omnium consummationem, nos Christus & suo sacerdotio & sua lege euangelica perduxit, qui vna hostia vñaque immolatione sui corporis, totius mundi hostes detersit.

Caput septimum.

Ic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiavit Abrahæ regresso à cæde Regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham. primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre sine matre, sine genealogia, neque initium dierū, neque finem vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est à fratribus suis, quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat re promissiones, benedixit. Sine autem vlla contradictione, quod minus est à meliore benedicitur. Et hīc quidem, decimas morientes homines accipiunt, ibi autem contestatur quia viuit. Et (vt ita dictum sit) per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus est: Adhuc enim in lumbis patris erat, quādo obuiavit ei Melchisedech.)

Melchisedech. Quād excellens fuerit Melchisedech, qui Christum variis modis præfigurauit mādech Chri- nifestat exordium huiusc capitis, in quo Paulus plenè docet quid inter nouum & stum variis vetus Testamētum intersit. Quād si Melchisedech dignitate & virtutum magnitudine præcelluerit Abraham & omnes legitimos sacerdotes ab eo ortum ducentes, figurauit. multo magis Christus. Quād autem Melchisedech sacerdos Dei altissimi, obuiauerit Abrahæ regresso à cæde regum, testatur liber Geneseos in quo scriptum est, Abraham cum trecentis & octodecim vernaculis percussisse quatuor reges Chor-dorlaomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Samnaar, & Aroch regem Ponti, quibus vici & profligatis, Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit Abrahæ, & ait, Benedictus Abram Deo excelso, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Sciamus autem oportet quād Paulus subinfert, mysticè

mysticè & per allegoriam debere intelligi. Et eo artificio eum vt, vt ostēdat Christum voluisse deducere suum sacerdotiū à sacerdotio Melchisedech, & non à sacerdotio Leuitico. Quād si ita sit (nec hēsitādum est) sacerdotium Melchisedech Ioh. Melchise-dech fuit antiquius & perfectius sacerdotio Leuitico. Quid autem sibi velit Melchise-dech ab interpretatione, declarat Paulus ad Hebreos Hebraicè scribēs, Primum qui dem interpretatur Rex iustitiae, siquidem Malci apud Hebræos dicitur rex meus. In cō-tiquius & positione autem Iod litera euphoniac gratia assumitur: Zedec verò dicitur iustitia. perfectius sacerdotio Le Et quis ignorat Christū hac in re per Melchisedech adūbratum fuisse? Nā de eius re gno omniū florētissimo & iustissimo ac inculpabili æquitate cōmendatissimo, scripsit Zacharias dicens, Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem, Ecce rex tuus Zach. 9. veniet tibi iustus & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam & super pullū filium asinæ. Dictus est Melchisedech, Rex Salem, ab interpretatione, Rex scilicet pacis, quod eminentissimè Christo competit, nam dicit Esaias, Vocabitur nomē eius ad mirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Huic quoque sententiæ arridet Psalmographus dicens, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Et quād Melchisedech Abrahæ benedixerit, planè monstrabat neminem non accepturum à Christo, summo sacerdote benedictionem etiam perducentem ad palatia regni coelorum, si modò syncera fide & præceptorum obseruatione ei adhæserimus: Etenim scriptū est, Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Quād si Melchisedech benedixerit Abrahæ deuictis suis inimicis, qui legem naturalem conculcauerant, & aduersus Deum insurrexerant, benedicet & Christus suis veris & inuictis athletis, qui alacriter aduersus aereas potestates dimicarunt, earūque vires & copias fregerunt. Voles autem Abraham Dei altissimi summus patriarcha, aliqua ex parte remetiri gratiam quam in singulari benedictione à Melchisedech receperat, & compēsare quousmodò beneficium spirituale beneficio temporaneo, omnium suorum bonorum decimas ei diuisit, siue rectè distribuit. Verū dicet quispiam, Lex Mosayca præcipiebat decimas bonorum omnium dari pauperibus: non igitur ante legem exsolabantur decimæ. In Numeris legimus Deum dixisse Aaron summo pontifici, Primitiā Num. et 8 tias quas voverint & obtulerint filij Israel tibi dedi & filiis tuis & filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua vescetur eis. Omnem medullam olei & vieni ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. Vniuersa frugū initia quā gignit humus, & domino deportantur, cedent in v̄sus tuos. Respondeo cærimonialia veteris legis esse quasdam determinations præceptorū iuris naturalis, & moralium. Attēndendo autem ad ea quā erant iuris naturalis seruabantur legem, duntaxat pro voto obseruantum sine aliquo præcepto. Quād autem aliiquid offeratur Deo in recognitionem supremi dominij, est naturale, sed quod offeratur agnus aut vitulus aut hyrcus, est cærimoniale. Similiter ius naturale postulat vt sacerdotes Deo inferuentur nutriantur à populo etiam gentili. Vnde legimus in Genesi, cū Ioseph emisset omnem terram Aegypti videntibus singulis possessiones suas pr̄ magnitudine famis, subiecit eam Pharaoni & cunctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti v̄sque ad extremos fines eius pr̄ter terram sacerdotum, quā à rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebātur: idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Determinatio autem huius partis est per legem. Vnde dicit scriptura, Omnes decimæ terræ siue de pomis arborum siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Aut dic multo clarius, Quād Abraham non obtulit ex præcepto decimas ipsi Melchisedech, sic quād astringeretur ei offerre, sed duntaxat in recognitionem beneficij accepti: lex enim naturalis suę animæ insculpta compellebat eum refundere temporaneum beneficium illi à quo spirituale receperat: Dicit enim Paulus, Si vobis spiritualia seminauerimus, cur vestra carnalia non metemus? Quād si teneantur laici exoluere decimas curatis sacerdotibus, miror cur Reges à sacerdotibus deci-

Cap.7. COMMENTARIIO. ARBOREI

mas exigunt, & singulis pene annis huiusmodi exactionibus sacerdotum prouentus imminuunt. Sed vulgata est responsio, Quod non accipiunt a sacerdotibus decimas vt decimæ sunt, sed vt quædam subsidia, cum aduersus hostem ineūt bellum, aut pro aliis regni negotiis huiusmodi præsidii indigent. Etenim succurrendū est principi aduersus hostē iusto bello decertanti. Intelligamus cur Abraham dedit decimas Deo per Melchisedech, Numerus denarius est perfectus, nam cōsurgit ex suis partibus aliquotis. Siquidem vnum, duo, tria & quattuor faciunt decem. Et quia omnis perfectio a Deo dimanat, idcirco Abraham per Melchisedech Deo decimas obtulit. Adiicit Paulus, *Sine patre, sine matre.*) forsitan ob id, quod scriptura non commemoret patrem aut matrem Melchisedech, sub nomine Melchisedech. Vide quæ scripsimus Tomo.2. nostræ Theosophiæ. Sed accuratius hoc in figura & mysticè in Christo intelligendum est: Nam Christus secundum temporaneam generationem fuit sine patre: Dixit enim angelus ipsi Ioseph, Noli timere accipere Mariā, coniugem tuam, quod enim in ea natū est, de spiritu sancto est. Et propterea Ioseph nihil contulit generationi Christi. Et duntaxat Ioseph putatur Christi pater, pater quidem nutritius. Est & Christus sine matre, quantum ad æternam generationem, quia solus pater eum ab æterno genuit, *Sine genealogia.*) Quasi dicas, cuius generis origo non possit reddi. Et ob duplē rationē reticetur in scriptura Genealogia Christi vt adnotat Thomas. Vna, ad manifestandū quod eius generatio est inefabilis: dicit enim Esaias, Generationem eius quis enarrabit? Altera, ad declarandum quod Christus, qui introducitur vt sacerdos, non pertinet ad genus Leuiticum, nec ad genealogiam veteris legis. Et licet dicat Mattheus, Liber generationis Iesu Christi, &c. tamen eius genealogia sic est habita, quod non est habita: sic nota, quod est ignota. Sicut enim incarnationis Christi mysterium etiam reuelatum, manet occultum, ita genealogia Christi etiam reuelata, manet occulta, nec cum ceteris est conferenda, sed est super omnes: est enim permixta eius generatio, humana & diuina. nam Christus Deus est & homo. Ad hec, cum Genealogia sit continuata generationum series in aliquem ultimum finaliter deductā, quomodo propriè poterit esse Christi Genealogia? Sic enim aptè dices, Dauid genuit Salomonem, Salomo Roboam, & hucusq; Natthan genuit Iacob, Iacob genuit Ioseph, sed non amplius dici poterit continuata serie, Ioseph genuit Christum: & propterea non tam hæc est Genealogia Christi, quam Ioseph, vt in quem ceu ultimum continuata generationum series sit deductā. *Neque initium dierum, neque finem vitæ habens.*) Certū est Christum secundum æternam generationem non habuisse initium dierum neque finem vitæ, quia ab æterno genitus est. Vnde dicit Propheta, Ante luciferum genui te. Nam scribit Ioannes, In principio erat verbum. Secundum tamen temporaneam generationem habuit initium dierum, quia ex tempore de virgine Maria natus est. Habuit & finem dierū, quia mortuus est pro nobis, licet non sit posthac habiturus: quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Et propter illas similitudinum rationes concludit Paulus, *A similatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.*) Ex eo autem Melchisedech manet sacerdos in perpetuum, quia non fit mentio in scriptura de fine sui sacerdotij nec de eius successore: Aut quia figurauit sacerdotem perpetuum, nempe Christum. Hinc vides sacerdotium Christi propter hanc similitudinem non esse simpliciter posterius sacerdotio Melchisedech, quia licet Christus vt homo, sit natus in tempore, tamen vt filius Dei manet in æternum. Deinde Paulus extollens dignitatem & autoritatem Melchisedech, hæc subnecit, *Intuemini, siue considerate quantus sit hic, potius qualis, cui & decimas dedit de præcipuis siue ex primiis Abraham Patriarcha.*) Licet Abraham electi populi Dei esset summus patriarcha, etiam & propheta, qui promissiones æternæ hæreditatis a Deo acceperat, tamē obtulit Melchisedech summo sacerdoti a quo fuit benedictus, decimas. Hinc cognoscimus regale sacerdotiū ipsius Melchisedech, fuisse vniuersale: Nam non solum ab indigenis, verū etiam ab alienigenis & peregrinis ei donabantur decimæ: Abra-

IN EPISTOLAM PAVLI AD HEBRAEOS. 263

ham enim ex primitiis suorum bonorum donans ei decimas, erat peregrinus & alienigena. Hoc autem in typo intelligendum est de Christo, cuius sacerdotium erat vniuersale. Sicut enim Melchisedech Hebreo Abrahæ, & Gentilibus Chananæis benedixit, ita Christus cum Iudeis tum Gentibus suas benedictiones impartiuit, vultusque sibi pro suis offerri ab omni populo decimas: aut quod vices decimatarum suppletat. Sacerdotium vero Aaron erat particulare. Nam solum Hebreo populo, qui secundum carnem ex Abraham descenderat, benedicebat, & duntaxat a Iudeis decimas secundam diuinam sanctionem recipiebat. Hoc autem explicat Paulus dicens: *Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, Ideo, a fratribus suis, quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat reprobationes, benedixit.*) Intelligamus duntaxat illos qui erant ex tribu Leui fuisse antiquitus diuinis officiis addictos, nec quidem omnes, sed tantum illos qui erant de stirpe Aaron. Vnde dixit Dominus Moysi, Applica ad te Aarō fratrem tuum, Aaron cu filiis suis de medio filiorum Israël vt sacerdotio fungantur mihi. Hinc vides quod soli sacerdotes Leuitici, qui ex stirpe Aaron descendebant a populo decimas iure diuino accipiebat. Verum dicet quispiam, Etiam omnes Leuitæ accipiebant decimas: Scriptum est enim, Filiis Leui dedi omnes decimas Israelis, non igitur soli sacerdotes recipiebant decimas. Respondeo, Leuitas non accepisse decimas, nisi quatenus ministrabant sacerdoribus, idcirco non propter se illis dabantur, sed propter sacerdotes. Exoluuntur & in novo testamento decimæ sacerdotibus. Nam dignus est operarius cibo suo: Determinatio tamen illius, vel illius portionis est ab ecclesia. In antiquo vero testamento erat a lege. Hoc autem loco, Cuius generatio non annumeratur in eis decimas sumpsit ab Abraham, declarat Paulus Melchisedech excellenter modo accepisse decimas, quam sacerdotes Leuiticos. Nam illi ex præcepto legis sumebant decimas, non autem Melchisedech, sed per se, & propterea non sine causa figurabat sacerdotium Christi, quod non erat subiectum obseruantis Mosaycæ legis: Manifestat & Paulus in eodem loco Melchisedech non descendisse ex semine Abrahæ, neque eius generationem cum Leuitis annumerandam esse. Benedixit & Melchisedech ipsi Abrahæ qui habuit reprobationes: Nā illi factæ sunt promissiones & semini eius, licet rem promissam non fuerit consequitus, sicut postea dicit Paulus de sanctis. Non acceperūt reprobationem. Quod autem Melchisedech maior fuerit ac potior Abrahæ patriarcha, monstrat hic locus, *Sine ulla contradictione siue controversia quod minus est a meliore benedicitur.*) Non videtur hæc esse iusta & accurata versio: Non enim minus ad melius refertur, sed ad maius. Aut igitur vertendum erat, *Quod minus est a maiore benedicitur, aut, Qui minus bonus est, a meliore benedicitur.* Nec oportet Socratem absolutè esse meliorē illo cui benedit & sacramenta administrat: Alioqui recidendū esset in errore pauperum Lugdunensium, qui dicebant, Iustum omnem esse maiorem & potiorem peccatore. Nec iustum laicum a malo sacerdote benedici, sed econtra. Et omnem iustum esse sacerdotem, nullum autem peccatorem esse sacerdotem. Si enim iustitia & bonitas sacerdotis esset necessaria in conferendis sacramentis, a quibus salus nostra pendet, nullus esset certus suæ salutis, nec sciret se recte esse baptizatum, quia non potest certò scire si sacerdos sit bonus aut iustus. Nemo enim scit utrum odio vel amore Eccle.9 dignus sit. Verum est quod requiritur innocentia & integritas vitæ in eo qui sua propria virtute in sacramentis operatur. Vnde de Christo in fine huius capituli, dicit Paulus, Decebat vt talis nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, &c. In sacerdote autem qui in administratione sacramentorum operatur duntaxat virtute & autoritate Christi, non requiritur absolutè bonitas & iustitia, licet admodum decens sit & expediens, vt sacerdos suis virtutibus, laicis præluceat. Qui autem Græcam linguam callent, legunt hoc loco, Absque autem controversia, *Quod inferius est, a potiore benedicitur siue, Quod minus est, a maiore benedicitur.* Et quia

Exo.28.

Num.18.

Matt.10.

Hebr.11.

Eccle.9.

Cap.7. COMMENTARIIO ARBOREI

Abraham fuit benedictus ab ipso Melchisedech, erat eo inferior. Et preclarè hoc in tipo conuenit Christo, qui aduersus suos calumniatores declarauit se esse maiorem ipso Abraham, dicens, Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum, & vidit & gauisus est. Probat & Apostolus duabus rationibus validissimis Melchisedech fuisse superiorem sacerdotibus Leuiticis. In primis quòd scriptura de Melchisedech ut viuente sit locuta, de fine autem & interitu eius suppressit. & hoc quia præfigurabat Christum viuentem in æternum: Non autem siluit de morte Aaron & aliorum sacerdotum veteris legis. Vnde dicit Paulus, *Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt, ibi autem contestatur quia vivit.*) Secunda ratio est hæc, Abraham non solùm pro se obtulit decimas ipsi Melchisedech, sed pro Leui, siue sacerdote Leuitico, qui ab eo sui generis originem deduxit, etiam cùm adhuc esset in lumbis patris sui, hoc est, cùm nódum esset natus. Hoc autem exprimit hic contextus, *Et vedi- dictum sit per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus est, adhuc enim in lumbis patris erat, quando ei obviauit Melchisedech.*) Perspicis clarè Leui quodammodo fuisse decimatum in suo patre. Cùm autē dicit Paulus, *Et Leui, particula, Et non est accipienda sim- pliciter pro cōiunctione copulatiua, verūm pro etiā, vt sit sensus,* Nō solùm Abrahā dedisse decimas Melchisedech, verum etiam in Abraham autore suæ gentis, ipsum etiam Leui, cuius est ius decimarum, soluisse decimas. Verūm decertabit quispiam, Si ob id Melchisedech fuerit maior Leui, quia fuit in lumbis Abrahæ, & decimato Abraham consequenter decimatus fuerit, cur Melchisedech non censetur esse ma-

Matth.1. ior Christo, qui fuit in lumbis Abrahæ, iuxta illam Matthæi narrationem, Liber ge-
Quomodo nerationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham? Respondeo Christum non ita Leui fuit in lumbis Abrahæ atque Leui: Nam Leui fuit in ipso Abraham, secundum ipso Abra- rationem seminalem & corpulentam substantiam. & propterea in Abraham fuit ham. decimatus. Christus autem non fuit in ipso Abraham secundum rationem semi- Quare Chri nalem, quia non fuit conceptus ex semine viri & mulieris, sed quantum ad corpus stus nō fuit conceptus de purissimo & sanctissimo sanguine virginis Mariæ, licet fuerit in in ipso A- ipso Abraham secundum corpulentam substantiam, sicut fuit in ipso Adam. & braham de- propterea in ipso Abraham non fuit decimatus. hinc concludendum est Melchi- cimatus. sedech non fuisse Christo superiorem & maiorem.

„ Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim „ sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordi- „ nem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordi- „ nem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis trans- „ latio fiat: In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus al- „ tario præsto fuit. Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus „ noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et am- „ plius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech „ exurgat aliis sacerdos qui non secundum legem mandati carnalis fa- „ ctus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis: Contestatur enim, „ Quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchise- „ dech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmita- „ tem eius & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introdu- „ ctio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum „ est non sine iurando (alij quidem sine iure iurando sacerdotes facti sunt. „ hic autem cum iure iurando per eum, qui dixit ad illum, Iurauit Domi- „ nus & non pœnitibit eum tu es sacerdos in æternum) in tantum me-

IN EPISTOLAM PAVLI AD HEBRAEOS.

264

, lioris testamenti sponsor factus est Iesus.) Probat hoc loco Paulus Sacer- dotium Leuiticum fuisse imperfectum. Si enim fuisset perfectum, non oportuisset Cur sacerdo Christum oriri sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, sed potius secun dum ordinem Aaron, atqui exortus est sacerdos secundum ordinem Melchise dech: igitur sacerdotium Leuiticum erat imperfectum. Quòd autem dicit Paulus populum sub sacerdotio Leuitico accepisse legem, non èd tendit quòd sacerdotium Leuiticum præcesserit legem, imo econtra: sed quòd per officium sacerdotale lex administraretur. vnde dicit Malachias, Labia sacerdotis custodiūt scientiam, & le- Malac.2: gem de ore eius requirent. Et quia Leuiticum sacerdotium propter suam imperfectionem, fuit in perfectius & longè absolutius translatum, subinde lex Mosayca quæ huiusmodi sacerdotio administrabatur, fuit in euangelicam translata. Is autem cuius est perfectum & euangelicum sacerdotium, sui generis originem à tribu Leui non accepit, sed à tribu Iuda, vt indicat Matthæus: de qua etiam Maria & Ioseph de scenderunt, Anna etiam & Ioachim ex tribu Iuda descenderunt. Exploratum est & nobis sacerdotes non deduxisse suum sacerdotium à tribu Iuda: nam de huiusmo di tribu nullus altario inseruuit, sed reges à tam nobili & antiqua stirpe descendere runt. Fuit autem ablatum sceptrum de Iuda, quando venit saluator noster, expectatio gentium. mysticè dicit Ioānes in sua Apocalypsi de Christo, Vicit leo de tribu Iuda. Adde, quòd benedictiones quas Iacob antequam moreretur suo filio Iuda impartitus est, rectè conueniunt Christo: Dixit enim Iuda, Te laudabūt fratres tui, Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui, Catulus Leonis Iuda. Nonne Apostoli & Euangelistæ fratres Christi summis encomiis Christum extulerunt, prædicarunt & magnopere commendarunt? cuius & nomen Christiani quotidie collaudant & suspiciunt? Nonne & Christus suos hostes & carnales & spirituales vicit, profligauit & debellauit? Denique, Nonne Christus ad similitudinem leonis suam fortitudinem suamque potentiam inenarrabilem quan do vult exerit & manifestat? In hoc autē contextu. *Et amplius adhuc manifestum est,* &c. Declarat Paulus quād diuersum fuerat sacerdotium Christi à sacerdotio Leuitico: Nam sacerdotium Leuiticum erat secundum legem mandati carnalis, sacerdotium verò Christi erat secundum virtutem vitæ insolubilis. Ex eo vetus testamentum vocatur carnale, siue lex Mosayca dicitur mandati carnalis, quia continebat quasdam obseruantias carnales, Circuncisionem scilicet & purificatiouem. Ad hæc, promittebat præmia carnalia, quod indicat scriptura illa, Si me audieritis, bona terræ comedetis. Nouum autem testamentum quod sacerdotio Christi illustratur, totum est spirituale: nam continet virtutem spiritalem, per quam ad vitam æternam perducimur: Pollicetur & præmia perpetua & vitæ insolubilem siue in æuum duraturā. Vnde dicebat Christus suis Apostolis, Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Dicebat & Petrus Christo, Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et quòd sacerdotium Christi continet vitam insolubilem siue æternam, quam non possunt dæmones suis machinis diruere & oppugnare, testatur Propheta dicens, Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. Quòd autem oportuerit fieri legis translationem argumento etiam clarissimo demonstrat Paulus dicens, *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem: Neminem enim ad perfectum adduxit lex.*) Nec verba hæc ita dicuntur à Paulo, quòd lex non fuerit sancta & iusta, nec Hebræorum populum iuuerit, sed quia neminem sub se militarem perfectum reddere potuerit: Si enim data esset lex quæ posset hominem iustificare & viuificare, frustra Christus supplicium crucis pro nobis pertulisset. Hæc ad Galatas longè fusiū explicata fuerunt. Lex tamen antiqua pro ratione temporis suum vigorem habuit. Quemadmodum enim lac tenellis infantibus destinato tempore plurimū conducit, & tate verò prouectioribus nihilo confert, ita lex Mosaica imbecillioribus & rudioribus Iudeis profuit, cùm illos ab idolorum cultu deterruit, & prescriptis quibusdam ceremoniis, iudiciis

& præceptis sub diuina obedientia coercuit: cùm verò fide & euangelica doctrina illustrati perfectiores euaserunt, nihil illis profuit. Repudatio autem & abrogatio prioris testamenti quantum ad cæremonialia, quia erat imperfectum & infirmum, causa est ut facta fuerit introductio melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Nec loqueretur Paulus de meliori spe, nisi Iudæi suam legem obseruantes sperarent se nonnihil fructus ex ea recepturos. Cùm enim se reddebant Deo morigeros, sperabant se adepturos terram promissionis, aut cùm aduersus hostes erant pugnaturi se victores euasuros. Spes autem illorum præmiorum solum spectabat ad corpus. Verùm meliori & solidiori spe fulcimur, quia speramus (si fecerimus quæ nobis Christus præscripsit) nos immortalitatē & felicitatem æternam assequuturos, & per tantæ spei præsidium (quod charitatē secū deuincit) nos futuros Deo quam simillimos. Aperit & Paulus multo clarius quantum intersit inter Christi sacerdotium & Leuiticum. Summus Mosaïcæ legis pontifex absque iuramento creabatur. Hic autem summus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, cùi iuramento Dei designatus est, vt maior certitudo fieret & plenius Dei verbis fides præstaretur. Iurauit enim Dominus, & non pœnitibet eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nec Deus iureiurando confirmasset sacerdotiū Christi, nisi Leuitico sacerdote Christus esset præstātor, eiisque testamentū antiquo longè præcelleret. quod haud dubiè subindicat hic locus, In tantum melioris testamēti spōsor factus est Iesus.) Sponsore autem vocat mediatorem & intercessorem. Siquidem sacerdos medius est inter Deum & populum, qui pro viribus adniti debet, vt eos ad cordiam reducat. Quòd si quis id efficere possit, præsertim Christus, qui oblatione sui sacrificij nos fractis & disruptis prioribus inimiciis, Deo reconciliauit.

” Et alii quidē plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere, hic autē eò quòd maneat in æternū, sempiternū habet sacerdotiū. Vnde & saluare in perpetuū potest accedētes per ipsum ad Deū. Semper viuens ad interpellandū pro nobis: Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem iusurandi, qui post legem est, filiū in æternū perfectū.) Quòd autem sacerdotium Christi sit sempiternum, non autem sacerdotium Aaron, hac ratione demonstrat Paulus, Ex eò quòd Christus manet in eternum, sempiternum habet sacerdotium: Mosaïcæ autem legis supremus sacerdos non manebat in æternū, quia mortalis erat, & eo defuncto qui erat ex eius stirpe, in eius locum surrogabatur, immo potius succedebat: Nam filii Aaron patre defuncto legitimum sacerdotium obtinebant, etiam quasi iure hæreditario. Et licet Christus mortem quando voluit, obierit (cui tamen non erat absoluē obnoxius, quia posuit animam suam quando voluit, & nemo à se vi abstulit: immo nec inferorum potestates potuerū eū cruci affigere) non tamen successorem habuit.

Christus nō habuit successorem, be ne quidem vicarium. Nam licet Romanus pontifex eius vices in terris obeat, nō tamen censetur eius successor: alioqui quicquid poterat Christus autoritate propria, posset eadem Romanus pontifex, quod est absurdum. Aliud enim est agere vicarium Episcopi, & agere Episcopum. Tātum ergo distat Leuiticū sacerdotiū à sacerdotio Christi, quantum mortale ab immortali. Et quia hic diuinus sacerdos permanet in æternū, potest accedētes per ipsum ad Deū, in perpetuū saluare. Qui enim credit in filium Dei, per filiū Dei accessum habet ad patrem. Et propterea potest salutē sempiternam impartiri illis, qui suo præsidio suffulti ad Deum sese transferunt. Obserua quæso quid dicat Paulus,

*Potest saluare in perpetuum, Non enim dicit hodie saluat peccatorem si resipuerit, sed Hæc defū in perpetuum, hoc est, semper paratus est eum ad salutem adducere, etiam si subin- mo aduoca- de ac frequenter Deum offenderit, si modò post frequentes lapsus ad diuinam mi- to obserua- sericordiam lachrymis, ieuniis, vigiliis, orationibus & cordis contritione frequenter confugerit: nullus autem sacerdos sub sacerdotio Christi militans potest in perpetuū saluare peccatores: Hæc enim potestas soli Christo reseruata est: Hic enim per semetipsum habet accessum ad Deum, nos autem per eum. Et nihil euangelicus sa- cerdos sine eius ope intentare potest: Si enim Deum precetur, eius auxilio precatur: Nam per eum habet accessum ad Deum, qui quatenus homo, preces nostras offert Deo. Et si peccatorem absoluat, eius virtute absolvit. Et propterea præclarè subiunxit Paulus dicens, Semper viuens ad interpellandum pro nobis.) Et quia semper viuit vt pontifex, semper vt orator interpellat pro nobis, nec finit nos (nisi ab eius semitis deflexerimus) in caminum ignis æterni intrudi. Et cùm pro nobis quatenus homo interpellat Deum, pro sua reuerentia semper exauditur. Huic Paulinæ doctrinæ suffragatur illud Ioannis, Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et quia Christus suum sanguinem pro salute totius mundi effudit, neminem vult perire. quòd si pereat, sua negligentia aut obstinata malitia perit. Et propterea semper interpellat pro nobis, vt quod in nobis foedum est, suis precationibus purgetur. Et propterea decebat admodum *vt talis nobis esset pontifex, sanctus, innocens.*) Sanctus, quòd nihil eorum quæ facere debeat, intermittat: Innocens, quòd malignitate careat. de quo dicit Petrus, Qui peccatum non fecit nec inuenit. *est dolus in ore eius.* Tum quoque Christus dicebat suis caluniatoribus, *Quis ex vo- bis arguet me de peccato? Impollutus.*) Nihil enim pollutionis & inquinamenti fuit in eius humanitate. cæteri verò sacerdotes propter imbecillitatem & infirmitatem suæ carnis, quam sentiunt peccato ipsius Adam inquinatam fuisse, polluuntur & fœdan- tur. *Segregatus à peccatoribus.*) quia non erat obnoxius peccato. Etenim decebat vt is qui est prorsus à peccato immunis, peccatores iustificaret. & quatenus homo, factus est cœlis excelsior: Nam eius humanitas paterno throno asidet. Meruit etiam sua perfectissima humilitate & obedientia, vt federet à dextris Dei. Et quia hic summus Pontifex est prorsus à peccatoribus alienus, & omni virtute superior, non habet quotidie necessitatem (quemadmodum sacerdotes Leuitici) pro suis & populi delictis offerre Deo hostias: hoc enim fecit semel seipsum offerendo, non pro suis sed populi delictis: frustra enim offerret hostiam pro se, qui nullius mali est sibi conscius. Et quod subiectit Paulus apertissime declarat sacerdotes veteris legis fuisse imperfectos, & carnis infirmitate circundatos, qui non facile peccatis obsistebant, sed vt imbecilli succumbebant. Summum verò euangelicæ legis sacerdotem, fuisse perfectum, nec seruitute peccati obstrictum, *Lex, inquit, homines constituit sacerdo- tes infirmitatem habentes: Sermo autem iusurandi, qui post legem est, filium in æternum perfe- cillum.*) Sermo iuramenti patris cœlestis, qui post Mosaïcam legem sacerdotium Christi confirmauit, & prius conditum abrogauit, constituit Christum, Dei quidem filium perfectum, sacerdotem in æternum. Aut cōiunctum legendo, In æternum perfectum, sensus erit, factum semper sacerdotē idoneum ac legitimū. quod de peccatore sacerdote dici non potest: Non enim semper idoneus est ac paratus ad peragēda sacra.*

Argumentum octauī capitīs.

*M*osaïcæ legis pontifex, umbratica sacra peragebat, & intra tabernaculum figuratum quod fixerat homo, versabatur. Offerebat & Deo temporaria donaria & pecudum victimas, quæ nihil aliud sunt quam typi quidam templi superni & hostiarum cœlestium. Sed euangelicæ legis pontifex summus, cùm in

terris versabatur, vera & cœlestia sacra peragebat, & nunc assidens magnifico throno Dei in celis, versatur in adytis veri tabernaculi quod fixit Deus. Et qui aliquando vna oblatione suum corpus Deo obtulit, suumque sanguinem (quo animi purificantur) effudit, nunc preces & supplicationes pro nobis offert, nec definit in euangelico testamento (quod Mosaicum longè præcellit) agere intercessorem & mediatorem inter Deum & homines. Quod si vetus testamentum fuissest perfectum, frustra Deus olim per Hieremiam pollicitus fuissest se daturum nouum, illo melius, efficacius & perfectius, quod non saxis aut chartis insculpendum est, sed intimis hominum præcordiis.

Caput octauum.

Apitulum autē super ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. Omnis enim pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur, vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terrā, nec esset sacerdos, cùm essent qui offererent secundū legem munera, qui exemplari & vmbre deseruiunt cœlestium, sicut respōsum est Moysi, cùm consummaret tabernaculū. Vide, inquit, omnia facito secundum exemplum quod tibi ostensum est in monte.)

Redit Paulus ad priorem disputationem de discrimine sacerdotij Leuitici & euangelici habitam. Summatim autem perstringit quæ fusiſ differuit. Et propterea dicit capitulum κεφάλαιον, Summa dicitur siue caput. Et duabus rationibus demonstrat Mosaicæ legis pontificem (quem tantopere Iudæi iactabant) longè fuisse inferiorem Christo, nouæ legis sacerdote supremo. Nec loquendum esse de veteri sacerdotio & testamento, nisi quatenus erat typicum, *Talem, inquit, habemus pontificem qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister & tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo.*) Diuinus pontifex qui semper est viuens ad interpellandum pro nobis, & quæ sermo Dei cum iuramento confirmauit, ea autoritate & dignitate excellit, vt dignus

Sedes maiestatis filij Dei. Aut hæc sedes magnitudinis, potius maiestatis, est excellentissima potestas iudicandi, quam pater dedit filio: Et quia dextera in animali pars est potior & præsterior, significabit hoc loco dextera, bona spiritualia. Itaque Christus sedet in dextera magnitudinis in excelsis, hoc est, in potioribus bonis. Et licet Mosaicæ legis terrenus pontifex esset sacerorum minister, & Sancta sanctorum ingredetur, duntaxat tamen sacra & sancta vmbra administrabat. Hic autem sublimis pontifex quatenus homo, quæ verè sancta sunt & sacra, nempe cœlestia administrat, & penetrans supercœlestia tabernacula, nos suis precibus adiuuat & cōsolatur. In hoc seculo administrat sacramēta gratiæ: In futuro verò sacramenta gloriæ. Vnica dictio cōposita secundum græcos, hanc orationē imperfectam, sanctorū aut sacerorum minister, cōpletebitur, λειτεγός, minister sacerorū, & qui pro aliis officio sacerdotij fungitur. vnde quod nos vocamus officiū, græci vocant λειτεγία. vocem quidē deductā à λειτοψ, quod significat locū publicum in quo versabantur magistratus, & ἔργον, opus. vnde λειτεγά, dicti qui in his locis magistratibus inseruiebāt. Adhac, Christus, summus sacerdos secundū ordinē Melchisdech, est veri tabernaculi, scilicet cœli minister, quod solus Deus præfixit. Vetus autē tabernaculū, carnale & temporaneū, cuius minister erat Aaron, hominū manibus fixū erat.

erat. Etenim Moses fixit tabernaculum in quo pontifices sacrificia offerebant, & pro populo preces fundebant. Quantum ergo distat cœleste tabernaculum à terreno, tamē distat cœlestis pontifex à terreno. Deinde ostendit Paulus in quo conueniunt *In quo cōueniunt omnes pontifices & Leuitici & euangelici, Omnis, inquit, pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur. Hinc necesse est ut habeat aliquid quod offerat.* sed Christus est pontifex, igitur offert vel obtulit munus & hostiam: Præter enim oblationem munera in pane & in vino, quod obtulit Deo, cùm augustissimum Eucharistiæ sacramentum instituit, fuit nobis munus cùm seipsum obtulit Deo, quia gratis nos redemit. & hostia, quia semetipsum immolauit pro nostra salute. Et eius oblatio fuit pura, munda & immaculata, agno typico præfigurata. Nam in veteri lege immolabatur Exo.12. agnus sine macula, masculus anniculus, quem Iudæi 14. die mensis primi sub vesperam comedebant. Et qui se obtulit, erat idem ei cui se obtulit. Nam scribit Ioannes, Ego & pater vnum sumus. Et nos vniuit Deo cùm seipsum pro nobis obtulit. Vnde Ioan.10. scriptum est, *Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te.* In subsequenti loco demonstrat Paulus Christum non fuisse sacerdotem Leuiticum, nec ministrum legalium, *Si enim esset super terram,* hoc est, si terrenum esset quod offertur, *non esset sacerdos,* Leuiticus scilicet, quia nihil offerret quale lex præscribebat. Non enim deerant qui secundum legem temporaria munera & pecudum victimas offerebant. At dicit quispiam, *Nonne corpus Christi erat terrenum ab Adam & Abraham descendens?* cur igitur dicas id quod pro nobis obtulit, non fuisse super terram sive terrenum? *Hoc obserua.* cam corpus Christi à materia fuisse terrenum: Siquidem natus est Christus de purissima & sanctissima materia virginis Mariæ. Nec descendit Christus ab Adā & Abraham secundum rationem semifinalem, sed duntaxat secundum corpulētam substantiam. Sed non dicitur absolutè terrenum, sed potius cœleste, propter actionem Spiritus sancti, qui carnem Christi formauit. vnde dicit Paulus ad Corinthios, Primus 1.Cor.15. homo erat de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Dicitur & cœleste ab vniione: nam humanitas Christi fuit coniuncta diuinitati in vnitate suppositi. vnde dicit Ioannes, *Qui de cœlo venit super omnes est, quia non est absolutè cum aliis hominibus conferendus.* Adhac, eius oblatio erat cœlestis, quia ordinabatur ad bona cœlestia, nempe ad assequendam felicitatem perpetuam. Aut dic facilius accedendo ad mentem Pauli, *Si Christus esset in terra, nequaquam esset sacerdos, vt sunt sacerdotes secundum legem dona offerentes, qui exemplo & vmbra subseruiunt cœlestium &c.)* Sed offerret sacrificium verum, nam est consummator verorum sacerorum, & non typicorum minister. Nec aliam in terris & aliam in cœlis obtulit hostiam, sed quam in terris sacris adhuc velaminibus obiectam obtulit, in cœlo offert reuelatam & detectam. Qui autem secundum Mosaicam legem offerebant donaria & victimas, deseruibant exemplari & vmbra cœlestium, sicut responsum est Moysi, cùm consummaret tabernaculum, Vide inquit, omnia facio secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Vetus testamentum ad nouum præludebat, illudque figurabat, sed non assequebatur. & propterea verè dicebatur vmbra. vnde postea dicit Paulus, *Lex habens vmbram futurorum bonorum: etenim vmbra representat corpus, sed non assequitur.* Ordinantur & sensilia ad intelligibilia, & carnalia ad spiritualia. Testimonium quod profert Paulus de exemplaribus illis & vmbribus ex libro Exodi desumptum est, in quo scriptum est, *Inspice & fac, secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Quod vertit interpres, deseruibant exemplari, potius vertere debebat, exemplo. Non enim vetus testamentum erat exemplar noui, sed econtra: nam cœleste prius est temporaneo, nec tabernaculum Mosaicum erat exemplar cœlestis, sed econtra. & propterea Moysi dictum est, *Inspice & fac tuum tabernaculum secundum exemplar, nempe cœleste,* quod tibi in monte monstratum est. Subest enim exemplum & adumbratio. Exemplar autem præminent, & est exempli veritas ac prototypus. Thomas Aquinas non attendens ad hanc differentiam, cùm disputando dicit quod exemplar deberet potius competere cœlesti taber-

naculo, quām terreno: cogitur comminisci dupliciter aliquid esse prius. vno modo simpliciter, alio modo quo ad nos. Sed facessant hæc leuiuscula, quæ nihilo ad Paulinam mentem accedunt.

„ Nunc autem melius fortitus est ministerium quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus re promissionibus sanctum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non vtique secundi locus inquietur. Vituperans enim eis dicit, Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum: non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti: quoniam ipsi non permanerunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus, Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas, & ero eis in Deum, & ipsi crunt mihi in populum: & non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognoscite Dominum, quoniam omnes scient me à minore usque ad maiorem eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, propè interitum est.) Adhæc, volens Paulus ostendere nos habere cœlum pro templo & vero tabernaculo, ad cuius exemplar Moses suum tabernaculum perfecit: nec Leuiticum pontificem esse cum Christo conferendum, dicit, Quanto diuinus pontifex melioris & perfectioris testamenti mediator est, tanto melius, efficacius & perfectius sacerdotium adeptus est. Quod autem vertit interpres *Soritus est*, vult innuere quod forte, hoc est, electione & diuina dispositione cōsecutus est. Hoc autem euangelicum testamentum diuino consilio, diuinaque voluntate in melioribus re promissionibus sanctum est: Nam cœlestia bona his qui approximant Deo pollicetur. unde postea dicet Paulus, Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Deinde validissima ratione demonstrat vetus testamentum fuisse imperfectum. Cur Vetus etum, Si illud, inquit, prius culpa vacasset, non vtique secundi locus exq. iretetur,) Reprehendens enim & de eo conquerens, dicit eis, Ecce dies venient dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum: non iuxta featum. Et hoc erit pactum (siue testamentum) quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos ex terra Aegypti, quia ipsi non permanerunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus. Hoc autem testimoniū desumpit Paulus ex oraculo Hierosolymie prophetæ, in quo scriptum est, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam siue disponam domui Israel, & domui Iuda pactum (siue testamentum) nouum: non secundum pactum (siue testamentum) quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Aegypti, Pactum siue testamentum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum (siue ego neglexi eos) dicit Dominus. Et hoc erit pactum (siue testamentum) quod feriam cum domo Israel post dies illos dicit Dominus, Dabo legem meam in visceribus (siue in mente) eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognoscite Dominum, quia omnes scient me à minimo eorum usque ad maximū, ait Dominus, Quia propiciabor iniquitati eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. Vetus testamentum erat carnale, rudi admodum populo datum: Nouum verò est spirituale omni nationi ultra oblatum, Iudeos Gentibus in fide Christi connectens. Vetus testamentum erat imperfectum, Nouum verò perfectum, & perfectos Christianos cum perfecto pontifice copulans. Vetus testamentum erat temporaneum, Nouum verò æternum.

Hebr.9.

Cur Vetus etum, Si illud, inquit, prius culpa vacasset, non vtique secundi locus exq. iretetur,) Reprehendens enim & de eo conquerens, dicit eis, Ecce dies venient dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum: non iuxta featum. Hier. 31. Et hoc erit pactum (siue testamentum) quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos ex terra Aegypti, quia ipsi non permanerunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus. Hoc autem testimoniū desumpit Paulus ex oraculo Hierosolymie prophetæ, in quo scriptum est, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam siue disponam domui Israel, & domui Iuda pactum (siue testamentum) nouum: non secundum pactum (siue testamentum) quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Aegypti, Pactum siue testamentum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum (siue ego neglexi eos) dicit Dominus. Et hoc erit pactum (siue testamentum) quod feriam cum domo Israel post dies illos dicit Dominus, Dabo legem meam in visceribus (siue in mente) eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognoscite Dominum, quia omnes scient me à minimo eorum usque ad maximū, ait Dominus, Quia propiciabor iniquitati eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. Vetus testamentum erat carnale, rudi admodum populo datum: Nouum verò est spirituale omni nationi ultra oblatum, Iudeos Gentibus in fide Christi connectens. Vetus testamentum erat imperfectum, Nouum verò perfectum, & perfectos Christianos cum perfecto pontifice copulans. Vetus testamentum erat temporaneum, Nouum verò æternum.

æternum. Vetus testamentum erat lex literæ, Nouum verò lex spiritus. Vetus testamentum erat umbra, Nouum verò veritas. Vetus testamentum erat scriptum in tabulis lapideis, membranis, & pellibus mortuis, Nouum verò scriptum est in viuis *inter vetus & nouum testamētum*. Vetus testamentum erat iustitiae, Nouum verò misericordiæ: Licet utrumque sit iustitiae & misericordiæ. Sed quia in novo testamento magis relucet misericordia Dei quam iustitia, nobisque fit longè exploratior, censetur testamentum misericordiæ. Vetus testamentum erat timoris, Nouum verò amoris. Vetus testamentum in quo diffractum erat vindictæ, Nouum verò reconciliationis & pacis. Pontifex veteris testamenti erat servus carnalis, Pontifex verò novi testamenti est spiritualis. Pontifex veteris testamenti neminem saluauit nec saluare potuit, Pontifex verò novi testamenti vult omnes salvos fieri, & omnes (nisi obstinata aut incredulitas aut malitia obstiterit) saluat. Pontifex veteris testamenti non remittebat peccata, Pontifex verò novi testamenti remittit. nec solù remittit & condonat culpam delinquenti, sed delicti non recordatur, nec imputat ad poenam perpetuam, si modò peccatorem sui peccati poeniteat. In veteri testamento Deus promittit Iudeis (si modò sua præcepta seruarent) terram lacte & melle fluentem, terram quidem Chananæorum, quam vocabant promissionis. In novo verò testamento Deus promittit vitam æternam, & terram illam de qua scriptum est, Credo videre bona Domini in terra uiuentium. Item, Mansueti hereditabunt terram. Intelligamus testamentum, pactum & fœdus pro eodem sumi. & ex eo pro quo *testamētum secundum Hebræos pactum vocatur*, quia in eo voluntas atque testatio eorum qui pactum ineunt, continetur. Deus autem suo populo Israelitico quando eum de terra Aegypti eduxit, ita fuit familiaris vt manum eorum apprehendisse dicitur. Quia tamen suis assiduis vitiis irritum fecerunt pactum Domini, Dominus eos neglexit & deseruit. Hæc autem scriptura, Hoc erit testamētum quod feriam cum domo Israel post dies illos dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, &c. illi verbo Christi ad suos discipulos respondet & cohæret, Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. Et cum Christus Chananæam secundo reiecit, dixit, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Hæc autem de pane coeli promissionē primò Iudeis factam, confirmavit Apostolus dicens, Vobis *Act. 13.* quidem primū oportebat loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indigneos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem usque ad extreum terræ. Et quia filii regni noluerunt recipere Christum in suos venientem, cieci sunt in tenebras exteriores, & in corum locum surrogati sunt Gentiles qui ad fidem postremō vocati, Christi præceptis & sermonibus auscultauerunt. Ex eo autem Hieremias meminit pateti quod fecit Dominus domui Iudea, quia cum decem tribus Israel sub Roboam & Hieroboam, proiectæ sunt in neaphandam idolatriam, regnum & tribus Iudea permansit in cultu Dei, licet non ex toto. Et cum autore Christo illuxit Euangeliū, ita mentes hominum Spiritus sanctus affluit, vt non fuerit opus Iudaicis magistris, qui docerent populum, dicentes, Cognoscite Dominum: Nam lex euāgelica illorum præcordiis & visceribus insculpta, duce Spiritus sancto, incitat eos ad cognoscendum Dominum, & præsertim in statu patriæ: Nam videbimus Deum sicuti est. Item, Hæc *1. Ioan. 3.* est vita æterna vt cognoscant te esse solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. *Ioan. 17.* Et quia in ecclesia triūphante omnes cognoscunt Dominum, unus non docebit aliū, dicens, Cognoscite Dominum. Verum digladiabitur quispiam, Videtur Paulus plane innuere quod in novo testamento non sit opus doctoribus, quod si ita sit, cur igitur se vocat doctorem Getium? Item, dicit ad Ephesios, Dedit quosdam quidē Apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem pastores & doctores. Adhæc, Si non esset opus doctoribus, nec esset opus prædicatoribus, Nam prædicatores prædicando docent populum, quod tamē pugnat cum illa scriptura, Euntes in mundū uiuersum, prædicate Euangeliū omni creaturæ. Respondent Scholastici doctores qui hunc locū suis scriptis differuerunt opus esse doctoribus in novo testamento pro hoc statu viæ, *Marc. 16.* *Y. iiij.*

& præsertim pro illis qui non fuerunt immediate instructi à Christo. In numero autem Apostolorum non est opus quod vnu alium doceat: Nam fuerunt immediate à Christo instructi. quod testatur Lucas dicens, Aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Et antequam moreretur dixerat suis discipulis, Vobis datum est nosle mysteria regni cœlorum. Illi enim fuerunt primi architecti, primique fundatores noui testamenti. Paulus autem hoc loco loquitur de cognitione Dei concernente statum patriæ, & tunc cum beati omnes videbunt clarè diuinam essentiam, eaque perfruentur, non erit opus ut quis doceat suum proximum aut suum fratrem, dicendo, Cognosce Dominum. Verùm obiicies, vnu angelus docet alium, eum illuminando, & cum sancti erunt angelis æquales, nihil obstat quominus vnu sanctus alium doceat. Respondeo in beatis duplicem esse Dei cognitionem, Vnam diuinitatis, & hæc sola beatum reddit angelum: Nam beatitudo æterna consistit in clara & perfecta Dei cognitione. nec hoc cognitionis genere vnu angelus docet alium: Alia est cognitione Dei per effectus, & hac cognitione vnu angelus docet alium: Nam angeli supremæ hierarchie docent angelos mediæ hierarchie, reuelando aut exprimendo eis quedam mysteria, quæ immediatè à Deo hauserunt, vt pulchrè monstrat diuus Dionysius in libro cœlestis hierarchie. Similiter angeli mediæ hierarchie docent & illuminant angelos infimæ hierarchie. Existimarem tamen Paulum velle innuere cum Hieremia, quod cum lex Mosaïca non præstaret claram & apertam filij Dei noticiam, cum sonora Apostolorum buccina in omnem terram insonuit, tunc coepit Christi cognitione paulatim omnibus innotescere. Tum quoque cum Deus naturam humanam induit, eamque fecit diuinitatis participem, tunc illuxit omnium animis splendor diuinæ cognitionis, & vt scribit Theophylactus, velut quedam agilitas & aptitudo est à gratia diuina naturæ humanæ imposta, vt Dei veram habeat notitatem. In fine huius capituli ostendit Paulus antiquatum fuisse & abrogatum vetus testamentum, quantum ad cærimonialia cum nouum effloruit. Et interpretando propheticum Hieremiæ vaticinium de novo testamento, quod suo tempore exoriturum erat, dicit, *Dicendo nouum veteravit siue antiquauit prius.*) Quod autem antiquatur & senescit, paulatim tendit ad interitum.

Argumentum noni capit. I.

O Stendit Paulus Mosaicum tabernaculum, & vetus illud templum habuisse suos sacros ritus, suāsque statas cæmonias, lotiones ac pecudum victimas: quæ iustificandi & purificandi speciem quandam præferebant, qua futura post-hac iustificatio & purificatio adumbrabatur. In priori autem tabernaculo, quod sanctum appellabatur, cum magna religione & veneratione seruabantur lucernæ, mensa & sacri panes: & in illud prius tabernaculum quotidie ingrediebantur sacerdotes, qui sacrificiorum officia peragebant. In secundo vero tabernaculo sacratori, quod ob excellentiam religionis vocabatur Sanctum sanctorum, continebantur thuribulum aureum, arca testamenti laminis aureis vndique circuncta, in qua erat vrna aurea habens manna, vetus Hebreorum alimentum, & virga Aaron quæ fronduerat, ac turgetibus gemmis eruperat in flores. Inerant & tabule testameti, in quibus continebantur decē præcepta legis digito Dei insculpta. In hoc autem secundū tabernaculum solus pontifex semel duntaxat singulis annis ingrediebatur, nō tamen sine sanguine pecudis, quæ offerebat pro suis & populi delictis. Et licet in illis tabernaculis offerrentur donaria, mactaretur pecudes, & immolarentur hostiae, quæ habebant quandam purificationis speciem: non tamen poterant

terant ad plenum, Iudeorum animos puros reddere. Et huiusmodi purificationes & ablutiones pertinebant duntaxat ad purgationem carnis: Christus autem Pōtifex futurorum bonorum, & author purificationis animorum per tabernaculum Mosayco longè augustius, florentius & perfectius, ingressus est in loca verè sancta: non adferens secum more Leuitici pontificis sanguinem pecudum, sed proprium sanguinem, quem in ara crucis pro nobis effuderat. Quod si sanguis taurorum aut vitulorum aut hircorum, inquinatos iuxta quandam carnalem & umbraticam sanctimoniam purgauerit: multò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum, semetipsum obtulit Deo immaculatum, purgauit conscientias nostras ab operibus mortuis. Et propterea Christus verè censemur noui testamenti (quod eius mors consummauit) mediator. & quia supplicio suæ crucis abolita sunt nostra priora vitia, debemus per euangelicam doctrinam accipere æternæ hereditatis spem & promissionem.

Caput nonum.

H Abuit quidem & prius iustificationes culturæ, & sanctum seculare: tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa & propositio panum, quæ dicuntur sancta. Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circunctam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulae testamenti: supérque eam erant Cherubim gloriae, obumbrantia propiciatorium, de quibus non est modò dicendum per singula. His vero ita compotis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdores, sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem, semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offerebat pro sua & populi ignorantia, hoc significante spiritus sancto nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum: quæ parabola est temporis instantis, iuxta quam munera & hostiae offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis, usque ad tempus correctionis impositis.)

Vetus testamentum quod nouo coruscante & efflorescente antiquatum est, habuit sui cultus iustificationes, attamen imperfectas & umbraticas, quæ erant sanctiones & obseruationes antiquæ legis. Iustificationes autem culturæ siue latræ, erant quedam ablutiones, quibus Iudei à contracta ob tactum morticini irregularitate mundabantur. Cum enim morticinum aut quid immundum tetigerant, non poterant intrare tabernaculum, nisi fuissent expiati. Et ob id dicebantur iustificationes cultus, quia per eas quis fiebat idoneus ad cultum diuinum. Pars vna tabernaculi sanctum seculare, siue sanctum mundanum: ob id dicebatur seculare & mundanum, quia in eam tabernaculi partem admittabantur vna cum Iudeis Profelyti & Gentiles. Primum autem tabernaculum constructum est, in quo erant candelabra, & mensa, &

propositio panum quæ dicitur sancta.) Sancta hoc in loco est pluralis numeri neutri generis. Hæc autem tabernaculi pars, sancta dicitur, quia aberat à prophanicis. Propositio panum, & sacri panes propositionis (quibus duntaxat sacerdotes vescebantur) pro eodem sumuntur. Et propositionis appellabantur, quia in sacra mensa proponi solebant. Post secundum autem velamen erat tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcum testamenti circunceptam vndique auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ germinauerat, & tabulae testamenti. Super eam etiam erant Cherubim gloriae, siue gloriofa obumbrantia propiciatorium, de quibus non est hic particulatim dicendum. hæc fusiis multo, licet nō in eisdē verbis in 26. & 36. caput Exodi cōtinētur. In fine 26. ca. scriptū est, Inferetur autem velum per circulos intra quod pones arcām testimoniū, quo & sanctuarium & sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones & propiciatorium super arcām testimoniū in Sancta sanctorum, mensāmque extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Hæc mysteria & typica de quibus hīc Paulus agit, quidam docti, interpres sic explanant, Primum sanctum, est hic inferior mundus, vbi colitur Christus. Candelabra, ecclesiæ, quæ fide, spe & charitate ac bonis operib⁹ lucere debent. Mensa, Christi altare. Propositio panum, siue oblatio panum, Eucharistiam representat. Secundum velamen, cœlum est: nam primum est elementaris regionis velamen. Secundum tabernaculum, quod & Sanctum sanctorum dicitur, est supermundana inuisibilium & intelligibilium regio. Thuribulum aureum, orationes sanctorum. Arca testamenti, Christus, vt Euangelij legislator. Quod autem soli sacerdotes veteris testamenti deferrent arcām, hoc adūbrabat solum sacerdotes nouæ legis debere Eucharistiam tractare, consecrare, & aliis communicare. Quod autem arca testamenti esset vndique auro circuncepta præfigurabat humanitatem Christi, qua nihil vñquam fuit purius. Manna aurea vrna contentum, præmonstrabat panem verum, qui de cœlo descēdit. Et reseruabatur in vrna aurea ad posterorum memoriā, & ad taxandum Iudæorum ingratitudinem, qui hoc cœlesti cibo abusi sunt, dicētes, Anima nostra nauusat super hoc cibo leuisimo. Virga Aaron quæ absque vlo humore & cultura fronduerat, repräsentat temporaneam Christi generationem, quæ absque vlo virili semine & naturæ præsidio facta est. Tabulae testamenti in quibus decalogus continebatur, adūbrabant Euangeliū Christi, in quo & præcepta Christi & consilia continentur. & quod magis digito aut spiritu Dei scriptum est, quām hominū calamo. Cherubim alata & gloria, quæ erant supra arcām, attamen sub Deo constituta, figurant choros Angelorum supra quos sedet & locata est Christi diuinitas. Propiciatorium repräsentat Christum, qui fuit propiciatio pro peccatis nostris. Adumbrabatur autem Cherubim gloria, quia eius humanitas super omnes Angelorum choros sedet ad dexteram Dei patris. Et per hoc propiciatorium siue diuinum oraculum & ineffabile verbum, Deus & Angelis & hominibus loquitur. Deinde subnecit Paulus quæ ad sacerdotes nouæ legis, eiusdemque supremum Pontificem præludebant, His Verò ita compositis in primum quidem tabernaculum semper intrabat sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. In secundum autem semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine quem offerebat pro sua & populi ignorantia, hoc significare Spiritus sancto nondū propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. quæ parabola siue similitudo est temporis instantis, iuxta quam munera & hostiae offerebantur, quæ non poterant secundum conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis, usque ad tempus correctionis impositis.) Quod sacerdotes veteris legis sub Pontifice militantes, ingredierentur semper primum tabernaculum sacrorum ritus peragentes, hoc præfigurabat sacerdotes nouæ legis, qui singulis penè diebus intrant in ecclesiam militantem, vt occinant Deo laudes, & interpellando Deū pro populo, offerant augustissimum Eucharistie sacramentum, quod Christus veterorum sacrificiorum consummator instituit. Quod autem solus Pontifex semel in anno ingredieretur cum sanguine secundum tabernaculum quod Sanctum sanctorū appell-

appellabatur: demonstrabat sub typo Christum, vt hominem, dūtaxat semel intrasse in loca verè sancta, cum proprio suo sanguine, quæ pro nobis in ara crucis effuderat. Pontifex carnalis offerebat non suum, sed pecudis sanguinem pro suis, & populi delictis, quæ per errorem aut ignorantiam contraxerat. Diuinus verò Pótifex illo carnali longè præstantior & augustior, obtulit suum proprium sanguinem, nō pro suis, sed populi peccatis. Vnde cœlestes chori iuxta oraculum Esaiæ admirantes, dicebant, *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Quibus ipse ingrediens dicebat, Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum, ad saluandum. Et illi rursus, Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Quibus ipse, Calcaui torcular solus, & de gentibus non est vir mecum.* Et sicut hostia extra Sanctum sanctorum immolabatur, ita Christus extra portam Hierusalem passus est. Cūm autem Pontifex Leuiticus ingrediēdo Sanctum sanctorum offerebat sanguinē pro seipso, & ignorantis populi: insinuabat Spiritus sanctus nōdum patuisse Iudæis ad verè sancta & cœlestia aditum, quia primum tabernaculum, imò vtrunque, adhuc suam firmitatem & stabilitatem retinebat. Et propterea hæc similitudo & figurata locutio de ignorantia carnalis Pontificis respiciebat tempus veteris testamenti, quod exprimit hic locus, *Quæ parabola siue comparatio est instantis téporis. Instans tépus* *vocat illud, autore Chrysostomo, quod aduentum Christi præcessit: cūm autem aduenit Christus, iam non est instans.* Et huius est sententia Theophylactus. Alij tamē interpres vt Anselmus, Lyranus & Thomas vnā cum glossa interlineari, vocant instans tempus, præsens tempus, quod aduentum Christi subsequutum est: & ex eo instans dicitur, quia ducit nos ad ea quæ contingunt in præsenti tempore. Vbi primum autem aduentauit Christus, & è sinu sui patris in pudicissimum virginis Mariæ vterū descēdit, incœpit patefieri omnibus ad verè sancta, via: immolationes autē hostiarū, & mactationes pecudū & donorum oblationes, ac discrimina ciborum & potuum, nec non varia ablutionum genera quæ carnem duntaxat respiciebant, licet suo tempore. Iudæis obseruata sint, non tamen potuerunt secundum conscientiam perficere illos, qui vni Deo seruiebant. Non enim vetus testamentum fides animarum detergebat, nec quempiam lex ad perfectum vñquam adduxit. Fuerunt autem tradita vsque ad tempus emendationis & correctionis. Hoc autem tempus, est tempus aduentus Christi, qui nihil non correxit, & ad melius commutauit, veterēmque legem adimpleuit.

„ Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, idest, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per propriū sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquit, sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo immaculatum, emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti. Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, reprobationem accipient, qui vocati sunt æternae hereditatis. Vbi enim testamentum est, mors necessè est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet dum viuit, qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni testamento legis à

„ Moysē vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum
 „ cum aqua & lana coccinea & hyssopo. Ipsum quoque librum & omnē
 „ populum aspersit, dicens, Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad
 „ vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerii, sanguine si-
 „ militer aspersit. Et omnia penē in sanguine secundum legem mundan-
 „ tur, & sine sanguinis effusione nō fit remissio.) Nunc aperit Paulus quānam
 fuerit veritas illorum vmbriticorum tabernaculorum & quonā pacto Christus per
 tabernaculum Mosayco longè augustius, florentius, excellentius & perfectius ingre-
 sus est in loca verē sancta, nulli hominum conspectui peruia, quandoquidem Chri-
 stus sua intolerabili passione, suāque iniuncta patientia, & perfecta obedientia meruit
 vt eius humanitas federet à dextris Dei, sublimēisque cōelorum sedes transcederet,
 quod haud dubiē indicat hic locus, Introiuit semel in sancta. Vocat autem Paulus
 Christum, Pontificem futurorum bonorum (qui semper assistit maiestati sui patris
 ad interpellandum pro nobis) vt ostendat planē quantum differebat Pontifex veteris
 testamenti ab hoc excellentissimo & perfectissimo Pontifice: nam ille erat dun-
 taxat Pontifex bonorum præsentium, temporalium scilicet, sed Christus est Ponti-
 fax futurorum bonorum, cœlestium scilicet, nam per eius pontificiam virtutem in-
 tradicimus in bona cœlestia. Vnde de beatis hæc scribit Euangelista, Gaudete & ex-
 ultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. *Per amplius tabernaculum.*) Antiqui
 interpres dicunt Paulum hoc loco vocare tabernaculum, corpus Christi, quod est
 amplius veteri tabernaculo, quia in ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter,
 Et eo amplius, quia omnia continet, Deum scilicet, rerum omnium dominatorem su-
 premum. *Et perfectius*, quia vidimus gloriam eius, gloriam quasi vñigeniti à patre, ple-
 num gratiæ & veritatis. Adhæc, nihil est inter creaturas carne Christi perfectius: nam
 diuinati coniuncta, perfectiora perficit. *Non manufactum, id est, non huius creationis.*) non
 enim debet conferri cum aliis creaturis, sed est quid spiritale & diuinū, eo quod Spi-
 ritus sanctus hoc tabernaculum composuit. Dicitur & non manufactum, quia nō est
 virili semine cōpactum. *Neque per sanguinē hircorū aut vitulorū, sed per propriū sanguinē.*)
 Matth. 26 quem scilicet pro nostra salute immolauit in cruce. sicut scriptū est, Hic est sanguis
 meus noui testamenti, qui pro vobis & multis effundetur in remissionem peccatorū.
Intrauit semel in sancta.) Hoc est, in cœlum, & hoc est verē Sanctum sanctorum, quod
 Deus sanctorum omnium sua præsentia illustrat & exornat, & cum sanctis inhabi-
 tando hoc sublime sanctuarium sua maiestate & gloria decorat & cohonestat. In-
 trauit Christus semel in hæc verē sancta, quia semel effudit suum sanguinē, quod af-
 firmat Petrus dicens, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. & ad Romanos
 scriptū est. Qui mortuus est peccato, mortuus est semel. Alij nomine tabernaculi per
 quod Christus intrauit semel in Sancta, exprimūt cœlū. De quo dicit Psalmograph⁹,
 Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Amplius ex eo censetur, quia illic est im-
 mensa bonorum omnium copia. Aut amplius, quia capacius & maius elemētis, & his
 quæ elementis subduntur. Perfectius, quia ibi cessabit omnis imperfectio: Non ma-
 nufactum, quia non hominum opificio sed Dei constructum est. tabernaculum autē
 Mosaycum hominis artificio extructum erat. Itaque Christus per cœlum intrauit se-
 mel in loca verē sancta, nam penetrando cœlum cōelorum, confedit ad dexteram ma-
 iestatis sui patris. *A Eterna redemptione inuenta.*) Cūm enim Christus semel ingressus est
 cœlum, vñico aditu beneficium nobis in æternum persoluit. Adiecit, Inuenta, quia
 nihil erat nobis de nostra salute compertum, nisi Christus hanc inuenisset. Inuenit &
 modum nostræ salutis cūm assumendo in pudicissimo virginis Mariæ vtero carnē
 humanam, nos Deo repropiciauit. Deinde Paulus manifestans virtutem & efficaciā
 sanguinis Christi, quo emundati sumus ab omni peccato, nec sit argumentū à minori
 ad maius, Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos

sanc̄ificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum-
 sanctum, semetipsum obtulit Deo immaculatum, emundauit conscientiam nostram
 ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti?) Si enim quod carnem inquina-
 tam purgabat, vim quandam habuerit, multo magis id quod animas nostras omni
 labi pollutas purgat & sanc̄ificat, vim habebit non modicam. Hoc autem est sanguis
 Christi, cum quo beluarum sanguis non est conferēdus. Et quia hoc diuino sanguine
 abluti sumus & iustificati, omnia nostra debemus Christo, qui precio magno nos
Commēda-
tio sanguinis Christi.
 inde in memoriam, hunc sanguinem fuisse immolatum pro remissione nostrorum
 peccatorum. Et propterea prosternamus nos ipsos ad terrā, & genua flectamus cūm
 sacerdos in omnium conspectu erigit in altum, sacrum calicem. Et firmissimè creda-
 mus nulli patere ad tabernaculum Dei aditum, nisi per fidem huius sanguinis. Ad-
 oremus & sincera fide hunc sanguinem sub specie vini contentum: nec pro nostra
 iustificatione tam attendamus ad merita nostra, quām ad virtutem & fructum huius
 sanguinis. Quod autem sanguis hircorum, taurorum aut vitulorum, aut cinis vitulæ
 aspersus, mundaret exteriorem maculam, & inquinatam carnem sanctificaret, ex libris
 antiquæ legis deduci potest. Non quod exprelle contineat scriptura sanguine hirco-
 rum aut vitulorum carnem inquinatam sanctificari, sed potius cineribus vitulæ aqua
 dilutis. Et propterea Paulus sub disiunctione suam assertionem posuit. Vt autem
 scrupulosa hæc difficultas apertius dirimi posuit, adnotabimus in veteri lege dupli-
 cem fuisse mundationem. Vnam, quæ fieri solebat in die expiationis: Et hæc ordina-
 batur proximè ad purgationem peccati, de qua in Leuitico scriptum est, Offeret Aa-
 ron vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum. Suscipiet & ab vniuersa mul-
 titudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum.
 Cūmque obtulerit vitulum & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare fa-
 ciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, mittensque super vtrūque
 fortem, vnam Domino, & alterā capro emissario: cuius exierit fors Domino, offeret
 illum pro peccato, cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum corā Do-
 mino, vt fundat præces super eum, & emittat eum in solitudinem. His rite celebratis,
 offeret vitulum, & rogans pro se & domo sua, immolabit eum. Tollet & de sanguine
 vituli, & asperget digito septies contra propiciatorium ad Oriētem. Cūmque ma-
 ctauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præce-
 ptum est de sanguine vituli, vt asperget ē regione oraculi, & expiat sanctuarium ab
 immunditiis filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Hir-
 cus autem viuus, qui emittebatur in desertum, & portabat omnes iniquitates filiorū
 Israel, præfigurabat Christum, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super li-
 gnum. Alia mundatio ordinabatur contra irregularitatem, quam Iudeus à tactu mor-
 tui vel immundi contraxerat, de qua in Numeris dicitur, Locutus est Dominus ad Nume. 19.
 Moysē & Aaron dicens, Ista est religio victimæ quam constituit Dominus, Præ-
 cipe filiis Israel vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit ma-
 cula, nec portauerit iugum, tradēsque eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra ca-
 stra immolabit in conspectu omnium, & tingens digitum eius in sanguine eius, as-
 perget contra fores tabernaculi septem vicibus, comburētque eam cunctis videnti-
 bus, tam pelle & carnibus eius, quām sanguine & fimo flammæ traditis. Lignū quoq;
 cedrinum & hyssopum, coccūque bis tinctum sacerdos mittet in flammā quę vac-
 cam vorat. Et tunc demum lotis vestibus & corpore suo, ingredietur castra, comma-
 culatūisque erit usque ad vesperum. Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta
 sua & corpus, & immundus erit usque ad vesperum. Colliger autem vir mundus
 cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filio-
 rum Israel in custodiā, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta
 est. Cūmque lauerit qui vaccæ portauerat cineres, vestimenta sua, immundus erit usq;

Cap. 9. COMMENTARIIO ARBOREI.

ad vesperum. Habebunt hoc filii Israel & aduenæ, qui habitant inter eos sanctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo poterit mundari. Vides sanè ex hac sacra historia illos qui tetigerant cadauer mortui, fuisse sanctificatos & ablutos cineribus vaccæ aut vitulæ combustæ aqua dilutis & aspersis. Quod autem Christus semetipsum obtule-

Exo. 12. rit Deo immaculatum, per spiritum illum æternum, fuit in agno paschali, qui sine macula immolabatur, præfiguratum. Tantæ autem virtutis erat sanguis Christi, ut

Opera mor- tua. conscientias nostras ab operibus mortuis emundauerit. Sunt autem opera mortua, peccata mortalia, quia adigunt animam morti æternæ: Stipendia enim peccati mors.

Roma. 6. Et qui ab operibus mortuis purgatus est, potest facile Deo viuenti inferuire. qui verò huiusmodi operibus foedatur & contaminatur, non inferuit, nec pro tali statu inferuire potest Deo viuenti. Et propterea ut præuaricationes quæ erant sub priori testamento redimerentur, & omnium hominum inquinamenta abstergerentur, oportuit ut Christus esset noui testamenti mediator inter Deum & homines, suaque morte nos Deo reconciliaret, eiisque iram & furorem pura & sancta sui corporis oblatione placaret. Quod si non pertulisset supplicium mortis, nec qui beneplacito Dei vocati sunt, æternam hæreditatem fuissent affsecuti. *Vbi enim testamentum est, mors necessè est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: Alioquin nondum valet dñs viuit qui testatus est.* Quemadmodum enim secundum leges humanas intercedente testatoris morte, testamentum robur habet & firmitatem, ita cum Christus è vita decepit, nouum testamentum confirmavit. Quod exprimit Lucas dicens, *Hic calix est nouum testamentum in meo sanguine, quasi innueret Christus, Sine effusione mei sanguinis non esset dedicatum neque completum nouum testamentum.* Id autem Paulus ex veteri testamento (quod effusione sanguinis dicatum est) deducit. Postquam enim Moyses legit coram populo mandata legis, & respondissent Iudei, O-

Quando fuit cōfirmatum nouum te- stamentum. Lu. 22. mnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes, sanguinem ex duodecim vitulis sumptum respersit in populum, & ait, *Hic est sanguis foederis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.* Hoc autem adumbrabat nouum testamentum debere sanguine Christi (quo fœdus amoris habemus cū Deo) confirmari. In illo tamen capite Exodi non fit mentio hirci neque aquæ & lanæ coccineæ sive rubræ, & hyssopi. quia tamen Paulus (qui apprimè Mosaycam legem callebat) didicerat in antiquis emundationibus aspersionem solitam fieri de sanguine hircorum & vitulorum & aqua admixta cum hyssopo & lana coccinea, hæc verba illi scripture adiecit. Aut dic hanc fuisse primam consecrationem in qua virtualiter continebantur aliae sanctificationes futuræ, inter quas potissimum fuit illa quæ fiebat in die expiationis, de qua Leuiti. 16. cap. scriptum est, ut iam adnotauimus. Et alia de vitula rufa, Numeri 19. Usus est & Moyses sanguine, quando sanctificauit tabernaculum, & omnia vasa ministerij. & licet vnixerit oleo tabernaculum, postea tamen aspersit sanguine. Concludendo autem de huiusmodi priscis mundationibus, dicit Paulus, *Et omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio,*) Quæ pendet omnimode à sanguine Christi. Licet enim in veteri lege remitterentur peccata, non tamen virtute sacramentorum, sed virtute fidei Christi. Vnde in antiqua lege frequenter usurpatur & inculcatur hoc verbum, *Rogabit pro eo sacerdos, & remittetur.* Nec dicit scripture, Remittet sacerdos peccatum delinquentis sed remittetur, virtute scilicet fidei Christi, quæ semper fuit ad salutem necessaria.

„ Necessè est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari, ipsa „ autem cœlestia, melioribus hostiis quam istis. Non enim in manufa- „ cta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut nunc

IN EPISTOLAM PAVLI AD HEBRAEOS. 271

„ nunc appareat vultui Dei pro nobis. Neque ut saepe offerat semeti- „ psum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos „ in sanguine alieno: Alioquin oportebat eum frequenter pati ab ori- „ gine mundi. Nunc autem semel in consummationem seculorum, ad „ destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmo- „ dum statutum est hominibus semel mori. post hoc autem iudicium, „ sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, „ secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem „ per fidem.) Quia omnia pene in sanguine mundabantur secundum legem, nec

sine sanguinis effusione fiebat remissio, necesse est exemplaria cœlestium, potius exēpla, his hostiis purgari. Ipsa autem cœlestia melioribus aut potioribus hostiis quam illis.) Theophylactus legit, Quam ista. Synagoga Iudæorū quæ adumbrabat & de- linabat ecclesiam militarem, his pecudum hostiis purgabatur, & vitulorum ac hircorum sanguine aut cineribus vitulæ aqua respersis astergebatur. Cœlestia verò, hoc est, ipsius ecclesiæ membra potioribus hostiis quam illis anti quis purgantur: Nam proprio Christi sanguine ab omni labe repurgantur. Ut enim ecclesia mili- tans exprimitur cœlo, aut regno cœlorum, iuxta scripturam illam, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Iterum, Simile est Matth. 13. regnum cœlorum decem virginibus: ita cœlestium nomine, Christiani exprimun- Matth. 25. tur: sunt enim spiritales & Deo sacrati, & sanguine Christi abluti, sunt effecti Deo patri regnum & sacerdotes. Adhæc, sacro Christi baptismate regenerati sunt spiri- Apoca. 1. tualiter. De qua regeneratione dicit Petrus, Benedictus Deus, & pater Domini no- strī Iesu Christi, qui secundum suam misericordiam magnam, regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorru- I. Petr. 1. ptibilem & incontaminatam & immarcessibilem, conseruatam in coelis in vobis. Quidam interpres dicunt nomine exemplarium cœlestium debere intelligi an- tiqua illa tabernacula, quæ figurabant cœlestia, nempe nouum testamentum illa autem fuerunt pecudum sanguine purgata. Sed cœlestia, nouum scilicet testamen- tum, quod perducit ad cœlestem hæreditatem fideles, meliori hostia fuisse repur- gata, quia sanguine Christi dicatum est & confirmatum. Verum isti interpres quantū ad sententiam & veritatem nobiscum consentiunt. Et sicut Iudei in ve- teri lege purgabantur sacerorum vmbbris, sic Christiani in noua lege sacerorum veri- tate, & perfectis ecclesiæ sacramentis purgantur. Nec sine causa afferuit Paulus, ipsa cœlestia melioribus hostiis purgari quam Iudaica. Deinde Paulus ostendit Christum non intrasse in illa antiqua tabernacula hominum manibus efficta (li- cet essent nobis, & non Deo, verorum exemplaria) ut quæ adumbrassem euangelicam historiam, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Leuiticus Pontifex semel in anno oblatus Deo sacrificium, intrabat in Sancta san-ctorum manufacta, sed Christus post oblationem sui corporis pro nostris peccatis redimendis, intrauit semel ut homo in cœlum, quod manufacta tabernacula longè præcellit. Eam autem ob causam intrauit in cœlum, ut appareat nunc deo in faciem & vultum, pro nobis interpellator. Olim Leuitici Pontifices per quæ signa videbant Deum. Hic autem perfectus pontifex perfectissime & clarissime absque ullis signis & enigmatibus Deum intuetur, & presens alloquitur. Neque eò in cœlum sese recepit ut saepe offerat semetipsum, quemadmodum vetus pontifex intrabat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportuisset eum frequenter pati ab origine mundi. Si enim more illorum pontificum frequenter ingressurus fuisset, opor-

COMMENTARII IO. ARBOREI

tuisset eum frequenter subire mortem, cùm à constitutione mundi, & etiam à passione eius tot iam effluxerint anni. Facilius dicam, Eo seipsum obtulit Deo hostiam sanctam in odorem suavitatis, quo mortem pertulit: ergo si frequenter semetipsum obtulisset, & frequenter mortem pertulisset. Et quia semel mortem pertulit & gustauit, semel seipsum obtulit, *Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit.*) Sciscitareris, Cur non statim ab initio mundi semetipsum obtulit? Respondeo, Si ab origine mundi cùm nondum scelera adeò diffusa essent super terram, seipsum in mortem obtulisset, & hunc in modum vix ullus hominum credidisset, rursus fuisset illi mors obeunda. Et propterea eius omnes conatus fuissent irriti, vani & inutiles. Cùm autem abundauit iniquitas, & miserum in modum increuerunt hominum flagitia etiam turpisima, vt vetus homo crucifigeretur, & destrueretur corpus peccati, seipsum Deo obtulit, & in eius conspectu per suam sacrosanctam & diuinam hostiam & mortem gloriosam de qua triumphauit, apparuit. Et propterea adiecit Apostolus, *In ipsa seculorum consummatione.*) non quòd innuere velit quod simpliciter in fine seculi seipsum obtulerit, sed post multa à constitutione mundi tempora. Nam anni ante Christum iuxta Hebreos fuerunt 3962. Itaque cùm tempus aduentauit, vt Christus sacra Propheta rum oracula adimpleret, & sentina vitiorum omnium purgaretur, seipsum obtulit.

Apoc.13. Verùm digladiabitur quispiam, In Apocalypsi scriptum est, Agnus qui occisus est ab origine mundi. Dicam quòd Christus fuit ab origine mundi præfiguratus in ne-

Esa.53. Abel vt enecaretur. Quadam autem perbreui & succincta comparatione demonstrat Paulus Christum semel mortem pertulisse. Quemadmodum inquit, statutum est hominibus semel mori, Post hoc autem iudicium, sic & Christus semel oblatus est.) A semetipso scilicet, spontanea voluntate: Nam, vt prius dictum est, Obtulit semetipsum per spiritum sanctum Deo immaculatum. Dicit & Esaias, Oblatus est

Psal.39. quia voluit, cui astipulatur illud psalmographi, Vt facerem voluntatem tuam, voi lui. Vetus autem pontifex non semetipsum offerebat, sed pecudis sanguinem pro suis & populi delictis. Hic verò altissimus pontifex semetipsum obtulit pro abstergendis totius mundi vitiis. Vnde longè maius & admirabilius sacrificiū obtulit quā Leuiticus pontifex. Si requiras à quo statutum est hominibus semel mori, in primis tibi respondebo à causa naturali, siue naturali conditione, quę composuit hominem

Gen.3. quatuor qualitatibus contrariis adinuicem agentibus, humiditate scilicet, siccitate, caliditate & frigiditate. & quando vna istarum vehementi actione ac summo cù im-

petu oppugnat aliam, & à suo temperamento extrudit, adigit hominem morti. Si tamen Adam non peccasset, homo nō necessario incurrisset morte, quia per originalē

iusitiam anima continebat corpus, vt posset non mori. & aliter consideratur mors in homine quā in bruto. Nam anima bruti educitur de potentia materię, hinc brum

Ioan.11. tum necessario moritur: Anima autem hominis non educitur de potentia materię, sed ex nihilo creatur à Deo: & propterea si Adam non peccasset, non necessario mortem incurrisset. Est & mors introductorya à peccato primorum parentum. Ordinavit & Deus nostræ saluti propiciens, vt homo moreretur, & fœliciter mortuum ad immortalitatem adduceret: Non enim interitus hominis tam dicen-

Mar.10. dus est mors quā somnus. Vnde Christus dicebat suis discipulis, Lazarus amicus noster dormit: Licet sciret eum expirasse. In subsequenti loco reddit Apostolus rationem, cur Christus seipsum deuouerit, *Ad multorum, inquit, exhausta peccata.*) Sic enim exhausta sunt & abolita, vt ne vlla quidem labecula ex parte exhaustientis & purgantis remanserit. Sed cur Paulus dixit multorum, & non omnium? vt

Matt.20. illi euangelicæ doctrinæ astipularetur, Filius hominis venit, vt daret animam suam redēptionem pro multis. Non est tamen negandum quin Christi mors omnium

peribunt. Et in hac eadem epistola iam dictum est, quòd Christus factus est causa salutis his qui sibi obtemperant: Nemo enim dicere debet (si omnino iussis Christi reclamat) se salutem æternam assequitur. Denique, nemo audeat dicere, Conglorificabor Christo, si nolit morti Christi compati: Dicit enim Apostolus,

2.Tim.2. Sic compatimur, vt conglomericemur. Iterum, Sic commorimur, vt conuiuamus. Et alibi, Omnes qui volunt piè viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Di-

2.Tim.3. cū nostri doctores scholastici, Quòd Christus sua morte, omnes redemit, quantum ad sufficientiam, sed non quantum ad efficientiam: Nam efficientia nostræ salutis vna cum fide Christi, à nostris bonis operibus pèdet. Et propterea dicit beatus Petrus, Quapropter fratres, magis fatigite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Christus in primo suo aduentu apparuit in forma serui & peccatoris. In secundo verò apparebit sine peccato, & similitudine carnis peccati, omni maiestate & gloria conspicuus. Vnde scriptum est, Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, &c. Manifestat autem Paulus quibus sine peccato apparebit, Expectantibus se in salutem per fidem.) Intellige per fidem euangelicam, viuam & perfectam, quæ bonis operibus consummatur.

IN EPISTOLAM PAVLI AD HEBRÆOS.

272

peribunt. Et in hac eadem epistola iam dictum est, quòd Christus factus est causa salutis his qui sibi obtemperant: Nemo enim dicere debet (si omnino iussis Christi reclamat) se salutem æternam assequitur. Denique, nemo audeat dicere, Conglorificabor Christo, si nolit morti Christi compati: Dicit enim Apostolus, Sic compatimur, vt conglomericemur. Iterum, Sic commorimur, vt conuiuamus. Et alibi, Omnes qui volunt piè viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Di-

2.Pet.1.

2.Tim.3.

Matth.25.

Argumentum decimi capitii.

L Icet Mosaycæ lex non assequeretur euangelicam, nec ad eius perfectionem accedere potuerit, tamen eam adumbrabat, & bonorum cœlestium typum gerebat. Et cùm euangelicæ philosophiae veritas & gloria illuxit, Deus sacrificia pecudum (quibus impossibile erat auferri peccata) spreuit. ne tamen idolis offerrentur, vbi non deerat offerentium fides & deuotio, ad tempus acceptauit, cui nihil magis fuit acceptum & gratum, quā quòd Christus humana carne vestitus, eius voluntatem eiusque opus sua cruce consummauerit: Siquidem in hac voluntate sanctificati sumus & abluti per spontaneam corporis Christi oblationem. Et quia immolatione sanguinis Christi ad plenum & integrum facta est peccatorum remissio, non est futura pro delictis hominum oblatio. Itaque tantorum beneficiorum præsidio suffici cœlestem vitam agamus, & à pristinis vitiis repurgati, cum integro corde & sincera fide ac feruenti charitate accedamus ad Deum, qui cœlestem hæreditatem & perpetuam felicitatem nobis repromisit. Quòd si Mosaycæ legis prævaricatores supplicio corporis & morte temporanea cruciarentur, multo maiora illos manebunt tormenta, qui filium Dei conculcauerint, & sanguinem noui testamenti suis nephandis flagitiis polluerint.

Caput decimum.

Mbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere, alioquin cessassent offerri, ideo quòd nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit: impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingre-

Z. ij.

„diens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem „aptasti mihi, Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. „Tunc dixi, Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, vt faciam „Deus voluntatem tuam. Superius dicens, Quia hostias & oblationes „& holocaustomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ se- „cundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio, vt faciem Deus vo- „luntatem tuam: aufert primùm vt sequens statuat. In qua voluntate „sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et o- „mnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæ- „pe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata. Hic autem vnā „pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei, de- „cætero expectans donec ponantur iniuncti eius scabellum pedum eius. „Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.)

Vmbra fu- Paulus vocat vmbram futurorum bonorum, typum quendam imperfectum, & *erorum bo-* rudem quandam adumbrationem. Imaginem verò rerum, Archetypum, ipfissi-*norum.* mam veritatem & lucem fulgidissimam antiquarum vmbraarum. Et quia noua lex

Lex noua expressius bona coelestia representat, quam vetus, propterea dicitur imago futuro-*est imagofu* rum bonorum. Quod autem lex illa vmbbratica parum habuerit momenti in con-*turorum bo-* donandis culpis, sic Paulus suadet, Non poterat victimis pecudum, quæ quotan-*norum.* nis offerebantur, etiam assidue pro delictis Iudæorum, quempiam perficere, alio-*quin cessassent offerri: quotannis autem nouæ offerebantur.* quod si non fuissent oblatæ, peccatis contaminati existimassent se prorsus esse iustificatos, & à pristinis vitiis repurgatos. Cùm autem nouæ hostiæ singulis annis offerebantur, sibi per-*suadebant se superioribus hostiis non fuisse iustificatos, nec ad integrum culpam si- bi condonatam fuisse, donec aduertaret vera hostia, sanguis scilicet Iesu Christi.* Ni-*hil igitur aliud efficiebat pecudum hostiæ, quam quod peccata commemorarent & arguerent, quæ non virtute hostiarum remittebantur, sed virtute fidei Iesu Chri-*sti, vt sæpe diximus.* Impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata, sanguine autē Christi & præterita quæ admisimus, expiata sunt, & futura quæ nostra negligentia aut infirmitate admissuri sumus, expiabuntur. Idcirco Christus ingrediens mundum, vt nos sua sacra hostia saluaret, alloquendo suum patrem de abrogatione veteris legis quantum ad cærimonialia dixit, vt narrat Psalmographus spiritu Dei afflatus, *Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi*) siue aptum immolationi fecisti, quod Spiritus sanctus vna cum purissimo sanguine meæ matris composuit & perfecit. *Holocaustomata*, siue sacrificia igne combusta pro abster-*gendis flagitiis non tibi placuerunt.* Tunc dixi secundum æternam præscientiam, *Ecce venio*, quia venturus sum. Aut secundum præscriptum tempus, Ecce nunc adsum omnium saluator, & cùm tua voluntate tuoque consilio definitum fuit tempus mei aduentus, tuæ voluntati vltro obsecutus sum. Et propterea in capite libri, siue volumine veteris testamenti, Aut in exordio Psalmorum, quia primus Psalmus, (& plerique alii) de me intelligendus est, scriptum est de me, *vt faciam Deus voluntatem tuam*, siue vt facerem voluntatem tuam deus meus volui, Antiquaturus autem & abrogaturus Iudæorum cærimonias & sacrificia, Quia hostias & oblationes & holocaustomata pro peccatis noluisti, nec tibi secundum se placita fuerunt, quæ se-*cundum legem tibi offerebantur.* Licet vt figura veræ hostiæ, & vt Iudæos ab ido-*lolatria reuocarent, accepta fuerint.* Tunc dixi, Ecce venio, vera scilicet, per-*feta & efficacissima hostia, quæ pro delendis torius mundi peccatis offeretur.* Venio, pater sancte, vt oblatione & hostia mei corporis tuam voluntatem fa-*ciam,**

ciam. Nec hæsitandum est quin veteres pecudum hostias prorsus tollat, vt suam (qua nouum testamentum fuit consummatum) statuat & stabilit. Nec patris coelestis voluntas fuisset adimpta, nisi Christus suum corpus pro nobis immo-*lasset.* Et propterea adiecit Apostolus, In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel.) Quod autem Paulus subnecit de imperfectione priscarum hostiarum, & antiquorum sacerdotum, ex superioribus lo-*cis satis manifestum est, propterea in his nolim immorari.* Omnis, inquit sacerdos in dies assistebat Deo litans, & easdem aut consimiles subinde offerebat ho-*stias, quæ peccatorum fortes abstergere non potuerunt.* Christus autem vñica, ve-*ra & perfecta hostia semel oblata, omnium peccata abstulit.* & propter hanc per-*fectam & admirandam obedientiæ meruit vt à dextris Dei federet: Deinceps expe-*ctans donec in consummatione seculi sibi subiificantur omnia etiam quantum ad naturam humanam, vt alibi diximus.* Sunt enim aut futura sunt illi subiecta omnia, præter illum qui ei subiecit omnia. Sua autem gratissima hostia & omnium votis desiderata, consummauit in perpetuum eos qui sanctificantur, & qui fide tan-*ta oblationis sanctificandi sunt.* Christus suo sanguine sanctificatos perfecit, quan-*ra hostia, obserua.* do eos Deo reconciliauit & coniunxit. En habes Christiane vnde gloriari de-*beas, & tui Christianismi sacramentum attollere.* Agnoscito nihil in te simpliciter esse perfectionis, si quid autem perfectum sit, absolutum, & laude perpetua di-*gnissimum, tribus velim viuificæ Christi hostiæ, à qua pendet tuæ futuræ beatitudinis spes vñica.**

Contestatur autem nos & spiritus sanctus. postquam enim dixit, „Hoc autem testamentum quod testabor ad illos, post dies illos, di-“ cit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eo-“ rum inscribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non re-“ cordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio“ pro peccato. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum“ in sanguine Christi, quem initiauit nobis viam nouam & viuentem“ per velamen, id est, carnem suam & sacerdotem magnum super do-“ mum Dei, accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aspersi cor-“ da à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei no-“ stræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim est qui repromisit) &“ consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum ope-“ rum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est“ quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quando videritis ap-“ propinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis post acce-“ ptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, ter-“ ribilis autem quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio quæ con-“ sumptua est aduersarios.) Contestatus est & spiritus sanctus per oraculum Hie-“ remiæ nullam Deo vñquam placuisse hostiæ & oblatione pro remissione peccatorū“ præter immolatione corporis Christi. Post dies illos dicit dominus, Dabo leges meas“ in cordibus eoru, & in mentibus eoru inscribam eas, & peccatorū & iniquitatū eoru iā Hiere.31.“ nō recordabor amplius. Vbi autē horum remissio, iam nō est iteranda pro peccato“ oblatio. Et quia vera & perfecta Christi hostia, condonata sunt nobis vñcia omnia,“ debemus habere fiduciam in introitu, quo Christus pótifex pro nobis ingressus est“ sancta. Siquidē hoc ingressu nobis innouauit siue dedicauit viā recentē & viuā, per Esa.45.“ quam nemo pollutus transibit. Et per velamen, hoc est, carnem suam, qua fuit obte-“ Z. iij.

cta diuinitas, & Deus absconditus: & per seipsum sacerdotem magnum, super dominum Dei, ecclesiam scilicet militarem & triumphantem, cui vt caput præficitur, accedamus ad autorem nostræ salutis, cum integro corde, & euangelica ac consummata fide, repurgati à nostris noxiis affectibus, per lauacrum regenerationis: teneamus confessionem spei firmam & immobilem, non huc & illuc nutantem. Etenim fidelis est Deus, qui nobis cœlestia bona pollicitus est, ad quem nobis patet aditus per mutuam charitatem, quæ est vinculum perfectionis, & qua plenitudo legis continetur. Quod si in nobis incendium amoris incandescat, non deferemus nostram cōgregationem, sacrum scilicet Christianorum cœtum, vt quibusdam mos est, qui apostasia à fide, aut hæresi, aut odio, aut rixis & inuidia ignis amoris extinxerunt: nōsq; ipsos ad piè viuendum exhortabimur, & tanto magis ac diligentius quanto propius vide-rimus diem extremi iudicii instare. Quod si sponte reciderimus in vitia, post acceptā veritatis cognitionem, quæ de Christo est & eius gratia, & condonationem culparū per lauacrum spiritalis aquæ, non amplius offeretur illa ipsa hostia pro abluēdis nostris vitiis. nam vt saepius dictum est, semel dūtaxat fuit oblata & immolata, licet eius fiat in ecclesia iugis memoria, cui qui confidunt, licet relabantur in peccata, tamē per veram & salutarem poenitentiam à suis vitiorū inquinamentis mundantur. Sed nobis expectandum est formidabile iudicium in igne qui nihil nō cōflagrabit. Et propterera adiecit Paulus, *Terribilis est expectatio iudicij, & emulatio ignis, qui consumpturus est aduersarij Dei & ecclesie.*

Sunt autē aduersarii Dei & ecclesie, Diaboli, Hæretici, Scismatici, & sceleratissimi peccatores in suis nephandis flagitiis indurati. Hæc autem ignis emulatio est poena ignis, quæ ex zelo diuinæ iustitiae infligitur impiis. Huic quoque Paulina doctrinæ de reformidado die extremi iudicii, arridet illud Sophoniæ, Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis. Deinde adiicit Propheta, Reges & Principes suis fidant opibus, vt earum præsidio liberentur à sententia Dei, Nec aurum nec argentum poterit eos liberare in die iræ Domini. Incutit & terrorem non modicum sceleratis illud Apocalypseos, de vindicta Dei quæ aduersus impios post multa signa sese exeret. Et reges terræ & Principes & Tribuni,

Soph.1. & diuites & fortes, & omnis seruus & liber, absconderunt se in speluncis & in petris montium, & dicunt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit stare? quasi innueret is qui abditiora Dei arcana hausit & intellexit, nullus aut vix ullus. Aut dic, Quis non contremiscet, & toto pectore concutietur, cùm audiet sententiam Dei in sceleratos & impios ferri? Quod si virtutes cœlorum, multitudines scilicet angelorum commouebuntur in aduentu Domini decutiatur supercilium eorum qui se sanctos arbitrantes, præsentiam iudicis non reformidant. Nec hinc euariat illa Petri doctrina, Et si iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Et propterea concludit Dominus in Eu-

Apoc.6. gelio Matthæi, ne paulò ante aduentum Domini insidiis Diaboli circunueniamur, qui vt nos deuoret, dilaceret & interimat, semper hamum carnis (quo inescamur) parat & offert, Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.

Esa.2. Osee.10. Luc.23. Matt.24. I.Petr.4. Et quadam eleganti parabola illud suadet, Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non fineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Hæc longè fusius in nostris Commentariis in 4. Euangelistas editis, tractauimus.

„ Irritam quis faciens legem Moysi, sineulla miseratione, duobus aut tribus testib⁹ moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, „ qui filium Dei cōculauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, „ in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim

„ enim qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum, Iudicabit Dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Rememorami autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuitis passionum: in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conuer-santium effecti. Nam & vincitis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum, aliquantulumque, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit. quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.) Quod subnecit Paulus, planè demonstrat

aut oramento fidei donatos, summum posthac subituros supplicium, si neglexerint unicum salutis æternæ pontificem reuereri, suspicere, & omni religionis cultu adorare, & suis vitiis immersi, & foedis voluptatibus ingurgitati, non agnouerint nec coluerint illum, cuius gratia redempti sunt, & à lege mortis & peccati liberati: imo quod maius est, à laqueis Diaboli, quibus irretiti fuerant, explicati. Argumento autem à minori ad maius deducto, colligit quænam tormenta manebunt illos, qui blasphemii *Hæc obser-* obstinata incredulitate aut inueteratis vitiis conculcarunt & derisivi habuerunt filium *ua de ani-* Dei. Si Iudæus inquit, Mosaïcam legem voluntariè præuaricando, sineulla reuocabilis iudicis sententia sub duobus aut tribus testibus adiudicabatur morti. multo ma-ne in obsti- iora Christiani improbè viuentes sub euangelica lege tormenta perferet. & illi præ-natos & refertim qui inauditis blasphemii & turpissimis vitiis (quæ commemorare non licet) probos. compresserint ac conculcauerint filium Dei, & sanguinem noui testamenti, quo aliquando gratuito sanctificati fuerant, polluerint & contaminauerint, eoque polluto & labefactato, Spirituis sancto, gratiarum quidem omnium & donorum largitori cumulatissimo, contumeliam irrogauerint. Is censetur irritam facere Dei legem qui suis vitiis assuetudine quadam indulgendo, diuinæ sanctiones transgreditur. vnde *Quis censem-* dicebat Christus Scribis & Phariseis, Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Quod autem adiecit Paulus *Sineulla miseratione moritur*, hunc habet facere Dei sensum, Adeo graue scelus admisit, vt ei poena non remittetur. Siquidem scriptum est, Maleficos non patieris viuere. Item scribit Moses de homicida qui odio & insidiis proximum suum interfecit, Morietur, non misereberis eius, & auferes noxiū Exod.2.2. sanguinem de Israel, vt bene sit tibi. Quod autem duobus aut tribus testibus conui- Deut.19. etus moriebatur, indicat scriptura illa, In ore duorum aut trium testium peribit qui Deut.17. interficietur. Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium, Adhæc, Non statbit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore Deut.19. duorum aut trium testium stabit omne verbum. Is censetur conculcare filium Dei, *Quis censem-* tur concul- qui eum vilipendit, non credendo cùm fuit instructus vt crederet, quod eius fides, care Dei fi- perfecta quidem, est sufficiens ad salutem, sed pro ea assequenda commiscet cum Eu-lium. uangelio legalia. Aut is conculcat filium Dei, qui postquam fuit sacramento fidei & baptismi donatus & sanctificatus, per contemptum in eum peccat. Pollutum ducit *Quis censem-* tur polluere & sanguinem noui testamenti, qui eo ablatus ad vomitum reddit. quod si non credat quod gratia Spiritus sancti per Christum data est, irrogabit contumeliam Spiritui noui testa- menti. Quod autem Deus vlcisetur iniuriam sibi à transgressoribus suæ legis fa-

Etiam, & crimina, vehementi & seuera animaduersione cruciabit, dedit Paulus ex Deut.32. illo Deuteronomij loco, Mihi vindictam, & ego retribuam. Aliter tamen legimus, sed eadem est sententia, Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. Deinde nos admonet Paulus vt viis omnibus deuitemus peccatum, nec ambulemus per semitas impiorum, ne Deus telum sui iudicij in nos intorqueat, & dicat nos puniendo, Ignis succēsus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima. *Horrendum est, inquit, incidere in manus Dei viuentis.* Non enim adiudicati suppicio æterno, possunt de manu Dei erui, nec intrusi in barathrum ignis infernalum, extrahi. Et propterea de Iuda proditore dixit Christus, Melius illi erat, si natus non fuisset. Adhac, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Scribit & Ecclesiasticus, Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Verū dicet quispiam, Melius est incidere in manus Dei, quam in manus hominum. cùm enim Gad propheta dixisset ipsi Dauid, Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & isti te persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua, respōdit Dauid ad Gad, Coarctor nimis, sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quam in manus hominum, immisitque Dominus pestilentiam in Israel. Respondeo, Si dun-taxat homo hominem offenderet, & non Deum, melius illi esset incidere in manus hominum quam Dei. Aut dic quod melius est peccantem & contemnentem, incidere in manus hominum, peccantem verò & poenitentem in manus Dei. Et quia Dauid de suo peccato poenitentiam egit, & lugendo diuinæ misericordiæ confidit, dixit, Melius est vt incidam in manus Domini quam in manus hominum. Idem sentit beatus Thomas. Quidam interpres dicunt duas esse Domini manus, Vnam dexteram, & alteram leuam. Dextera, misericordia, in quam qui incident beati sunt, nam illi innitendo (si modò à suis vitiis resipiscant) non possunt infoeliciter interrire. Leua, iustitia est. In hanc autem post iudicium, horrendum erit incidere, quia tunc temporis non erit amplius locus misericordiæ sed iustitiae. erit & in illa hora Deus vltionis. Sed nunc cùm adhuc in hoc seculo viuimus, non est horrendum incidere in manus Domini, quia considerando nostram infirmitatem qua circundamur, Deus est pater misericordiæ, & misericorditer iudicat. Dixit enim, Nolo morte peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Dauid autem vtrique manui Domini sese submisit, magis tamen dexterè. Nam dixit, Multæ sunt misericordiæ Domini. In subsequenti contextu Paulus adhortatur suos Hebræos, vt inuitio & constantia animo pro iustitia fidei ad mortem usque certando, opprobria, conuicia & tormenta omnia perferant, & infractam suorum antiquorum patrum constantiam & æquabilitatem (qui facti sunt hominibus contumeliarum, derisionum & suppliciorum omnium spectaculum) imitentur. Rememoramini inquit, pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinueris passionum, in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socij conuersantium taliter estis effecti. Nam & vincitis compassi estis, & rapinam honorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem in cœlis substantiam & manentem.) Hic Pauli locus nos omnes ad cœlestia per malorum omnium sufferentiam pro gloria Euangelij rapit. Postquam enim sumus Dei gloria Chri-tianorū mihi obserua-tionis perducunt) contrito corde recepimus, debemus pro viribus adniti vt pro Christo bonum certamen certemus, nec vlla perfecutionum procella nos à foelicibus auspiciis deiiciat. Et licet persecutores fidei nos derideant, & cachinnis multis subsannent, nobisque tyranni crudelissimi atrocissimum mortis supplicium intentent, non tamen à sancto proposito fortique collectatione desistere debemus. Sit & nobis periucundum vt opes nostræ, & bona omnia temporanea pro defensione Christianismi di-

ripiantur: Nam horum iactura nobis parat ad cœlestia opulentissimam hereditatē. quod haud dubie magna cum consolatione explicat hic locus, Cognoscentes vos habere meliorem in cœlis substantiam & manentem.) Nam illic cum perpetua subsistentia, Dei gloria perfuerunt. Quod etiam hīc pro nomine Christi patimur, & nobis cum fœnore in cœlis refundetur. Verū vt Paulus suos Hebræos, nosque omnes de futuris bonis certiores reddat, adiecit, Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Verū vt magis ac magis nos malorum omnium tolerantia ad assequendam victricem palmarum prouocet, nec aduersis frangamur, subiunxit, Patientia enim vobis necessaria est,) quæ non tam sonat malorum omnium sufferentiam, quam patientem expectationem, cùm scilicet spe premij ille-sti, duramus in malis, & nos rebus melioribus seruamus. Animos quoque nostros ad pie viuendum accendere debet perpusillum & perexiguum tempis illius æquisfissimi iudicis, qui bonorum merita amplissima mercede compensabit, malorum vero & impiorum demerita æterno suppicio cruciabit. Hoc autem Paulus testimonio Abacuc propheta suadet, Si moram fecerit expecta illum, quia venietis veniet & non tardabit. Iustus autem in fide sua viuet, fide quidē perfecta & euangelica. Quod Abac 2. si subtraxerit se, hæsitando quidem in fide, non placebit animæ meæ. vocat autem Quid sit dicit Paulus animam Dei iuxta scripturæ consuetudinem, eius mentem, intellectum & numen Dei, voluntatem. vnde dicit Esaias, Dies vestros festos odit anima mea. Hunc tamen lo-Esa.1. cum, Si subtraxerit se, refert Hieronymus ad Christum tardantem, non ad hominem desperantem. Quasi vellet innuere, si plus æquo Christus remoraretur suum aduentum, mihi displiceret: sciebat tamen eum tempore præscripto venturum. Nam in eodem oraculo scriptum est, Scribe visum, & explana cum super tabulas, vt percuteret qui legerit eum, Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem & non mentietur. Prior tamen exppositio magis videtur ad Paulinam mentem accedere, de his qui tant in fide, aut multis pulsati tentationibus, ab officiis Christi recedunt. Etenim id prætendit hæc cōclusio, Nos autem non sumus filii substractionis in perditione, sed fidei in acquisitionem animæ.) Filii substractionis in perditionem, per socordiam & ignauiam, Filii substractionis in animas suas perdunt, & voluptatibus huius seculi aut honoribus aut diuitiis delin-eti, sui Dei obliuiscuntur. Filii autem fidei in acquisitionem animæ, illi sunt, qui bonis operibus suam fidem illustrantes, ad regnum cœlorum perueniunt, quique in Filii fidei in hoc seculo animam suam perdentes, in vitam æternam eam inuenient.

Argumentum vndecimi capit. 7

Fides, firma basis rerum sperandarum, nos Deo commendat, neminemque non allicit ad assequendam felicitatem æternam: Et quæ per se videri non possunt ea persuadet esse certissima, non tamen humanis rationibus aut philosophorum demonstrationibus, sed firma credulitate & certa fiducia erga Deum bonorum omnium autorem unicum. Eius præsidio adiuti, & freti libris diuinis, credimus mundum solo Dei iussu conditum esse. Adhac sancti patres (quorum in sacra scriptura celebris est memoria) fidei commendatione potissimum promeruerunt, quod assequuti sunt. Insuper tantæ virtutis est fides, vt quæ alioqui fortissima sunt & inexpugnabilia, expugnet facile, diruat & euertat, cuius scuto protet, & communiti, ignea callidissimi tentatoris tela extinxerunt, obturarunt & ora leonum, suorumque aduersariorum acies & copias fregerunt, & è summis periculis erepti, tandem ad tutissimum suæ salutis portum peruererunt. Cùm autem fiet corporum resurrectio, æterna cum laude accipient immortalitatis gloriam.

Caput vndecimum.

St autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentiuni. In hac enim testimonium consecuti sunt sene, fide intelligimus aptata esse secula verbo Dci, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. ante translationem enim testimonium habuit, placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquitibus se remunerator sit. Fide Noe responso accepto de iis quae adhuc non videbantur, metuens aptauit arcum in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiae quæ per fidem est, hæres est institutus.) Qui credit unicum esse Deum bonorum operum remuneratorem, ab eo sperat præmium longè maius illo quod ab hominibus pro meritis & officiis dari solet. Et propterea Paulus dicit in exordio huius capituli, *Fides est substantia sperandarum.*

Quid sit fides? substantiam significat aut certitudinem, & id cui aliquid innititur ac fulcitur. Itaque fides est id quo credentes nituntur. Vult & Apostolus dicere fidem esse solidum fundamentum rerum sperandarum, bonorum scilicet cœlestium, & ita firmum est fundamentum ut mutari non possit, nec sinat quæ in fundamento posita sunt, perire. Fundamentum autem est Christus Iesus, hoc est Christi fides, quæ per dilectionem operatur, per quam Christus habitat in cordibus nostris, quæ neminem perire finit. Magister Sententiarum libro 3. Distinct. 23. dicit, fidem esse virtutem qua creduntur quæ non videntur, ad religionem quidem pertinentia. Accipitur & fides tribus modis, Pro eo quo creditur, & est virtus, & pro eo quod creditur, & non est virtus, & pro eo quod creditur quod aliud est, ab eo quo creditur. Augustinus in suo Enchiridio capite 8. dicit fidem esse & præteriorum rerum & præsentium & futurarum. Credimus enim mortuum Christum, quod iam præteriit. Credimus sedere ad dexteram patris, quod nunc est. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Est & fides argumentum siue indicium non apparentium, hoc est eorum quæ non videntur. cum autem videbuntur facient rei evidentiæ. Augustinus in eodem capite dicit fidem esse conuictionem rerum quæ non videntur: Nam per autoritatem diuinam conuincitur intellectus ad assentendum his quæ non videt. In fide autem sene, hoc est, maiores nostri omnes siue sancti patres, testimonium tantopere exceperunt ut pro confesso habitum sit Christo morem gesisse. & ob integritatem fidei & eiusdem testimonium iustificati sunt. unde de sincera fide ipsius Abraham dicitur, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Quod autem subnecit Paulus, *Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent.*) Dialecticorum argutias supprimit & tumidas Philosophorum ratiocinationes deiicit. Deridet & prorsus Platonicorum & Aristotelicorum dogmata. Siquidem Plato dicebat mundum habuisse initium, sed non habiturum finem. Quantum ad exordium cum sacris consentiebat, quantum verò ad finem dissidebat. Nam futura est mundi destitutio in resurrectione universali: Cælum enim & elementa transibunt. Aristoteles humanis rationibus nimis innixus, asseruit mundum omnino esse æternum, à priori scilicet & posteriori. Hac persuasione motus, Sic cœlum perpetuò mouetur, & continuæ fiant

Fides multis modis significat, quæ non videntur, ad religionem quidem pertinentia. Accipitur & fides tribus modis, Pro eo quo creditur, & est virtus, & pro eo quod creditur, & non est virtus, & pro eo quod creditur quod aliud est, ab eo quo creditur. Augustinus in suo Enchiridio capite 8. dicit fidem esse & præteriorum rerum & præsentium & futurarum. Credimus enim mortuum Christum, quod iam

præteriit. Credimus sedere ad dexteram patris, quod nunc est. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Est & fides argumentum siue indicium non apparentium, hoc est eorum quæ non videntur. cum autem videbuntur facient rei evidentiæ. Augustinus in eodem capite dicit fidem esse conuictionem rerum quæ non videntur: Nam per autoritatem diuinam conuincitur intellectus ad assentendum his quæ non videt. In fide autem sene, hoc est, maiores nostri omnes siue sancti patres, testimonium tantopere exceperunt ut pro confesso habitum sit Christo morem gesisse. & ob integritatem fidei & eiusdem testimonium iustificati sunt. unde de sincera fide ipsius Abraham dicitur, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Quod autem subnecit Paulus, *Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent.*) Dialecticorum argutias supprimit & tumidas Philosophorum ratiocinationes deiicit. Deridet & prorsus Platonicorum & Aristotelicorum dogmata. Siquidem Plato dicebat mundum habuisse initium, sed non habiturum finem. Quantum ad exordium cum sacris consentiebat, quantum verò ad finem dissidebat. Nam futura est mundi destitutio in resurrectione universali: Cælum enim & elementa transibunt. Aristoteles humanis rationibus nimis innixus, asseruit mundum omnino esse æternum, à priori scilicet & posteriori. Hac persuasione motus, Sic cœlum perpetuò mouetur, & continuæ fiant

Gene. 15. generationes & corruptiones, mundus in æternum durabit. Verum nos diuinæ au-

toritati fidentes, & sacris literis probatissimum & efficacissimum testimonium tribuentes, inficiamus cœlum debere perpetuò moueri, & in æcum fieri per vicisitudines temporum, rerum generationes & corruptiones. Quid igitur dicat Paulus hoc loco, *Fide intelligimus aptata &c. explicemus oportet.* Trita est quorundam interpretatio, quod iussu Dei ex materia prima omni forma denudata, & ob id inuisibilis dicta, condita sunt visibilia. Alij ad Paulinam mentem propius accedentes, dicunt quod ex rationibus idealibus quæ sunt inuisibilis, & diuino verbo conuenienter respondentes (quod est Dei conceptus & artificium) condita sunt visibilia. Aut dicclarus, quod Deus sua ineffabili potentia & virtute fecit ut ex his quæ non apparent, ea quæ videntur, fierent. quod affirmat Moses dicens in libro Geneseos, *Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux.* Item dixit Deus, *Fiat firma-*

mentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis, & factum est ita. Lux itaque, quæ ante mundi constitutionem non apparebat, cum voluit Deus, apparuit. Perspi-

cuè videmus nihil non factum quod Deus sua voluntate suâque virtute præcepit fieri. Et huic Geneseos loco arridet illud Psalmographi, *Ipse dixit & facta sunt.* Psal. 32.

Quid autem Abel iustus sua sincera & feruenti fide promovererit, explicat hic lo-

cus, *Fide plurimam* (purius leges copiosiorem aut meliorem) *hostiam Abel quam Cain, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.*) Ex Genesi nobis compertum est,

& Abel & Cain de suis facultatibus obtulisse Deo sacrificium, non tamen sacrificium Cain fuit Deo gratum. Cum enim de suis bonis debuisset Deo meliora offerre, obtulit deteriora. Abel autem primus martyr, & rarissimum perfectissimæ

iustitiae exemplar, ardenti fide, sincera & in Deum fiducia, promptoque affectu de

primitiis suorum bonorum obtulit Deo sacrificium. propterea Deus & ad eum &

ad eius munera respexit. Scriptum est enim, *Factum est autem post multos dies ut of-*

ferret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primo:

genitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel, & ad mu-

nera eius: Ad Cain autem & ad munera illius non respexit. Iratusque est Cain vehe-

menter, & concidit vultus eius. dixitque Dominus ad eum, *Quare iratus es, & cur*

concidit facies tua? Nónne si bene egeris recipies? Sin autem male, statim in foribus

peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Dixit-

que Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras. Cūque essent in agro, con-

surrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad

Cain, *Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio.* Nunquid custos fratris mei

sum ego? Dixitque ad eum, Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de

terra. Nunc igitur maledictus eris super terram quæ aperuit os suum, & suscepit san-

guinem fratris tui de manu tua. Cūm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus

suos. Testatus est & Christus in suo Euangelio de iustitia Abel viri sanè inculpa-

tissimi, quam eius oblatio probatiorem & perfectiorem reddidit, Ecce ego mitto

ad vos Prophetas & sapientes & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis & ex

eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, ut

veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram à sanguine Abel

iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiaæ, quem occidistis inter templum

& altare. Quod autem Deus magnopere commendauerit munus sibi ab ipso Abel

sinceritate fidei oblatum, testantur antiqui scriptores, dicentes ignem è cœlo de-

missum, absumpisse eius hostiam Deo oblatam. facit & tantæ oblationis memo-

ria ut adhuc Abel (licet animam exhalauerit) videatur inter fideles vitam age-

re. quod haud dubie manifestat Apostolus dicens, Et per illam defunctus adhuc

loquitur.) Quasi innueret, nulla unquam obliuione in ipsa ecclesia obliterabitur

tam sacram & celebre offerentis sacrificium. Fide Enoch translatus est ne videret mot-

tem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus, ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo.) Enoch per meritum fidei placuit Deo, & placendo translatus est in paradisum, & à morte præseruatus est, licet sit moriturus: Nam per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors, ita ut in omnes pertransierit. Item, Omnes moriemur, sed non omnes immutabimur. Adhæc, Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? In Genesi scriptum est, Ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Quòd si Enoch fide placuerit Deo, & cùm placuisset transiectus est, rectè colligit Apostolus, Sine fide impossibile est placere Deo.). Sternitur autem iter ad Deum per fidem, & qui ardenti fide ac integrâ religione Deum inquirit, sperat se æternum assequuturum præmium. quod indicat hic locus, Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est.) Solus enim Deus simpliciter subsistit. Hinc illud scripturæ, Qui est, misit me ad vos, nos autem participatione tantæ substantiæ subsistimus. Quod autem adiicit Paulus, Et inquirentibus se remunerator est.) accendit animos nostros ad sperandum per omnia virtutum officia mercedem æternam. Et cùm quærimus Dominum toto corde, tota mente, totaque anima, inuenitur à nobis. Et quia Deus non est remunerator nisi per Christum, colligere nos oportet fidem Christi semper fuisse necessariam ad salutem. im- plicitè quidem aut explicitè, aut si mauis, in generali aut in particulari, qui autem fuit necessaria à Christo aut ab eius Apostolis didicerunt filium Dei in hunc mundum venisse ut nos saluaret, expressam habuerunt de Christo cognitionem. Præbuit & Noe insigne admodum suæ fidei exemplum erga Deum. Nam cùm esset diuino oraculo admonitus, vt inundatio vniuersum animantium genus deleret in terris, nec tam suppererent nec apparerent argumenta quibus colligi posset quod prædicabat oraculum, eò quòd serenum erat cœlum, & homines suis delitiis & voluptatibus indulgebant. alij enim ducebant vxores, magis carni quam spiritui obtemperantes, alij verò crapulæ & ventri, more brutorum, inferuiebant, deridentes tanti oraculi præ sagium. Ipse tamen de futuro oraculi euentu nequaquam hæsitans, approavit arcam, qua se suámque familiam à periculo diluuij eripuit, & sceleratos homines diuino sermoni diffidentes, cùmque velut insanum deridentes condemnauit, iudicauitque dignos qui à Deo tam atroci suppicio plecterentur. Neque solum fuit à diluuij seruatus, sed integra, feruenti & perfecta fide iustificatus. Desumpit autem Paulus hoc de fide, obedientia & iustitia ipsius Noe testimonium ex septimo & octavo capite Geneseos, vt legenti euaderet exploratum. Adumbrauit & illud diluuium in diebus Noe factum, extremum iudicium, quod Christus in suo Evangelio manifestat dicens, Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes usque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognoverunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filii hominis.

Exo. 3. Fides Christi semper fuit necessaria à Christo aut ab eius Apostolis didicerunt filium Dei in hunc mundum venisse ut nos saluaret, expressam habuerunt de Christo cognitionem. Præbuit & Noe insigne admodum suæ fidei exemplum erga Deum. Nam cùm esset diuino oraculo admonitus, vt inundatio vniuersum animantium genus deleret in terris, nec tam suppererent nec apparerent argumenta quibus colligi posset quod prædicabat oraculum, eò quòd serenum erat cœlum, & homines suis delitiis & voluptatibus indulgebant. alij enim ducebant vxores, magis carni quam spiritui obtemperantes, alij verò crapulæ & ventri, more brutorum, inferuiebant, deridentes tanti oraculi præ sagium. Ipse tamen de futuro oraculi euentu nequaquam hæsitans, approavit arcam, qua se suámque familiam à periculo diluuij eripuit, & sceleratos homines diuino sermoni diffidentes, cùmque velut insanum deridentes condemnauit, iudicauitque dignos qui à Deo tam atroci suppicio plecterentur. Neque solum fuit à diluuij seruatus, sed integra, feruenti & perfecta fide iustificatus. Desumpit autem Paulus hoc de fide, obedientia & iustitia ipsius Noe testimonium ex septimo & octavo capite Geneseos, vt legenti euaderet exploratum. Adumbrauit & illud diluuium in diebus Noe factum, extremum iudicium, quod Christus in suo Evangelio manifestat dicens, Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes usque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognoverunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filii hominis.

Matt. 24. „ Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem acceptus erat in hæreditatem, & exiit nesciens quòd iret. Fide demoratus est in terra re promissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus re promissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor est Deus. Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum, qui re promiserat. Propter quod & ab uno orti sunt (& hoc emor tuo) tanquam sidera cœli, in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis

, „ acceptis re promissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus reuertendi, nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur Deus voci Deorum eorum, parauit enim illis ciuitatem.)

Fuit & fides Abrahæ commendatissima, si cuiuspiam Patriarchæ fides olim fuerit commendata: vt enim Dei iussis obsequeretur, nihil cunctatus natale solum (quo nihil est charius) reliquit, & commigravit in locum quém loco hæreditatis erat assequuturus, nempe in terram Chanaam, licet eum lateret quo proficisceretur. de cuius profectione sic scribit Moses, Egressus de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi, faciámque te in gentem magnam, & benedic tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedic benedicentibus tibi, & maledic maledicentibus tibi. Atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Deus, & iuit cum eo Loth. Abraham fuit & fide aduenia in terra promissionis, vt in aliena. In casulis siue tentoriis habitauit cum Isaac & Jacob cohæredibus eiusdem promissionis.) non enim in terra Chanaam, in qua vt aduenia mortuus est, domum extruxit. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus est.) Quòd autem in terra Chanaam non habuerit statum domicilium neque firmam mansionem, testatur scriptura illa, Fuit colonus terræ Palestinorum diebus multis. Item, Non dedit illi in ea hæreditatem, nec passum pedis, sed re promisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cùm non haberet filium. Terra sanctis Patriarchis promissa, erat figura terræ viuentium, de qua dicit Propheta, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Item, Mansueti hæreditabunt terram. Cui astipulatur Eu angelista, dicens, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Theophylactus exponens hanc scripturam, Expectabat fundamenta habentem ciuitatem, dicit, Eò inquit, in tabernaculis habitabant quæ minus subsisterent, quia cœlestem ciuitatem opperebantur, quæ veris esset fundamentis & validis ac perpetuis stabilita & firmior, & nullo vñquam situ vel putredine collapsura. Vnde & Deus hos conspicatus parui fudere terrena promissa, vt maiora illis pararet, hæc in posterum distulit, vt his ipsiis condigna non his terræ bonis elargiretur. Illi nanque longo post tempore terrenis hisce acceptis promissionibus, haudquam magni has faciebant: sed cœlestium cupidine tenabantur. Hæc ille. Cùm dicit terrenis hisce acceptis promissionibus, vult innuere, quòd acceperunt promissionem possidendi terram illam, non tamen actu possederunt, sed à longè aspicerunt) Patriarcharum peregrinatio adumbrabat præsentem hanc vitam, quæ duntaxat peregrinatio est ad futuram ciuitatem inquirendam, quæ non hominum sed Dei artificio extracta est. de qua postea dicit Paulus, Accessit ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem, & multorum milium Angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiolorum, qui conscripti sunt in cœlis. Fundamenta illius ciuitatis dici possunt sancti Angeli, & beati homines, qui ad ordines Angelorum assūmuntur. Commendatur & magnopere fides ipsius Saræ. nā licet esset sterilis, & tempus concipiendi excessisset, eò quòd desierant ei fieri muliebria, tamen ob integritatē fidei, recepit à Deo virtutē cōcipiendi, siue vires assumptis, vt ex femine viri conciperet filium, ita vt ex infœcunda facta sit fœcunda. Fidelem enim existimauit eum qui promisit, & qui quando vult rerum naturas mutat. Et licet riserit occulte post ostium tabernaculi, quando Angelus dixit Abrahæ, Reuertens veniam ad te, tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua, eò quòd hominem esse credebat, nec adhuc erat spiritu Dei ad percipiendum tan-

Gene. 12.

Gene. 21.

Psalm. 26.

Psalm. 36.

Matth. 5.

Hebre. 12.

Aa.j.

- Iosue.6. tærei miraculum & mysterium afflata, cùm tamen planè intellexit diuinum oraculum & promissum, firmissimè credidit nihil Deo esse impossibile, & se magis virtute Dei quām naturæ præfidiis filium parituram. Non tamen est negandum quin cùm primùm risit, hæsitauerit finam nonagenaria posset filium concipere: cùm autem Angelus subirascens hominis imaginem gestans, dixit eam instruendo, Nunquid Deo quicquam est difficile? tunc credidit. Qui autem ex vno, nempe Abraham (qui est pater multarum gentium) progeniti sunt, filii sunt Abrahæ. Iudæi quidem secundum carnem, Gentiles verò secundum imitationem fidei, vt alibi declarauimus, & gratia Dei in tam numerosam multitudinem creuerunt, vt cum stellis cœli, & arena quæ est iuxta littus maris innumera, conferri possint. quod haud dubiè affirmat scriptura illa, Suspice cœlum, & numera stellas si potes. Et dicit ei, Sic erit semen tuum. Quandiu autem in hoc seculo vixerunt, feruentissimam sui progenitoris fidem imitando, vitam vt peregrini duxerunt, paribili cibo contenti. Et cùm fœliciter suum diem obierunt, crediderunt se aliquando supernam illam beatorum ciuitatem ingressuros. Quod autem dicit Paulus, Secundum fidem defuncti sunt omnes isti.) intelligendum est, exceptis Enoch & Helia. aut id dictum putes de Abraham, Isaac & Iacob: Nam illis duntaxat facta est promissio. Et licet antequam filius Dei è sinu sui patris in hunc mundum descendisset omnium saluti prospecturus, nondum quod sibi promissum fuerat, recepissent, syncera tamen fide crediderunt se aliquando Dei pollicitationibus, quas in hoc seculo eminus viderunt & salutarunt, fruituros. Huic tamen Paulinæ doctrinæ non acceptis reprobationibus, videtur Ezechiel repugnare, dicens de Abraham, Vnus erat Abraham &
- Gene.15. hæreditate possedit terræ. Respódeo quod possedit, hoc est, prim⁹ accepit promissio nē possidendi, sed non actu possedit, vt Acta Apostolorū indicant. sed duntaxat illic agitur de re promissione facta Abrahæ & eius semini, quæ ad sublimiora præludebat. Sed à longe eas aspicientes.) per fidē quidē. Et salutates.) præ gaudio quidē aliquando intrandi. Hoc autē dictū putes ad similitudinē nautarū, qui quando primō vident portum, prorūpunt in laudem, & salutant etiam obuiis oculis ciuitatem ad quā contendunt. Nec minus sancti patres qui in speculo fidei intuiti sunt Christum venturum, suo Redemptori & Saluatori plausibiliter assurrexerunt, ac si iam natum vidissent. Quod si Abraham, Isaac & Iacob ægrè tulissent se ex sua patria nempe Mesopotamia exiisse, habuissent utique tempus ad eam remigrandi, quia non longè à finibus suæ patriæ distabant: nunc autem potiorem & longè florentiorem ac ditiorrem expetunt, nempe coelestem. de qua scriptum est, Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Et propterea Deus non eos erubescit, & cùm sit eorum Deus, imò integerrimus amicus, iuxta scripturam illam, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob, salutifera sui filij cruce coelestem ciuitatem eis parauit. Quod si sancti Patriarchæ relicto natali solo (quod sibi erat dulcissimum) aliò, Dei iussis obsequentes commigraverint, & spretis huius mundi magnificis & splendidis palatiis, in externorum tuguriolis, casulis & cauernis velut alienigenæ aut barbari habitauerint, sperantes se aliquando in stabili, firme & perpetuo Dei tabernaculo mansuros: cur Christiani quibus illuxit Christus, & qui exactissimam ac certissimam sui Euangelij cognitionem per suos legatos habuerunt, non egrediuntur de suis voluptatum palatiis? Cur denique non deserunt feruenti fide inflammati, suas magnificas ædes vt calcatis prorsus rerum terrenarum diuinitiis, & castigatis suis humanis affectibus, ad florentissimam & augustissimam Dei viuentis ciuitatem aspirent, anhelent & euhantur? Diuinitæ breui peritura nos occæcāt. Ambitio à melioribus studiis nos auocat. Effrænis voluptas & indomita lasciuia animos nostros contaminat, ita vt rerum terrenarum cupiditatibus deliniti, imò sepulti, quæ coelestia sunt contemplari non possimus.
- Ezech.33. Psal.26. Exo.3.

Fide

„ Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat re promissiones ad quem dictum est. In Isaac vocabitur tibi semē, arbitrans quia & à mortuis suscitare potēs est Deus. „ vnde eum & in parabolam accepit, fide & de futuris benedixit Isaac, „ Iacob & Esau. Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedit, & adorauit fastigium virgæ eius. Fide Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. „ Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, „ eò quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt Regis editum. Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quām temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro AEgyptiorum, improperium Christi: Aspiciebat enim in remunerationem. Fide relavit AEgyptum, non veritus animositatem Regis, inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide celebrauit pascha & sanguinis effusionem, ne qui vastabat primitua, tangeret eos. Fide transferunt mare rubrum, tanquam per aridam terram. quod experti AEgyptii deuorati sunt.. Fide muri Hiericho corruerunt circuitu dierum septem. Fide Raab meretrix non periit cū incredulis, excipiēs exploratores cū pace.)

Præbuit & Abraham pulcherrimum suæ fidei specimen, cùm voluit suum filium Isaac vnigenitum vt Dei iussis obsequeretur, immolare, quod certè fecisset nisi Angelus obstatisset dicens, Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Et licet Deus tentauerit Abraham, vt suum filium sibi offerret in holocaustum, non tamen hoc temptationis genere eum inducebat ad malum, quia est malii intentator, sed vt eius obedientiam probaret, probatam cumulatissimo beneficio remuneraret. Neque enim omnis est culpanda tentatio, quia & gratulanda est qua sit probatio, vt dicit Augustinus libro decimo sexto de Ciuitate Dei, capite 32. Cùm autem dicit Paulus Fide obtulit Abraham Isaac, vult innuere quod voluit offerre, & paratus erat offerre sibi ex Sara vxore vnigenitum, in quo susceperat promissionem. Nam dictum est illi, In Isaac vocabitur tibi semen. Credidit autem Abraham quod Deus poterat sibi Isaac, si immolatus fuisset, reddere, & à morte excitare. Et propterea adduxit in similitudinem, illius scilicet de quo dicit Apostolus, Qui pro proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Propterea & Isaac sicut Dominus crucem suam, ita sibi ligna ad victimæ locum quibus fuerat impendens ipse portauit. Aries autem inter vepres hærens cornibus (quem Abraham loco Isaac immolauit) figurauit sacrificium sanguinis Christi, qui antequam immolaretur, fuit spinis Iudaicis coronatus. Et propterea adiecit Paulus, Vnde cum & in parabolam accepit.) hoc est, quod loco Isaac fuit immolatum, gestauit typum Christi. Nam aries hærens cornibus inter vepres, figurabat humanitatem Christi, quæ fuit confixa cruci. Isaac autem (vt quidam volunt) representans diuinatem Christi, non debebat occidi neque pati. Fide & Abraham de futuris benedixit Isaac.) Quod tamen in iisdem verbis non comperies in veteri testamento: meruit tamen Abraham sua integerrima fide perfectæ obedientiæ copulata, vt post suum obitum Isaac à Deo benediceretur. Siquidem in Genesi scriptum est, Et post obitum illius, benedixit Deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine viuentis & videntis. Isaac fide benedixit Iacob & Esau.) Gene. 25. Aa.ij.

Non omnis tentatio culmina est,

Augustin⁹.

Ge.18. 22.

Roma. 9.

- Gene. 27.** Benedictio qua benedixit filio suo Jacob, hæc est, Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, & seruant tibi populi, & adorant te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ, qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Benedictio autem qua Isaac suo filio Esau benedixit, hæc est, In pinguedine terræ & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies, tempisque veniet cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Quod diuina voluntate prætulerit Isaac filium suum minorem natu ipsi Esau, figurabat populum Gentilem feruenti fide aliquando ad Christum accessurum, debere Iudæis præfici. Quod affirmat illa Matthæi narratio, Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob in regno cœlorum, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriore, ibi erit fletus & stridor dentium. *Fide Jacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius, siue ut alij legunt, & adorauit in summitate virgæ suæ.*) Benedictio quam Iacob breui exhalatus animam filiis Ioseph impartitus est, hæc est, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus, qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in multitudine super terram. Videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Effrain grauiter accepit, & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Effrain, & transferre super caput Manasse: Dixitque ad patrem, Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus. Pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait, Scio fili mi, scio, & iste quippe erit in populos & multiplicabitur, sed frater eius iunior, maior erit illo. & semen illius crescat in gentes, En prospicis candide Lector Iacob fuisse diuinitus afflatus, vt prædiceret Gentilem populum (qui aliquando prophanæ religioni se addixerat) Iudaico præferendum esse, & longè plures ex Gentium numero quam Iudæorum ad cœlum commigraturos. Quod autem adiicit Paulus, Et adorauit fastigium virgæ eius) ex 70. interpretibus desumptum est, Præagiens Iacob instare diem suæ mortis, adiurauit filium suum Ioseph, vt non eum sepeliret in AEgypto, sed transferret eius corpus ad terram Chanaam vbi sepulti fuerant maiores eius. Et cum iurasset Ioseph, adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput. Non igitur putas Iacob (qui postea dictus est Israel) adorasse suum filium Ioseph, aut eius virginem, sed ipsum Deum innixum fastigio virgæ eius. Quidam interpres dicunt Iacob accepisse sceptrum Ioseph donec iurasset: nam in AEgypto, loco Regis colebatur, & antequam ei redderet adorauit Dominum innixum fastigio sui sceptri. *Fide Ioseph moriens de exitu filiorum Israel mentione fecit, & iussit suis fratribus, vt ex AEgypto sua ossa in sepulturam suorum patrum transportaret.* Hoc testimonium desumpsit Paulus ex Geneseos libro, in quo scriptum est, Post mortem Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista, ad terram quam iurauit Abraham, Isaac & Jacob. Cumque adiurasset eos atque dixisset, Deus visitabit vos, aportate ossa mea vobiscum de loco isto, mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Hinc nobis exploratum est Ioseph cognouisse Deum liberaturum filios Israel de durissima AEgyptiorum seruitute, & credidisse promissionem factam Abrahæ, Isaac & Jacob, debere impleri per redditum filiorum Israel in terram promissionis. Fide parentes Moysim videntes Moysem, infantulum quidem admodum elegantem & venustum, occultarunt eum tribus mensibus, nec fuerunt exterriti Regis adicto qui iusserat omnes Hebræorum masculos occidi ne multiplicaretur. In Exodus scriptum est, Egressus est post hæc vir de domo Leui, & accepit vxorem stirpis suæ, quæ concepit & peperit filium, videns eum elegantem abscondit tribus mensibus. Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eā bitumine ac pice, posuitque intus infantulum & expo-

exposuit eum in charecto ripæ fluminis stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. Cum autem adoleuit Moyses, filia Pharaonis adoptauit eum in locum filij. Et cum grandis effectus est, negauit se esse filium filiæ Pharaonis.) non quidem verbo, sed facto, vt quidam interpretantur, quia contra voluntatem Pharaonis Regis AEgyptiorum crudelissimi interfecit virum AEgyptum, qui percusserat quendam de Hebræis fratribus suis. Illo autem facto magis elegit affligi cum populo Dei, quam oblectari temporaneo peccato. si enim cum AEgyptis afflixisset filios Israel, Deum offendisset. Prætulit & constanti animo impropterum Christi opulentissimis AEgyptiorum thesauris: aspiciebat enim in mercedis remunerationem.) Hoc dictum putes in similitudine Christi. Sicut enim Christus venit liberatus mundum de principe tenebrarum, & liberando passus est à suo populo multa improperia. Ita Moses venit liberatus populum Hebraicum de principe AEgyptiorum, & liberando passus est opprobria & conuicia à suis fratribus. Cum enim conspexisset duos Hebræos rixantes, dixit ei qui faciebat iniuriam, Quare percritis proximum tuum? Qui respondit, Quis constituit te principem & iudicem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti AEgyptum? Nec hæsitandum est, quin Hebræus ille tumido & superbo animo id dixerit, paratus Mossem, ni fugisset, percutere. Adhæc, Moses cum bona Dei fiducia, cui totus innitebatur, reliquit AEgyptum, non formidans furorem Regis, inuisibilem enim tanquam videns sustinuit.) Hoc est, Deum speculo fidei semper præsentem conspexit, licet hic videri non possit, eumque vt sibi adiutorem & protectorem unicum expectauit. De exitu Moysi ab AEgypto cum suis fratribus, quando Dominus in noctis medio percusit omne primogenitum in terra AEgypti, lege duodecimum caput Exodi. *Fide celebravit Pascha, & sanguinis effusionem, ne is qui interimebat primogenita tangeret eos.*) Pascha hoc in loco sumitur Exo. 12. pro esu agni paschalis, qui decimoquarto die mensis primi ad vesperam immolabatur, cuius sanguis sumebatur ad illiniendum vtrunque postem domorum. Et Iudæi nocte illa agnum assūm igni, cum panibus azimis & lactucis agrestibus comedebant festinanter. Erat enim Phase, hoc est, transitus Domini. Siquidem Dominus nocte illa transiit per terram AEgypti, percussitque omne primogenitum in terra AEgypti ab homine usque ad pecus. Quod autem adiecit Paulus, *Et sanguinis effusionem, ne is qui interimebat primogenita tangeret eos,* respondet illi scripturæ, Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis, & videbo fanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram AEgypti. *Fide transferunt mare rubrum tanquam per ardam terram, quod experti AEgyptij deuorati sunt.*) Filii Israel totam suam fiduciam in Deo collocantes pertransferunt absque ullo periculo mare rubrum, ac si super terram ambulassent. Volentes autem AEgyptij signum istud prodigiosum experiri, fuerunt in mediis fluctibus absorpti. De hac re scribit abunde Moses capite decimoquarto & decimoquinto Exodi. Fide muri Hiericho corruerunt circuitu dierum septem. Scriptum est in libro Iosue, Dixit Dominus ad Iosue, Ecce dedi in manus tuas Iosue. 6. Hiericho, & Regem eius, omnésque fortes viros, circuite urbem cuncti bellatores semel per diem. Sic facietis sex diebus: Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum usus est in Jubileo: & præcedent arcam foederis, septiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Cumque insonuerit vox tubæ longior atque concisior & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint. *Fide Raab meretrix non periret cum incredulis excipiens exploratores cum pace.*) Licet Raab esset meretrix, & scortatione foedaque libidine inter idololatras corpus suum foedasset, diuino tamen instinctu seipsum & exploratores, qui à Iosue Hebræorum duce strenuissimo missi fuerant ad explorandum, qua fortitudine & hominum copiis Hiericho muniretur, ab omni periculo præfer-

uauit. Ita enim vni Deo pro suis militibus pugnanti fidebat, vt eos occultando in sua domuncula prostituta & mœnibus vrbis adnexa, firmissimè crediderit se exploratoribus à periculo seruatis euasuram manus Hebræorum, quod haud dubiè cōtigit. Siquidem scriptum est, Dixit Iosue ad omnem Israel, Vociferamini: Tradidite enim vobis Dominus ciuitatē. Sítque ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt Domino. Sola Raab meretrix viuat cum vniuersis quæ cum ea in domo sunt, abscondit enim nuncios quos direximus.

„ Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Hiepthe, Dauid, & Prophetis, qui per fidem vicent regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate, fortis facti sunt in bello, castra vertebant exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt non suscipientes redemptions, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alii verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Et hī omnies testimonio fidei probati, non acceperunt re promissionē, Deo prō nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.)

Si Paulus vellet in amplissimo campo recensere singula nomina illorum qui integrima fide virutes heroicas & plusquam humanas à Deo obtainuerunt, non epistolam quæ debet esse succincta scriberet, sed opus immensum, quod nullis vñquam calcographorum typis excudi posset. Et propterea hæc adiicit, Et quid adhuc dicam? Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Hiepthe, Dauid & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones.) Nobis ex libro Iudicum debet esse exploratum, Deum vehementer suo populo ob ingratitudinem, & sui contemptum succensuisse. Et ob id ne peccatum maneret impunitum, tradidit eum septem annis à Madianitis affigendum & opprimendum. Cūm autem filij Israel sua peccata luxerunt, & magno humilitatis signo suam arrogantiam deiecerunt, & à Dominō auxilium postularunt, vt à suis aduersariis liberarentur, misit Deus ad eos virum Prophetam nomine Gedeonem, cui Angelus apparuit & dixit, Dominus tecū virorum fortissime, Dixitque Gedeon, Obscurō mi Domine, si Dominus nobiscum est cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Vbi sunt mirabilia eius quæ narraverunt patres nostri atque dixerunt, De Aegypto eduxit nos dominus? Nunc autem dereliquit nos dominus, & tradidit in manu Madiam, respexitque ad eum dominus & ait, Wade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madiam. Scito quod miserim te. Qui respondens ait, Obscurō mi domine in quo liberabo Israel? Et cūm iterum dixisset dominus Gedeoni, Ero tecum, & percutes Madiam quasi vnum virum. Dixit Gedeon ad dominum, Si saluum facis per manum meam populum Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area. Si ros in solo velle re fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. factumque est ita. Et de nocte consurgens expresso vellere concham rōre impleuit. Dixitque rursus ad Dominum, Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero signum quærens in vellere, oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rōre madens. fecitque Dominus nocte illa vt postulauerat, & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra. Peccauit tamen

vir

vir alioqui omnium fortissimus tentando Dominum, & postulando ab eo signum in vellere, quem tamē postea pœnituit. Debebat enim his Domini verbis absque postulatione signi fidem adhibere, Scito quod miserim te. Et iterum, Ero tecum, & percutes Madiam. Nec ita Paulus Gedeonem sanctorum catalogo ascribit, quod nunquam Deum offenderit, præter enim experimētum quo voluit sub hæsitantia experiri diuinam virtutem, deliquit faciendo ex inauribus aureis Ephot, in quo fornicatus est omnis Israel, sed ob virtutes heroicas & insignia facinora, quibus excelluit, sanctorum numero fuit ascriptus. Quod autem Barach fide superauerit Sisaram, ducem militiae Iabin, non tam ei ascribendum est quā Delboræ prophetissæ, cūm enim nollet sine illius mulieris comitatu ad pugnam descendere, dixit ei mulier diuinus inspirata, Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria nō reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Samson ab vtero suæ matris Domino consecratus, & ipsa fortitudine fortior, synceritate fidei Philistinos superauit, & suis præclaris virtutibus meruit vt sanctorum catalogo ascriberetur. Verū dicet quispiam, Peccauit interficiendo seipsum: nam euertendo domum in qua erant principes Philistinorum, & ingens hominum multitudo, cecidit cum Philistinis. igitur non debuit cum sanctis annumerari. Augustinus excusat Samsonem, nam iuslū Dei domum illam (in qua mortuus est cum Philistinis) subuertit, non enim potuisset tam validam domum suis propriis viribus diruere. Nam in libro Iudicum scriptum est, Inuocato Domino ait, Iudi. 16. Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem meam pristinā vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum lumen vnam vltionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas quibus innitebatur domus, alterāmque earum dextera, & alteram leua tenens, ait, Moriatur anima mea cum Philistim. concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes & cæteram multitudinē quæ ibi erat. Hiepthe pugnator fortissimus fide deleuit filios Ammon, peccauit tamen immolando suam filiam vt suum votum seruaret: Fuit enim indiscretus in vouendo, & in reddendo impius. De eius voto hæc legimus, Votum vouit Domino dicens, Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihi que occurrit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Cūm autē victor rediret, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris, quam non sine mœrore expletis duobus mensibus immolauit Domino: Immolauit autē quod immolare non debuit. Et licet factus sit super Hiepthe spiritus Domini vt voueret in generali, quod immolaret Deo quicquid fibi occurreret immolabile, non tamen fuit afflatus spiritu Dei vt in particuliari suam filiam immolaret, poterat enim interpretari suum votum & moderari, quod tamen non fecit, postea tamen eum tam cruenti facti pœnituit. De fiducia Samuelis & Dauidis in Deum, qua infideles vicerunt, tibi ex libris Regum abundè suppetunt testimonia, quæ nimis operosum esset recensere. Sancti patres præsidio fidei suffulti, vicerunt regna.) hoc est, subiugarunt reges, Vt Dauid, Iosue, & plerique alij. Deleuerunt & regnū diaboli: Siquidem scuto fidei extinguuntur tela nequissimi ignea. Oppugnarunt & regnum mundi: Hæc est enim victoria quæ vincit mundum, fides nostra, Operati sunt iustitiam.) Siue sit illa quæ complectitur omnes virtutes (quam generalem vocat) & de qua Christus Ioanni loquebatur dicens, Sic enim nos oportet implere omnem iustitiam. siue sit illa, qua vnicuique quod suum est, redditur. Nam & propinquorum iniurias vindicarunt, & erga iustos fuerunt clementissimi. Adepti sunt re promissiones.) Nam ipsi Dauid, quantum ad promissionem particularem dictū est, Defructu ventris tui ponam super sedem tuam, & hoc quantum ad literam de Salomone dictum putes, quantum verò ad sensum spiritalem de Christo intelligendum, qui Salomon figuratus est: Salomon enim pacificus interpretatur. Loquendo autem de promissione, terram promissam concernente, licet priores patres, Abraham scilicet, Isaac & Iacob, non eam acceperint, nec actu possederint, tamen posteriores patres, vt Iosue & Caleb, eam adepti sunt. Adde quod fideles omnes fidei, charitati copulata, vi-

Aa. iiiij.

- Danie. 14. tam æternam posse debunt. *Obrurarunt ora leonum.*) Daniel intrusus in lacum leonum, eò quod idōlum nomine Bel, regis Babyloniorum colere solebat, sed vnicum Deū viuentem adorabat, sic obturauit ora septem leonum, vt ab eis illæsus abierit. Qui autem eius morti insidiabantur, postquam rex rescuuit Danielem diuina ope protectum fuisse, ne à leonibus disperceretur, iniecti fuerunt in lacū, & à leonibus momento temporis fuerunt deuorati. Et quis ignorat Daud & Samson interfecisse ac dilacerasse leones? *Exinxerunt impetum ignis.*) Sidrac, Misac & Abdenago, siue Ananias, Azarias Iudi. 14. & Misael, ea fide valuerunt & floruerunt, vt spernentes omnino cultum statuæ Na-Daniel. 3. buchodonosor regis Babyloniorum, euaserint fornacem ignis flagrantissimi, in quam edicto regis fuerant iniecti. Effugarunt aciem gladij.) Iosue, Gedeon, Daud, & ple-4. Reg. 20 rique alij, gladiis acutis fregerunt acies suorum aduersariorum. *Conualuerunt de infir-mitate.*) Præsertim Ezechias rex Iuda florentissimus, & Deo gratissimus, cùm imme-Esa. 38. dicabili morbo corriperetur, suis lachrymis, suisque precationibus pristinæ sanitati fuit restitutus. Potest & hæc Pauli assertio intelligi de captiuis filiorum Israel, qui ex Ezech. 37. Babylone redierunt, non enim, vt meminit Ezechiel à demortuis ossibus differebant. Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.) Cùm enim filij Israel à captiuitate Babylonica redierūt, hostes sibi infestissimos debellarunt. Denique Iosue, suc-cessor Moysi, magis gladio spiritali, quām materiali pugnando, fregit exercitum suorum aduersariorum. Adhæc, *Quis ignorat Samsonem & Machabeos euertiisse ac di-ruisse castra & munimenta suorum aduersariorum?* *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuorum suos.*) Helias propheta diuina ope suffultus, suscitauit filium cuiusdam viduæ 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Sareptanę. Insuper Helisæus consimile miraculum diuina virtute edidit: nam filium Sunamitis à morte excitauit: Hæc autem signa futuram resurrectionem adumbrabat. 1. Mach. 2. *Alij distenti sunt.*) hoc est, fustibus contusi perierunt, aut capitibus præcisi, aut in ecu-2. Macha. leis cruciati sunt, aut in fartagine adusti. *Non suscipientes redemptionem, vt inuenirent me-liorem resurrectionem.*) Hoc est, Deus noluit eos à periculo mortis eripere, vt eos post multas afflictiones, innumerāque tormenta, ad vitam æternam perduceret, illōsque faceret in die resurrectionis cùm corpore tum anima, perpetua claritate perfri. Quo enim in hoc seculo maiora fuerunt merita, eo & ampliora posthac erunt præmia. 4. Reg. 2. *Alij ludibria & verbera experti: Insuper & vincula & carcères.*) Helisæus conuiciis fuit af-ludi. 16. fectus à pueris dicētibus, Calue, Calue, fuit & Samson à Philistinis illusus, postquam 2. Reg. 22. sibi fuerunt effossi oculi. Micheas propheta expertus est verbera: Nam Sedechias fi-lius Chanaam, percussit eum in maxillam, percussum quoque iussit Achab in carce-Hiere. 37. rem intrudi. fuit & Hieremias pro tuenda veritate iussu Sedechiae iniectus in carce-38. res, deinde fuit proiectus in lacum, vbi nō erat aqua sed lutum. *Lapidati sunt.*) Naboth 3. Reg. 21. & Stephanus fuerunt lapidibus obruti. *Secti sunt, potius ferrati.*) Id per Silipsum figu-Act. 7. ram dictum putes, vt plures pro vno sumātur, aut vnum pro pluribus, sicut dicit Mat-Matt. 27. thæus, Et latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei, vnum scilicet latro-num. Manasses iussit Esaiam ferræ lignæ secari, vt diutius acriori supplicio excrucia-retur. *Tentati sunt.*) Vt scilicet malo consentirent, & diuinam legem præuaricarentur, 1. Mach. 2. Vt Matathias, & filii eius, & fratres Iudæ Machabæi, *In occisione gladij mortui sunt.*) Vt 2. Mach. 9. Micheas & Zacharias, Joannes Baptista, & Iacobus maior, *Circumierunt in melotis,* & 2. Para. 24 *pellibus caprinis.*) *Μηλῶθι*, significat pellem ouillam, qua sancti viri vt Helisæus, & qui Matt. 14. secum diuerſabantur, vt carnem suam tegerent, vtebantur. Erasmus hoc loco vehe-Marc. 6. menter taxat Thomam Aquinatem, qui dicit, Melota, est vestis facta de pilis camelorum, vt quidam volunt. Vel melius (vt adiicit) quod taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis quæ dicitur Melota. Hæc ille, Nemo tamen tam est inscius vocum aut rerum, vt ex oue faceret camelum. Est & extranea secunda expositio. En prospicis candide lector huiusmodi glossematisbus nihil esse insultius? quibus vt puto Thomas non hærebat. Vtinam vir adeo doctus Græcos autores confuluisset, vt plane huc locum tractasset. nec inuehor in Thomam, quem ob suam singularem doctrinam nunquam satis commendare possum, sed adnoto duntaxat quædam verba, quæ non satis

satis accurate fuerunt ab eo exposita. Scio non nihil esse condonandum illius tempori, in quo bonæ literæ filebant, aut non adeò florebant sicut modò florent. *Egentes.*) siue rebus necessariis destituti, vt Helias & Helisæus, quos aluerunt mulierculæ. Angustiati, *Afflucti.*) Vt Helias qui fugit à facie Iezabel, & Daud à facie Absalon. *Qui bus dignus non erat mundus.*) Mundani indigni erant clarissimorum & sanctissimorum patrum consortio, non enim est societas lucis ad tenebras, nec participatio iustitiae cù iniquitate, *In solitudinibus errantes, & in montibus & speluncis & in cavernis terra.*) Ex libris Reg. 19. 2. Cor. 6. Regum nobis satis compertum est, Heliam & eius comites, ad declinandum saeuissimorum Regum furorem, sese in speluncis, cavernis & abditioribus terræ locis occultaſſe, hæc tamen mala temporanea æquo ferebant animo, sperantes se aliquando in augustissimo Dei palatio diuersatuos. Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperūt reprobationem.) Licet inuictissimi Dei milites, & sanctissimi patres pro fide & gloria Dei innumeræ afflictiones pertulerint, & ad morte usque certauerint, nondum tamen consummatè cœlestium promissorum mercedem sunt assecuti: assequentur autem cùm in die resurrectionis resurgent in resurrectionem vitæ. Quod pulchritè & scitè concludit Paulus dicens, *Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt nō sine nobis consummarentur.*) Licet enim terra promissionis quam Deus pollicitus fuerat se daturum sanctis patribus, afflueret bonis omnibus, non tamen conferenda est cù terra viuentium, & perpetuis rerū cœlestium diuinitiis. Prouidet itaque Deus suis fidissimis famulis bona longè meliora & certiora illis quæ in hoc seculo appetūtur. Nec tamen sine Apostolorum & Christianorum omnium honore & gloria (licet & atate & tempore priores fuerint) absolutissimam & animæ & corporis perfectionem, florētissimamque suorū laborum coronam assequentur. Est & pergrata maioribus nostris istiusmodi expectatio, vt cum suis fratribus perfectionem, perfectamque gloriam adipiscantur.

Argumentum duodecimi capit. 3

Si prisci illi patres, in umbris, obiectis oraculis, & abditioribus rerum diuinarum inuolucris de futuro Messia testimonium tulerint, quid testabuntur Apostoli & Apostolici viri, quibus lux illa diuina illuxit, & quæ erant in penitioribus sui patris arcans obiecta suo tempore pro salute totius mundi detexit? Adhæc, Si sancti illi viri non tam in luce quām in umbra lucis currentes, fide placuerint Deo, nos quibus detecta est fides, & eam absque nube & vlla obscuritate cognoscimus, debemus Deo magis ac magis placere. quod haud dubiè præstabimus, si exuta omni vitiorum sarcina qua premimur, ad oblatum nobis certamen cucurrerimus, & ad mortem usque pro autore nostræ fidei & salutis certauerimus, qui spreta omni confusione & ignominia, summo cum gaudio atrocissimum crucis tormentum pertulit. Quod si pacem & vitæ sanctimoniam cum omnibus frateli fuerimus, sperabimus nos accessuros ad ciuitatem Dei viuentis, & ecclesiam primogenitorum, qui cœlestium spirituum numero sunt ascripti.

Caput duodecimum.

Deoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui positio sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in

„ dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum qui tales sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes, & oblii estis consolationis, quæ nobis tanquam filiis loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, minus castigat. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseverate. Tanquam filii, vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis (cuius particeps facti sunt omnes) ergo adulteri, & non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos, num multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos: Hic autem ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationem eius.)

Nubilosa & subobscura fide obiecti, & qui minus exactam habuerunt de Christo cognitionem quam Apostoli, & ab Apostolis instructi, nos prouocant ad certandum alacriter pro autore nostræ fidei & reconciliationis, ita ut certamen ultra nobis à Deo oblatum ad pugnandum contra aduersarios fidei nunquam deserere debemus. Quidam dicunt Paulum hoc loco vocare nubem, ingentem multitudinem ac turbam testium. Et ex eo dicit impositam, quia unde nos amplectitur. Itaque veteris & noui testamenti testes, diuinæ magnitudini testimonium perhibuerunt. Et ex ea nube pingitur numerofa testium multitudo, quod sicut nubes per aera longè latèque se diffundit, ita testimonium diuinæ maiestatis & virtutis, in antiquis patribus per vetus testamentum (de quo præsertim differuit Paulus in præcedenti capitulo) longè latèque spargitur. Quod si fides illorum antiquorum patrum nube quædam obiecta, tot habuerit diuinæ virtutis testes, longè plures est habitura fides in novo testamento posita, quoniam detecta est, & clarissimè monstrata. Verum ut liberius & fusius de fiducia Dei testemur, nobis conueniet deponere omnem rerum terrenarum & carnalium cupiditatum curam, & grauissimam ac molestissimam sarcinam, & circunstans nos peccatum, cui ita tenaciter adhæsimus, ut vix à nobis abiici posse, ut per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. & licet quidam per continentiam currant ad brauium, alij verò per charitatis & pietatis officia, Apostoli tamen malorum omnium conflectationi expositi, per patientiam siue æquabilem tolerantiam ab inchoato cursu minimè desistentes, assidue sunt brauium siue coronam immarcessibilem, *Afficientes in autorem fidei & consummatorem Iesum.*) Potius interpres vertere debuit inceptorem & finitorem, ut festiuitatem græci sermonis exprimeret, qui constat vocibus inter se contrariis ἀρχὺς καὶ τελείωτις, ut planè nobis suaderet Christum esse autorem initij fidei simul ac finis. Sicut enim à principio fidem ipse ingessit, iuxta scripturam illam, Discite à me: Item, Ipsum audite: Tum quoque, Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, ita finem ipse est impositurus, cum euangelicæ fidei premium rependet. Consummauit & fidem multis miraculis à se propria virtute editis. Siquidem dicebat Iudæis, Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite. Quod autem debemus aspicere in Iesum cruci affixum, id fuit serpente æneo erecto pro signo adumbratum, in quem aspicientes à suis morbis curabantur. Sicut enim Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Eo autem amore Christus in nos exarbit, nostramque salutem situit ut summo cum gaudio an-

helans

helans ad cœlestia, pertulerit supplicium crucis, etiam omni probro contemptu. Non enim ab opprobriis & irrisionebus foedabatur, sed qui cōuiciis & contumeliis eum incessebant, foedabantur, & nigro lapillo notabantur. Et ob tam durum, acerbum & ignominiosum tormentum, quod cum summa humilitate & obedientia perpessus est, meruit ad dexteram sui patris assidere. Verum ut semper memores sumus tanti beneficij nobis hoc tormento collati, adiecit Paulus, *Recogitate enim eum qui tales sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem.*) Hoc est, vestris animis, vestrisque ingeniosis semper expedite conuicia, opprobria, sputa & flagella quæ in conspectu Pilati, filio Dei innocentissimo fuerunt à sceleratissimis & admodum perfidis & ingratis Iudeis obiecta, Vt non fatigemini deficientes animis.) Non enim ob tormenta Christi debetis animo concidere, sed potius corroborari. Siquidem ad consimilia æquo animo preferenda vos stimulant. Vnde dicit Gregorius, Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil adeò durum est, quod non æquanimiter toleretur. Reddit autem Apostolus rationem cur non debemus attendendo ad ignominiam Christi crucem frangi animo. *Nondum, inquit, usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes.*) Paulus hoc loco alloquitur suos Hebræos, qui nondum lauerant stolas suas in sanguine agni, hoc est, non effuderant suum sanguinem, imitando illum qui posuit suam animam pro seruandis ouibus suis. cum autem effuderint, omni vitio reclamantes, luce æterna cum Christo fruentur. Et quis non videt Paulum nos inflammare ad toleranda pro nomine Christi mala omnia, & ad impendendum vitam nostram pro gloria Euangeli, ita ut sinamus corpora nostra membratim à tyrannis discerpri & dilacerari, ne quod fundamento fidei substructum est, diruatur, pereat & collabatur? O feruens Pauli affectus pro tuenda republica Christiana! O fidei ardor & zelus, qui quo magis ab improbis oppugnatur, eo magis incit & roboratur! Nec quis ardentius posset obseruare peccato, quam cum in odium & detestationem peccati, pro gloria Dei suum sanguinem effundit. Subiectus Paulus, *Et oblii estis consolationis quæ nobis tanquam filii loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseverate. Tanquam filius, vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater?*) Arguit suos Hebræos qui in eam oscitantiam & torpedinem erant resoluti, ut illis obrepserit obliuio Dei, qui neminem dum malorum omnium procellis iactatur non velit consolari. & cum nos corripit, non ut extores aut barbaros aut à se prorsus reiectos corripit, sed ut filios, quos leni animaduersione castigat. Siquidem in Proverbiis Salomonis scriptum est, *Disciplinam Domini fili mi, ne abiicias, nec deficias cum ab eo corriperis: Quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Deinde subiungit Apostolus, ne aduersus Dominum murmuraremus, cum ab eo multis tribulationibus & pressuris corripimur & flagellamur. Quod si extra disciplinam estis (cuius particeps facti sunt omnes) ergo adulteri, potius adulterini, aut spurij aut illegitimi, & non filii Dei.) Qui inquit aduersus Deum, & cum indignatione & impatientia ac furore insurgit, cum sinistris rebus pulsatur, concutitur & affligitur, indignus est qui vocetur filius Dei, sed cum nothis qui hæreditate paterna priuabuntur, conferendus est. Nobis itaque persuadeamus eo magis nos esse Deo gratos quo fortiori animo aduersa quæque toleramus. Se quoque diuinus amor in nos exerit, cum ab eo corripimur. Aliquando nostra sclera meruerunt ut multis malis afflietaremur. Aliquando verò ad probandum nostram patientiam (sicut de Iob & Thobia legimus) percutimur & vulneramur. Insuper Apostolus vtitur argumento à minori ad maius, ut æquiori animo diuinam animaduersiōnem toleremus. Si manum ferulæ subduixerimus patribus nostris qui carnem hanc genuerunt, dum nostram iuuentutem instituerunt, nosque Mosaicam legem docebant, & eos ut progenitores nostros ac morum educatores colebamus, cur non obtemperabimus patri cœlesti, cum nos per se

aut suos legatos corripit, eumque cum in aduersis tum in prosperis reuerebimus? Si quidem nos multa in hac summisione & reuerentia manebunt præmia: Nam cum eo in perpetuum viuemus. Adhæc, Nostri prisci eruditores nunquam nos ad perfectionem erudierunt, sed in tempore prauorum dierum, quod vel eorum interitus, vel eorundem contumacia, & plerunque morum peruersitas indicabat: Siquidem secundum suam voluntatem, & non præscripta Dei nos instituebant, & ad malas artes aliquando sectandas pro suo arbitrio nos prouocabant. Tum quoque instituebant nos ad breue tempus in rebus fluxis moxque perituri, quæ ad rem familiarem parandam ac tuendam pertinebant, & aliquando nostris officiis iuuabantur, vt suis commodis consulerent. At pater cœlestis cum nos castigat & erudit, vult nos perfectiores reddere. & impariendo nobis suam sanctitatē siue puritatem, nos ad assequendam fœlicitatem æternam aptiores reddit.

” Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudi, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimi exercitatis per eam, reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: contemplantes, ne quis defit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impedit, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator aut prophanus, vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua. scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam. Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum: Non enim portabant quod dicebatur. Et si bestia tætigerit montem, lapidabitur: Et ita terrible erat quod videbatur. Moyses dixit, Exterritus sum, & tremebundus.)

Nec me latet quin omnis correctio, afflictio & pressura videatur effet in hoc seculo admódum dura & permolesta: In futuro tamen iis qui huiusmodi malis exercitati sunt, summum gaudium, & pacatum ac suauem iustitiæ fructum adferet. vnde dicebat Christus suis discipulis, Mundus gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et ex eo adiecit Paulus Iustitiæ, quia Deus, iudex iustus reddet vnicuique quod suum est. Tum quoque satis mihi exploratum est, vos aliquando in hoc calamitatum & afflictionum certamine consternatos fuisse animo, membraque vestra laſſitudinem non modicam sensisse: sed vos adhortator ne desistatis alacriter certare. Nam fidus agonotheta vestris sudoribus eximia præmia rependet. Imitemini & fortes athletas, ac strenuos cursores, manus laſſescentes erigite, genua labantia subrigite, recto cursu properate ad metam propositam, ne claudatio vos abducat à via, præfertim cum sit angusta. Quod si quid fuerit à scopo aberratum aut cessatum, id noua alacritate & animi fortitudine fariſtatur: inconstantes & pusillanimi claudicant, & claudicando à recto tramite deflectunt. Et qui non sunt in fide stabiles, nec ecclesiæ censuris & præscriptis conſtanter fidem adhibent: sed aliquando hæreticis auscultant, aliquando verò sanctorum doctorum & sacrorum conciliorum decisiones sequuntur, arundine mobiliores, huc & illuc ad suam ipſorum

ipsorum perniciem vacillant. Deinde Paulus commonefacit suos Hebræos, vt cum vniuersis hominibus, & Iudæis, & Gentilibus pacem sectentur: & illis condonent veniam, à quibus fuerunt offensi, aut conuicti laceſſiti. Nec satis est nos esse pacatos, sed nobis enitendum est vt discordes, & diſſidiis ac rixis decertantes, ad pacem & mutuam concordiam reuocemus: vnde Christus suis Apostolis dicebat, Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Et ad Ephesios scribens Paulus dicit, Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Et quoniam pax fouetur inculpatissima viitate sanctimonia, qua effrenes & turbulenti affectus sedantur, & ad ingrediēdum Dei tabernaculum sterinitur iter, adiecit Apostolus, *Et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.*) Non enim fornicatores aut adulteri aut molles, aut masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Adhæc, Nihil coquinatum intrabit in regnum cœlorum. Tum quoq; dicebat Christus, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbūt. *Contemplantes, ne quid defit gratiæ Dei.*) Gratiam Dei, fidem vocat, & optimum viuendi modum: hunc autem sensum prætendit, Si cōspexeritis quempiam ex numero vestrorum fratrum post terga relictum, nequaquam hunc negligatis: sed vestris conatibus, vestris studiis & subsidiis eum iuuate, vt tutò perueniat quod tenditis: Non enim imbecilliores (nisi iuuentur) possunt præcedentium vestigia perseguiri. *Ne qua radix amaritudinis sursum germinans, impediat vos, & per illam inquinentur multi.*) Nolite permittere in aliorum perniciem & ruinam, vt quis prauè agat, & turpisimam vitam degat: sed confessim præcidite amaritudinis radicem, peccati scilicet, quo nihil est amarius, ne producat ramusculos, hoc est, ne alios sui similes reddat, & per illam multorum animi inquinentur. Siquidem modicum fermentum totam massam corruptit. In illici qui derelicto Deo, seruiunt idolis, est radix germinans fel & amaritudinem. Manifestat & Apostolus in subsequenti loco nonnullos e suis fratribus in fornicationem & ingluuiem ventris prolapsos fuisse: verum ne fœlicitatem sibi promisam perdant, à consimilibus vitiis perpetrandis dehortatur, dicens, *Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua.*) Vocat Esau prophanum, quia erat ventri deditus, & impuris ac illecebrosis voluptatibus huius seculi addictus: Nam contra voluntatem suorum parentum duxit uxores alienigenas. Et ea ciborum voracitate foedabatur, vt propter minutiora edulia, ius suæ primogeniturae suo fratri Iacob vendiderit. Et quia primogeniti duplē portiōnem habebant, & tanquam sacerdotes honore sacerdotali decorabantur, vendendo suam primogenituram, commisit symoniam. Nec tamen ea labe fuit inquinatus Iacob, redimendo ab iniusto possessore huiusmodi primogenituram: nam spiritu Dei afflatus, intellexit illud ius sibi deberi: Nec propriè Esau vendidit ius primogeniturae, quia non fuit qui contractu humano emerit: sed potius permutauit. Legimus tamen in Genesi, præter testimonium Pauli quod vendiderit, Dixit Iacob ipsi Esau, Vende mihi primogenita tua. Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita, & sic accepto pane & lentis edulio comedit & bibit, & abiit paruipendens quod primogenita vendidisset. Audiamus Paulum commemorantem pœnam quam commeruit Esau, ob suam ingluuiem suāque immoderatas cupiditates. *Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est.*) Licet enim optaret sibi à suo patre Isaac, dari primam & hæreditariam benedictionem: tamē fuit ab eo reiectus. Nā postquā Isaac benedixit Iacob, & doluisset vehementer Esau, sibi surreptam fuisse benedictionem, ac postulasset vñā consimilem, dixit ei Isaac, Dominum tuū illum cōstitui, & omnes fratres tuos seruituti eius subiugauit. Et licet Isaac in bonis tēporaneis impartitus fit quādam benedictionē suo filio Esau, longè tamen erat inferior illa, qua Spiritus sancto illustratus benedixit suum filium Iacob, cui benedicendo dixerat, Seruant tibi populi, & adorant te tribus. Esto dominus fratum tuorum. Quod tamen subnec̄tit Apostolus videtur prorsus ē medio tol-

Ibidem.

2.Cor.7.

Ezec.18.

Matth.3.

Manca & Esau pœnitentia.

Exo.19.

Ibidem.

i.Thes.4.

lere pœnitentiam etiam lachrymis rigatam, *Non enim inuenit pœnitentia locum quam cum lachrymis quæsiisset eam.*) Theophylactus dicit Paulum hoc loco sumere pœnitentiam pro benedictione, quam licet Esau irragiens clamore magno à suo patre petiisset, modum tamen in ea petenda nullum seruavit: Quomodo enim veræ pœnitentiæ argumentum in illo cognosceretur, qui liuore & odio & exacerbato animo suum fratrem persequitur? Siquidem Esau in corde suo dixit, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nec Paulus hoc in loco veram & perfectam pœnitentiam reiicit, de qua ad Corinthios loquens dicit, Tristitia quæ secundum Deum est, pœnitentiam operatur in salutem stabilem: Tristitia autem huius seculi mortem operatur. Hæc autem tristitia quæ hominem ad interitum adigit fuit in ipso Esau: nam tristatus est, non quia primogenita viderat, sed quia perdiderat. Nec eum pœnitiebat, propter amorem diuinæ iustitiae quam offenderat, sed propter timorem pœnae aut damni temporanei. De vera pœnitentia dicit Ezechiel, In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum quas perpetrauit, non recordabor. Item scribit Euangelista, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, cùm scilicet quis ingemiscit & vehementer tristatur quod Deum offenderit, statque in firme animi proposito non reuertendi posthac ad priora delicta, & paratus est tempore & loco sua scelera facerandi detegere. Et quia Esau propter diuinam offensam non tristabatur neque affligeretur, sed duntaxat quia perdiderat sua primogenita, eius pœnitentia manca & mutila, non fuit accepta. Deinde Paulus validissimis argumentis demonstrat suos Hebræos non euasuros supplicium mortis æternæ, si nō auscultauerint verbis Christi, cuius vox tantæ virtutis est, ut possit cœlum & terram concutere. Si seuerè puniebantur qui Mosen, mortalem quidem hominem non audiebant, quomodo effugient qui neglexerint Christum audire, eiisque iussis obsequi? Et si homo aut bestia morte moriebatur, qui montem Syna sensibile tetigerat, quomodo nō morietur qui montem illum spiritalem offenderit? Insuper si Iudæi non poterant sonitus tubarum & vocum ferre, quomodo feremus contra nos nouissimas angelorum tubas, & sententiam iudicis nos condemnantis? Tum quoque, Si Iudæi ignem sensibilem qui comburit, & caliginem & tenebras & turbinem non perferebant, sed terroribus non modicis pulsati deficiebant, quomodo sustinebimus ignem æternū, qui & animas & corpora torquebit, & perpetuò cruciabit? Hæc autem seorsim demonstrat Apostolus dicens, *Non enim accessisti ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellanam, & tubæ sonum.*) Hic loquitur de monte Syna, qui palpari poterat, de quo dicebat Mosen filiis Israel, Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tangent eū, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis, siue iumentū fuerit siue homo, nō viuet. De igne accessibili & sensibili ibidem dicitur, Totus autem mons Synai fumabat, eo quod descendisset Dominus Deus super eū igne & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Et quod hīc dicit Paulus de nebula & caligine cohæret cum illa scriptura, Ait Dominus ad Moysen, Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Prafigurabant nebula & caligo vetus testamentum permansisse opertum, donec nouum illuxit. Siquidem velamen veteris lectionis fuit cordibus Iudeorum affixum, donec veniret Christus: cùm autem in eum crediderunt, fuit ablatum. De sono tubæ dicitur, Cùm cœperit clangere buccina tunc ascendant in monte, & paulo post, Clangorque buccinæ vehementius perstrepebat, & timuit populus qui erat in castris. Præludit & tuba ad secundum Christi aduentum, qui in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, *Et vocem verborum, quam qui audierunt excusarunt s̄e ne eis fieret verbum.*) Iam diximus populum audiuisse vocem Domini loquens ad Mosen in móte, quia tamē vox Domini erat horribilis, sonora & tonas, Moy si verò gracilis & exilis, Iudæi reformidantes vocem Domini, fatebantur se nolle audire

audire Deum loquentem, & Moysi dicebant, Loquere tu ad nos, & non Deus nobis loquatur: *Non enim portabant quod dicebatur.*) Hoc est, quod à Dei ore prodibat, quia erat horriforum, nequibant suis auribus sustinere: *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.*) Hoc paulo ante expressimus: Qui enim tangebat montem Synai, siue esset homo siue iumentum, lapidibus obruebatur, aut iaculis confodiebatur. *Et ita terrible erat quod videbatur.*) Mons ille Iudeis in castris habitantibus, terrorem incutiebat: Nam audiebatur tonitrua, micabant fulgura, & nubes densissima operiebat montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat. Erat & mons omnis terribilis, & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur. Paulus in istis testimoniis ex veteri testamento desumptis, altius philosophatur quā putemus, nec quisquam est qui possit eius mentem capere, nisi à Deo fuerit afflatus. Forfitan hæc meditatur, Nolite more parentum vestrorum defigere spem vestræ salutis & gloriae, in quibusdam prodigiis rerum sensillum spectaculis, quæ magnificum & admodum augustum Dei palatium adumbrabant. Nec attendatis ad montem Synai mysticum, in quo Moses dux vester & legislator, Deum nube quadam & caligine obiectum vidit, eò quod si eius gloria & gloria facies detecta fuisset, non potuisset eam intuiri: sed attendite syncera fide ad montem Domini inuisibilem omni angelorum & hominum comitatu circundatum, in quo absque vlla nube, sed fulgidissima claritate videbitis Deum sicuti est. Moses dixit, *Exterritus sum & tremebundus.*) Si Moses extimuerit cùm sub caligine subiit montem, quomodo populus non extimesceret, nec pauore concuteretur? Non tamen nobis compertum est ex Exodo, aut alio veteris testamenti libro Mosen hæc propria verba dixisse, quæ civitat Paulus, Exterritus sum & tremebundus. quod si non dixerit verbo, forfitan factò dixit. Cùm enim Iudaicus populus fuisset exterritus, & pauore concussus, videndo voces & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, & dixisset Moysi, Loquere tu nobis & audiemus, Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur: Ait Moses ad populum, Nolite timere, ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus. Et si Moses videns multa terroris indicia non fuerit in se exterritus, terrori tamen populi compatiebatur. Et forfitan fuit exterritus cùm agnouit montem concuti, de quo dicitur, Deus cùm egredere- ris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto, terra mota est: etenim cœli distillauerunt à facie Dei Synai, à facie Dei Israel. Diuus Thomas coniicit Paulum hoc testimonium, Dixit Moses exterritus sum &c. desumpsisse ex 3. capite Exodi, ubi inquit, Moses in visione rubi territus fuit, & dixit, Non sum eloquens ab heri & nudius tertius. Sed dic quæso, vbinam in scriptura legit Thomas quod Moses in visione rubi fuit territus? Nec ad priora hoc subnectendum est, Et dixit, Non sum eloquens ab heri & nudius tertius: videtur tamen hoc subnectere ad probandum terrorem Moysi. Sed quorsum? non enim videndo rubum qui ardebat, & non comburebatur, dixit hæc verba, Non sum eloquens, &c. sed volens se excusare ob tarditatem suæ linguæ, ne legatione pro Deo apud Aegyptios obiret, dixit verba illa, ac si innueret, Delegandus est ad Pharaonem Aegyptiorum regem orator eloquentissimus, qui facundia & verborum venustate ac copia possit animalum Regis flectere. Et licet forfitan Moses fuerit in visione rubi territus, non tamen tertium caput Exodi hoc indicat. Nec debebat Thomas 4. caput Exodi cum 3. ad id probandum connectere, videntur sanè verba illa truncatim citata.

„ Sed accessisti ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalē „ cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam „ primitiolorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem eum Deum, & „ spiritum iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatores Iesum,

COMMENTARII IO. ARBOREI

Cap.12.

„ & sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. Videte ne re-
 „ cusatis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum , qui su-
 „ per terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem no-
 „ bis, auertimus, cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit di-
 „ cens, Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram , sed & cœlum.
 „ Quod autem adhuc semel dicit , declarat mobilium translationem,
 „ tanquam factorum , vt maneant ea quæ sunt immobilia . Itaque re-
 „ gnum immobile suscipientes habemus gratiam , per quam seruiamus
 „ placentes Deo cum metu & reverentia: Etenim Deus noster, ignis con-
 „ sumens est) Sed accessisti ad Syon montem.) Iudæi vt præmonstrauimus, non ap-
 „ propinquabant monti Synai , sed procul astabant : sed redempti sanguine Christi
 „ & eius baptismo abluti. siue sint ex Iudaico populo siue gentili , accedent ad su-
 „ blimem montem Syon, inuisibilem & incorporeum , monte Syon visibili & cor-
 „ poreo figuratum. Significat & Syon altitudinem diuinæ contemplationis. vnde di-
 „ cit Esaias, Respice Syon , ciuitatem solennitatis nostræ . Futuri sunt & ciues ac do-
 „ mestici Dei , & propterea adiecit Paulus, Ciuitatem Dei viventis.) quæ & mente &
 „ animo concipitur. Est & hæc florentissima ac pulcherrima ciuitas, cœlestis Hieru-
 „ salem , pacis quidem visio : nihil enim in tabernaculo Dei erit quod beatum per-
 „ turbare possit . De illa autem cœlesti & inuisibili Hierusalem , sancta ciuitate Hie-
 „ rusalem visibili quidem , adumbrata , dicit Apostolus ad Galatas , Illa autem quæ
 „ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Ascribetur & strenui Chri-
 „ sti milites angelorum comitatui , quod indicat hic locus, Et multorum milium ange-
 „ lorum frequentiam.) De innumera sanctorum angelorum multitudine dicit Daniel
 „ Propheta, Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Erut
 „ & socij primitiiorum, potius primogenitorum , qui in ecclesia triumphante victori-
 „ ci palma coronabuntur. Intelligamus nomine primogenitorum , Apostolos, quos
 „ Christus primò selegit & ad se vocavit. Et meritò quidem primogeniti dicuntur,
 „ quia Deo patri morem gesserunt, eumque vnicè dilexerunt , & crediderunt Chri-
 „ stum ex eius sinu produisse. vnde dicebat Christus , Quos dedisti mihi de mundo,
 „ tui erant , & mihi eos dedisti , & sermonem tuum seruauerunt. Et isti strenuissimi
 „ athletæ, & præcones Domini sapientissimi, habent sua nomina in libro vita con-
 „ scripta. quod affirms scriptura illa , Nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur.
 „ gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis . Perfruentur & glo-
 „ ria patris , filij & Spiritus sancti. quod pulchre monstrat hic locus, Et iudicem om-
 „ nium Deum.) patrem scilicet , à quo omnis authoritas iudiciaria in diuinis dimanat.
 „ Quod enim filius iudicet , habet à patre , sicut à patre procedit . quod autem dicit
 „ Ioannes, Omne iudicium dedit filio , intelligendum est vt homini : Nam sola per-
 „ sona filij hac humanitate vestita , apparebit in iudicio. Et spiritum iustorum perfecto-
 „ rum.) quia Spiritus sanctus qui effugit factos, facit perfectos in iustitia. Fruentur &
 „ verè Christiani confortio Christi, qui est noui testamenti mediator. modus autem
 „ istius medii, aut si dicam mediationis, est effusio sanguinis Christi, quo sumus asper-
 „ si, purificati & iustificati. hoc autem exprimit hic locus, Melius loquentem quam Abel.)
 „ Nam licet sanguis Abel effusus , hunc Christi sanguinem figurauerit, non tamen
 „ potuit sordes animorum nostrorum detergere, nec nostra peccata remittere , quod
 „ tamen fecit sanguis Christi . Tum quoque ex eo sanguis Christi melius loquitur
 „ quam sanguis Abel, quia sanguis Abel clamat vindictam : sanguis vero Christi ve-
 „ niā, qui cum perficeret tormentum crucis , orando pro suis persecutoribus di-
 „ cebat, Pater : dimitte illis , non enim sciunt quid faciunt . cui astipulatur illud

Esaiæ

IN EPISTOLAM PAULI AD HEBRÆOS.

285

Esa.53. Esaiæ testimoniū, Pro transgressoribus orauit. Aut dic quod melius sanguis Chri-
 „ sti loquitur quam sanguis Abel, quia facit nos melius loqui : virtus enim & effica-
 „ cia huius sanguinis facit nos profiteri Christum esse verum Deum iustificantem.
 „ Deinde Paulus admonet suos Hebræos, vt studiis omnibus auscultet Christo quo-
 „ tidie loquenti aut per se, aut per suos legatos. quod si negligant eum audire, cùm vl-
 „ trò se illis offert, aut illius promissis diffidat, qui paratus est eos ad perpetuum Dei
 „ tabernaculum accersere, luent pœnam non modicam, & multo grauiorem illa, quæ
 „ infligebatur Iudæis, cùm Mosi loquenti aures obturabant. Si illi, inquit, non effu-
 „ gerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur , multo magis nos qui de cœ-
 „ lis loquentem nobis, auertimus.) Nec reiiciendum est hoc argumentum , quando-
 „ quidem à minori ad maius desumptum est. Quo enim Christus summus noui te-
 „ stamenti legislator, maior est Mose & perfectior, eo acerbius luet suppliciū, qui ne-
 „ glexerit eum audire, quam qui negligebat Mosen super terram loquentem, audire.
 „ Postquam Moses è móte Synai descendit , & attulit tabulas lapideas in quibus De-
 „ calogus digito Dei inscriptus erat, concionem habuit ad populum , de his quæ ad
 „ cultum Dei, & amorem proximi spectabant. Christus è cœlo loquutus est, quando
 „ super cœlum cœlorum euectus, suam legem per spiritum sanctum cōfirmauit. vnde
 „ dicebat suis Apostolis, Paracletus autem Spiritus sanctus, quæ mittet pater in nomi-
 „ ne meo ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixerit vobis.
 „ non quod aliam doctrinam docuerit, sed in memoriam reduxit quæ Christus suis
 „ Apostolis prius dixerat. Vox autem Christi, quæ eadem est cum voce paterna, tan-
 „ tæ virtutis est, vt cùm lex ferebatur, terram concusserit . Cùm enim filij Israel per-
 „ transferunt desertum, terra mota est, & cœli distillauerunt à facie Dei, &c. Nunc au-
 „ tem pollicetur dicens, Adhuc semel & ego mouebo terram non solum terram, sed & cœlum.)
 „ In libro Aggei Prophetæ post redditum filiorum Israel à transmigratione Babylo-
 „ nica scriptum est, Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc vnum modicum est, &
 „ egō commouebo cœlum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, &
 „ veniet desideratus cunctis gentibus. Mouit Christus cœlū, quando de cœlo eius vox
 „ fuit audita. Mouit terram, quando priori populo tradidit testamētum, & in eius ad-
 „ uentu caligo, turbo & tenebrae cernebantur. Mouit mare rubrum, quādo viam præ-
 „ buit populo transeunti. Mouit aridam vel Aegyptum per plagas, cultu Dei vacuam,
 „ vel solitudinem, per quam quadraginta annis circunduxit populum. Hæc adhuc se-
 „ mel mouebo) Quod fuit adimpletum in aduentu Saluatoris, tempore quidem pa-
 „ sionis eius fugiente sole, cœlum motum est. & tenebrae factæ sunt super omnem ter-
 „ ram ab hora sexta usque ad horam nonam, mota est terra , & saxa scissa sunt &
 „ pulchra reserata, motum est mare, dracone qui in eo erat imperfecto, mota est & a-
 „ rida, infruetosa quondam gentium solitudo. Hæc ex Hieronymo desumpsimus e-
 „ narrante illud Aggei propheticum oraculum. Subnecit Apostolus, Quod autem ad-
 „ huc semel dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt im-
 „ mobilia.) Nec dicit quod mobilia peribunt & annihilabuntur, sed quod transeren-
 „ tur: Siquidem mutabuntur ad statum incorruptionis & immutabilitatis: Cœlum e-
 „ nim sydereum ad nouum statū mutabitur: nam cessabit à motu, & augebitur claritas
 „ partium eius , quia lux lūna erit vt lux solis quæ prius fulsit, & lux solis in septu-
 „ plum accrescat. Transferentur autem mobilia, vt maneant quæ sunt immobilia.) Esa.30.
 „ bona scilicet futura: quæ enim sanctis futura sunt, nec corruptionem nec mutationem
 „ subibunt. Cùm itaque simus suscepturi regnum Dei immobile, habeamus gratiam,
 „ hoc est, constanti animo dura quæque & aduersa perferamus. Aut vt volunt alij in-
 „ terpretes, reddamus Deo gratiarum actionem. Vel intelligamus nos habere gratiā, vt
 „ pignus futuræ gloriae: Diuina autē gratia suffulti, Deo ex animi affectu inferuimus,
 „ & inferuendo erimus ei gratiā: Sed quonā pacto debemus Deo inferuire, explanat hic
 „ cōtextus, Cū metu & reverentia.) cui debetur vt Domino timor, vt verò patri supremo,
 „ summus cultus, summaq; reuerētia: Etenim Deus noster, ignis consumens est.) Qui scilicet

Bb. ii.

poteſt aduersarios noſtri diſſipare, & tanquam ignis abſumere. Hoc autem teſtimonium deſumpſit Paulus ex Deuteronomio. Eſt & Deus, ignis conſumens & purgans peccata noſtra, & magis inflammat animos noſtri ad ſui amorem, quam poſfit ignis corpora frigore affecta calefacere.

Argumentum decimtertii capitii.

PAULUS ſuos Hebreos adhortatur ad nanciſcendum virtutem illam quæ ſua nobilitate, nobilissimâque perfectione Deum cum hominibus coniungit, cui ſi fraternalis amor ſive proximi dilectio copuletur, totum hominem diuinum reddet, & ad felicitatem aeternam euehet. Hæc autem preclarissima virtus, hospitalitate, quæ peregrinos & aduenas alit & fouet, fulcitur: In aduersis tamen & variis calamitatibus procellis vndique ingruentibus, maximè ſe exerit, & quicquid in ſe magnum eſt, omnibus aperit. Porrò ita fauet honorabili connubio & thoro immaculato, vt petulantissimos & falaciſſimos homines à ſe depellat: imò prorsus auersatur. Quænam autem eſſet tantæ virtutis efficacia, & vis effaciſſima, prodidit agnus ille innocentissimus & inculpatissimus, qui pro vitiorum noſtrorum condonatione extra ianuam Hierofolymitanæ ciuitatis ignominiosum crucis supplicium pertulit, cuius vestigiis ſi inniti voluerimus, debemus superba & voluptuosa noſtræ vitæ caſtra defereret, & perferre improperia, ſputa, conuicia, flagella & tormenta illius qui pro nobis ſemetipſum deuouit, nosque per beneficentiam, pacem & obedientiam ad poſſidendum ſui patris regnum vocauit.

Caput decimumtertium.

Haritas fraternalis maneat in vobis. Et hospitalitatem noſtrile obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanquam ſimul vincenti, & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Sint mores ſine auaritia, cōtentii praefentibus: Ipſe enim dixit, Non te deforam neque derelinquam, ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Mementote praepitorum vestrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesu Christuſ heri & hodie, ipſe & in ſecula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim stabilire cor, non eſcis quæ non profuerant ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo defuerunt. Quorum enim anima- lium infertur ſanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Iesu, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem, populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improprium eius portantes: Non enim hic habemus manentem ciuitatē, ſed futurā inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hodiā laudis ſeniper Deo, id eſt, fructū labiorū conſidentiū nomini eius.)

SIT

Sit in vobis mutua charitas adeo syncera, ardens & integra, vt ab autore totius charitatis magnopere commendari poſſit, qui nihil aequè ſuis discipulis præcepit, quam quod ſeipſos inuicem diligenter: Dixit enim, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem, ſicut ego dilexi vos. Quod si Christus posuerit animam ſuam pro i. Ioan. 3. nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere: nō enim magis in nobis flagrat charitas, quam cum non noſtræ vitæ parcimus, vt alios feruemus. Etenim charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Agnoscitur quoque in Christianis fraternalis amor, cum aliorum inopiam noſtris facultatibus ſubleuamus, cum nudos operimus, cum vinctos & incarceratedos conſolamur, cum denique afflictatis morbo compatimur. Quod si quis à recto trame deflexerit, tunc ſe prodiit charitas, ſi eum ad rectam ſemitam reduxerimus, & ſi lapsus fuerit, parati ſumus eum à lapsu reuocare: corripiamus & delinquentem, quem nolumus perire, ſed ſaluari. Copulandum eſt & fraternalis charitati (vt vegetior sit & integrior) hospitalitatis officium, quo hospites, aduenas & peregrinos noſtris aedibus excipimus: hac enim inſigni virtute quidam plauerunt Deo angelis hospitio receptis. Diuinam gratiam ſibi conciliarunt Abraham & Loth, quod angelos ſuo hospitio propenſione animi exceperint. Commendatur Gen. 18. 19 & mulier Sareptana, quod Heliam fame confeſtum pauerit. Extollit & ſcriptura Su. 3. Reg. 17. namitem, quod ſua domuncula Helisæum exceperit. Foelix Zacchæus, quod Chriſtum hospitem habuerit. Quidam interpretes loco placuerunt, legunt, ignorauerunt. Luc. 19. Nam Abraham & Loth ignorantibus angelos domi exceperunt. Si enim rereuerint eos eſſe angelos, honorigentius eos exceperint. Verum eſt quod in exordio nesciebant eos eſſe angelos: Nam Abraham adorauit eos adoratione dulie, quæ ſolet exhiberi sanctis viris, & vt hominibus cibum illis adparauit. Deinde intellexit eos eſſe angelos, in quibus Deus loquebatur, vt vult Diuus Thomas. Alii legunt, Latuerunt quidam, accipientes hospitio angelos, & ſenſus eſt, Quidam inſcientes, acceperunt angelos hospitio. Et hanc versionem sequitur Erasmus. Admonet & Paulus ſuos Hebreos, vt ſint vinctorum memores, qui ob tuendam Christi fidem, fuerunt in carceres coiecti, & multis suppliciis affecti. Vult quoque & Christianos pietatis officium exhibere illis qui aegritudine detinentur: Nam eadem carnis imbecillitate circumdati, poſſunt in conſimiles afflictiones & praefuras incidere. Cofulit & illis aut faltem permittit, qui non poſſunt continere ob ardorem libidinis, quem ſenſiunt in ſuis membris regnare, vt ducant uxorem. Si modò non fecerint votum continentiae exprefſe vel tacite. Etenim honorabile eſt connubium, & thorus immaculatus. Honorauit Christus nuptias, in quibus primum ſignum fecit. Nobilitauit & coniugium quando ex coniugata & deſponsata voluit naſci. Thorus censetur eſſe immaculatus quando viri & uxoris fides in coniugio data ſeruatur illæſa. Hinc manifestum eſt officium coniugii non ſolùm peragi poſſe ſine vitio, ſed obſeruatis circumſtantiiſ eſe Deo gratum. Nam ad Corinthios ſcribit Apostolus, Qui matrimonio iungit viri Cor. 7. ginem ſuam, bene facit. Quod si coniugium ſit honorabile & immaculatum, omnis venereus congressus cum fornicationis tum adulterij, erit illicitus & vituperabilis. & propterea adiecit Paulus, Fornicatores & adulteros iudicabit Dominus.) hoc eſt, condemnabit. Plerumque in ſcriptura, iudicare ſumitur pro condemnare, & iudicium pro condemnatione. hinc illud Ioannis, Non enim misit Deus filium ſuum in mundum vt iudicet mundum. Item, Qui non credit, iam iudicatus eſt. Adhæc, Qui credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, & in iudicium non venit, ſed tranſit a morte in vitam. Hinc planè conſtat, Deum inflicturum homini poenam aeternam pro peccatis carnalibus, niſi maturè relipifcat. Dicit & idem Apostolus in priori ad Corinthios epiftola, Neque fornicarii neque adulteri regnum Dei poſſidebunt. Nec ſolum debemus detestari fornicationem & adulterium, verum etiam & ipſam auaritiā: Etenim radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt Tim. 6. à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Sint itaque mores noſtri ita compoſiti ita temperati in rerum ſufficientia, vt ſtudiis omnibus vietem inexplorabilem habendi Bb. iiiij.

cupiditatem. vnde ad Timotheum scribit Paulus, Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Indicat & hic locus, *Contenti præsentibus.*) nos non debere quicquam præter necessaria naturæ querere. Qui enim semper inhiat cumulandis opibus, & studet in immēsum facere rei familiari accessionem, est pecuniae cupidus. Et ad insectandum odio auditatem opum congerendarum, quibus non deberemus confidere sed Domino, citat scripturæ testimonium, *Ipsè enim dixit, Non te deseram neque derelinquam.*) In libro Iosue, scriptum est, Nō dimittam, nec derelinquam te. Hoc autem dixit Dominus ipsi Iosue, quem mortuo Mose præfecit Israelitico populo gubernando. Adhæc dicit Psalmographus, Dominus mihi adiutor, nō timebo quid faciat mihi homo. Et alibi, Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens pā nem. Deinde Paulus commonefacit Hebræos, vt suorum maiorum qui fœliciter è vita decesserunt, sectentur vestigia. nam ab illis didicerunt quonampacto debebant vnum Deum colere, eiūsque præcepta obseruare. Et quia cum sanctis in omni virtutum officio conuersati sunt, fœlicissimumque habuerunt suæ vitæ exitum, debent sinceram illorum fidem imitari. Siquidem à fide integer viuendi modus dimanat. Quòd si eorum præpositi siue præfecti, bonis futuris fidem non præstitterent, non vixiſſt̄ ē inculpaté. *Quod autem subnecit Paulus, Iesuſ Christuſ heri & hodie, ipſe idem permanebit in ſecula.*) bifariam potest intelligi. Primò ad refellendum quorundam errorum, qui dicebant alium Christum ab eo qui iam venit, venturum. verū firmissimè credere debemus eundem esse Christum qui fuit in præteritis diebus, & qui est in præsenti, & qui permanebit in secula seculorum. Vnde in Apocalypsi scriptum est, Dicit Dominus Deus qui erat & qui est, & qui venturus est omnipotēs. cui subſcribit Psalmographus dicens, Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Adhæc dixit Christus suis Apostolis, Ego vobis sum usque ad consummationem seculi. Hinc clarè vides Paulum suadere aeternitatem Christi. Secundò possent quidam Hebræi dicere, Christus dixit Iosue, Non te deseram, neque derelinquam, & propterea dux ille Iudaici populi fuit à Deo protectus, non autem hoc dixit nobis. Hanc autem vanam mentis conceptionem deiicit Paulus dicens, Iesuſ Christuſ heri & hodie, &c. hoc est, qui hoc dixit Iosue, manet in aeternum, vobis quoque dixit. Et quemadmodum vestros ductores nunquam deseruit, ita nunquam vos (nisi obſtiteritis) deseret. Adiicit Paulus, Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.) Nec dicit, Nolite circunueniri aut abduci doctrinis, sed variis & peregrinis, hoc est, illis dogmatibus, quæ simplices à fide catholica & euangelica philosophia abducunt. De illis autem doctrinis ad infoelicem exitum perducētibus hominem, scribit idē Apostolus ad Timotheum dicens, Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriti loquentium mendacium. Quænam autem fuerint vanæ & peregrinæ doctrinæ, quæ olim Iudæos à vera cognitione Christi auocabant, exprimit hic locus, *Optimum est gratia stabilire cor, non eſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eis.*) Hunc autem sensum prætendit Apostolus, Est admodum utile imò necessarium vestros animos stabili & inconcussa fidei gratia fulcire, ne vos pseudoprophetæ seducant, qui Iudaicam ciborum abstinentiam & obseruationem induixerāt: Omnia enim nūc sunt munda mundis, nec permiscendæ sunt cum Euangeliō pro salute assequenda Mosaicæ legis cæremoniæ. Adfert & Paulus validissimam rationem quòd neque in esculētis neque poculentis antiqui testamenti, defigenda erat spes salutis assequendæ. Habemus inquit altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.) Non licebat sacerdotibus vesci carnibus illarum victimarum, quæ pro suis peccatis offerebantur, sed extra castra comburebantur. In Leuitico scriptum est, Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israël, donec egrediatur tabernaculum. Cùm autem exierit ad altare quod corā Domino est, oret pro se, & sumptū sanguinē vituli atque hyrci fundat super cornua eius per gyrum, aspergēnsque

digito septies, expiet & sanctificet illud ab immunditiis filiorū Israël. Deinde ostendit Paulus figura quadam, Christum extra portam Hierosolymitanæ ciuitatis passum crucis tormentum. *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.* Propter quod & Iesu vt sanctificaret per suū sanguinem populum, extra portam passus est.) Sic enim in Numeris scriptum est, Locutus Num. 19 est Dominus ad Moysem & Aaron dicens, Ista est religio victimæ quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israël vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula nec portauerit iugum, tradésque eam Eleazaro sacerdoti, qui educta extra castra immolabit in conspectu omnium, & tingēs digitum eius in sanguine eius asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, comburētque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius quām sanguine & fimo flammæ traditis. Sanguis Christi fuit illatus in sancta cœlestia pro peccatis totius mundi. corpus autem eius fuit inter duos latrones appesum cruci extra portam Hierosolymitanam. Et quia Christus velut extra castra perpetius est mortem ignominiosam, nos inflammat Paulus vt extra castra, hoc est, extra hunc turbulentum & calamitosum mundum, examine ardenti fide ad eum, qui nullum non tormentum pro nobis pertulit, vt improperium eius portemus, hoc est, vt eadem aut confimilia conuicia & supplicia toleremus, quæ ipse tolerauit. Eo autem fortiori animo aduersa quæque pro eius nomine sustinebimus, *Quod non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus.*) O infolices illi qui in sumptuosis & magnificis huius seculi palatiis voluptuosam vitam transfigunt, & qui magis temporalia quām spiritualia sectantur. Fœlices verò illos existimo qui tuguriolo & parabili cibo contenti, ardentibus votis aspirant ad assequendum domum illam aeternam, de qua dicit Prophetæ, Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Huius autem Psal. 83. summi Pontificis præfido suffulti, eiūsque præcationibus adiuti, offeremus Deo & sincero affectu & puris labiis sacrificium laudis, quod omnibus antiquæ legis sacrificiis longè præferendum est.

„ Beneficentia autem & communicationis nolite obliuisci, talibus „ enim hostiis promeretur Deus. Obedite præpositis vestris, & subiacete „ eis: ipsi enim per vigilant quasi rationem pro animabus vestris reddi- „ turi, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expe- „ dit vobis. Orate pro nobis. confidimus enim quòd bonam conscienti- „ tiam habemus, in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autem „ deprecor vos hoc facere, quòd celerius restituar vobis. Deus autem pa- „ cis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine te- „ stamenti aeterni, Dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos in o- „ mni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat „ coram se, per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amé. „ Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum solatii: Etenim per pau- „ cis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum, „ cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes præpositos „ vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum „ omnibus vobis. Amen.) Licet beneficentia virtus nunquam fatis commen- „ data, ad omnes sese effundat cum pauperes tum diuites, spectando hominum officia „ & merita, præsertim tamen fauet & patrocinatur egenis, quibus vt charitas ipsa ma- „ gis eluceat, debemus nostrā operam præstare, nostrāsque facultates impartiri. Quòd „ si bona nostra etiam quām exigua indigentibus communicauerimus, nobis gratiam „ Dei conciliabimus, qui existimabit sibi oblatum esse quod egenis est erogatum.

Matth.25. vnde dicebat Christus, Quod enim fecistis vni ex fratribus meis minimis, & mihi fecistis. Deinde Paulus adhortatur suos Hebreos vt & Episcopis & magistratibus, Cur sit potest & iis qui publicis officiis funguntur, vltro pareant & inferuant: Nam aduersus infestatibus suis stissimos fidei hostes, & sceleratissimos Reipublicae perturbatores aduigilant, ne diligenteribus ruant quod diruere prætendunt. Nec mirum cuipiam videri debet si illis sit obsequendum: Nam reddituri sunt coram Deo rationem de animabus suæ fidei concreditis. Pascant itaque pastores ecclesiastici gregem sibi commissum, & in suis beneficiis resideant, vt agnoscant sinam qui suæ ditioni subduntur, mundi sint aut immundi, pii vel impii. Præbeant & suis subditis exemplum bonorum operum, in grauitate, doctrina, modestia, humilitate, continentia, patientia & obedientia, alioqui perpetuum supplicium subibunt. Quod autem suis subditis præstare debent ex cordato animo & sincero pectori protiscatur oportet, quod si gementes & tristitia affecti id fecerint, tantum aberit ut præmium assequantur, quin potius poenam lucent acerrimam. Et licet Paulus esset Deo quædam gratissimus, tamen optabat suorum fratrum prectionibus iuuari, nos erudiens ut nullius quantumlibet scelerati preces aspernemur. Qui enim aliquando Deum offendit, cùm ad se feruenti contritione & displicantia suorum peccatorum redit, iuuare potest sanctos, qui multis angustiis & pressuris afflictantur. Tanta autem vita sanctimonia tantaque doctrina fulgebat Paulus, vt ab eo discere poterant Hebrei quæ ad nanciscendam euangelicam perfectionem magnopere conducebant. Et quia vincens erat, nec facile poterat à suis catenis explicari, eo ardenter optat iuuari suorum fratrum interpellationibus, vt ipsi liceat eos reuisere. Verum ut mutuae prectiones, mutuaque officia suum solamen habeant, prospera quæque suis fratribus comprecatur, & ea præfertim quæ ad felicitatem æternam assequendam fide sanguinis Iesu Christi cōducunt. Siquidem Deus autor pacis unicus, qui suū filiuū summū quidem suarum ouium pastore in sanguine testamenti æterni, à morte ad vitam reduxit, vobis sua bona imparietur: cuius voluntati si obtēperaueritis, versando semper ob oculos vestros, redemptorem vestrū Iesum Christū, immortalitate & felicitate æterna donabimini. Vocabat autem Paulus sanguinē testamenti æterni, virtutem sanguinis Christi, quo conformatum est nouum testamentum, in quo æterna promittuntur. vnde dicit Propheta, tu æterni. Tu vero in sanguine testamenti tui, eduxisti vincitos de lacu, in quo non erat aqua. Adiicit Paulus, Rogo vos fratres ut sufferatis verbū solū. hoc est, Vos velim precari ut quo feratis animo epistolam hanc vobis dicatam, in qua si vos arguere aut notare visus sum, putetis in vestram commoditatē & consolationē cedere. Paucis autē char tulis succinctaque epistola ad vos scripsi, ne si multo fusius scripsi, vobis fastidiū & molestiam peperisse. Sylua tamen antiqui testamenti etiā densissima in hac epistola concluditur. Excipite & hylari vultu ac porrecta fronte fratrem nostrū Timotheum, qui in præsentia mihi non adest, sed aliò dimissus est (is si celerius redierit) hoc comite vos inuisam. Meo nomine salutare omnes præpositos vestros, Apostolos scilicet, & alios sanctos discipulos adhuc vitam istam degentes. Impartiuntur & vobis salutem fratres qui sunt de Italia, qui & negocium euangelicum & meos conatus iuuerunt. Gratia & fauor Dei adfert vobis omnibus, Amen.

S Adnotatiuncula ad scripturam illam, Ego ero illi in patrem, &c.) quam citat Paulus in primo capite huiusc epistolæ.

D Ixi cum Diuo Thoma sensum huius scripturae, Ego ero illi in patrem, huc esse, Ego eum assumam in unitatem personæ filij. Intellige, quando scilicet incarnabitur. Nam paulo ante sumus loquuti de futura incarnatione: sumit autem Thomas Assumere pro excipere & glorificare. Aut dic eum hoc pretendisse, Ego per operabor in huiusmodi assumptione ad unitatem personæ filij. Denique huius scripturae, Et ipse erit mihi in filium, sensus est, Assumetur a me in unitatem personæ filij, sume verbū. Assumetur pro excipietur & quidem & gloriose & insigniter. & propterea in meis commentariis, dixi hac verba esse sane intelligenda. Aut dic Thomam hoc velle innuere, Me operante filius terminabit huiusmodi assumptionem: nam dicit Paulus, Quis factus est ei ex semine David secundum carnem. Verum dicam illius scripturae hanc esse planam, facilem & dilatam expositionem. Humanitas aliquando coniungetur sive copulabitur diuinitati in unitate suppositi filij Dei.

E I N I S.

Index rerum omnium, quæ in istis do-

ctissimis & lepidissimis Commentariis continentur.

A

 Postolus sonat legatum, sive ab alio missum. fo.1.pag.2.lin.2

Anima parvuli incircuncisi, dato precepto circucisionis de octaua die, peribat non sua negligencia, sed obligatione peccati originalis. fo.10.pag.2.lin.44

Aspidis morsus, suo veneno enecat corpus: lingua vero virulenta morsus, animam interimit. fo.13.pag.1.lin.27

Abraham pura fide adhæsit Deo, qua meruit ut sibi filius nasceretur. fo.15.pag.2.lin.22 & 26.

Abraham non habuit in fide se habitum verum & germanum heredem, qui filium Dei adumbraret. fo.17.pag.2.lin.3

Ad euangelicam gratiam nulli fit accessus nisi per Iesum Christum. fo.18.pag.1.lin.12

Ante legem Mosaycam homines non arbitrabatur sua scelerata esse punienda a Deo morte æterna. fo.19.pag.2.lin.11

Abundantia peccati non est causa superabundantis gratiae, sed dūtaxat occasio. fo.20.pag.2.lin.41

Angeli in sacra scriptura dicuntur spiritus. fol. 28.pag.2.lin.4

Absoluta & perfecta redemptio nostra sive consummata nostra felicitas, in vniuersali resurrectione futura est. fol.29.pag.2.lin.21

Anathema, vox est multiplex. fo.32.pag.2.lin.10

Abraham & Lot hospitalitatis virtute præceluerunt. fo.48.pag.1.lin.1

Aliud est esse infidem, & infirmum in fide. fo.51.pag.2.lin.31

Aliquid est commune sive immundum illi, qui erronea conscientia existimat cibum quandam esse sibi illicitum & vetitum. fo.54.pag.1.li.12

Arcana literæ plurimum momenti habent ut nobis spem ad assequendam felicitatem æternam erigant. fo.56.pag.1.lin.39

Ab oratione sumenda sunt felicia auspicia. fol.61.pag.1.lin.23

Arcana & cœlestis sapientia non est carnali auditori communicanda. fo.67.pag.1.lin.18

Apostoli habuerunt sensum sive spiritum Christi. Ibid.pag.2.lin.8.12

Agnus paschalis quem Iudei cum azymis panibus manducabant, fuit typus agni mundissimi & innocentissimi qui pro nobis immolatus est. fo.75.pag.1.lin.28

Antiqui patres nostri, olim fuerunt sub nube. fo.89.pag.1.lin.13

Adeo magnificentum est sacræ mensæ conuiuum,

vt neminem etiam abiecat conditionis (si modo purgatis suis affectibus accedit) digneatur & reiciat. fo.94.pag.1.lin.29

Aemulatio bona & mala. fo.147.pag.2.lin.8

Angelus ordine naturæ illuminat sive illustrat hominem, homo vero ordine gratiæ sive speciali quadam gratia angelum illuminat. fo.163 pag.1.lin.18

Analogia corporis naturalis ad corpus Christi mysticum. fo.166.pag.2.lin.27

Auaritia, est medium peccatum inter carnale & spirituale. fo.169.pag.1.lin.48

Armatura Dei aduersus insultus dæmonum. fo.173.pag.1.lin.28

A recta intentione & bono fine probatur opus. fo.193.pag.1.lin.39

Apostolorum præcepta & decreta plurimum momenti & roboris habent, nec tam sunt humanæ quædiuina. fo.201.pag.1.lin.20.22

Antichristus operatus est mysterium iniquitatis in Nerone. fo.208.pag.2.lin.48

Adolescentia Timothei eximiis virtutibus fulgebat. fo.212.pag.2.lin.10

Aliud est ignorantia agere, & per ignorantiam. fo.214.pag.2.lin.5

Adam non fuit primus seductus, sed Eva: nec fuit seductus in vniuersali, sed in particulari. fol. 218.pag.1.lin.13

Autoritas Ecclesiæ in definiēdis fidei articulis. fo.220.pag.1.lin.31

A quibus pernicioſa doctrina proficiſcit. fol. 220.pag.2.lin.40

Aduersus sacerdotes qui negotiis secularibus implicantur. fo.229.pag.2.lin.21

Aduersus garrulos sophistas. fo.243.pag.1.lin.3

Ardens Pauli pectus ut Onesimum suo hero, nepe Philemoni reconciliat. fo.244.pag.1.lin.10

Amplissima Christi ut hominis remuneratio. fo.250.pag.2.lin.13

Aduersarii Dei & ecclesiæ. fo.273.pag.2.lin.20

B

Vaccinatores diuini verbi arguedi sunt, cùm in aliorum vitia toto stomacho inuehūtur & suis propriis delictis indulget. fol.6.pag.1.lin.31

Baptismus parum aut nihil prodest Christianis male & peruerse viuetibus. fo.10.pag.2.lin.9

Bonus latro non fuit iustificatus sola fide. fol. 14.pag.2.lin.9

Baptismus flaminis sive penitentia, supplet vires baptismi aquæ. fo.16.pag.2.lin.39

Bifarium possumus attendere ad hominum iudicia. fo.72.pag.1.lin.8

Bonum

INDEX.

Bonum est homini mulierem non tangere, siue vxorem non ducere, si continere possit. folio 79. pag. 2. lin. 22
 Belial significat malum & iniquum, aut noxiū dæmonem. fol. 121. pag. 1. lin. 3.
 Blasphemia est contra Deum aut contra sanctos qui qui notabatur secundum antiquam legē, dignus erat morte. fol. 168. pag. 1. lin. 46
 Blasphemia bifariā sumitur. fo. 241. pag. 2. lin. 31
 Beatitudo æterna in quo consistit. fol. 267. pag. 2. lin. 12

C
 Christus bifariam fuit declaratus filius Dei. fo. 2. pag. 1. lin. 29
 Cur Paulus vocat suum Euāgelium, & non suum baptismum. fo. 9. pag. 2. lin. 11
 Christus secundum carnem ex Iuda ortus est. ibid. lin. 40
 Cur Iudæi in lege Mosayca requiescebant. folio 10. pag. 1. lin. 10
 Concionator suis vitiis indulgens, & quidem publicè cognitus, cùm in scelerorum vitia excandescit, dignus est qui omnium sibilis explodatur: audiendus est tamen pro sana doctrina quam profitetur. Ibid. lin. 36
 Circuncisio parum aut nihil proderat Iudæis male viuentibus. ibid. pag. 2. lin. 10
 Circuncidi post euangelicā legem abundē promulgatam, nulli prodest, sed officit. ibidem lin. 14
 Circuncisio olim erat sacramentum institutum ad remittendum peccatum originale. ibidem lin. 17
 Contritio sumitur & pro resipiscētia & oppresione pœnæ, quæ impiis irrogatur. fol. 13. pag. 1. lin. 31
 Christus suo sanguine constitutus est Propiciator. fo. 14. pag. 1. lin. 49
 Christiani omnes magis gratia Dei & bonitate, quam suis operibus iustificantur. fol. 16. pag. 1. lin. 52
 Circuncisio erat signum & non causa fidei iustificantis. ibid. pag. 2. lin. 27
 Christus potius habuit dominium in mortem, quam quod mors in eum dominium habuerit. folio 22. pag. 1. lin. 3. hinc simpliciter non fuit morti obnoxius
 Christus ex eo mortuus est peccato, quia factus est pro peccatis abolendis hostia. fol. 22. pag. 1. lin. 12
 Christiani non sunt sub lege literæ, sed sub lege spiritus, quę viuificat. fol. 23. pag. 1. lin. 7
 Christianus licet velit castè viuere, nō propter ea cum vult, castè viuit, sed vt castè viuat, sibi opus est Dei præsidio. fo. 26. pag. 1. lin. 12
 Cupiditas plus habet virium pellicendi ad turpia, quam habeat ratio inuitandi ad honesta.

INDEX.

ibid. lin. 22
 Cur tormēta quæ pro defensione fidei patimur, non mereantur ex condigno simpliciter vitā æternam. fo. 29. pag. 1. lin. 12. merentur tamen ex condigno secundum quid. lin. 20
 Cur in hoc seculo creatura vanitati subiecta est non volens. ibid. lin. 29
 Christus cur dicitur esse lapis angularis. fol. 36. pag. 1. lin. 39
 Christus cur dicitur esse finis legis. fol. 37. pag. 1. lin. 42
 Cùm Gentium omnium nationes afflatus Dei, & dono fidei ecclesiam intrauerint, omnis Israël saluus fiet. fo. 43. pag. 2. lin. 18
 Certitudo fidei pendet ex visu & auditu. fo. 50. pag. 2. lin. 36
 Christus vt homo meruit abundē sua passione & resurrectione, vt & viuis & mortuis domi naretur. fo. 53. pag. 1. lin. 27
 Conscientia erronea in per se malis & illicitis ligat. fo. 54. pag. 1. lin. 40
 Cur Christus admisit in se circumcisionem, & legem implevit. fo. 56. pag. 2. lin. 30
 Cur aliquando postulanda est oratio ab his, qui nostris meritis longè sunt inferiores. folio 58. pag. 2. lin. 5
 Corinthii fuerunt Christi beneficentia à pristinis vitiis repurgati, & Dei gratia ad fidem votati. fo. 61. pag. 2. lin. 17. 18
 Corinthii fuerūt admodum curiosi, leues & inconstantes, ac nouarum sectarum studiosi. fo. 62. pag. 2. lin. 21
 Corinthii quantum ad negocium baptismi sententiis dissidebant. ibid. lin. 22
 Cur Apostoli in primitua ecclesia baptizabant in nomine Iesu Christi. fo. 63. pag. 1. lin. 31
 Crux viuifica & saluifica creditibus est virtus Dei. fo. 63. pag. 2. lin. 13
 Christus est Dei virtus & sapientia. fo. 64. pag. 1. lin. 51
 Christus cur dicitur Dominus gloriae. folio 66. pag. 2. lin. 8
 Cur Paulus cùm adiit Corinthios non subito communicavit illis altiora coelestis philosophiae mysteria. fo. 68. pag. 1. lin. 4
 Christus secundum utramque naturam, est Dei, fo. 71. pag. 1. lin. 2. 5
 Cur peruersa doctrina cum fermento confertur fo. 75. pag. 1. lin. 11
 Coniugium quodammodo præpedit obsecrare (vt decet) Dominum. fo. 77. pag. 2. lin. 40
 Corpus hominis non debet infervire fornicationi sed Domino. fo. 78. pag. 1. lin. 49
 Christus veruit scandalum pusillorum & infirmorum. fo. 86. pag. 1. lin. 13
 Christianis athletis in euangelico stadio pro æterno præmio certandum est. folio 88. pag. 1. lin. 47
 lin. 47
 Cur oportet hereses esse, & eur Deus permittit & ordinat fieri. fo. 93. pag. 2. lin. 4. 9
 Cur Christus post coenam instituit sacramētum Eucharistie. fo. 93. pag. 2. lin. 30
 Christus simul concomitantæ forma, benedixit panem & fregit, & dixit, Hoc est corpus meū. fo. 94. pag. 2. lin. 29
 Corpus Christi non est in sacramento Eucharistie ratione suarum dimensionum sed ratione suæ substanciæ. fo. 94. pag. 2. lin. 41
 Cur is qui polluta cōscientia māducat sacrū panē & babit calicē Domini, cēsetur esse reus corporis & sanguinis Domini. fol. 95. pag. 2. lin. 1
 Quomodo debet se probare homo, vt de sacro pane edat, & de calice bibat. ibid. lin. 7
 Cognitio quā habemus de Deo in hoc seculo cōfertur cum visione alicuius rei in speculo oculari: & cognitio Dei siue diuinæ essentiæ, quā habituri sumus in patria, confertur cū visione alicuius rei facie ad faciem.
 Cur Paulus ihibet mulieribus loqui in ecclesia. fo. 101. pag. 2. lin. 23
 Cur Paulus se cōfert cū abortiuo. f. 103. p. 1. li. 51
 Cur Christus dicitur esse primitiæ dormientiū. fo. 104. pag. 1. lin. 33
 Corpus humanum in die resurrectionis non occupabit locum. fo. 105. pag. 2. lin. 44
 Corpus hominis mortale ita se habet ad immortalitatis gloriam, atque se habet domus terrestris ad eternā Dei viuētis domū. f. 117. p. 2. li. 1
 Cùm absorptum fuerit, quod est corruptibile & mortale, tunc cum augmēto nostræ gloriæ superuestiemur. fo. 117. pag. 2. lin. 27
 Cur Christus factus est egenus. f. 124. pa. 1. li. 46
 Cur arma Christianæ militiae nō debent esse carnalia. fo. 127. pag. 2. lin. 37
 Cur Paulus cùm primoribus Apostolis suū Euāgelium contulit. fo. 139. pag. 2. lin. 40
 Carnalia legis opera neminem poterat saluare. fo. 141. pag. 2. lin. 45
 Christus factus est pro nobis sacrificium maledictionis. fo. 142. pag. 1. lin. 23
 Christus quaten⁹ De⁹, nō est mediator, sed quatenus insigniter Christus, sustentāt scilicet naturā diuinā cum humana. fo. 144. pa. 2. lin. 49
 Cur lex Mosayca confertur eum pēdagogo. fol. 145. pag. 1. lin. 48
 Christus potissimum redemit illos, qui erāt sub lege. fo. 146. pag. 1. lin. 44
 Cur Ismael non est secundum reprobationem regeneratus. fo. 148. pag. 1. lin. 34
 Caro quę concupiscit aduersus spiritum, est prava voluntas: & spiritus concupiscēs aduersus carnem est bona voluntas, aut mens aut ipsa ratio, quę ex se ad cœlestia rapitur. fo. 151. pag. 1. lin. 15. 20. 25

INDEX.

- Diuina & oracula & eloquia fuerūt primūm Iudaicæ nationi concredita. fo.11.pag.2.lin.7
 Deus iustificat hominem per fidem Iesu Christi. fo.13.pag.2.lin.36
 Duplex est iustitia, vna est ex lege, altera, ex fide Christi, & hæc est absolutè dicenda iustitia. ibid.lin.41
 De salutifera iustitia, lex testimonium dedit. ibi. lin.45
 Deus iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. fo.15.pag.1.lin.15
 Duplex est iustificatio, vna interior, & altera exterior. ibid.pag.2.lin.49
 Duplex est adoptio filiorū Dei. fo.29.pa.2.li.18
 Discriumen inter legislationem & testamentum. fo.32.pag.2.lin.44
 Deus prælegit Iacob ante mundi cōstitutionē, quod futurus erat sanctus, & sanctissimè vietus: & odio habuit Esau, quod facturus erat scelus odio dignum. fo.33.pag.2.lin.45
 Deus miseretur illius qui eius misericordia dignus est, aut futurus est dignus. f.34.pa.2.li.16
 Deus indurauit cor Pharaonis, quod meruerit sua pertinaci malitia indurari. ibid.lin.32
 Dei misericordia superat omne meritū. ibi.li.45
 Deus neminem indurat, nisi vt induraretur, mēruerit. ibid.lin.46
 Dominus adeo benignus est & clemēs, vt faciéti quod in se est, non deneget suū auxiliū vt ad fidem conuertatur. fo.39.pag.1.lin.20
 Deus non repulit plebem suam, quā ad æternam felicitatem prædestinavit. f.39.pag.2.lin.40
 Diuersum est cōpūctiōnis genus. f.41.p.1.li.44
 Discriumen inter formam huius seculi & futuri. fo.45.pag.2.lin.22
 Duplex est maledictionis genus. f.48.pa.1.li.10
 Debitum fraternæ charitatis ita soluitur, vt semper debeatur. fo.50.pag.1.lin.48
 Deus detestatur illum qui seminat inter fratres discordias. fo.59.pag.2.lin.16
 Deus elegit illos ad obeundum euangelicę prædicationis officium, qui secundum mundum videbantur esse stulti. fol.64.pag.2.lin.38
 Dēmones nunquam habuerunt firmam & certā aduentus filii Dei notitiam, sed duntaxat quasdam coiecturas. fo.66.pag.2.lin.17
 Disparitas cultus impedit matrimonium cōtrahendum. fo.81.pag.2.lin.28
 Dei iugum quid sit. fo.120.pag.2.lin.39
 Diaboli iugum quid sit. ibid.lin.42
 Dilectio Dei & proximi indissolubili nexu vincuntur. fo.150.pag.2.lin.19
 Deus nō operatur malū quatenus malū est, licet operetur malū pœnē. fo.157.pag.1.lin.25.26
 Deus quomodo dicitur Deus domini nostri Iesu Christi. ibid.pag.2.lin.14
 Diaboli instigatio sine meo consensu nō potest
 me præcipitare. fo.159.pag.1.lin.9
 Dæmon quos facile oppugnat: & à quibus oppugnatur. fo.173.pag.1.lin.35.42
 Diuersa habitus ratio, & quomodo Christus habitu inuētus est vt homo. fo.178.pag.2.li.11.34
 Debem⁹ per omnia sanctis & statutis ecclesiasticis obtemperare. fo.190.pag.2.lin.17
 Duplex damnatorum pœna. fo.206.pa.2.lin.22
 Debet Episcopus prædicare & docere. fo.237 pag.2.lin.23.
 Dominus sua prouidentia ex malo elicit bonū. fol.244.pag.2.lin.48.
 Duplex est modus iurandi per Deum. fo.261 pag.1.lin.4
 Discriumen non modicum inter Vetus & Nouum Testamentum. fo.267.pag.1.lin.1
 E
E Piscopi, & Ecclesiastici viri conentur pro virili vt animas (quæ discrimine salutis instantur) Christo lucrifaciant. f.2.p.2.li.15
 Euangelium ex æquo ad omnes pertinet. fol.3. pag.2. lin.13
 Euangeliū Christi vt incredulis videtur esse res fruola & ridicula, ita credenti virtus est Dei efficax ad aſſequendam salutem. ibidē lin. 28
 Euāgelium erat Iudæis primūm inuulgandum. ibidem lin.41
 Ex detestando idololatriæ vitio, vnius veri Dei contēptus proficiscitur. fo.5.pag.2.lin.5
 Ethnicus offendens Deum, quia sine lege peccavit, Mosayca scilicet, nec à lege condemnabitur. fol.8.pag.1.lin.31
 Ex operibus Mosaycæ legis, vi scilicet legis, nō iustificabitur homo. fol.9.pag.1.lin.3
 Effectus gratiæ iustificati⁹ maior est effectu peccati. fol.20.pag.2.lin.2
 Ex nobis ipsis nescimus certò quid & qualiter orare debeamus. fol.30.pag.1.lin.14
 Error Pelagianorum qui dicebant secūdum meritā p̄cedentia dari gratiam. fol.33.p.2.li.34
 Euangelica gratia iustificat, sanctificat & vivificat, quod p̄fētare non poterāt Mosaycæ legis p̄scripta. fol.35.pag.2.lin.51
 Ex patre cœlesti potestas, per filium sapientia, & in spiritu sancto bonitas. fol.44.pag.1.lin.49
 Ecclesiastici viri & verbo Christi, & priuilegio principum à pēdendis tribulis exempti sunt. fol.50.pag.1.lin.3
 Ecclesiastici viri nihil sibi præter officium ministerii tribuere debent. fol.71.pag.3.lin.44
 Euangelium Iesu christi à nullo dignè obseruat⁹, nisi sacramentū baptismi officio iusticiæ & pietatis exorneret. fo.73.pag.2.lin.1
 Ebrietas suo genere est peccatum mortale, accidentia tamen ratione excusat⁹ a peccato mortali. fol.76.pag.1.lin.6.8
 Ecclesia repudiat ac detestatur sacerdotum coniugia.

INDEX.

- Fides Christi semper fuit necessaria ad salutem. fo.276.pag.2.lin.17
 G
G Entiles ob suam prophanam, vanāmque religionem, traditi sunt à Deo in desideria cordis eorum, in omnem immunditiam, fo.5.pag.1.lin.32
 Guttur patens est conuicatoribus, qui in propatulo probis viris detrahant. fo.13.pag.1.li.13
 Genealogię in sacris literis non ascribuntur mulieribus sed viris. fo.19.pag.1.lin.39
 Gratia Christi & donum, plus nobis profuit ad saluandum, quam obfuerit delictum Adæ ad perdendum. fo.20.pag.1.lin.2
 Gratia omne meritū antecedit. fol.33.pa.2.li.37
 Geniles cur olim conferebantur cum oleastro, Iudæi vero cum oliua. fo.42.pag.2.lin.17.21
 Gētilis populus debebat aliquādo etiā testimoniū scripturæ Iudaico preferri. f.279.pa.2.li.26
 H
H Āretici furantur verba Dei, cūm germanū sacræ scripiurę sensim, in adulterinū vertunt. fo.10.pag.1.lin.40
 Humanus intellectus nisi à suprema veritate illuminetur, semper est in se mendax, siue mendacio obnoxius. fol.12.pag.1.lin.1
 Homo cōsiderata humana fragilitate, magis pecat⁹ quām Deo inservit. fo.23.pag.1.lin.43
 Homo purè & sincerè operatur quod secūdum rectā rationē & sanam mentē operatur. fo.26.p.1.li.29.hinc homo (ad mentē Pauli) nō propriè operatur malū, sed quod in se habitat pecatū, fomes scilicet peccati, aut rebellio carnis, & indomita concupiscentia. ibid.lin.31
 Homo etiā sanguine Christi redēptus, dupliči de causa in hoc mūdo ingemiscit. f.29. pa.2.li.2
 Homo magis est in potestate Dei, quām sit lutū in potestate figuli. fo.35.pag.1.lin.18
 Helias interpellauit Dominū vt sacrilegi & homicidē & idololatre puniretur. f.40.p.1.li.45
 Hostia quæ in antiqua lege, immolabatur Deo, erat munda. fo.45.pag.1.lin.27
 Honor in sacra scripture sumitur & pro reuerētia quæ nostris maioribus & superioribus debetur, & pro subsidio vitæ. fo.47.pa.2.lin.6
 Hec cōfertire nō possūt Anima fruitur Dei gloria & nō est resurrectio mortuorū. f.104.pa.1.li.3
 Homo sufficiēs est cogitare aliquid boni à se, impulso quidē Dei a C. Homo nō est sufficiēs cogitare aliquid boni à se, tanquam ex se. fo.113. pag.2.lin.9.10
 Hæc Paulina autoritas, Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnuſquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum, sub omniū oculos ponit hominum merita, & demerita, quibus præmia vel supplicia rependētur. fo.118.pag.1.lin.31
 Cc. ii.

INDEX.

- Hierarchiæ cœlestes diuiduntur in ternas distin
tiones tertio repetitas. fo.158.pag.1.lin.7
- H**ostia in veteri testamento offerebatur pro pec
cato delinquētis, vel delinquentium: sed Chri
stus autor noui testamenti, factus est hostia, nō
p suis, sed nostris peccatis. f.169.pa.1.li.37.38
- Humilitas & modestia Pauli. fo.196.pag.2.li.21
- I**
- Nutiles sunt & vanæ orantis preces, nisi gra
tia Christi fulciantur. fo.3.pag.1.lin.3
- Iuramentum non est ex se appetendū, tametsi
liceat aliquando iurare. ibid.lin.15
- Iustitia Dei non est sita in superstitione aut hy
pocrisi, aut antiquis Iudæorum cæremoniis,
sed in puritate & integritate fidei. folio 4. pa
.1.lin.11
- Iustus ex fide charitati copulata viuit. ibid.lin.13
- Ira Dei pro vindicta sumitur. ibid.pag.2.lin.7
- Iudeo non peccat puniendo scelus alterius, quo
ramen, aut consimili laborat, ubi eius peccatum
est occultum. fo.6.pag.2.lin.5
- Iudæus in lege peccans, per legem iudicabitur.
fo.8.pag.1.lin.33
- Iudicari in sacris literis plerunque sumitur pro
damnari, sive affligi pœna æterna. ibid.lin.44
- Iustificari in sacris literis, variis modis sumitur.
ibid.pag.2.lin.37
- Iob ab æquitate rationis naturalis magnopere
commendatur. fol.9.pag.1.lin.23
- Iudæi non obseruantes legem Dei, licet cogni
mento Iudæi, sibi placerent, non tamen erant
verè Iudæi. fo.9.pag.2.lin.34
- In obseruatione diuinorum præceptorū sita est
Christianæ religionis summa. fo.10.pag.1.li.21
- Infelicitas sumitur pro miseria sive pœna dāni.
fo.13.pag.1.lin.35
- In diuina præscientia necdū facta, iam facta sunt.
fo.17.pag.1.lin.27
- In virgine Maria non fuit peccatum originale,
licet fuerit concepta semine virili: nam gratia
Dei ab huiusmodi peccato fuit præseruata. fo
.19.pag.1.lin.28
- Iustificatio Christi, est Christus iustificans per fi
de omnes spiritualiter renatos. f.20.pa.1.li.20
- In lege Mosayca erat vita & mors. f.25.pa.1.li.33
- Insultus & motus cōcupiscentiæ inordinati, suā
vīm, suāmque tyrañnidem in appetitu sensiti
uo exerentes, officiunt & obstant, quominus
re&tam voluntatem effe&tus sequatur. folio 26.
pag.1.lin.2
- Interdum à Deo petimus, quod non expedit no
bis. fo.29.pag.2.lin.52
- Jacob erat filius promissionis & amoris, Esau, fi
lius odii & reprobationis. fo.33.pag.2.lin.13
- Iudæi fuerunt primū à Deo vocati, secundū
Gentiles. fo.35.pag.2.lin.30
- Iudæi legalibus operibus nimium fidentes, non
- peruenient in legem iustitiae. fo.36.pa.1.li.40
- Iudæi ob sua flagitia, nephandaque scelera, ali
quando fuerunt indigni ut vocarentur popu
lus Dei. fo.39.pag.1.lin.35
- Iudæi non ita præcipitati sunt, ut à fouea in quā
collapsi sunt, non possint se explicare. fol.41.
pag.2.lin.16
- Iudei fugiebant certos cibos ut sibi vetitos, non
propter naturā cibi, sed propter significatio
nem. fo.52.pag.1.lin.15
- In iudicante debet esse autoritas diuinitus aut
humanitus data. fo.52.pag.2.lin.1
- Iudæi erant assequuntuti ex diuinis pollicitatio
nibus salutem æternam, Gentiles vero Dei mi
sericordia. fo.56.pag.2.lin.32
- In quo defigenda est potissimum nostræ spei an
chora. fo.57.pag.1.lin.36
- Ignis, de quo dicit Paulus, Ipse autem saluus erit
sic tamen quasi per ignem, est tentatio tribu
lationis, aut afflīctio temporalis, aut ignis pur
gatorius. fol.70.pag.1.lin.20.36.38
- Idolum, nihil debet æstimari, nihilque diuinita
tis & potestatis habet. fo.84.pag.2.lin.38
- Idolothyta, sunt idolis sive simulachris immola
ta. fo.85.pag.1.lin.35
- In statu huius mortalis vitæ ex parte cognosci
mus quæ Dei sunt, & ex parte prophetamus.
fo.99.pag.1.lin.1
- Iudæus quantum ad fidei rationem, & statum
gratiæ, non præfertur Græco. folio 145.pag.
2.lin.23
- Ismael Iudaicum populum figurauit secundum
carnem natum, Isaac vero (qui secundum re
promissionem natus est) Gentium populū. fo
.148.pag.1.lin.39.49
- Ira in se non est vetita. folio 167 pag.2.lin.49
- In libro vitæ quidam sunt simpliciter conscri
pti, quidam vero secundum quid. fol.183.pag.
1.lin.35.46
- In quo sensu vna est passio Christi & martyrum.
fo.188.pag.1.lin.17
- In quibus consistebat vera Pauli persuasio. folio
196.pag.2.lin.44
- In Christo mortui, non sunt vehementer lugen
di. fo.202.pag.1.lin.8
- Indecorūs mulierum habitus vituperatur. folio
217.pag.2.lin.7
- In quo sensu Episcopus debet esse irreprehensi
bilis. fo.219.pag.1.lin.8
- Iannes & Mabres fuerunt duo magi Ægyptio
rum, qui portentis edēdis cum Mose certarūt
eique restiterunt. fo.232.pag.1.lin.42
- Inquietum & vegetum Pauli studium. fol.234.
pag.1.lin.25
- Iustificatio includit remissionem culpæ, & infu
sionem gratiæ. fo.242.pag.2.lin.18
- Inuidia Iudæorum in Gētiles. fo.247.pa.1.li.19

INDEX.

- In quo Christus & Moses cōferuntur, licet Chri
stus Mosi præferatur. fo.252.pag.1.lin.11
- Ira Dei aduersus Iudæos. ibid.pag.2.lin.37
- Iuramentum ex se non est illicitum. fo.260.pa
.2.lin.39
- In quo conueniunt omnes Pontifices. fo.266.
pag.1.lin.4
- In quo differebat Pontifex veteris testamenti ab
insigni Pōtifice noui testamēti. fo.267.p.1.li.8
- In veteri lege duplex erat mundatio. fol.270.
pag.1.lin.21
- L**
- Ice ex ordine Gentium seculares philoso
phi duce ratione, & interno lumine, ac
mundanæ fabricæ opificio Deum cognosc
uerint, non tamen ut Deum glorificauerunt.
fol.4.pag.2.lin.52
- Lex naturalis ab euangelica consummatur. fo.9.
pag.1.lin.13
- Lingua hominum plena est veneno mortifero.
fo.13.pag.1.lin.24
- Licet ante legem Mosaycam cognoverint homi
nes vitandum esse peccatum, tamen per Mo
saycam legem cognitione peccati magis inno
tuuit. ibid.pag.2.lin.17
- Lex Mosayca neminem iustificauit. ibid.lin.34
- Lex fidei, legi factorum sive operum antiqui te
stamēti, longè præferenda est. fo.15.pag.1.li.2
- Lex post quadringtonos & triginta annos facta
est, ante quam Abraham (cui facta fuerat pro
missio futuræ hæreditatis) è vita deceaserat.
fo.16.pag.2.lin.45. & 48
- Lex Mosayca licet non abstulerit peccatum, tamē
apertiorem peccati cognitionem ut vitaretur,
subindicauit. fo.19.pag.2.lin.6
- Lex Mosayca licet esset sancta & iusta, tamen ob
concupiscentiam quam verabat cui populus
admodum suis vitiis addictus, vix obſistere po
terat, quodammodo videbatur esse causa aut
occasio peccati, licet nō esset. fo.25.pag.1.li.7
- Lex spiritalis quid sit. ibid.pag.2.lin.19
- Lex non poterat impleri nisi à spiritalibus. ibid.
lin.30
- Lex peccati cur vocatur lex. fo.26.pag.2.lin.7
- Lex spiritalis simpliciter est, per Iesum Christū,
ut est lex euangelica: Mosayca autem quātum
ad literam, erat carnalis. fo.27.pag.1.lin.22.23
- Licet Christus assumperit carnem similem car
ni peccati, non tamen in eo erat caro peccati.
ibid. lin.48
- Lex Mosayca disponebat ad vitam æternam,
quam tamen non cōferebat. fo.37.pag.1.li.50
- Licet Deus sit lingua carnali & adoratione exte
riori & omni membrorum summisione ado
randus, potissimum tamen integrō corde, sa
na mente & vegeto spiritu. fo.53.pag.2.lin.45
- Lex diuina non fortius ligat quam conscientia
- erronea. fo.54.pag.1.lin.44
- Licet manducare carnem aut non manducare,
pariter bibere vinum aut non bibere, sit quid
indifferens, tamē bonum est abstinere à carne
& vino, ad vitandum pusillorum & infirmorū
scandalum. fo.55.pag.1.lin.18.21
- Licet dii dicantur multi, & cœlestes & terreni,
vnus tamen est Deus simpliciter & absolutè,
pater cœlestis, quem nos oportet adorare &
spiritu & veritate, & vnus Dominus Iesus Chri
stus, per quem omnia sunt creata, & vnus spi
ritus sanctus, in quem sunt omnia. folio 85.pa
.1.lin.11.13.14
- Licet Paulus habuerit facultatē accipiēdi stipē
dia pro functione sui Apostolatus, tamē nō est
vsus huiusmodi facultate. fo.86.pag.2.li.13.18
- Lingua angelorum sumitur pro expreſſione mē
tis, qua vnus angelus manifestat alteri angelo
quæ mente concepit. fo.98.pag.2.lin.20
- Lex Mosayca erat extrinsecus data, lex vero euā
gelica intrinsecus data est. fo.113.pag.1.lin.33
- Lex vetus nomine līt̄ræ, quæ occidit, significa
tur, lex vero euāgelica nomine spiritus qui vi
uificat, exprimitur. fol.113.pag.2.lin.20.44
- Licet Deus nos sibi per Christum reconciliae
rit, vt tamen hæc reconciliatio ex parte homi
nis sit meritoria, debemus cessare à peccatis, &
per bona opera Deo placere. fo.119.pa.2.li.14
- Lucas fuit comes peregrinationis Pauli. fol.125.
pag.1.lin.27
- Legis elementa cur vocantur infirma & egena.
fo.146.pag.2.lin.18
- Laus Epaphrodit. fo.160.pag.1.lin.20
- Liber vitæ quid sit. fo.183.pag.2.lin.34
- Licet Deus pater verè dicator author nostræ fa
litis operando sua misericordia nostram salu
tem; tamē solus filius Dei factus est hostia pec
cati pro nostra salute. fo.212.pag.2.lin.16.27
- Lex quibus est imposta. fo.213.pag.2.lin.20
- Laudanda est pietas sufficientiæ annexa. fo.225.
pag.2.lin.14
- Licet oremus sanctos, vt pro nobis Deum exo
rent, tamē possumus aliquādo immediate pre
ces nostras Deo offerre. fo.255.pa.2.lin.28.32
- Lex vetus erat vmbra futurorum bonorum, lex
vero noua, est imago futurorum bonorum.
fo.272.pag.2.lin.15.16
- M**
- Orui sumus peccato gratia Iesu Christi,
sive peccatum quod secū aduehit mor
tem, gratia Iesu Christi in nobis morti
ficatum est. fo.20.pag.2.lin.40
- Morte Christi sumus baptizati, à nostris scilicet
vitiis eius morte abluti. fo.21.pag.1.lin.12
- Membra nostra, quando dicuntur esse arma ini
quitatis. fo.22.pag.2.lin.5
- Membra nostra quando dicuntur esse arma ju
niorum. fo.22.pag.2.lin.5

INDEX.

- sticie. ibid.lin.12
Miles Christianus aduersitatibus extollitur, quibus tamē & pūgitur & lēditur. fo.30.pa.2.li.2
Moses optauit ad tempus pro Iudaico populo (qui Deum grauiter offēderat) deleri de libro vitæ. fo.32.pag.2.lin.2
Moses diuino sp̄itu afflatus, intellexit Christū pro salute humani generis passurum ignominiosum mortis suppliciū. fol.37.pag.2.lin.19
Membra corporis mystici non minus indigent mutuis officiis, alternisque pr̄esidiis, quā membra corporis naturalis. fol.46.pag.1.lin.32
Mosaycæ legis sūma in dilectione proximi, quæ ad amorem Dei ordinatur sita est. fo.50.pag.1.lin.27
Merces æterna erit communis omnibus beatis, & propria singulis. fo.69.pag.1.lin.7.15
Ministri Christi, sunt Dei adiutores siue cooperatorii. fo.69.pag.1.lin.37
Martyres, Virgines & Cōfessores solidissimo fidei fundamento superstruxerunt aurum, argētum & lapides preciosos. fo.69.pag.2.lin.42
Manna, erat figura corporis Christi : & aqua ex petra profluens, erat figura sanguinis Christi. fol.89.pag.1.lin.44
Merita nostra supra condignum remunerantur. fol.117.pag.1.lin.12
Munera Deo oblata non prosunt, nisi homo sit Deo acceptus, aut conetur Deo reconciliari. fo.124.pag.1.lin.2
Matrimonium representat coniunctionem Christi & ecclesiæ. fo.171.pag.2.lin.31
Magnum & sublime pietatis ac charitatis sacramentum, quod Deus factus est homo. fol.220. pag.1.lin.37
Merces in sacra scriptura sumitur & in bono & in malo. fo.249.pag.2.lin.35
Melchisedech Christum variis modis pr̄efigurauit. fo.261.pag.2.lin.31
N
Nemo dicat se meritis vitæ prioris, ad euangelicam functionem perductum esse. fo.2.pag.2.lin.10
Nemo vitam æternam assequetur, nisi crediderit. fo.4.pag.1.lin.38
Naturalis sanctitas, velut in arce animi pr̄efides, exercet mali, boniq; iudiciū. f.9.pa.1.li.34
Nullus mortalium ex se iustus est. fol.12.pag.2.lin.35
Nemo de suis meritis se iactet, nec quicquam de libero arbitrio sibi pr̄efumat. folio 13.pag.1.lin.45
Nullus ubi, sed Deo tribuat suæ iustificationis honorem. Ibidem lin.50
Nostram salutem debemus vni Christo accepta referre. fo.18.pag.2.lin.1
Nemo primario & principaliter suis bonis ope-
- ribus iustificatur, bene quidem secundario. fo.20.pag.2.lin.15
Non possumus à peccato retrahi aut liberari, absque Christi pr̄esidio. fo.22.pag.2.lin.37
Nemo tribuat potissimum suis laboribus & operibus suam salutem, sed Deo acceptam referat. fol.23.pag.2.lin.15
Nemo à concupiscentiæ dominatu liberari potest nisi gratia Dei per Iesum Christum. fo.26. pag.2.lin.19
Nulla merita pr̄ecesserant in Iacob, vt pr̄eseretur Esau. fo.33.pag.2.lin.35
Non licet moliri vindictam affectu odii, licet tamen ordine iustitiæ appetere vindictam. folio 48.pag.2.lin.18
Non est absolute pr̄escriptus locus in quo inuocandū sit nomen Domini. fo.62.pag.2.lin.14
Nihil in rebus humanis adeo preciosum est & rarum, quod possit cum mysterio sanctissimæ crucis conferri. fo.64.pag.2.lin.8
Non sint iudicia & litigia inter Christianos ob vindictam aut nocendi cupiditatem aut auaritiam aut fraudem. fo.77.pag.1.lin.6
Non est postulanda in Euāgelio vindicta, vt vindicta, aut mali retaliatio. ibid.lin.15
Nō licet de immolatis edere quatenus sunt idolo immolata, aliter tamen licet. fo.85.pa.1.li.39
Nomen mulieris, non est nomen corruptæ, sed feminei sexus. fo.86.pag.2.lin.49
Non solum perfectio boni operis tribuenda est Deo, sed & exordium. fo.113.pag.2.lin.1
Non meremur ex condigno simpliciter vitâ æternam. fo.159.pag.2.lin.12
Nominē captiuitatis, quam Christus cœlorum consendens, ab inferis eduxit, intelligimus patriarcharum, prophetarum & sanctorum omnium animas. fo.165.pag.2.lin.10
Non est nobis principaliter & potissimum ineundum certamen adversus carnem & sanguinē, sed aduersus dēmones. fo.173.pag.2.lin.19
Non omnes cōcionatores syncerè & purè Christum annunciant. fo.177.pag.1.lin.1
Nobis sēper opus est gratia Dei in bonis operib⁹ & inceptādis & perficiēdis. f.172.pa.1.li.48
O
Omnium nationum homines fuerunt sub peccato venundati. fo.12.pag.2.lin.20
Opera Mosaycæ legis, siue essent cærimonialia siue moralia, non causabant ex se iustitiam. fo.13.pag.2.lin.7
Opera hominis quantumuis bona & meritoria, non antecedunt primam iustificationis virtutem. fo.14.pag.1.lin.23
Opera fidem subsequentia confirmant hominis iustificationem. fo.15.pag.1.lin.7
Opera fidem pr̄ecedentia, nullam laudem apud Deum merentur. ibid.pag.2.lin.46
Opera

INDEX.

- Opera humana** bifariam possunt considerari fo. 16.pag.1.lin.13
Opera nostra in se considerata, nō merentur ex condigno vitam æternam, sed quatenus procedunt ex gratia spiritus sancti, nec tamen ex condigno simpliciter, sed secundum quid. fo. 23.pag.2.lin.20
Occasione quadam euenit vt Iudæorū lapsu & delicto, salus sit Gētibus parta. fo.41.pa.2.li.20
Omnis potestas, quatenus potestas est, & cuius virtute Reges & Principes imperant, à Deo est. fol.49.pag.2.lin.3.
Ob indignā Eucharistiæ sumptionē ī primitua Ecclesia oboriebātur diurni morbi, īnumeræ pestes, & mortes īmaturæ. fo. 95.pa.2.li.26
Officium boni & docti pr̄eceptoris. fol.183.pa.1.lin.47.
Opera mortua, dicuntur peccata mortalia. fol. 259.pag.1.lin.17
P
Paulus significat pacificum, minimum & humiliem. fo.1.pag.1.lin.21.& 29
Paulus à Domino vocatus, suam vocationē dono vocantis, & nō suis meritis tribuit ibid. lin.37
Paulus fuit segregatus in Euāgelium Dei, ibid. pag.2.lin.4
Prædestinatio magis pendet à gratia Dei quam à meritis hominum, & viribus liberi arbitrii. fol.2.pag.1.lin.24
Paulus toto stomacho inuehitur in luxuriam contra naturam. fo.5.pag.2.lin.7
Personarum acceptio opponitur iustitiæ distributione. fo.8.pag.1.lin.15
Personarum acceptor quis censetur, ibid.lin.17
Paruuli licet nō propriè nascantur peccatores, nascuntur tamen originaliter peccatores. fo. 10.pag.2.lin.40
Peccatum hominis non ordinatur directe & proxime ad commendandam diuinam iustitiam, bene quidem indirecte & per accidens. fo.12. pag.1.lin.25.& 35
Pura fides, pietas vitæ, morūmque integritas, ad solidam pacem nos perducit. fo.13.pag.1.li.36
Paruulis viuo baptismi sacramento regeneratis tribuitur beatitudo absque villis meritis pr̄ecedentibus. fo.16.pag.1.lin.35
Peccatum veniale non continet in se perfectam peccati rationem. ibid.lin.46
Plus nobis profuit Christi resurrectio quā mors fol.18.pag.2.lin.36
Plurimum detrimenti nobis attulit iniustitia, superbia, inobedientia & intemperantia primi parentis. fo.19.pag.1.lin.12
Peccatum originale est in paruulo ante baptismum, quamuis nō peccauerit voluntate propria, neque peccato proprio. ibid.lin.20.

INDEX.

Paulus non interdixit Christianis habere commercium cum infidelibus qui nunquam fidem receperunt, si modò sint in fide firmi, & vbi student pro viribus reuocare infideles ab errore infidelitatis. *ibid. lin. 32*
Peccatum spirituale delectatione spirituali consummatur, carnale vero carnali. *fo. 78. pag. 2. lin. 44. 46*

Postquam matrimonium consummatum est, non licet viro absque consensu suæ vxoris uere continentia, & ediuerso. *fo. 80. pa. 1. li. 45*

Paulus fuit virgo. *fo. 81. pag. 1. li. 10*

Pium est & sacrum, loqui de merito operum, cōtra Iacobum Fabrum. *fo. 85. pag. 2. li. 13*

Paulus seipsum attemperavit & accommodauit Iudæis & Gentilibus, vt vtrumque populum Christo lucrifaceret. *fo. 88. pag. 1. li. 17*

Paulus sermone docebat, quod inculpata vita præstabat. *fo. 88. pag. 2. lin. 22*

Participamus de uno pane & de uno calice, nō solùm participatione sacramentali, sed & spirituali. *fo. 91. pag. 1. li. 11*

Paulus reprehendit Corinthios, quod post prædiūm, per luxum, crapulam & temulentiam nō expectatis pauperibus sed fastiditis, vñus quisque suam cœnam dominicām occuparet. *fo. 93. pag. 2. lin. 27*

Paulus multis argumentis probat donum prophetiae esse præferendum dono linguae. *fo. 100. pag. 1. lin. 3*

Paulus ponit discrimen inter spiritum hominis & mentem. *fo. 100. pag. 2. lin. 14*

Prophetia includit in se reuelationem, & manfestationem reuelationis. *fo. 102. pa. 2. li. 7*

Præcipua pars euangelicæ Philosophiæ, est credere resurrectionē mortuorū. *fo. 102. pa. 2. li. 31*

Paulus fuit vñctus à Deo ad apostolatū. *fol. 111. pag. 1. lin. 11*

Pseudapostoli sese transfigurant in Apostolos Christi. *fo. 130. pag. 1. lin. 25*

Personarum differentia non facit Euangeliorū diuersitatem. *fo. 138. pag. 1. lin. 33*

Paulo creditum fuerat Euangeliū præputii, Petruo vero Euangeliū circuncisionis. *fo. 140. pag. 1. lin. 49*

Paulus aliqua in re erat par Petro, & aliqua in re eo inferior. *fo. 140. pa. 2. lin. 26*

Paulus verè reprehendit Petrum, cùm substrahendo se à Gentilibus cogebat eos Iudaizare. *fo. 141. pag. 1. lin. 16*

Paternitatis nomen in sacra scriptura sumitur pro familia siue cognatione & Iudaici & Gentilis populi. *fo. 163. pag. 2. lin. 23*

Prophetæ non solùm illi dicuntur qui prædicunt futura, sed qui antiquorum Prophetarū prophetias exponunt. *fo. 196. pag. 1. lin. 8*

Principium boni operis nō est ex nobis tanquā ex nobis. *fo. 176. pag. 1. li. 39*

Paulus erat de tribu Beniamin. *fo. 181. pa. 1. li. 29*

Peristentum est in fide charitati copulata. *fo. 196. pag. 2. lin. 30*

Pauci sunt è numero prædicatorum qui Paulini pectus spirant. *fo. 198. pag. 2. lin. 2.*

Peccata publica publicitus punienda sunt. *fo. 223. pag. 2. lin. 35*

Præsumptio est dicere quod simpliciter propter merita nostra, aut opera iustitiae quæ fecimus nos, saluati sumus. *fo. 242. pag. 1. lin. 35*

Prima saluandi ratio non innititur nostris meritis, sed misericordia Dei, bene tamen secunda. *ibid. lin. 40. 43*

Passiones naturales non fuerunt omnino eadē in Christo & in nobis. *fo. 251. pag. 1. li. 47*

Pertinax dissidentia, ingratitudo & incredulitas obstitit, quominus quidā Iudei ingressi sunt requiem æternam. *fo. 253. pag. 2. li. 5*

Q Via Iudas per Iesum Christum nō orauit, eius oratio versa est in peccatum. *fo. 3. pag. 1. lin. 5*

Quando semper orandum est. *ibid. 31*

Quid sit iustitiam Dei reuelari ex fide in fidem. *fo. 4. pag. 1. lin. 31*

Quomodo Deus reddet vnicuique secundum opera eius. *fo. 7. pag. 2. lin. 46*

Quod mereamur, vide testimonia. *ibid. lin. 50*

Quantum ad Euangelicam gratiam, non est posterior Iudeorum quam Gentium conditio. *fo. 11. pag. 2. lin. 23*

Quicquid Deus pollicitus est, quantum ad prophetiæ prædestinationis, omnibus modis impletur. *ibid. lin. 35*

Quid hoc sibi vult, Peccatum nō imputabatur, cùm lex non esset. *fo. 19. pa. 2. lin. 12*

Quid sit regnum mortis. *ibid. lin. 19*

Quid hoc sibi vult, Lex subintravit vt abfudaret delictum. *fo. 20. pa. 1. lin. 40*

Quid vocat Paulus corp⁹ peccati. *fo. 21. p. 2. li. 25*

Quando regnauit peccatum in nostro mortali corpore. *fo. 22. pag. 1. lin. 44*

Quando Iudei desierunt esse Mosaicæ legi obnoxii. *fo. 24. pag. 1. lin. 23*

Quis cœsetur habere spiritū Christi. *f. 28. p. 1. li. 9*

Qui nam aguntur spiritu Dei. *ibid. lin. 44*

Qui non est prædestinatus secundum præsentē quidem iustitiam, studeat vt prædestinetur. *fo. 31. pag. 1. lin. 1*

Qui dicuntur integri & veri Christi fratres. *ibid. lin. 18*

Quomodo Paulus optauit esse anathema à Christo pro suis fratribus. *fo. 32. pag. 2. lin. 21*

Qui censendi sunt propriæ filii Abrahæ. *fo. 33. pag. 1. lin. 28*

Quomodo intelligendus est ille pauli locus, Siautem

INDEX.

Si autem gratia, iam non ex operibus. *fo. 40. pag. 2. lin. 41*

Quomodo intelligendus est ille Pauli locus, Si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. *fo. 42. pag. 1. li. 46*

Quomodo intelligenda est illa Pauli doctrina, Sine penitentia sunt dona & vocatio Dei. *fo. 44. pag. 1. lin. 2*

Quis ad mentem Pauli cœsetur hostia viua. *fo. 45. pag. 1. lin. 1*

Quid sit sapere ad sobrietatem. *fo. 46. pa. 1. li. 9*

Quid sit gladius ecclesiasticæ potestatis. *fo. 49. pag. 2. lin. 33*

Quando cognoscitur temerarium iudicium. *fo. 52. pag. 2. lin. 5*

Quis dicitur scandalizare fratrem suum. *fo. 54. pag. 1. lin. 1*

Quando aliquis est perplexus secundū quid, & non simpliciter. *ibid. pa. 2. li. 48*

Quod est contra conscientiam facientis, peccatum est. *fo. 55. pag. 1. lin. 38*

Quis sibi placet, & quis aliis placet. *ibid. pag. 2. lin. 33. 35*

Qui scit Iesum Christum, & hunc crucifixum, multa scit, & antiquorum philosophorum sapientiam superat. *fo. 65. pag. 2. lin. 33*

Qui plantat, pariter qui rigat, ad aliud, aliquid est, ad aliud. Vero nō est aliquid. *fo. 68. p. 2. li. 36*

Quomodo est æqualitas laboris ad mercedem. *fo. 69. pag. 1. lin. 28*

Quando omnino dirimitur matrimonium. *fo. 82. pag. 1. lin. 8*

Quomodo intelligendus est ille Pauli locus, Peter erat Christus. *fo. 89. pag. 2. lin. 5*

Qui edunt hostias idolis immolatas vt immolatas, participes sunt idolorum. *fo. 91. pa. 1. li. 17*

Quomodo spiritus Prophetarum sunt propheticis subiecti. *fo. 101. pa. 2. li. 23*

Quomodo Paulus pugnauit Ephesi ad bestias. *fo. 105. pag. 1. lin. 21*

Quomodo Deus quempiam excœcat. *fo. 115. pa. 2. lin. 22*

Quomodo Diabolus censetur esse Deus huius seculi. *ibid. 27*

Quomodo peccata omnia dicuntur carnalia, licet quædā sint peccata spiritus. *fo. 121. p. 2. li. 33*

Quid sit perficere sanctificationem in timore Dei. *ibid. lin. 48*

Quomodo tristitia secundum Deū cùm sit vna pars penitentia, dicitur operari penitentiā. *fo. 122. pag. 2. lin. 34*

Qui plura quam quiuis alias pauperi erogat (vbi cetera sunt paria) ampliori mercede donabitur. *fo. 126. pag. 1. lin. 37*

Quid compulit Paulum vt suas laudes explicaret. *fo. 129. pa. 1. lin. 27*

Quid sit populū vñū despōdere Christo. *ib. 1. 41*

Quid sit stimulus carnis, quo Paulus fuit diuexatus. *fo. 133. pag. 1. lin. 22. 41. 42. 46*

Quando Paulus postulauit à Deo stimulum carnis à se depelli, non fuit exauditus quantum ad id quod volebat, licet quantum ad summum commodum sibi adfuturū. *ibi. pa. 2. lin. 41. 49*

Quænam sunt apostolatus Pauli indicia. *fo. 134. pag. 1. lin. 12*

Quatuor sunt Apostolorum genera. *fo. 137. pa. 1. lin. 42*

Quid hoc prætendit quantum ad allegoriam; quod Abraham duos filios habuerit, vnum de ancilla, & vnum de libera. *fo. 148. pa. 2. lin. 10*

Quido peccator corrigēdus est leniter, & quando asperè. *fo. 152. pa. 1. li. 34. & pa. 2. lin. 4*

Quid sit gloriari in cruce Christi. *f. 153. p. 2. l. 40*

Quid sit mundo crucifigi. *ibid. lin. 51*

Quomodo Christus instaurauit cœlestia & terrestria. *fo. 156. pa. 2. lin. 31*

Quomodo Diabolus est princeps aeris & spiritus. *fo. 159. pa. 1. lin. 23. 24*

Quanam analogia soluit Christus medium materiali paritem. *fo. 160. pa. 2. li. 40*

Quomodo Angeli per ecclesiam cognoverunt mysterium Christi. *fo. 162. pa. 2. li. 41. 51*

Quomodo baptisma censetur esse vnum. *fo. 165. pag. 1. lin. 21*

Quanam in re possumus imitari perfectionem Dei. *fo. 169. pa. x. lin. 16*

Quomodo avarus est idololatra. *fo. 169. p. 2. li. 21*

Quid hoc sibi vult, Nolite inebriari vino in quo est luxuria. *fo. 170. pag. 2. lin. 24*

Quid sit cōmunicare Euāglio. *fo. 176. p. 1. li. 22*

Quæ in vera iustificatione obseruari debent. *fo. 181. pag. 2. lin. 37*

Quomodo in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *fo. 189. pa. 2. lin. 42*

Quomodo Christus discidit, antiquauit & dilacerauit vetus chirographū. *fo. 190. p. 1. li. 15. 36*

Qui debent reformidare secundum Christi adventum. *fo. 167. pag. 1. lin. 47*

Quo maius est aduersitatum certamen, eo ipsis cōstanter superatis, futura est insignior victoria, & amplior corona. *fo. 200. pag. 1. lin. 5*

Quibus potissimum mietuendus est dies extremi iudicii. *fo. 203. pa. 2. li. 35*

Quid sit semper orare. *fo. 204. pag. 2. lin. 21*

Quando questio in re fidei non est mouenda. *fo. 213. pag. 1. lin. 26*

Quomodo Christus vult omnes saluos fieri. *fo. 216. pag. 2. lin. 27. 31*

Quid sit Episcopatum desiderare. *fo. 218. pag. 2. lin. 35*

Quid sit Episcopum esse vnius uxoris virtutem. *fo. 219. pag. 1. lin. 15*

Quinam sunt à sacris ordinibus arcēdi. *fo. 224. pag. 1. lin. 15*

INDEX.

Quare bigamus non potest in Episcopum eligi. *ibid. lin. 19*
Qui sunt participes sanguinis Christi. *fo. 240. pag. 2. lin. 11*
Quando deuitandus est hæreticus. *fo. 243. pag. 1. lin. 16*
Quomodo Christus à primo homine ortum duxit. *fo. 250. pag. 2. lin. 40*
Quomodo Christus fuit per omnia tentatus. *fo. 255. pag. 1. lin. 43*
Qui pontificia dignitate digni sunt vel indigni. *fo. 256. pag. 1. lin. 31*
Quando Christus fuit exauditus. *fo. 257. p. 1. li. 26*
Quomodo Christus (quem nihil latet) didicit obedientiam. *ibid. li. 45. 49*
Qui baptismum iterant faciūt iniuriam dominice cruci. *fo. 259. pag. 2. lin. 7*
Quomodo Leui fuit in ipso Abraham. *fol. 263. pag. 2. lin. 23*
Quare Christus non fuit in ipso Abraham decimatus. *ibi. li. 29*
Quando fuit confirmatum nouum Testamentum. *fo. 270. pag. 2. li. 22*
Quis censetur irritam facere Dei legem. *fo. 274. pag. 1. lin. 29*
Quis censetur conculcare Dei filium. *ibi. li. 40*
Quis censetur polluere sanguinem noui Testamenti. *ibid. li. 44*

R

Redemptio nostra, & remissio peccatorum ab effusione sanguinis Christi pendet. *fo. 14. pag. 1. lin. 33*
Remuneratoris nomine intelligimus Mediato rem Dei & hominum. *fo. 18. pag. 1. li. 2*
Reliquiae Iudæorum saluæ fient. *fo. 35. pa. 2. li. 28*
Raptus Pauli. *fo. 132. pa. 2. li. 12*
Ratio prædestinationis est mera Dei voluntas. *fo. 156. pag. 1. lin. 20*
Reprehensio secularis disciplinæ, si tumida sit. *fo. 189. pag. 2. lin. 18. 21*

S

Saulus significat inquietum, turbulētum, arrogantem & superbū. *fo. 1. pa. 1. lin. 21. & 29*
Seruus Iesu Christi, per omnia Christo more gerit, & pro eius fide & gloria paratus est egregiam mortem oppetere. *ibid. lin. 33*
Sola fides non perducit hominem ad vitam æternam. *fo. 8. pa. 2. li. 13*
Sin non fiat quod per prophetiam comminationis promissum est, non præjudicat diuinæ iustitiae, sed indicat mutationem humanarum actionum. *fo. 11. pag. 2. lin. 39*
Sepulchrum clausum est illis, quos pudet palam delinquere, patet vero iis quos non pudet suas immūditias in publicū proferre. *fo. 13. p. 1. li. 11*
Si Christus non resurrexisset, nec ad gloriam & immortalitatē resurgeremus. *fo. 17. pa. 2. li. 19*

Sumus gratia & dono Christi, filii adoptionis Dei. *fo. 18. pag. 1. lin. 16*
Spiritu sanctus datur nobis, cùm Deum diligimus. *ibid. lin. 35*
Sub lege erat peccatum & actuale & veniale. *fo. 19. pag. 2. lin. 2*
Secundum doctrinā Augustini dic potius Christum à Deo patre factum fuisse pro nobis peccatum, sacrificium scilicet pro peccato, quād quod pro nobis fecerit peccatum. *fo. 27. pag. 2. lin. 6*
Spiritus patris non est diuersus à spiritu filii. *fo. 28. pag. 1. lin. 33*
Spiritus seruitutis in antiqua lege incutiebat terrorem Iudeis, ob poenas quæ irrogabantur transgressoribus legis. *fo. 28. pag. 2. li. 4*
Sanguine Christi abluti & sanctificati, acceperunt spiritum libertatis per quem adoptantur in numerum filiorum Dei. *ibi. lin. 21*
Solus Christus est natura & iure hæres Dei. *ibi. lin. 36. nos autem dono adoptionis.*
Sicut Jacob electus est propter fidem futuram, quam præsciebat Deus, ita electus est propter futura opera quæ præsciebat Deus. *fo. 34. pag. 1. lin. 46*
Sicut fides antecedit sacram invocationem, ita auditus fidem. *fo. 38. pag. 1. lin. 37*
Spiritus compunctionis quid sit. *fo. 41. pa. 1. li. 33*
Seueritas Dei in eos qui ceciderunt, bonitas vero in cum, qui in fide & puritate vitæ permanet. *fo. 43. pag. 1. lin. 3*
Si Deus det gratiam secundum mensuram fidei in hoc seculo, dabit & in futuro gratiā & gloriam pro mensura meritorū. *fo. 46. pa. 2. li. 14*
Summus Pontifex post Christum, est spiritualis monarcha ecclesiastice potestatis. *fo. 49. pag. 1. lin. 16*
Secularis potestas ad quid gladium gestat. *ibid. pag. 2. lin. 34*
Scriba quid apud Hebræos significat. *fo. 63. pag. 2. lin. 35*
Scribæ & Pharisei nū quærebant signū à Christo fieri, vt prouocarentur ad credendum in eum, sed vt calumniarentur. *fo. 64. pa. 1. lin. 20*
Secundum hominem ambulare, & secundum hominem viuere, idem sunt. *fo. 68. pa. 1. lin. 43*
Si Gentiles exhoruerint incestuosam fornicationis speciem: multo magis fideles exorreare debent. *fo. 74. pag. 1. lin. 17. 19*
Sacris ordinibus annexa est continentia. *fo. 79. pag. 2. lin. 45*
Suasio, quod sacerdotes nouæ legis, præferantur sacerdotibus antiquæ legis. *fo. 80. pa. 1. li. 10*
Si vir cognoscat suam vxorem dūtaxat propter voluptatem carnalem, & nullo modo propter filios procreandos, peccat mortaliter. *fo. 80. pag. 2. lin. 25*

Summa

INDEX.

Summa Christianæ religionis sita est in obseruatione diuinorum præceptorū. *fo. 82. p. 2. li. 22*
Sic habitent viri cum suis vxoribus, quasi eas nō habeant. *fo. 83. pag. 2. lin. 22*
Scientia frigida est & manca, nisi charitatis igne inflammetur. *fo. 84. pag. 2. lin. 19*
Supplicia & tormenta Iudeis illata, nostri figuram expulerunt. *fo. 89. pag. 2. lin. 20*
Sacramentum Eucharistiae, est unitatis & charitatis Sacramentum. *fo. 93. pag. 2. lin. 25*
Spiritu sanctus est dux fidei, spes & charitatis, autor & largitor omnium gratiarum & consolationum. *fo. 96. pag. 2. lin. 7*
Sicut in corpore naturali diuersæ membrorum functiones in vnum conspirant, ita in corpore Christi mystico diuersæ ministrorum functiones in vnum coalescent & conspirant. *fo. 97. pag. 1. lin. 42*
Si corpus mysticum à suo capite non dissideat, nec caput à suo corpore, nec membra debent à corpore, aut capite dissidere, quod dico contra Lutheranos qui & ab ecclesia & Christo dissident. *ibid. pag. 2. lin. 36*
Status præsens confertur cum pueritia propter imperfectionem, status vero futuræ gloriæ cū virili ætate propter perfectionem. *fo. 96. pag. 1. lin. 14*
Summa rei credendæ consistit in resurrectione Christi. *fo. 103. pag. 2. lin. 28*
Solida est hæc veritas & inconcussa, Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Denique vera est hæc assertio, Omnes dormiemus, sed non omnes immutabimur. Hæc autem assertio reiicienda est, Nō omnes dormiemus, omnes tamē immutabimur, nec firmæ sunt rationes quibus fulcitur, nec Paulinam mentem attingunt. *fo. 106. pag. 2. lin. 29*
Satanas nihil non cogitat & molitur vt animas præciose Christi sanguine redemptas, deuoret & strangulet. *fo. 112. pag. 1. lin. 4*
Si multæ nobis suppetant opes, & largiter pauperibus tribuamus: si vero exiguae, & parum tribuamus. *fo. 124. pag. 2. li. 27*
Stimulus carnis potest bifariam considerari. *fo. 133. pag. 2. lin. 34*
Simulatio & bona & mala. *fo. 141. pag. 2. lin. 14*
Summa euangelica & perfectionis, & Christianæ religionis, in charitate sita est. *fo. 150. p. 1. li. 49*
Sedes Dei quid sit. *fo. 158. pag. 1. lin. 2*
Seruus Christi magnopere commendatur. *fo. 175. pag. 2. lin. 37*
Sermo Christiani sit semper sale conditus. *fo. 194. pag. 2. lin. 26*
Sacrarum literarum utilitas. *fo. 232. pa. 2. lin. 32*
Serui officia. *fo. 235. pag. 2. lin. 20*
Scientia pietatis quid sit. *fo. 236. pa. 1. li. 31*
Seculorum æternitas quid sit. *ibid. lin. 41*

Sacerdotium Christi Mosaico sive Levitico, 16 gè præstantius est. *fo. 256. pag. 2. lin. 1*
Sacerdotiū Melchisedech fuit antiquius & perfectius sacerdotio Levitico. *fo. 262. pag. 1. li. 4*
Sacerdotium Christi est sempiternum, sacerdotium vero Aaron fuit temporaneum. *fo. 264. pag. 2. lin. 34*

T

Timor Dei est illis ante oculos, qui semper de timore Dei cogitant, quid ei placet, aut displiceret, nec sine hoc timore poterit quispiam iustificari. *fo. 13. pag. 1. lin. 39*

Tribuamus necesse est primas nostræ iustificationis partes gratiæ & misericordiæ Iesu Christi. *fo. 14. pag. 1. lin. 27*

Triplex fuit legalium obseruationis. *fo. 51. p. 2. li. 35*

Tribunal Christi quid sit. *fo. 53. pa. 2. li. 15*

Tentatio humana quid sit. *fo. 90. pa. 2. li. 17. 24*

Testamentum in factis scripturis bifariæ sumitur. *fo. 94. pa. 2. lin. 51*

Testamentum Nouum sanguine Christi in passione effuso confirmatum est. *fo. 95. pa. 1. li. 26*

Triumphus Dei quid sit. *fo. 112. pa. 1. li. 39*

Tabulæ cordis carnales, quid sint. *fo. 113. pag. 1. lin. 38. 41*

Tertium cœlum in quod Paulus fuit raptus, est cœlum empyreum. *fo. 132. pag. 1. lin. 50*

Testamentum morte testatoris confirmatur. *fo. 144. pag. 2. lin. 1*

Tuba Dei quid sit. *fo. 202. pag. 2. lin. 51*

V

Vocatio & electio certa, bonis operibus inititur. *fo. 1. pa. 1. li. 42*

Vocatio Dei omnem nostræ vitæ sanctitatem præcedit. *fo. 2. pag. 2. lin. 30*. Et qui vacantur à Deo, efficiuntur sancti diuinis iussis obsequendo.

Vna est fides omnium credentium. *fo. 3. p. 1. li. 45*

Vix nullus hominum reperitur qui sit per omnia bonus, & omnibus virtutum numeris absolutus. *fo. 13. pag. 1. lin. 2*

Vetus homo, est inueterata peccati malitia, aut pertinacia, aut tyrannis quam peccatum inuenit. *fo. 21. pag. 2. lin. 5*

Vetus homo carnalis & crassus, terrenum Adā refert, nouus vero & spiritualis homo, cœlestē & diuinum Adam exprimit. *ibid. lin. 22*

Vetus homo literæ quid sit. *fo. 24. pag. 1. lin. 38*

Vnus & idem est nexus amoris Dei & diuini seruonis. *fo. 30. pag. 2. lin. 21*

Vocatione exterior & interior. *fo. 31. pa. 1. li. 27. 78*

Vocationis duplex genus. *ibid. li. 35*

Vasa iræ & misericordiæ. *fo. 35. pag. 2. lin. 5. 9*

Vindicta sublimioribus potestatis reseruatur. *fo. 48. pag. 2. lin. 17*

Vitia cur dicuntur opera tenebrarum. *fo. 50. pa. 2. lin. 51*

INDEX.

- Virtutes cur dicuntur armati. is. fol.51.pag.1. Virgo ardens in libidinem, & non habens facultatem concubandi, non est absolute & perfecte dicenda virgo. fo.83.pag.2.li.44. Vir orans aut prophetans velato capite dedecorat caput suum : Mulier vero oras aut prophetans non velato capite, dehonestat caput suum. fo.92.pag.2.lin.22. Vir non solum est creatus ad imaginem Dei, sed est imago Dei, imperfecta tamen: Christus vero est imago Dei perfecta. fo.92.pag.2.lin.31. 37.39 Vera prophetia spectat ad confirmandam fidem, & instruendos mores. fo.101.pag.2.lin.3
- Velamen veteris Testameti in quo differt a ve-
lamine noui Testamenti. fo.115.pag.2.lin.17. Vitia carnis non sunt naturae male, sed pravae vo-
luntatis. fo.151.pag.2.lin.6. Verbum auditus Dei, quid sit. fo.198.p.2.lin.23. Vox Archangeli quid indicat. fo.202.pa.2.li.50. Vitandae sunt garrulae disputationes. fol.213.
pag.1.lin.14. Vocatio Apostolorum non humanis praesidiis,
sed gratuitae Dei beneficentiae tribuenda est.
fo.228.pag.2.lin.10. Virulenta haereticorum doctrina cancro confer-
tur. fo.230.pag.2.lin.6. Viuus sermo Dei quid sit. fo.254.pag.2.lin.37. Vera poenitentia, quid sit. fo.259.pag.1.lin.12

Finis Indicis.

Erratulorum emendatio.

Fo.3.pag.1.lin.9. lege nostris. fo.34.pa.1.lin.46.lege praesciebat. fo.38.pa.1.lin.48.eos. fo.50.
pag.1.lin.3. Et quidem verbo Christi, & priuilegio principum. fo.69.pag.1.lin.1. post dicens, repo-
ne, de. fo.76.lin.44.alios. fo.106.pag.2.lin.45.loco Esaiæ, lege Osee. fo.117.pag.2.lin.37.post tunc,
lege cum. fo.140.pag.1.lin.2.Euangelico. fo.150.pag.1. lin.25.loco cessata, lege quassata. fo.194.
pag.2.lin.17.astipulatur. fo.208.pa.2.li.50.De vero cultu, alii legunt de diuino præmio. fo.217.pa.
1.lin.25.loco præcipit, lege consulit. fo.248.pag.1.lin.1.dele simpliciter. fo.251.pag.2. lin.1.vin-
ceremur. fo.257.pag.1.lin.41.dele(ne quis mihi malè velit)barbari & centonari.

PARS IIIS

*Ioanni de Roigny excudebat Matthæus David, Anno D.
milesimo quingentesimo quinquagesimotertio,
decimotertio Calendas Nouembris.*

